VŬlvă, vulvæ, f. p. Vinculus ille in fœminis, in quo fœtus fit conceptus. [ΜΗΤΡΑ vbibus, sive pudenda, matrix. Gall. L'ouverture de la matrice. Ital. Matrice. German. Die Bermutter. Belg. Die Sâtmoeder. Hispan. Vientre donde concibuen las hembras. Polon. Sromb, rzodlo, otwor wszystkich płodów. Vngar. Meh. Ang. The womb of a woman.] Dicta vulva, quasi volva, quod fœtus ea involvatur. Proprie autem vulva est animantium animalium: uterus autè mulierum. Plinius libro 11. cap. 37: Fœminis eadem omnia, præterquæ vellicatus uterculi gratiâ unde dictus Veerus, quos alio nomine locos appellant: in reliquis animantibus, vulvam. Vulvam fuillam Romani in deliciis habuêre, præsertim ejectitiam. Nam quæ effœtis à partu exhibebatur (quam porcariam vocabant) tanquam lividam, & matrem referebant. Plinius loco jam citato: Vulva ejecto partu melior quàm edito. Ejectitia vocatur illa, hæc porcaria, primiparæ suis optima. Contrà effœtis à partu, præterquam eodem die suis occisæ, livida ac mæsta. Nec novellarum fœtum præterquam primiparaum probantur, potiusque veterum, necdum effœtarum, & biduo ante partum, aut post partum, aut quo ejecerint die. Mart. Te fœtalle magis capiet de virgine porca, Me materna gravi de tue vulva capit. ¶ Quandoque accipitur vulva, pro ore vulvæ: hoc est, pro ipso pudendo muliebri. Iuvenalis Satyra sexta: -adhuc ardens rigidæ tentigine vulvæ. ¶ Plinius quoque boletorum protuberantium in ovi speciem album illud involucrum, Volvam non cupat. Plin. lib. 22. cap. 22: Volvam enim terra ob hoc primo gignit: ipsum postea in volva, ceu in ovo effingitur. Vide VOLVA.

V ante X.

VXŏr, uxoris, f. c. Quæ viro nubit, aut nupta est. [ΓΥΝΗ γαμετή, ἄκουσα, συνοικοῦσα, ἄνδρα ἔχουσα. Gall. Femme mariée. Ital. Moglie, sposa, donna. Ger. Ein Ehefraw. Belg. Een Huysvrouw. Hispan. Muger casada, o que tiene marido. Pol. Zona, małżonka. Vng. Feleség, házastárs. Ang. A wife.] Terent. in Adelph. Vxor sine dote veniet. Cicero pro Sextio: Duxit uxorem patre vivo viri optimi & calamitosissimi filiam C. Scipionis. Idem libro 2. de Oratore: Extuli animi sententia tui uxorem habes? Virgil. 8. Eclogæ: Mopse novas incide faces, tibi ducitur uxor. Horat. libro 1. Epist. 2: Quærit ar argentum, puerisque beata creandis Vxor. Dictas autem putat uxores à vehendo quasi unxores, ab ungendo, quòd antequam limen mariti transirent, postes averrunci deorum malorum causa ungerent. Verba ejus sunt hæc in libro 4. Aeneidos: Mos erat, ut nubentes puellæ, simul quum venissent ad limen mariti, postes antequam ingrederentur, unctarent lancis vitiis, & oleo ungerent: & inde Vxores dictæ sunt, quasi unxores. Plinius quoque lib. 28. cap. 9, scribit novas nuptas mariti domui instantes, solere habuisse ad postes unugere.

VXŏrcŭlă, uxorcula, diminutivum. Ab uxore blandiendi gratia deductum. [γυναικίσκη, γυναικάριον. Gall. Femmelette mariée. Ital. Mogheretta. Germ. Ehevolck. Hispan. Pequeña muger casada. Pol. Zonka. Vng. Feleségecske, házasoczka. Ang. A little wife.] Plautus Calina: Ita uxorcula.

VXŏrĭus, uxoria, uxorium, Quod est uxoris, vel quod ad uxorem pertinet. [γυναικεῖος. Gall. De femme mariée. Ital. Della moglie. Ger. Zur Ehe gehörig. Hisp. Cosa perteneciente à muger casada. Pol. De wol' ganki przynależący. Vngar. Feleségnec hóz valo ficzegmes. Ang. Of a wife or belonging to a wife.] ut Regius uxorius. Cic. lib. 3. Offic. Iudex arbitrove uxorius melius æquius. Tacitus libro 3: Quod honestius, quàm uxorium fœramentum? Ovid. lib. 2. de Arte amandi: Hoc decet uxorcs: dos est uxoria lites. ¶ Vxoria forma, à Phavorino apud Gellium lib. 5. cap. 11, vocatur forma media inter pulchertimâ, & deformissimâ: quæ scilicet & nimiæ pulcritudinis pertæsa, & summo deformitatis odio vacat: quâ Knatus in Menæchmis Statam formâ appellat. ¶ Aliquando Vxorius, dicitur qui uxori nimis inservit. [φιλογύναιος. Gall. Qui se mesle trop de commander à sa femme. Ital. Che si lascia governare alla moglie. Germ. Ein Weibischmann, der seiner Ehe frawen zu viel gehorchet, oder nachgiebt. Hisp. Que sigue mucho por la muger. Polon. Oszyiemka. Ang. One that is too much at his wife's command.] Virgil. Aen. -tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas, pulcramque uxorius urbem Exstruis?

X



LITERA semivocalis est, ξ, quæ vim duplicis consonantis habet, pro qua modò cs, modò gs, primitus utebatur, ut Apecs, Gregsi pro quibus nunc Apex, Grex dicimus. Quintil. lib. 1. cap. 4: Et nostratium ultimæ X, qua tamen carere potuimus, si nos quærissemus. Latio hoc elementum, quòd vastioris soni videret, quibusdã dictionibus excemunt: unde pro vexillo Velum, pro axilla Alam, pro paxillo Palum dicere maluerunt. Quod & ipsum testatur Cicero in Oratore ad Brutum: Quemadmodum (inquit) Axilla noster Ala factus est, sæpe vastioris literæ: quam interdum etiam & maxillis, & tvillis, & vexillo, & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis evellit. Contrà Attici exactissimi eleganties omnis judices, sæpè repudiatores, eandem tanquam fori ambitiosæ, & temperationisque futuri, sunt amplexi. Nam & ξυρᾶσθαι, & ξυρᾶσθαι, & ξυρᾶσθαι dicunt, pro quibus communis lingua ψιλοῦσθαι, ἀποξύεσθαι, & ἀποξύεσθαι agnoscit. ¶ X litera apud veteres, quemadmodum etiam nostro die apud nos, nota fuit numeri denarii: quemadmodum V, ejus dimidiata pars est literæ X. numeri denarii: quemadmodum est numeri quinarii. Hinc factum est, ut in veustis codicibus hæc nota aliquando ovetatur pro denario Romanorum: hoc est, pro genere numismatis, quod quatuor valebat nummis testertius. Plin. lib. 18. cap. 12: Quod annone solito est, Mesosphæram appellatur: emitur X. C. C. Laudatissimum microsphæram è minimis solis, pretii ejus X. L X X V. Si vel sola vel post alias ponatur, significat numerũ denarii, quemadmodũ V, quæ dimidia pars est literæ X, quinarii. Quòd si cum ea ponatur literæ vel C. vel D. vel M. vel I. decẽ deinceps sc

X ante

Xanthĕnes, ξανθένης. Gemma quædam in Media nascens, electri colore, & liquiditate in vino palmeo & croco, cruce modo lentescente, odore magnæ suavitatis: ut extenti auctor Democritus refert Plin. lib. 37. cap. 10. quanquam in plerisque Plinii exemplaribus Zanthenes legatur per Z. in capite, corrupte, ut arbitror: præfectum quem a flavo electri colore nomen videatur accepisse.

Xanthĭon, ξάνθιον, Herba est ex Lapparum genere, quæ alio nomine philanthropos, & vulgo *Lappe wirtzel* appellatur. [Pol. *Rzepik.*] Xanthion autē appellata putatur ab effectu, quòd eo tingantur capilli. Vide Dioscor. lib. 4. cap. 122.

Xanthŏs, ξανθός, Gemmæ nomen, quæ in India reperitur, è fulvo candicans, de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

X ante Z.

Xĕnium, nii, n. [ξένιον *hospitium* ξένια *munera*. Gall. *Presens qu'on fait à ses amis qui viennent voir, étrennes* Ital. *Presente dato à gli amici per segno di allegrezza.* Ger. *Ein Gastschenck, ein Gut mit der man ein Frembd in verehret.* Hisp. *Don ò presente de huespede à huesped.* Pol. *Podarek przyiacielowi albo gościowi dany.* Vng. *Vendegnek valo ajandek.* Ang. *A gift, present or shewing.*] Munus hospitibus datū solitum. Vide Martialis librum decimumtertium, in quo eujusmodi munera diversis describit, qualia hospitibus mitti soleant, Xenia nominavit, & versibus ipsos pro xeniis mitteret: quod & ipse testatur primo statim Epigrammate: Omnia in hoc gracili xeniorum turba libello, Constabit numis quatuor empta tibi. Quatuor est nimium? potent constare duobus, &c.

Xĕnĭŏlum, diminutivum, Parvum xenium. Apuleius: Commodum meridies accesserat, & mittuntur hi xeniola, portum opimum, & quinq; gallinulas, & vini cadū jam erat pretiosi.

Xĕnŏdŏchium, pen. prod. n. [ξενοδοχεῖον, ξενοδοκεῖον. Germ. Ein Herberg oder Wirtshaus. Pol. *Gospoda ogolne.*] Locus publicus quo hospites. Id est, peregrini excipiuntur: quod genus Hierosolymis primùm ab Hyrcano extructū fuisse, autores sunt Iosephus, & Hegesippus. Hieronymus Xenodochium in porta Romano semper totius pariter mundus audivit.

Xĕnŏpărŏchi, ξενοπάροχοι, Iidem, qui parochi, qui legatis Romam missis, cæterisq; alicujus dignitatis hospitibus, coenam & ligna præbebant: unde & nomen acceperunt, παρέχειν τὰ πρὸς ξενισμὸν ἐπιτήδεια, quòd hospitibus necessaria suppeditarent. Arcadius titulo de Muneribus. Muneranti: Tabularii (inquit) vel xenoparochi, ut in quibusdam civitatibus, &c.

Xĕrămpĕlĭnus color, ξηροπελινοειδὴς χρόα. Medius est, inquit Probus, inter coccinum, & muricum, quo matronæ peculiariter uti solēt. Dictus Xerampelinus à ficcis vitium foliis, quæ ejus ferè sunt coloris. ξηρὸς enim aridū est, vel siccū, & πέλινος vitis. Vulgò *Couleur de rose sec* dicitur. Hinc Xerampelinæ vestes dicuntur, quæ hac colore tinctæ sunt. Iuven. Sat. 6. Et Xerampelinas vestes donaverat ipsi. Has nonnulli arrabaticas vocāt, alii arrabaptias, ut quisq; dā placet. Vide Thyleium in tractatu de coloribus, & Cael. Rhodig. lib. 26. cap. 10.

Xērĭa, ξήρια, *ōn*, Emplastra siccantia: hygrempastra vocantur liquida emplastra.

Xērălŏphĭa, ξηραλοφία. Vectio sicca: hoc est, quæ fit extra lavationem. Contra quæ potest lavacrum adhiberi. Hygralocephia, ὑγραλοφία appellatur.

Xĕrăntyrum, ξηράντηρον. Unguentum est siccum: ut Hygrontyron, ὑγράντηρον, liquidum, fœminarum usibus expetitum.

Xērŏphthălmĭa, ξηροφθαλμία. Pol. *Zawrzenie oczu.*] Antica lippitudo, quum nec lumen, nec humor oculi, sed rubent tantum, & pruriunt infestantur, & noctu prægravi pituita inarescunt. Vide Celsum lib. 6. cap. 6.

X ante I.

Xiphĭa, æ, ξιφίας. Piscis genus, rostrum habens mucrone admarum: unde & Latini, Græcos imitati, gladium appellant. [Ger. *Ein Meerschwein das gestalt und art ist wie sonst die gemein ein Schwertfisch.* Pol. *Miecznik.* Ang. *A sea sword fish, having a beak like a sword.*] Plin. lib. 32. cap. 11. Xiphias id est, gladius, rostro mucronato est. ab hoc cuncti aves perfossas mergi in Oceano ad locum Mauritaniæ, qui Cotta vocatur, non procul à Luxa flumine. Trebius Niger auctor est & Xiphiæ rostrem, scilicet sorex genere Cometarum, in mucronem fastigiatæ, pallidæ, ac quodammodo adunitatæ sine ullis radiis. Autor Plin. lib. 2. cap. 25.

Xiphĭon, ξίφιον, Herba est folio mucronato, indis folio non dissimile, quam Romani gladiolum, vulgus herbariorum spatulam formā appellat. [Ger. *Kleine blawe Gilgen oder Schwertel.* Pol. *Kosaciec mały.*] Descriptionē ejus vide apud Plin. lib. 25. c. 11.

X ante Y.

Xylĭnum, pen. corr. ξύλινον. Germ. *Hültzern Vermuglio / oder*

Schutte; Varget. *Bombasine* Pol. *Bawełna.* Vulgar. *Cotton cloth.* Ang. *Fustian.*] Lini genus candidissimi, & molissimi, nascens in Africa, cui nomen est xylon, pomis quibusdam inclusum, barbamenti non crassioris: quæ maturante his fœnum globum ostendunt, quod à nomine fructus xylinum appellamus. Plin. lib. 19. cap. 1. Superior pars Aegypti in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem alii gossipium vocant, plures xylon, & ideò lintea de facta, xylina. Parvulus est, similemque barbatæ nucis detortractum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur. Nec fœtu alia candore, mollitiaq; præferenda. Hactenus ille. Hodie hoc ligni genus etiam in Italiæ locis quibusdam gignitur, vulgique vocabulo *Cotton* appellatur.

Xylŏbălsămum, ξυλοβάλσαμον. Ger. *Balsam holtz.*] Balsami arbusculæ lignum, cujus succus Opobalsamū appellatur. Plin. lib. 12. cap. 25. Et balsami quoq; sarmenta in mercem sunt. Aequatur ipsa succulæ: venit intra quintum demum annum. Xylobalsamum vocatur, & coquitur in unguentis.

Xylŏcĭnnămŏmum. [ξυλοκίνναμον. Ger. *Das holtz von dem Zimmet baum.*] Cinnami lignum. Plin. lib. 12. cap. 19. ipsum verò lignum in fastidio est propter corticis acrimoniam: xylocinnamomum vocant.

Xylŏn, ξύλον. German. *Ein stemb beseimt / darauß die baumwoll wächst.*] præter vulgarem illam significationem, qua Græcis lignum significat, peculiariter etiam accipitur pro quodam fructus genere, quod & gossipion vocant, olim in sola Aegypti superiore parte hodie etiam in Italia nascens, pomū ferentis simultudine barbatæ nucis, quod maturescēs copia lanuginis, quam inclusam habet, disrumpitur, lanaque globum arietis, multò majorem quàm pro pomi magnitudine detegit. Quæ lini genus xylinum, seu gossipium appellatur. Vide Plin. lib. 19. cap. 1.

Xylŏphăgus, pen. corr. ξυλοφάγος, Vermis albus obesus, qui parte ad reliqui corporis magnitudinem compareat, gravissimo, sub arborum cortibus perfossis, nascens. Plin. lib. 17. cap. 24. cossas vocat: easque à quibusdam in fercula ciborum delectis habitos tradit, quoniam & ipsa lignum. Idem tradit & Hieronymus contra Iovinianum, de Ponti & Phrygiæ populis loquens: Et quomodo (inquit) apud nos ficedula & attagen, mullus, & scarus in deliciis computantur, ita apud illos ξυλοφάγοι. comeditur, luxuria est.

Xyris, ξυρίς, Herba est folia habens iridis, sed latiora, & in cuspidem mucronata, quorum e medio caulis erumpit crassus, cubitalis: ex quo thiquæ triangulares dependent, in quibus purpureus flos in medio puniceus, semen in folliculis similes fabis, rotundum, rubrum, aceri radix longa, geniculata, tota. Vide Dioscor. lib. 4. cap. 24. & Plinium lib. 21. cap. 22. Officinæ *Ladam sylvestrem* appellant. Hæc herba dicitur provenire circa Icopolim principem Russiæ urbem, illicq; nodosam, insulæ accolæ vendunt. Vide Iodan. & alii mercatores ipsam cum aromatibus commiscent atq; vendunt, eadem quoq; appellatione Polonica lingua nominantes *Tatarskie ziele.*

Xystĭci. Vide XYSTVS.

Xyllĭŏs, ξυλλίος, Gemma quædam plebeia, apud Indos nascēs, quam Plinius inter Iaspidum genera annumerat lib. 37. cap. 9.

Xystus, xysti, m. [ξυστὸς *locus ξυστὸν vestis.* Gall. *Portique, galerie.* Ital. *Portico, loco da passeggiare, loggia.* Germ. *Ein breiter hoher Gang oder Schopff.* Hisp. *Portal para passearse.* Pol. *Ganek albo ziele do gier albo do przechadzowania.* Vng. *Oszlopos.* Ang. *A gallerie, or alley or walking place.*] Apud Græcos porticum amplam significat, teste Vitruvio lib. 6. hybernæ Athletarum exercitationi accommodatam. Latini vero, eodem Vitruvio teste, Xysti appellatione subdialem ambulationem magis intelligunt, arborum fructuumve ordinibus distinctam. Cicer. in Bruto. Quum ambularem in xysto, & essem otiosus domi. Ante cryptoporticū xystus est viridi ornatus. Plinius iunior, lib. 5. Epistol. Ante porticum xystus consessus in plurimas species, distinctusque buxo. Idem: Non tam statuarum & tabularum pictarum ornamenta ædes suas, quam xystis, & nemoribus excolunt. Dicitur & Xystum, hujus tis, ξυστὸς. Et quum ξυστὸς, & ξυστὸν idem apud Græcos significent, apud Latinos tamen non item habere discernenda docuit Guilelmus Philander in Annotationibus in Vitruvium. Nam Xysta, ejusmodi Latini vocant porticus tectas, ubi athletæ per hiemem exercebantur. Xysta autem subdiales ambulationes, ubi sub dio cælo suas exercebant palæstras.

Xystĭci, ξυστικοί. Dicti sunt athletæ, sive quòd in xystis se sub tecto exercerent: sive quòd xystis certarent. Sic enim Græco vocabulo appellabant hastas, quibus illi utebantur: unde & Xystophori dicti sunt ipsi athletæ. Sueton. in August. Nec tamen eo minus aut xysticorum certationes, aut gladiatorum pugnas severissimè semper exegit.

Y



GRAECORVM vocalis est, qua in plurium dictionibus scribendis tantùm utimur. Hujus loco antiqui qui peregrinam literam nullam recipiebant, quintam Latinorum vocalem substituebant. Cicero in lib. de Oratore sic inquit: Purrum semper Ennius: nunquam Pyrrhum. Vi parefecerunt Fruges: non Phryges, ipsius antiqui declarant libri. Nec enim Græcam literam adhibebant: nunc autem etiam duas: & quum Phrygum, & quum Phrygibus dicendum esset, absurdum erat, aut tantum barbaris casibus Græcam literam admittere, aut recto casu soloecum Græce loqui: tamen & Phryges, & Pyrrhum antiqua causa dicimus. Hæc ille. Peculiare autem & proprium est huic elemento, ut in capite dictionum perpetuò aspiretur. Quare quæ ab eo initium sumunt, requirenda sunt inter aspirata.

Z



LITERA Græca est, qua in Latinis dictionibus non utimur. Est autem gemina consonans, loco cujus nos interdū gemmum ſſ, ut Patrisso, pro πατρίσσω, Petrisso, pro πετρίσσω. Interdum id subtilitamus, ut Esdras, pro Ἔσδρας. Antiqui loco ejus unicum aliquando literabant: ut Sacynthus, pro Ζάκυνθος: Sethus pro Σήθος. Nonnunquam etiam d literam loco ejus usurpabant, ut Medentius, pro Mezentius. Sed hoc tantùm apud antiquissimos, qui peregrinas nullas literas recipiebant.

Z ante E.

Zēă. [Ital. Gall. Eſpeautre. Ital. & Hiſp. ſpelta. Ger. Spelt oder Dinckel. Pol. Pszenica, pszenica mniéka tak dobre iako pszenice, in de ſpelta antiquorum. Vn. Tegla duce anagy vagy kecz. An. A kind of corne.] Genus fruméti, ſimile farri quod vulgo ſpelta dicitur. Duo ejus genera tradit Dioſc. lib. 2. cap. 80. alterum ſimplex, & unius tantùm grani: alterum quod dicoccon: hoc eſt gemini & dupicis grani appellant, duobus utriculis conjunctū tenui & duplicis grani appellant, duobus utriculis conjunctū tenui & duplicis grani appellant, duobus utriculis conjunctū tenui & dupl

quidem latitudinem mediam dividit linea Ecliptica, utrinque gradus octo latitudinis relinquens. Dicitur autem Zodiacus, ζῳδιακὸς ζώδιον: hoc est, à figura animalium, quæ in eo magnantur, ut sunt Aries, Taurus, &c.

Zona, æ, f. p. [זוֹנָה זוֹנָא chagora. חֲגוֹרָה chagorah. ζώνη. Gall. Ceinture. It. Cinta, centura, cintoria. Ger. Ein gurtel, gurt. Bel. Een tuim. Hisp. La cinta. Pol. Pás, ta, sfor. Vng. Öwe, öng. Ang. A girdle.] Cingulū quo cinguntur. Mart. lib. 14. Longa satis nunc sum: dulci sed ponderе vester. Si tumeat, tam tum tibi zona brevis. Ovid. 2. Fast. Dat teretem zonam, qua modò cincta fuit. Horatius: Carminum, Ode 30. & solutis Gratiæ zonis, properentq; Nymphæ, Meriturusque. Catullus Epigramm. 2. Quod zonam solvit diu ligatam. C. Gracchus apud Gellium lib. 15. cap. 12. Zonas quas pœnas argenti exuit, eas ex provincia innocens vendi. ¶ Zonā perdidit, proverbialiter dicitur in eum, qui omni pecunia destitutus est: trahitur à militibus, qui quicquid habent, in zona circumferunt. Horat. 2. Epist. lib. 2. Ibit eò quo vis, qui zonam perdidit. ¶ Zonæ item dicuntur, circuli quidam lati, cœlum, terramq; veluti singula quædam ambientes. Sunt autem numero quinque ex quibus media quæ inter Tropicos est, nimio calore parum apta creditur habitationi: duæ verò extremæ sub Arctico & Antarctico circulis sitæ, nimio frigore horrent: unde & ipsæ habitationi parum sunt idoneæ. Reliquæ autem duæ, ut quæ mediis interjacent, & geladam litem obtinent, temperatæ sunt, & humanæ vitæ accommodatissimæ. Virgil. 1. Georg. Quinque tenent cœlum zonæ: quarum una coruſco Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni. Quam circum extremæ dextra lævaq; trahuntur Cerulea glacie concretæ, atq; imbribus atris. Has inter, medioq; duæ mortalibus ægris Munere cessêre divûm, & via secta per ambas: Obliquus quâ se signorum verteret ordo. Ovid. 2. Metam.

Vesque duæ dextra cœlum, totidemq; sinistra
Parte secant zonæ, quinta est ardentior illis:
Sic omnis nitidum numero distinxit eodem
Cura deûm, totidemq; plagæ telluve premuntur.
Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu:
Nix tegit alta duas: totidem inter utramque locavit,
Temperiemq; dedit mixta cum frigore flamma.

¶ Est item zona Stephano, Ciconum urbs in Thracia, non procul ab Hebro fluvio, & Xerynthio antro, in quo Hecatæ canes immolabant, de quo plura infra in dictione ZERYNTHON.

Zonarius, a, um. [Qui zonas facit. ζωνοποιός. Gal. Ceinturier. Ital. Cinturaro. Ger. Ein Gurtler. Hisp. El que hace cintas. Pol. Pásznik. Vng. A gyartz mastis öweis. Ang. A girdler, that maketh girdles.] Cic. pro Flacco: Quod Mithridates, qui multitudinem illam non auctoritate, sed stigma tenebat, te velle dixit ad furores & zonarii conclamarunt.

Zonārius, a, um, adjectivum. Quod ad zonā pertinet: ut, Sector zonarius, qui zonam seu loculos inquirit, quem crumenicam appellare possumus. [βαλλαντοτόμος. Gal. Coupeur de bourses, coupebourse. Ital. Taglia borse. Ger. Beutel abschneider, oder abschneider. Hisp. El cortador, corta bolsas. Pol. Rzezimieszek. Vng. Kis mas Zsebes, vagy erszeny metsző. Ang. Cutpurse, or a girdle.] Plaut. in Trin. mirā sunt, ni ille homo est aut dominator, aut sector zonarius.

Zonella, æ. [ζωνίδιον. Gal. Petite ceinture. It. Cintura piccola. Ger. Ein gertelin. Hisp. Pequenna cinta. Pol. Pasek, ezgienka. Vn. Mase Zsinorka kocske. Ang. A little girdle.] dim. nutivum. Catul. in Epithal. Tibi virgines zonula solvunt sinus.

Zonātim, adverbium antiquis usitatum. Per gyrum. Lucil. lib. 6. Zonatim circum impluvii cameram is cludebat. Ex Nonio.

Zōnītis, penultima producta, ζωνῖτις. Cadmiæ species est, lineas quasdam latusculas zonarum instar discurrentes habens: unde & nomen accepit. Eadem & Placodes, πλακώδης dicitur, quasi crustaceam dicas. Autor Dioscor. libr. 5. cap. 40.

Zoönychion, pen. corr. ζωόνυχον, Herba eadem cum leontopodio apud Dioscor. lib. 4. cap. 132.

Zoophthalmos, ζωοφθάλμος. Gal. Hanenwerk. Herba in tectis & luggrundus nascens, quæ in loco nomine Sempervivum majus appellatur. ἀειζωὸν τὸ μέζον. Folium habet carnosum & subrotundum, oculi animalis similitudinem referens: unde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 25. cap. 13. & Dioscor. lib. 4. cap. 91.

Zoophytā, ζωόφυτα, dicuntur, testa Budæo, quæ mediam naturam inter plantas & animalia habent. [Pol. Zátwirki.] Jam sunt ostrea, spongiæ, quæ nec ut stirpes nec animalia dicere possis, sed medium quid dam inter utrumque. Nam sensu prædita esse manifestum est, quum tamen motu careant progressivo. Nos (inquit Budæus) forte Plantanimalia dicere possemus: vel Semianimalia.

Zopissa, ζώπισσα, f. p. Pix navibus abrasa, teste Plin. lib. 16. cap. 12. Quæ admista cera, & marino sale macerata, multò ad omnia est efficacior, quàm aliæ picres. Sed propriè resina expinu. Dioscorides libro 1. cap. 99. ζώπισσα δὲ ἡ μέλαινα τῆς πίτυος ἐκ τῶν ἀπολουομένων ἐκ τῶν ἀκροδρύων ἀποκαθαιρομένη

ONOMASTICON

PROPRIORVM NOMINVM, PRIMVM

A' D. CONRADO GESNERO, EX VARIIS DICTIONARIIS collectum.

NVNC VERO' HAC POSTREMA AEDITIONE A' QVO-dam Studioso post Herculeos labores, summis vigiliis, summaq; diligentia in compluribus hinc inde locis castigatissimum & locupletissimum factum.

VNA' CVM

GERMANICARVM vocum additione.

CATALOGVS ILLORVM, QVORVM NOMIna propria in hoc ONOMASTICO *declarantur:*

Viri.	Dii.	Emporia.	Navalia.
Regiones.	Monstra.	Populi.	Sectæ.
Menses.	Vrbes.	Sidera.	Venti.
Montes.	Oppida.	Maria.	Fluvii.
Sinus.	Castella.	Vici.	Promontoria.
Fontes.	Insulæ.	Pagi.	Lacus.
Solitudines.	Stagna.	Paludes.	Speluncæ.
Mulieres.	Sylvæ.	Portus.	*Et cætera.*

CONRADI GESNERI,

DE

ONOMASTICI

editione,

AD LECTOREM

admonitio.

IN *prima editione* ONOMASTICI *nostri, quæ fabricata est Basileæ, anno* 1542. *continentur propriè nomina, quæ antehac* AMBROSIVS CALEPINVS *olim in* DICTIONARIVM *suum retulit, & alii eadem postea addiderunt. Item Elegidarum carminis sive poëticæ ut vulgò inscribitur, congeries primùm quidem congestæ ab* HERMANNO TORRENTINO, *ex Suetonio, Livio, Strabone, Plinio, Solino, Virgilio, Nasone, Persio, Terentio, variis postea interpretibus, & Græco vocabulario* IO. CASTRONII, *ipsis scribis deinde verò à* ROBERTO STEPHANO *locupletata cum accessione etiam. Verba eius in Præfatione hæc sunt: Nos (quæcunque) ab aliis tradita studiosè omnia collegimus: fabulas ex Servio, Acrone, cæteris; nubilibus Grammaticis depromptimus: clarorum virorum historiam præstantissimis quibusq; rerum scriptoribus mutuati, quod commodè facere potuimus, eos suis dictis, factisque illustravimus. Quod autem attinet ad locorum rationem, urbium situm, fluminum magnitudinem, omnia tanto studio, curaq; persequimur, ut non tàm à nobis scripta, quàm ab auctoribus ipsis, Plinio, Strabone, Ptolemæo, dicta esse videantur. Hæc Robertus. Eadem tempore* IO. CRAENIVS *idem Opus locupletavit, tàm abunde, tum ex commentario* IACOBI MICYLLI *in Boccatium, præsertim quod ad poëtarum fabulas de deis attinet, &c. Ex omnibus istis collatis & passim emendatis in Orthographia præsertim corpore nostro confecimus quidem laborem in vocabulis istis, quæ conjungunt literæ A, E, I, O, V, Y, Z, omissum, in reliquis. In istiusmodi vocabulis eadem aliquando reperiebantur, plerùq; tamen ob aliquam differentiæ causam: & multis prolixior esse, quàm ut quod ab aliis dictum omittere. Hæc de prima editione. Nunc in hac secunda editione non pauca correximus, tum nostra, tum amicorum precibus evicta: & insuper* STEPHANI *Grammatici Græci vocabularium Græcis explicitum relegere commisimus: sic ut omnia quæ apud* STEPHANVM *sunt vocabula, hic etiam explicentur, si quæ veri parùm ad Latinos pertinere videbantur, aut aliquis prioris erroris in vocabulis aliisque descriptionibus, ut sunt auctorum testimonia, historiæ, quædam fabulæ, & etyma & nomina à singulis derivata sæpe omissa sunt, præsertim ab initio Operis, sæpè enim brevitatis fuerit affectio.* STEPHANI *autem nomen ubiq; adscripsimus, ut ipsa sunt quæ Græci sciunt, vel certiùs vel copiosiùs nonnulla requirentes. Multa sanè apud Græcos gentilia, aliaq; derivata, Latinum formam vel terminationem elegantem habent, & ut Latinè scribantur, sic nonnunquam laboravimus. Multa apud illos terminationum sunt discrimina, plurimum aliquis de vetustate apud Latinos usurpatum. Non silentio autem quo* STEPHANVS *ordine procedat, singula adjecimus: sed cæsperit plurima, quæ non sunt locanda: alii, non alphabetico ordine commemorabat, & alibi recitanda erant, omittebat, ad ordinem quæ postea hic redegimus. Græca vocabula Latinis, ut plurimum adjecimus ex* STEPHANO, *ut orthographia melior sit vel varietas, nonnunq; depravatione veteri, & de prosodia, etymologia & inflectionis modo certiùs constaret. Magna etiã accessio facta est ex* C. PLINII *opere De naturæ historia: ob eam, in ea ut restimonia hæc tanti Plinius citaretur, quæ ipsius & capite singulo ubi ea poscenda essent, annotaretur: adjecta numero, quarta prior libri, posterior capitis esset. Hæc hactenus etiam de secunda editione dixerim, in qua si pauca mutata, variationes adhuc deprehendi quædam reperiantur, non in negligentiam nostram, sed* AMBROSII CALEPINI *& aliorum ex quibus hæc congesta sunt vel scribentium vel imprimentium referri debent. Nostræ sanè simplicitatis emendationes non rarò ad eorum vitia gratia adscribuntur, aut scribæ alibi remittitur. In præsenti ad quæcunque singulorum labore & diligentia nostra hoc Opus excrevisse, & maximam boni studiosi comparationis accessisse, quæ hactenus nostra secula viderunt, bene & studiosi & affectibus liberi homines agnoscent & approbabunt.*

De triplici utilitate hujus Operis.

Prima & maxima utilitas est, quæ ex veris, nobilium; historiis & locorum descriptionibus præcipitur.

Altera minor, non spernenda tamen præsertim Christianis & solidæ doctrinæ studiosis, quod multæ gentilium fabulæ & magnæ, quæ aliquo longo tempore perdiscere oportuit, vel in quærendo laborare, ut multa, variaq; sint figmenta deorum, hominumq; genealogiæ, & alia vanæ antiquitatis spectra, statim cum ejus usus, hic in promptu habere liceat.

Tertia commoditas est, quòd posteriorum historicorum, & aliorum etiam auctorum interpretes, qui Commentarios & Scholia constituunt, lectores hos remittere possunt, ut non frustra in Annotationibus super Tacitum libris contra Graecos, ac multa scripsimus, quæ eadem in singulis propè super singulari auctore annotamenta inculcanda, ut fiellat communis Commentarius in plenis scripturæ. Quod si modum dies monetur, non multùm tamen ad hanc professionem desiderari videtur, quod vel à nobis, vel alio olim, assurante Deo, fu[illegible] poterit. Neque quam enim alios ab iis, quæ adscita nostra sunt, operibus abstinere velim, qui sciam & fructum vix unum mi, nedum emolumentum ullum vendicaturos esse, cum alios ob causas, tum ingenii debilitatem, tenuitatem, tum communem illam, quæ propter vitæ brevitatem ambitæ absolvere plerisq; omnes impedimur. Itaq; studiosis ac eruditis piè laborare & vos, si quid habent, habituros esse aliquid, quod vel ad hujus, vel alterius operis nostri accessionem, emendationem pertineat, id veritati symbolam in commune depensuri.

NOTANDA QUÆDAM:

Terminatio Latina in us ubi occurrit, quæritur Græca in ος: & contrà, Quæ non inveniuntur cum tenui, fortè se offerent cum aspirato: & contrà, In gentilibus Græcorum in ὰς diphthongum terminatis, ultimam plerunq; acuto notavimus, ut de Græca orthographia constaret, & syllabarum numero, ut Tyrannus.

A'RON. [אַהֲרֹן Aharón. Ἀαρών. Suid.] Nomen proprium summi Sacerdotis apud Hebræos, qui una cum fratre Mose Israelitas eduxit ex Aegypto.

A'bā. Xenophanis filia, quæ Olbi Ciliciæ urbis tyrannidem, quam pater procuratorio nomine administrārat, cultu, obsequiisq; ab Antonio & Cleopatra sibi impetravit. Ἄβα. Vide Strab. lib. 14. ¶ Fuit præterea Aba, ut eidem Strabo refert lib. 10. ex Aristotelis sententia) civitas Phocidis, cujus cives Abantes, Ἄβαντες, dicebantur, qui postea relicta patria Euboeam incoluerunt, quę etiam ab ipsis Abantis, Ἀβαντὶς Stephano dicta est. Est etiam Aba, mons Armeniæ, ex quo Dominus Corbulo Euphratem nasci voluit referente Plin. lib. 5. cap. 24.

A'bācænā, Ἀβάκαινα Ptolemæo, vel Abacenum. Ἀβάκηνον Suidæ & Stephano, Oppidum est Siciliæ, non procul à Messana cujus incolæ dicuntur Abacenini, Ἀβακηνῖνοι Stephano. Est præterea Abacæna, teste Ptol. lib. 6. Oppidum Mediæ.

A'bācīŏn, & Abachium, Urbes Navarræ.

A'bæ, Abarum, Ἄβαι, Oppidi nomen est in Phocide, ab Aba quodam heroë illi inditum, ut Stephanus & Suidas prodiderunt. Hujus incolæ dicti sunt Abantes, Ἄβαντες, qui postea hac urbe relicta, in Euboea sedes fixerunt, eamq; insulam de se vocarunt Abantidem. Pro eodem legitur & Aba singulari numero. Vide ABANTES.

A'bæā, Abææ Ἄβαια Ptolemæo, Oppidū est in sinu Messeniaco, non procul à Pharis, quod nonnulli idem esse putant cum Hira, seu Orchalia, una ex septem civitatibus, quæ apud Homerum to. Iliad. Achilli offeruntur ab Agamemnone. Vide Hermol. in Plin.

A'bæātæ, penult. prod. Ἀβαῆται, Populi sunt Arcadiæ in sinu Messeniaco, quorum urbs Abæa commemoratur à Ptolemæo lib. 3. Vide Plinium lib. 4. cap. 6.

A'bālā, Ἄβαλα, Oppidum est Troglodytarum, non procul à mari Rubro. Vide Plin. lib. 6. cap. 29.

A'bālītēs sinus, Ἀβαλίτης κόλπος, Exiguus est sinus in tractu Troglodytarum: ita dictus ab Abala, ejus regionis oppido maritimo. Vide Plin. lib. 6. cap. 29.

A'bālūs, Ἄβαλος, Insula est Oceani Germanici, in qua nonnulli credidérunt electrum ex arboribus fluere. Plin. lib. 37. cap. 2. ¶ Sunt & Abali Indiæ populi ad Gangē fluvio. Plin. lib. 6. c. 19.

A'bānā, næ, pen. corr. Fluvius Damasci, qui in radicibus Libani exortus, in Syriacum effunditur mare.

Abania, Pater gratus Domino, vel pater gratus Fons Deum.

A'bāntēs, Ἄβαντες, Populi ex Thracia oriundi, qui finibus suis egressi, in agro Phocensi oppidum condidére, quo à locis sui nominis Aban vocavére: ipsi quoq; à nomine oppidi Abātes vocati. ¶ Ii postea in Euboeam transgressi, quam hinc Maris discretam, à suo relictiq; nomine oppidi, Abantidem illi vocavére. Hos Hesiod. lib. 1. inter Ionas commemorat. Alios hoc nomine populos Orpheus in Argonaut. juxta Pontum collocat. Vide Abantis.

A'bāntĭās, adis, Ἀβαντιάς, Patronymicum est à nomine Abas, quo significatur vel filia, vel neptis Abantis. Apud Poetas fere pro Danaë ponitur, Abantis ex Acrisio nepte, vel pro Atalanta, nepte ejusdem ex Iasio. Vide ABAS.

A'bāntĭs, adis, Strabonis aut Abantias, adis, Plinio, Ἀβαντὶς Stephano & Suidæ, Insula est Boeotiæ adjacens, tam ex quo à continenti fundo dicitur, ut pōtejungatur. Hec, teste Strabone, in principio libri 10. olim Macris dicebatur obscuritatis longitudinē postea ab Abantibus Thraciæ populis, qui relictis Abis, Phocensis agri oppido, in hac insula sedes suas fixerunt, dicta est Abantis & postremo Euboea. In hac insula est Capharæus promontorium, Græcorum naufragiis infame.

Abaorita, à Plinio lib. 6. cap. numeruntur inter Indiæ populos.

Abarbarea, Ἀβαρβαρέη, Una Najadum, ex qua Buculion, maximus naturæ lusus Laomedontis Aesopum genuit, & Podasum. Homer. Iliad. 6.

Abarim. [הָעֲבָרִים habárim.] Mons excelsus dividens terram Amon & Euphratis à terra Promissionis, contra Iericho ad Jordanem usq; fluvium protendens: ita dictus.

Abarimon, Scythiæ regio in magna montis convalle, in qua sylvestres homines degunt averso pulli cruris plantis, qui maximam habent velocitatem, passimque cum feris vagantur. Ἀβαρίμονες. Plin. lib. 7. cap. 8.

Abăris, hujus Abaris pen. corr. Nomen viri proprium, quem ferunt sagittam per orbem terræ circumvolasse, nihil omnino vescentem. Hunc Abarim Scythæ filium, non ignarum incantum, oracula simplicitate tradidisse, quæ Scythæ non cupierunt: & nuptias Hebri fluminis, ac Apollinis adventum ad Hyperboreos, ratione metrica, abs quo sagittam accepit, quam diximus. Hujus & Gregorius Theologus commeminit in epitaphio ad Magnum Basilium. Hactenus Caelius. Præter oracula Scythica, & nuptias Hebri fluminis, alia quædam scripsit, ut commemorat Suidas. Meminerunt hujus Herodotus in Melpomene, & Strabo lib. 7. & Scholiastes Aristoph.

Abarnus, Ἄβαρνος & Stephano, vel Abarnis, Ἀβαρνὶς Herodoto, Oppidum est, & regio aspera in tractu Parianō, ad Propontidem. Hecataeus & Ephorus Abarnidem ad Hellespontum collocant, & Lampsaci aream fuisse volunt. Vide Stephan.

A'bās, Ἄβας, Ἄβαντος, per unum s hoc duodecimus Argivorū, Lynceī ex Hypermnestra conjuge filius: fuit tamē qui Belī filium faceret, homo bellicosus & acerrimi ingenii fuit, & regnavit annis XXIII, ut inquit Eusebius. Pater fuit Proetī & Acrisii, & avus Persei, à quo postea Argivorum reges, Abantiadæ dicti. ¶ Abas alius fuit quidam nobilis comes Aeneæ de quo Virg. lib. 10. Vna torvus Abas, cui Eraliber: Acre cavo clypeum magni gestamen Abantis. ¶ Alius item fuit Centaurus, Ixionis & Nubis filius. ¶ Fuit etiam hoc nomine Sophista quidam, qui & historicos quosdam commentatus, & Rhetoricem scripsit reliquit, autor Suid. Ab Abas Et Abantius, Ἀβαντιεύς. Item Abantiades patronymicum masculinū. Ovid. 5. Metam. Torquet in hunc hastam cruda de vulnere raptam Victor Abantiades: Hoc est, Perseus pronepos Abantis.

Abases. Plurali numero, loca tum deserta & inaccessa in Occidentali plaga Aegypti. Ἄβασοι. Hoc enim nomine Aegyptii vocant regiones inhabitatas, & maximis desertis circundatas, ut scribit Strabo lib. 17.

Abaster, Vide Alaster in ASPELL.

Abasgis. Ἀβασγὶς, in Scythia vicini Sauromatæ. Steph.

A'bătos, penult. correp. Insula est Aegypti, in palude Memphitica posita: ita dicta quòd ad illam propter limi & papyrorum copiam difficillimus sit aditus: ab ā, privativa particula, & βαίνω, vado, vel ascendo, Ἄβατος. Hujus meminit Lucan. lib. 10. Hinc Abatos, quam notior colit veneranda vetustas, Terra potens. Hoc nomine etiam vocatus est locus ultra Aegyptum & Aethiopas, juxta paludem, quam Stygem vocant. Latini hujusmodi loca, ad quæ difficiles dantur accessus, Invia vocant sive Avia, sive Inaccessa. Sic etiam Ovid. de Pont. Parthorum gentem inviam vocat:

Gens fuit & tenax, & equis, & tuta sagittis,
Et non accessu invia fluminibus.

¶ Abatos præterea aliquis nomē fuit, quod à Rhodiis fuit erectum ad regendum Antiochi trophęū, quod religione impediti diruere nō poterant. De hoc ita scribit Caelius Rhodig. Antiq. lect. lib. 12. cap. 33: Accem. Cum mirari nō desinunt Graeci, quæ truncatos Rhodios classe evexerit, insulamq; domuerit, erecta in urbe Rhodia statua, quæ civitati stigmata videretur inurere. Quem tamen obsequium mox Abaton dixēre, quoniā trophæa moveri religio est.

Abazēā, penult. prod. Ἀβαζῆα. Festa fuerunt, vel potius sacra à Dionysio Capri filio, & Aliæ rege instituta. Cicero 3. de Nat. deor. Dionysios multos habemus: primum Jove & Proserpina natum: secundum Nilo, qui Nysam dicitur interemisse cum Capro patre, eumque regem Asiæ praefuisse dicunt: cujus Abazea sunt instituta. Dicta Abazea à vastitate, quia hæc sacra celebrantur. Ἀβαζῆ enim vastitatem significat. Sed hæc falsa esse jam pridem docuerunt docti viri legendum enim apud Cicer. Sabazia.

Abbarim. Vide supra ABARIM.

Abbatra castellū in Arbesi insula: de quo vide Dom. Manum Nigrum lib. 7.

Abderitēnes, populi, Plin. lib. 4. cap. 10. Sed correctiùs legitur, Andaristenses.

A'bderi, pen. prod. Ἄβδηρα, Urbs est Thraciæ maritima, Democriti patria, non procul à Nesi flumine sita, à Teiis condita, ut testatur Herodotus lib. 1. Vulgò Βάϊζηλος. ¶ Hinc natum proverbiale apophthegma: Abdera pulchra Teiorum colonia, Ἄβδηρα καλὰ Τηΐων ἄποικος: quo significamus non desisse quò confugiamus, quis præterea nos pergat esse molestus. Huc fortasis alludit M. Tull. 4. & 7. Epist. ad Attic. Vadimonium existimat cōvenire proverbium, ut qui fortunā tentet, sed cum libertate corporis: tamen ampliorem opibus, sed obnoxiis servituti. Nam damnatus est Abderitarum aër, & rem pascua. Ab (inter quos est Pomponius Mela) à Diomede conditam urbem volunt, & à nomine Abderæ Jovis ipsius nomen esse fortitum. Effertur autē Abdera, æ, vel Abdera, orum. Ovid. in Ibin: Aut te devoverit certis Abdera diebus. Plin. lib. 25. cap. 8: Circe Abderam & limitem, quem Diomedis vocant, equi pastu infamantur rabie. Plutarchus autem Mela lib. 2. Turris, quam Diomedis vocant, signum fabulæ remanere & urbs, quam soror eius tuo nomine nominavit, Abdera. Supra hanc urbem Bysticum fingunt esse dicitur, in quo natando omnia demergantur ut le & nomen accepit ἀπὸ τοῦ βυθίζειν, mergo. Stephanus hanc urbem ab Hercule conditam existimat, & à nomine Abderitæ, quem in delitiis habuit, Abderam fuisse nominatā.

ABI & Abdera urbs in Bætica Hispaniæ regione, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 1. forte Almeria. Hinc Abderita, gentile, vel Abderites, ἀβδηρίτης. de quo paulò post.

Abderitanus, a, um, adjectivum est, Abderitana plebs. Martial. lib. 10. Abderitanæ pectora glebis habes.

Abderiticus, a, um, ἀβδηριτικός. Cicad Attic. imperium Abderiticum. Abderitica mens dicitur, stupida, aut insana. Abderitanis etiam quarta pecuniarum fuisse merces. Corpora indicat Mutilius in libris de Nat. deor. & Plin. lib. 29. cap. 1. Vide Gellium. Rhod. Antiq. lect. lib. 16. cap. 13.

Abderites, ἄβδηρος, Populi Thraciæ sunt qui quum à montibus accanis vexarentur, cruciatus tandem orale solum reliquerunt, & alias quæsitos colles. Hos Cassandreæ, Edonis in ultimis Macedoniæ partibus concessit, suscepit, pactione simultatis in curia de pace, quam fiam timebat invasores patrum.

Abdon, ἄβδων, indecln. nomen proprium est unius è Iudicibus Israel.

Abdus. Vide ABDVS.

Abea. Vide ABAEA.

Abeeus, Siracorum rex, qui sunt populi ad radices Caucasi. Vide Sabonem libro.

Abeetæ. Vide ABAETAE.

Abella, de, ἄβελλα. Ptolemæo, oppidum est Campaniæ nō procul à Nola, quę & Avella dicitur mutato b in u consonantem. Virg. 7. Aen. Et quos mali feracis despectant mœnia Abellæ. Hinc nuces Avellanæ dictæ, quæ ibi copiosissimè provenirunt.

Abellinum, sive Avellinum, ἄβελλινον, Italiæ oppidum, in tractu Campaniæ, testè Plin. libro 3. cap. 5. hoc idem esse creditur tum eo quod Virgilius Abellam vocaverit de & nuces Abellinas primùm, & postea Avellanas dictas tunc. Est & Abellinū, testè Ptolemæo lib. 3. Hispaniarum oppidum nō procul à Nucetia Apulorum. Varinę oppidi incolę dicuntur Abellinates, ἀβελλινάται. dissimilis causa gratia, posteriores Protropos cognominat. Plin. lib. 3. cap. 11.

Abel-maim, civitas est, quam ut Paralip. Historia narrat, rex Ada expugnavit.

Abel-mecholah, civitas est, Helisæi prophetæ patria.

Abelmuis, Syriæ oppidum, quondam à Semiramide condi tum. ἀβελμοῦις. Plin. lib. 6. cap. 28. A Petra incolarum Oasi ad Characem, oppidis quondam claris à Semiramide conditis, Abelsamide, & Soracha.

Abelte, Oppidū apud Herodotū Tyriū, Plin. autore, lib. 5. cap. 22.

Abii ἄβιοι populi sunt, ut Stephano placet, Scythicę aut, ut alii malunt, Thraciæ: ita dicti quòd Abiquum amnem accolant, aut certè quòd in curribus degentes, laste vescentes, & in cæde horum vivētes, vitā humanā agere nō videantur. Ut Abios intelligas, τὸν ἄβιον βίον ἐπιτηδεύοντες. Alii Abios dictos putāt, quasi ἀβίωτους, quod in pace degentes neminem violarint. Vide & ab Homero mortalium infirmi appellantur. Lucil. lib. 15. ἀβίοτον ἀβίοτον ἀβίοτον. Sunt quoq; qui inde Abios dictos putāt, quòd more vicinarū gentium usu nō utantur, ut sit cōpositum à μὴ & βίος, quod accedam ad tumulos sublimes, arcu significat. Apud Homerū tamē Abiorum nomen, ut & Galactophagorum, nō adeo Græcile esse videtur, quàm Mysiorum, quorum ea præcedēti versu meminit, epitheton. Vide Strabonem lib. 7. & Calium lib. 18. cap. 23.

Abilla, pen. cor. ἄβιλλα, Stephano, oppidi nomen est ad Iordanē fluvium. Est & Abila, ἄβιλα, Strephano & Suidæ oppidum in regione Decapolitana, Diogenis Sophistæ patria: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 18. Hemidonas Mauritaniæ in faucibus Freti Gaditani, è regione Calpes, Hispaniæ montis, ἄβιλας Suidæ. Plin. in Prooem. lib. 3. Prorsus autem faucibus utrinq; impositi montes coërcent claustra, Abila Africæ, Europæ, Calpe, Laborum Herculis meta. Quam ob causam indigenæ columnas eius Dei vocant, creduntq; per fossas excluta æstua admisisse maria, & rerum naturæ mutasse faciem.

Abis. Fluvius in Danaburn influens. Hic etiam Abus dicitur. Autor Athenæus.

Abisama, ἄβισαμα. Ptolemæo, civitatis nomen, quæ à Ptolemæo collocatur in ea Arabiæ parte, quæ Arabia felix dicitur.

Abisarē, alias Basari, regio est Indiæ, apud Strabonem lib. 15.

Abisontes, à Plin. lib. 3. c. 2. inter Alpinos populos numerati.

Ablett. Populi fuerunt non procul à Pergamo, qui parent Mysiis, ut auctor est Strab. lib. 13.

Abnoba, mons Germaniæ, in cuius oritur Danubius. Plin. lib. 4. cap. 12. Ptolemæo, tamē Plinio codicibus hunc Arnoba legitur, nō Abnoba. Vide in Emendationibus Arcobæ. Vulgò ἄβνα. Vide Synonymum Cluv.

Abobrica, nomen est civitatis oppidi in ulteriori Hispania, in conventu Bracarum, autore Plin. lib. 4. cap. 20. Ptolemæus vocat Ἀβόβρικον.

Abocccis. Aethiopiæ oppidum Plin. lib. 6. cap. 29.

Abolani, fuere populi Italiæ, Albensibus proximi inter Latinos à Plinio relati, lib. 3. cap. 5.

Abolla, ἄβολλα, Ex eodimus Stephano, oppidum Siciliæ, cujus incolæ vocantur Abollani, ἀβολλανοί.

Abonoteichitæ. Populi sunt ad Pontum Euxinum ita dicti ab exiguo oppido, cui Ἀβώνου τεῖχος hoc est, Abonimuri, nomen est. ἀβωνοτείχιται. Hæc Steph. vide & Lucianum in Pseudomantæ. Ptolemæo est oppidum Galatiæ.

Aborata. Regio sita est ad Mœotidem paludem, non procul ab Hypani fluvio, ἀβόρατος. Vide Strab. lib. 11.

Aborigenes, pen. correp. ἀβοριγένες. Stephano appellati sunt populi antiquissimi, qui primi tenuerunt agrum Italum, in quo postea condita fuit Roma: sic dicti, quòd primi viderint, tanquam alii ex patribus, & quasi sine origine: aut quòd ex varia gentium collavione mixti erant. Hi postea adventu Arcadū Pelasgorum uncti, Latini uno nomine appellati sunt. (Germ. Vide Halicarnassenses in Italia non tam dicti sunt Xenophontis genus esse, aut habere. Livius 1. ab Urbe libro. Aborigenes, qui tum ea loca tenebant, ad arcendam vim advenarum, armati ex urbe, atque agris concurrunt. Dionysius autem Arcades fuisse, & cum Oenotro Lycaonis Arcadiæ regis filio in Italiam venisse tradit. Postant tamen & alium urbium primi cultores Aborigines dici, ut Græcè αὐτόχθονες, id est terrigenæ. Idem Græcè ἐγχώριοι appellantur: hoc est, progenitores, à quibus ceteri genere trahunt originem dicuntur & ἰθαγενεῖς hoc est, indigenæ, qua voce usus est Ambrosius Hexam.

Abortbas, Fluvius est Mesopotamiæ in Euphratem influens, ἄβορρας. Strabo lib. 16. Ptolemæo γαβόρας. Marcellino Abora.

Abaris, ἄβαρις, fluvius. Steph. in Resposil.

Abóris, penultima correpta, ἄβορις, Urbs est Aegypti, ut tradit Hecataeus, cujus incolæ dicuntur Aboritæ, ἀβόριται. Vide Stephanum de Urb.

Abraces, à Xenophonte in lib. 1. de Cyri expeditione, numerantur inter eucusopiatum Armeniæ.

Abradatas, ἀβραδάτας, Rex Susorum fuit, & maritus Panthee nobilissimæ matronæ, quam quum a Cyro captam esse & honestius haberi præter ipsum intellexisset, ad eum accedens, quæsivit quid illi faciendum esset, quò pro tam præclaro beneficio gratiam aliquā referret. Cui quum ille respondisset, ut esset ei fretus. Regi timidissimum quidque flamma in aciem profectus, fortissimè pugnans occubuit. Cujus corpus ad se relatum, quum Panthea aspexisset, acinace lugubre cōfodit, capite super vir pectus recumbens, nec jugulo profluēte sanguini, parenti vulneribus infunderetur. Vide Xenophontem Exlæ Cyri lib. 7.

Abram. Nomen primi patriarchæ, & Latinè pater excelsus interpretatur, quem Deus abiis quæ videbat, ad mysticā à providens. Non vocaveris, inquit, Abram, sed Abraham erit nomen tuum: quia te multarum gentium patrem potui. Secundùm tamen ordinationem Latinam Abraamus dicitur, vel cum aspiratione Abrahamus.

Abretrana, pen. prod. ἀβρέτρανα Suidæ, Mysiæ regio ab hira dicta à Bretia nympha. Vide Abretranus Iupiter, ἀβρέτρανος Ζεύς, qui in Abretrana colebatur: de quo vide Strab. lib. 12. Insulæ quoq; Abretrana dicuntur, ἀβρέτρανα. Stephanus hanc regionem Abrettinam, ἀβρεττηνὴν & Plinius populum ipsum Abrettinos appellat, ἀβρεττῖνοι.

Abritanæ, populi sunt non procul à Ponto. ἀβρίτανοι. Vide Stephan.

Abrincatui, à Plinio libro 4. cap. 18. numerantur inter Galliæ Lugdunēsis populos. Dividit enim Gallia Lugdunensem in Lexovios, Bellocasses, Gallenos, Venetos, & Abrincatuos.

Abrocomas, vel Abrocomes (utroque enim modo legitur) ἀβροκόμας Suidæ ἀβροκόμης Herodoto, pen. cor. Darii filius fuit, atq; unus ex præcipuis Persarum satrapis, qui una cum Xerxe in expeditionem profectus, à Lacedæmoniis cæsus est ad Thermopylas. Vide Herod. lib. 7.

Abrodixetus, ἀβροδίκητος, cognomen fuit Parmasii pictoris nobilissimi: quod Latinè significat delicatum ac elegantē. Talem autem se ipse putavit dicq; solitus Hercules quoque Lyndi fecit, affirmans eum à fetu esse pictum, qualem ipse in quietem dissert. Plin. lib. 35. cap. 10.

Abrion, ἄβριος Suidæ, Gigantomachus fuit è Phrygia, ex Rhodo oriundus, & Typhonis occisor. Abrones etiam dicuntur homines molles & delicati: nomine occasione sumpta ab Abrone quodam Argivo delicatiore & molli, cujus vita locum habet proverbii, ἀβρότερος ἀβρονικοῦ. Abronis vita, pro splendida & molli. Vide Zenodoti paræmiam. Aut certè à Græco ἁβρὸς, quod splendidum & delicatū significat.

Abroni mœnia, lege Aboni mœnia: Vide ABONOTEICHITAE.

Abronus.

Abrontis, Pictor Samius, de quo Plin. ¶ Abros, genus Taxedinorum ad mare Adriaticum. Steph.

Abrōnÿchus, pen. corr. Ἀβρώνυχος, nobilis Atheniensis fuit, Lysiclis filius, cujus fidei, fœnaq; opera usus est Themistocles in bello Persico, & in legationē apud Lacedæmonios. Vide Herod. lib. 8 & Thucyd. lib. 1.

Abrotónŏn, sive Abrotonum: nomen proprium est meretricis, & matris Themistoclis, ἀβρότονον. Nomen est dulcium & ἀβρῶν, quasi Latinè tenerum, glabrum & delicatum, in quo vocabulo libet annotare quę apud Græcos in on exeunt, apud nos in um exire. Horum autem exeuntia, omnia esse neutra, præter propria virorū, quę sunt masculina, ut Pugnum, Dinacum: & mulierum propria, quæ fœminina sunt, ut Glycerium, Philotium, Eustachium, & similia. Licet ergo utriq; sexui convenire, ut scortum & mancipium, & plurali in a, pro hominibus ponantur, ut Servitia, pro servis, Monstera, pro mostris: & licet fœminē notent, ut Rhenum, Custodium: aut fructuum nomina pro arborum nominibus ponantur, ut poma apud Tibullum: aut quævis animalia, quæ parvissima sunt, & aut masculina, aut fœminina, aut cōmunia esse debeat; significēt, ut ostreat: tamen quia in on exeunt, aut singulariter ponuntur terminantia, ibi prædicta omnia censebuntur neutra.

Abrotónum, pen. corr. ἄβροτον. Steph. Oppidum est in Africa inter duas Syrtes, non procul à Lepti, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 4. & Strab. lib. 17.

Absarum Ptolio. & Strab. & Ptolemæo, flumen est Armeniæ minoris, nō procul à Schalkopoli in Pontum influens. Hoc cum Panecis pōtibus, ex quibus oritur, Armeniam minorem ab Adiabene regione separat, teste Plin. lib. 6. cap. 9. ¶ Est & castellum ejusdem nominis, Hurio hunc immittens: ut testatur idem Plin. lib. 6 cap. 4.

Absilæ Ἀψίλαι Stephano, populi Asiæ, à Plin. lib. 6. cap. 4 in Colchide prope Phasin amnem collocati.

Absimithus, vel Absynthus, utro q; enim modo scribitur, teste Stephano, Ἄψινθος, urbs est Thraciæ, cujus incolæ dicuntur Absinthii, Ἀψίνθιοι, quorum meminit Herod. lib. 6.

Absirtis, oppidum Asiæ. Plin. lib. 5. cap. 26

Absyros, pen. corr. Ἄψυρος. Ipsa insula est in mari Adriatico, prope in Venetorum ditione, Liburniæ adjacens, cum oppido ejusdem nominis. Vitulique memorant. Prol. apud quem scribitur Ἄψυρος.

Absus. Flavius, Vide Aous.

Absyrtides, Ἀψυρτίδες, Insulæ sunt in Adriatico mari, Illyrico adjacentes, à fratre Medeæ dilaniato, nomine Absyrto, sic appellatæ, ut Plin. scribit, lib. 3. cap. 26 & Strabo lib. 7.

Absyrtium, Ἄψυρτον, Insula Illyrici Adriatici, non procul ab Issa, ut ait Plin. lib. 3 cap. 22.

Absyrtus, ἄβσυρτος, Æetæ regis Colchorū & Ipsee, sive Eurialæ (ut alii malunt) Id est filiæ Oceani filius, alio nomine Aegialeus dictus, quem soror Medea cum Jasone discedens membratim discerptum circumquaq; dispersit, ut frequentē ea parte in colligendis ossibus occupatum remoraretur, neve à fuga retraheretur de loco ille dictus est Graeca voce Tomos: id est, incisio. Hæc Ovid. lib. 3. Tristium, eleg. 9. Plinius verò & Strabo non apud Tomitas Absyrtum discerptum vult, sed in insula quadam maris Adriatici, una eorum, quæ Absyrtides vocatæ sunt. Vide Plin. lib. 3 cap. 26, & Strab. lib. 7. Fertur insuper Absyrtus, teste Suida, Nicomedensis quidam miles, qui quum sub Constantino ad Istrum militaret, librum utilissimum scripsit de medicandis equis, & de cura animalium, eumque pulcherrimum & emendatissimum habet Antonius Vicecomes Mediolanensis.

Abudiacum. Ἀβούδιακον, Vrbs est Germaniæ, non procul ab Augusta Vindelicorum, Ptolemæo.

Abula, Vrbs Hispaniæ, Ptolemæo.

Abubus. Britanniæ Fluvius maximus, Ptolemæo: sed rectius Abus legitur.

Abus. Ἄβος, Pars est montis Taurī supra Armeniam ad viam quæ fert versus Ecbatana. Vide Strab. lib. 11. ¶ Est etiam Abus Ptolemæo fluvius Britanniæ.

Abutuccense. Oppidum. Plin. lib. 4. cap. 29.

Abydēni, populi Ἀβυδηνοί, ab Abydo civitate Asiæ: qui quū tam arctā obsidione coangustarentur, ut nulla salutis spes superesset, mutua multitudinem tanta invasit rabies, ut repentē proditos fati, qui pugnantes occubuissent perjurium alii aliis exprobrantes, & sacerdotibus maximē, qui, quos ad mortem devovissent, eorum dedimonem vivorum hostii fecissent, repentē omnes ad cedes conjugum, liberorumq; discurrerent, seq; ipsi parte omnes læti interficerent. Vide Livium.

Abydon, ŏnos, pe genitivi prod. Ἄβυδος. Regiuncula est Macedoniæ. Autores Suidas & Stephanus.

Abydus, penult. prod. Ἄβυδος, Vrbs Asiæ à Milesiis condita, Gyge Lydorum rege permittente, qui totius Troadis imperium habuerit. Sestos in Europa opponitur, interredente angusto mari, quos ab Helle Phryxi sorore in eo submersa, Hellespontus nuncupatur. Id quū Asiam ab Europa dividat, Xerxes pōtē conjunxit. Vide & Mutianus: Ἕκτος ἐστὶν, & Ἄβυδος ἐστὶ πόντου πρὸς ἑσπέρην, Ἕλλης δὲ τὸν πόντον, & subdit: Ἔστι δὲ καὶ Σηστὸς ἐπώνυμος, ἡ πρὸς τῇ Ἄβυδῳ, Ἀφροδίτης ἱερὸν ἔχουσα, ἐντεῦθεν ἄμφω Λέανδρος ἐνήχετο. ¶ Fuit aut Abydos quam Leandri. De hac Virg. lib. 2. Georg. Fibus & nitrifici Sacres tentantur Abydi. Et dicitur hæc Abydos, & hæc abydū. Hinc Abydenus, a, um, & sic Abydenus, a, um, Ἀβυδηνός. Ovid. in Epist. Leandri ad Ero: Mittit Abydenus, quā mallet terra, salutem. Ibidem Aegypti oppidum, Memnonia regia, & Olim templo incytum. Plin. lib. 5. cap. 9.

Abyla, Ἄβυλα, Mons, pen. dichrona, Mons est excelsus Mauritaniæ Calpe monti, qui in Hispania est oppositus, quos ambos Hercules columnas dicunt. Dein ac Dionysius Aphricæ Ἄβυλα τὰ ἐπὶ θατέρα μέρη τοῦ πορθμοῦ ἐστὶν ὄρη, Ἕτερα δὲ καλεῖται τὰ ἐπὶ θάτερα, τὰ δ' ἐν ἠοῖ Σκόπελοι κέκληνται πάντες, τὰ δ' ἐν ἑσπερίῃ Ἀβύλης ἀκρώρεια, id est, Sed ultimus clarorum locorum terminus Oceano proximus est occiduo, cui præcelsa una ex columnis Abyla imminet, insula cum urbs amœna Tartessos. Quæ dere multa Eustachius scribat. Abyla & Calpe montes olim perpetuo jugo cōjuncti, ab Hercule (ut est in fabulis) fuere separati, & sic immisso terræ mari, quod in hodiernum usq; diem Sicilis Ἀπόκοπον nuncupatur. In his præterea fuit Herculis Columnæ, quas hidem exisse dicunt, quum boves Geryonis vi Hispaniæ, petiit de atque ultima ibidem esset ora mea. Plinio vero Abyla vocatur, Ἄβυλα. Suidæ κίονες. Plinio, Lucius, in ferocumbus Abila peri nostrum: quemadmodum & nos scribendum putamus. Videcipiā ABILA. In superiore loco Dionysio tribuitur Ἄβυλα, quā tamen secutus Eustachius. Vide Synony. Gyraldum Abyla.

Abyntis, penult. corr. Populi sunt ad Oceanum Scythicum, Plinio teste, lib. 6 cap. 13.

A ante C.

Acc, vel Ace. [ἼΑκκη hactenus Suidæ.] Phœnicum est oppidū non procul à Tyro, postea Ptolemais dictum, Claudii Cæsaris colonia insigne. Vide Plin. lib. 5. cap. 19. & Strab. lib. 16.

Acabe, Ἀκάβη, Mons est in finibus Aegypti a Ptolemæo collocatus.

Acabis, Ἀκάβις, Civitas est in Cyrenaica Africæ regione, Ptolemæo.

Acacius, Ἀκάκιος, Patriarcha fuit Constantinopolitanus, vir in primis pius, & Leoni Imperatori gratissimus. Vita ejus vide apud Suidam. ¶ Fuit præterea Acacius Rhetor in Agnis, qui Libanii & Iuliani temporibus floruit, teste eodem Suida.

Acacesium, Ἀκακήσιον Stephano, Vrbs Arcadiæ: sic dicta ab Acaco Lycaonis filio, ut tradit Pausanias lib. 8.

Acidēmīa, Ἀκαδήμεια Suidæ, Ἀκαδήμεον & Ἀκαδέμεια Stephano, Locus nemorosus, ab Athenis mille passus distans: ab Academo heroe, ut Eupolidi placet: Ἐν Κολωνῷ ἱππίῳ Ἀκαδήμου ἕδρᾳ. Is nunc est, in ambulationibus umbrosis Academi dei. Ibi versatus est Plato, & philosophiam magna discipulorū frequētia professus est. Vnde & ejus sectatores Academici vocati sunt. Secuta Stoa quæ portica Græcis est. Scitici Hinc est illud Timonis apud Laertium: τὸν πολυκωμήτην, ἀγορηγέτην τοῦτον Ἀκαδήμου, τὸν ἐν ἀσκώδεϊ κεκρυμμένον ἄλσει, πολυφιλοσοφώτατον. id est, à quodam audire Academicum in Academia sectatorem. Hos inter duxit Plinius Fannius. Cujus ab ore mel os manabat, quale Academi Attici legida modulantur voce cicadæ. ¶ Hinc quū ex ipsorum hominum severitate, eulum cōpositum, doctrinam seu mores nimios severitatē, odisse volumus, hac proverbii forma uti licebit. Ex Academia venis, Ἀκαδημίαθεν ἥκεις. Illæ enim hominum quantumvis agrestium animi ita cōponebantur, ut hinc egressi, vultū mō dessū, hilarem, severum & gravem præ se ferrent. Quanquam & ἀκροάσεσθε torqueri patebit in falsuosum & vultuosum Philosophum agentem. Vide Athenæum lib. 12. Antea per i tenuc scribebatur, Academia. Sed aut Academia gymnasium inferius: quū superior gymnasio, cui Aristoteles præerat, nomen esset Lyceum, Ἀκαδήμεια: quæ & infector ambulatio. & superior dicebantur. ¶ Academia nostro tempore vulgō usurpatur pro urbis parte, in qua celebrantur studiorum gymnasia: ut Academia Parisiensis, quæ vulgō scribi Universitas dicitur. ¶ Academia dici quoq; potest qualibet locorum schola insignior atq; celebrior. ¶ Hujus nominis Academia penultima à productura C. Ciceronē: hinc Academicus ambitiosa nimis dicitur. Ycco sic & in alio versu Laurea. Tullius Atque Academia celebrat nomine villam. Verūm alii etiam corripuēre, & cōmunis usus servat. Claud. In Lacum Benacum Academia magna Athenis. Sidonius. Obruet & quascunq; totis Academia sectis. Vera; tectè. Nam (ut suprà docuimus) modò Ἀκαδήμεια apud Græcos scribitur per ει, penult. modò Ἀκάδημια per ι diphthongum. Fuit etiam eo nomine villa Ciceronis ad Avernū lacum non procul à Puteolis in Italiæ sita, porticu & nemore insigni via qua cūm Academicis cujusdam, quas in ea villa cōscripsit, nomē impositum. extatque laudatio ejus

villæ apud Plinium Laurez Ciceronis liberti Epigrammata quod quia elegantissimum & dignum est quod ubiq; & non ibi tantum legatur hic adscripsimus:

Quòd cùm Romanæ vindex contra sæva rapinæ
Sylva loco melios surgere jussa viret:
Atque Academiæ celebratam nomine villam
Nunc reparat culto lub potiore Venus.
Hîc etiam apparent lymphæ non antè repertæ,
Languida quæ tutus lassa natura levant.
Nimirum locus ipse fuit Ciceronis honori
Hoc decit, hæc fontes quum patefecit opes.
Vt quondam eorum, legitur Cæ sine fine per orbem,
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ. Plinius libro 31. capite 2.

Accessorius, a, um, adjectivum, ἐπακόλουθος, ut, Scitæ Academicæ hoc est, eorum qui Academicis adsentiuntur.

Acadinus. Fons est Siciliæ juxta Delos lacus. Palici fratribus sacer, ad quem juramenti veritatem explorarent ad hunc modum solebant. Iuramenti verba tabulis ligneis inscribebant, easq; in fontem dejiciebant, quæ in primam ferrent juramenti integritatem, demersæ perjurium indicabant. Alexander ab Alexandro ex Aristotele. Ita quidem ille, sed hæc est falsa & exprava lectione Aristot. verbo ἐμπιπτούσας natare, dorice verba authoris quæ subjicimus, ne quis posthac hic erret: Διὸ ἐκπίπτουσιν ἐν ταῖς Συρακούσαις τοῖς Παλικοῖς τὰ ἐπιορκοῦντα τῶν ὀμνυομένων, & quæ sequ. lib. ἀπὸ τοῦ ὕδατος ἀφανίζεται. Fuga pro ardet, ut habet Aristot. legi, ἀναδίδωσι malebat ex Stephano constat, qui eadem verba Aristot. profert. Vide plura apud Macrob. c. 19.

Acalandrum, Plinio, ἀκαλανδρὸν Strabonis. Harpax est in sinu Tarentino, non procul à Metapunto oppido. Vide Plin. libro 3. cap. 11.

Acallis, idis, ἀκαλλὶς, Minois filiæ creditur, & mater Oaxi. Steph. de Urb. Oaxus, ἄστυ, oppidum Cretæ cui, ab Oaxo filio Acallidis, quæ fuit Minois filia.

Acamantis, ἀκάμαντις, Insula est in mari Cilicio, quæ nostro tempore Cyprus appellatur: dicta Acamantis, ab Acamante promontorio sito ad Orcasium. Vide Plin. lib. 5. cap. 31. ¶ Fuit etiam Acamantis, una ex decem tribubus Atheniensium: ita dicta ab Acamante Thesei filio. Vide Suidam.

Acamantium, ἀκάμαντιον, Vrbs est in majori Phrygia, opus Acamantis Thesei filii, qui quum in expeditione adversus Solymos strenuè gessisset, locum condendæ urbis à patre impetravit. ¶ Hinc hi gentile Acamantius, ἀκαμάντιος, & fœmininum Acamantis, ἀκαμαντὶς, & posteà Acamanteus, πρὸς ἀκαμαντέως, Vide Steph.

Acamantus, ἀκάμαντος, Philosophus fuit Heliopolita. Vide Suid.

Acamarchis, ἀκαμαρχὶς, Mariæ Nymphæ nomen est, quam Oceani filiam fuisse volunt, cujus meminit Diodorus Lib. 6.

Acamas, tis, ἀκάμας, Promontorium est Salaminium in Cypro insula, quod procul aspicientibus duarum manualarum speciem præbet: à quo Cyprus antea Acamantia vocitata est, autore Strab. lib. 14. ¶ Meminit præterea Homer. lib. 2. Iliad. Acamantis cujusdam Thracis, qui Trojanorum socius, & in bello socius erat. ¶ Fuit præterea Acamas Thesei filius, à quo una tribuum Atheniensium Acamantis, ἀκαμαντὶς, nominata est & oppidum Phrygiæ Acamantium: de cujus vide supra.

Acampsonymis, alias Campsocytis, fluvius. Plin. lib. 6. cap. 4.

Acanna, ἀκάννα, Emporium est ad mare rubrum, de quo Steph.

Acanthon, ἄκανθον, Mons est Aetoliæ, cujus meminit Plinius libro 4. cap. 2.

Acanthus, ἄκανθος, Oppidum Macedoniæ, situm ad Isthmum ejus Chersonesi, in quo est Athos mons. De hoc Plin. lib. 5. cap. 11. ¶ Item alterum ejus nominis oppidum in Aegypto, trecentis viginti stadiis distans à Memphi. Vide Stephanum. ¶ Id est tertium in Asia ad Nilum fluvium: quod olim Diospolis dicebatur. Vide Plin. lib. 5. cap. 28.

Acapeatæ, ἀκαπεᾶται, Populi sunt circa Mæotim: de quibus Plin. lib. 6. cap. 7.

Acapis, pen. corr. Fluvius Asiæ apud Lazos populos.

Acarà, pen. cor. ἄκαρα, Oppidum est in media Pannoniæ. ¶ Est etiam alterum hujus nominis oppidum, in octava Italiæ regione, non procul à Regio Lepidi: cujus meminit Strabo lib. 5.

Acarallus, ἀκάραλλος, Oppidum est Lyciæ, in minore Asia: cujus meminit Steph. de Urb. ¶ Jude fit gentile Acarallus, ἀκαράλλιος.

Acaris, ἀκαρὶς, Fons est in agro Corinthio, apud quem solas Eunithes capras imputavit Autor Strabo lib. 8.

Acarne, ἄκαρνε, Oppidum est Magnesiæ regionis Thessaliæ, ut tradit Plin. lib. 4. cap. 9. ¶ Est & Acarne, piscis marini genus. Plin. lib. 32. cap. 11. Sic enim autem maris accepisse, aurata, asellus, acarne, aphya. ¶ Acarne quoq; Theophrasto herba quædam aculeata, arachydi similima, spinam habens pro folio, colore rufo, & succo sanguineo. ¶ Est etiam Acharne Athenæo lib. 8. & Aristoteli ἀχάρνη, piscis marini genus pagri vel erythrini forma, colore candido, squamis argenteis, oculis magnis, auriq; linea à branchiis ad caudam ejus protenditur. Plin. lib. 32. cap. 11. Peculiaris autem maris acceptor, aurata, asellus, acarne, aphya.

Acarnha, geminato r, ἄκαρρα, Vrbs est Achaiæ, teste Stephano: Vide & hi gentile Acarnhæus, ἀκαρρᾶνος.

Acarnania, ἀκαρνανία, Epiri pars, quam Achelous ab Aetolia dividit. In hac, ut in Epiro, gignuntur equi corpore & viribus maximi, eximiq; pretii: hinc proverbium manavit: Equi Acarnanes, ἀκαρνανικώτατοι. Conveniunt illi de re quapiam eximia aut insigni præmio. ¶ Est & regio quædam parva in Aegypto dicta Acarnania, sicut scribit Servius lib. 5. Aen. ¶ Et civitas non procul à Syracusis (ut inquit Cicero Verr.) in qua Olympius Jovis antiquissimum fanum fuit.

Acarnan, anis, ἀκαρνὰν, Qui ex Acarnania est. Virg. 5. Aen. quorum alter Acarnan, alter ab Arcadia Tegæa linguæ genitus.

Acaste, ἀκάστη, Nympha, Oceani & Tethyos filia. Hesiod. in Theogon.

Acastus, ἄκαστος, Pelix & Thessalorum regis filius venator fortitis clarus, cujus meminit Ovid. lib. 8. Metam. Hic uxorem Cretheidem, sive fuit Suidæ placet, Atalantam duxit, quæ quum Peleum amaret, neq; ille contrà hujus amori obsequi vellet, ultrò eum de hoc appellarit ne apud virum accusavit, ferq; Acastus Peleo convenientis causa in saltum Pelion ire adduxit, ibiq; omnibus armis spoliato, ferisq; accrudum præbuit verùm Chiron, sive is Mercurius fuit, intervenit, accepta Vulcani machera, Peleum liberavit qui postea domum reversus, ab Argonautis adjutus, Acastum cum uxore interfecit.

Acca Laurentiâ, Faustuli uxor, quæ Romulum & Remum lactavit, & materna lotricia gubernavit. Hæc vocata est Lupa, eò quòd nobile scortum fuerit: vocabatur enim fenitæ, Lupa, ob avaritiam, cujus causa pudicitiam prostituebat: & ejus causa Lupercalia in honorem hujus instituta sunt festa, quæ Romani testamento ejus occupaturi, Laurentinalia vocabant: de quib. suo loco plura dicentur. ¶ Fuit & alia Acca Tarunti uxor sic dicta à Tarunio nobili quodã Tusco & diti viro, cui nupsit. Vide de his Accis quæ notat Scalig. ad Varr. de Lingua Lat.

Accabicorichitæ, ἀκκαβικορίχιται, Populi sunt in Mesopotamia non procul à monte Adiabe, ita dicti ab oppido, cui Ἀκκαβίκη κώμη: hoc est, Accabicus murus nomen erat. Autor Stephan.

Accæron, ἀκκαρὼν, Palæstinæ urbs, quæ postea ab Herode instaurata, in gratiam Augusti Σεβαστὴ appellata est.

Accisi, Populi sunt ad Mæotim: quorum meminit Plinius libro 6. cap. 7.

Accitana colonia, ἀκκιτανὴ Νέμαυσος, recensetur à Plinio in Hispania citeriore, in conventu Carthaginensi. Vide Plinium libro 3. cap. 4.

Accius, ἀκκίος, Tragœdiarum scriptor fuit, tanta scenicarum gravitate, verborumq; pondere, ut Decius Brutus veramplissimus templorum ac monumentorum suorum ædituus titulis carminibus exornaverit: habitus tamen est diutusculus, neq; aliter fieri poterat in primordia nascentis adhuc Poëticæ rudiora. Vide Crinitum de Poetis Latinis.

Acco, accûs, Ἄκκος, esse Plutarcho, nomen est mulieris cujusdam, vel potius reticulamenti, cujus meru solent matres puellas in officina continere, & à peccando deterrere. Item amicula cujusdã delirę nomen de qua v. de pluratis dictione ACCVSO.

Accuforum colonia, ἀκκουφορὼν Ptolemæo, Vibe Allobrogum esse creditur, quæ postea à Gratiano, Gratianopolis dicta est. Alias Acus unus c.

Accdici, penultima correpta, ἀκκδίκοι, Populi fuerunt in quarta regione Italiæ, qui olim Arquatenses parentum. Vide Plin. libro 3. cap. 12.

Accla, sive Accle, penult. corr. ἄκκλα, Civitas est Lyciæ ita dicta ab Accleo Hercule & Malidis Omphales famulæ filio. Vide Stephanum.

Accium, ἄκκιον, Oppidum Italiæ in ora Venetorum. Vide Plinium lib. 3. cap. 19.

Accuæ, ἀκκύαι, Oppidum est in sexta regione Italiæ in tractu Vmbriæ. Vide Plin. lib. 3. cap. 14. ¶ Est & alterum hujus nominis oppidum mediterraneum Campaniæ ad Clanium amnem, cujus frequens mentio in descriptione pœnè est exhaustum. Ad quod alludit Virgil. libr. 2. Georg. quum ait: Avarus Claniæ non æquus Acerris. Hujus incolæ dicti sunt Acerrani, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Aces, ἄκης, Fluvius est in Asia Chorzimiorum, Parthorũ, Hyrcanorum, Sarangæorum, & Thamaniorum regiones irrigãs. De hoc Herod. lib. 3.

Acesis, pen. cor. ἄκεσις, Oppidum est Macedoniæ, cujus cives dicuntur Acesæi, ἀκεσαῖοι. Vide Stephanum.

Acesamenæ, ἀκεσαμεναὶ, Oppidum est Macedoniæ, conditum ab Acesamene, uno eorum qui in Pieria regnaverunt. Vide Stephanum. Gentile est Acesamenius, ἀκεσαμένιος.

Acesii, s,

Acestus, Patræus scriptor nobilis fuit, qui cum Helicone Corythio, Palladis, quæ Athenis in arce colebatur, peplum pinxit. Vnde etiam nobilia opera, & insigni arte confecta, vulgato proverbio Acesti & Heliconis opera dicebantur, Ἄκηστος ἢ Ἑλικὼν ἔγραψεν.

Acestus, ἀκέστιος, Nomen est imperiti medici apud Diogenianum, qui magis augebat morbos, quàm tollebat. Hinc fit, ut in Proverbium abierit: Acestias medicatus est, ἀκεστίου ἐκέατο, quando quòmagis malo mederi occurrere, tanto magis ingravescit. Autor Diogenianus. Vide Erasm. in adag.

Acestinus, pen. prod. [ἀκεστῖνος. Germ. Ein Indianischer medicum oder ein solcher Artzt.] Fluvius Orientalis, qui in Indum fluvium cadit, magnus & navigabilis: circa quem ferũt arundines tantæ magnitudinis nasci, ut singula internodia utriculis præbeant vicenis navigia. Effq; gemmifer. Plin. lib. 4. cap. 12. & lib. 6. cap. 20. Strabo Acesinem vocat.

Acestum, Apollinem apud Heleos eundem Pausanias putat, quem Alexiacon vocant Athenienses. Cæl. Ant. lib. 9. cap. 19. & id ratio nominis confirmat.

Acestus ἀκέστιος, Novatianorum Episcopus fuit, sub Constantino Imperatore. de quo vide Suidam.

Acestus, ἀκέστος, Nauta gnavissimus, qui semper lunam arcusabat, ut parùm navigationi opportunam. Hinc locus Adagio, Acestici lunæ, ἀκεστικὸν σέλας. Inq; Acestici dicti sunt cumprecandinatores, quibus nunquam ad bene agendum tempus est opportunum. Diogenianus.

Acesta, ἄκεστα Stephano, Vrbs Siciliæ, ab Acesta regina sic nominata, quæ eadem postea Segesta dicta est, ut inquit Servius Virgilii 5. Aeneidos: Vrbem appellarunt permisso nomine Acestam. In ea partem suorum reliquit Aeneas, quum peteret Italiam.

Acestes, ἄκεστος, Filius fuit Crimisi fluminis Siciliæ ex Egesta Trojana muliere, ut testatur Servius. Virg. 5. Aeneidos: occurrit Acestes Dardanus in jaculis, & pelle Libystidis usus. Hic jam senex, primò Anchisen, & Aeneam Italiam petentes suscepit hospitio, & mortuum Anchisen in Eryce monte Siciliæ sepelivit. Demùm iterum à Carthagine redeuntem Aeneam, quòd illum vento impulerant, suscepit, absentem vino, & aliis muneribus. memor veteris amicitiæ, liberalissimè prosecutus est.

Acestis, stis, Fluvius Indiæ navigabilis: juxta quem Alexander Macedo Bucephalam urbem condidit.

Acestium, Acestii, Nomen mulieris proprium apud Pausaniam.

Aceum, Oppidum est Cholchidis in ripa Phasidis.

Achæi, ἀχαιοί, Pontiaccolæ, Orchomenio arcæ colonia.

Achæmenes, cum diphthongo, pen. cor. ἀχαιμένης. Nomen primi Persarum regis fuit scribit Herodotus. à quo reges omnes usque ad Darium descenderunt. Hinc Persæ dicti sunt Achæmenii, & Achæmenidæ. ¶ fuit alius, Xerxis frater, hoc nomine. Turnus lib. 11. conjuret in nostra Mandus, Achæmenis decorant Medica Susis Agmina.

Achæmenia. ἀχαιμενία, Pars Persidis, ab Achæmene Aegestis filio. Autor Stephanus. ¶ Inde Achæmenius: idest, Persicus vel Parthicus. Lucanus: Pallas Achæmenio longè decurrere campo.

Achæmenides, [ἀχαιμενίδης. German. Ein geschlecht der Perser. Pol. Gemeck.] Fuit unus ex socijs Vlyssis, Ithacus. Admissa Cloviâ quo apud Cyclopas relictus, vitam infelix aliquandiu radicibus, fructibusque sylvestribus sustinuit, donec cõdem delatus Aeneas, navigationis suæ comitem eum absumpsit. Vide apud Virg. 3. Aen.

Achæorum portus, ἀχαιῶν λιμήν. Parvus est in Troade, sub promontorio ejusdem nominis sic dicto, quòd ibi Graeci classis suæ stationem habuerant, quo tempore Trojanum bellum inferebant. Hujus meminit Plin. lib. 5. cap. 32.

Achaia. [ἀχαΐα. Germ. Ein fürnemme Landtschafft Peloponnesi.] Propriè dicitur Peloponnesi regio Septentrionalis secundum litus situs Corinthiaci, ab ipso Isthmo usq; ad Arxum promontorium & Elorum agrum ad Occidentem extensa: sic dicta, ab Achæo Xuthi filio, ut tradit Strabo lib. 8. Hæc & Aegialus dicta, quòd pene tota littoralis sit, præruptusque suas urbes habeat secundùm mare extensas. In hac urbes fuerunt, Bura & Helice à mari absumptæ: item Sycion, Argira, Aegion, & multæ aliæ, quas enumerat Plin. lib. 4. cap. 5. Hanc Ptolemæus, ut ab Hellade distinguat, Achaiam propriè dictam appellat. Plinius verò hanc totam Achaiæ nomine designat. Ptolemæus verò Achaiæ nomine (quoties nihil addit) latissimam regionem intelligit extra Peloponnesum, quæ à Plinio Hellas sive Graecia dicitur: quæ quidem ab Occidente Epiro, à Septentrione Macedoniam habet, & partem Aegæi maris: ab Ortu quoque partem Aegæi maris usque ad Sunium promontorium: à Meridie Sinum mare extra litus, quod ab Acheloo amne usq; ad Isthmum extenditur. Hujus partes sunt Attica, Boeotia, Locris, & reliquæ, quæ enumerantur à Plinio lib. 4. cap. 7.

Achæus, vel Achivus ἀχαιός, Propriè dicitur, qui ex Achaia oriundus est. Ovid. 4. de Pont. Nec potes ictedis conferre Chalybin Achæis. Sæpè tamen uni nomine accipitur pro quibusvis Graecis. Horat. in Epist. ad Lol. Quæ quid belli quibusvis Graecis, Horat. in Epist. ad Lol. Quæ quid belli rant reges, plectantur Achivi. ¶ Fuit etiam Achæus, poeta quidam Eretriensis, Tragœdiarum scriptor, quarũ meminit Suidas, qui fabulas 24. dolorum una autem vitæ. ¶ Fuit & alter ejusdem nominis Tragicus poeta, Syracusius oriundus, qui & quindecim fabulas edidit. Autor Suidas.

Achæus, a, um, pen. corr. ἀχαιός: id est, Graecus. Virg. 2. Aen. Et Danaûm solitæ naves, & Achaica castra. ¶ Et Achaium mare dicunt quod Achaiam Graecorum provinciam ad Meridiem & Occidentem alludit.

Achaïades, ades, ἀχαϊάδες, Ovid. Epith. 3. Inter Achaïadas longè pulchertima matres. Sunt qui legant Achaiadas.

Achaïs, pen. prod. idis, Ovid. 5. Metam. Pertot Haemonias, pertot Achaïdas urbes.

Achaïa, idis, ἀχαΐα, Oppidum est situm ad Orientalem plagam maris Hercæi, non procul ab Oxy amne, quod antea Heraclea dicebatur, donec ab Antiocho Seleuci filio instauratum, Achaïs cœpit appellari. Vide Plin. lib. 6. cap. 16.

Achana, Fluvii nomen in Arabia, non procul ab Euphrate: de quo Plin. lib. 6. cap. 28.

Achani, ἀχανοί, Populi sunt Scythiæ, qui & Achæni, ἀχαινοί, dicuntur à Theopompo. Autor Stephanus.

Achar, Nomen civitatis, quæ nunc Nagila appellatur.

Acharracanum, ἀχαρρακηνὸν, Oppidum liberum est in Asiæ propriè dictæ ab ea parte, quæ spectat tractum Cyzicenum. Plin. lib. 5. cap. 4.

Acharnæ, ἀχαρναί, Civitas est Graeciæ in Attica regione, contra ejus tractus olim potentissima, teste Thucyd. lib. 2. Verba Thucydidis sunt: ἦσαν γὰρ ἐς τοὺς ὁπλίτας μέγιστον μόριον τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἱππικὸν ἐκπαρεσκεύαστο. Donec Acharnam pervenerunt loci apti. Antici maximum unus de iis quos vocant pagos. Vide Stephanum. Erant igitur qui olim in Graecia civitatem ab hoc pago collocant.

Achates, Hujus est Siciliæ & apud Virgilium, assiduus Aeneæ comes, ἀχάτης: hoc est, à cura dictus, quæ præcipuè Reges comitatur.

Achedorus. Vide Echedorvs.

Achelous, ἀχελῷος, Acheloi rex, à quo fluvius ejusdem nominis, qui à Pindo erumpit, & Acroiam ab Acarnania dirimens, in Mare cum finum de Patræ facit, antè appellabatur.

Achilleus, a, um, ἀχίλλειος, quod modo potentissimum est, modo pro Aeneas ponitur. Virg. Georg. 1. Poculaque ter circa Achillea fudit unda. Veteres cum aquâ omnem Acheloum nominavêre, quòd primus gulæ & luxuriæ erupisse fertur: sive quòd Achelous in Graecia (ut tot ingenia fluxerunt) omnium fluviorum celeberrimus fuit. De hoc Marcian. lib. 5. cap. 18. ¶ Hinc Acheloides, ἀχελωΐδες, Nymphæ dictæ sunt.

Achemon, sive Achmon, ἀχαιμὼν, unus fuit Cercopũ, quinam cum fratre Pallado, multo mos injuriarum genere in obvium quemque debachabatur. Hisce erat mater nomine Semonis, mulier fatidica, quæ filios severe jussit, nequando in Melampygum inciderent. Evenit deinde, ut Hercules aliquo dolo sub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Accessere Cercopes fratres, & Herculem eorum ejus armis aggredi tentarunt. Achille prominus insidias sensere, correptos ac vinctos de clava à tergo suspendit leporum more atque ad eum modum gestabat. Capti autoq; pendentes deorum domitis, postea Hercule nigris pilis horridum, atque hispidum viderunt, non Lydorum more læve ac depilatum. Quapropter matrem non immemores, hæc de re interrogant fabulæ autorem. Quod simulac audiit Hercules, cognomine delectatus, & in ritum solitas, vicenis eos librarios dimisit. Hæc Erasmus in proverbio: Non in Melampygum incidas. Meminerunt hujus fabulæ & auctor, & Gregorius Nazianzenus.

Achæron, ontis, masc. gen. ἀχέρων, Epiri fluvius est juxta Pandosiam urbem, ex Acherusia palude Thesprotiæ profluens, multisq; fluvijs auctus in sinum Ambracium influens. Quem qui transierit, nonquam redire à portis fertur. Ad quod alludens meretrix apud Plautum amanti repulsam ferenti quæ dederat, respondet: Nam fidem ut Acheronti ille remo accepto solvat, reponderet: Nam fidem ut Acheronti ille remo accepto solvat, reponderet: Nam fidem ut Acheronti ille remo accepto solvat, respondet: Nam fidem ut Acheronti ille remo accepto solvat, respondet: Nam fidem ut Acheronti ille remo accepto solvat, respond

vere. ¶ Dicitur autem Acheron, non ut quidam somniant, ab ἀ, & χαίρω: Dicebant enim diphthongo scribebantur: quod herbis non poteat, quum proximam semper comprimat: sed potius ἀπὸ τοῦ ἀχέω, quasi dolentes fluvius. Vide etiam poetæ fluvium infernorum esse fluxerant [Gerh. Joh. Vossius hist. Virg. 7. Aen. Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo. ¶ Ab Acheron fit adjectivo Acherusius, a, um, ἀχερούσιος, & Acherontius, ἀχερόντιος & ἀχέροντος, Aristophanes, & Acherontius apud Plautum: Verumenimvero nullus adarq; est Acherons. Accipiunt etiam pro infero loco.

Acherontiæ, ἀχερόντιαι, Populi sunt in agro Brutio juxta Acheronta fluvium habitantes: quorum meminit Plinius libro 3. capite 5.

Acherontia, Civitas parva Apuliæ in monte sita: quam ob loci asperitatem appellavit Horatius: quia parva est, & in montis confragosa summitate, sicut aliarum in summis arboribus. Horat. lib. Carm. 3 Mirum quod fertet omnibus Quicunque celsæ nidum Acherontiæ, &c.

Acherusia palus, ἀχερουσία λίμνη, inter Capuam & Averlam, per aperta plana ad ipsas usq; Cumas prope diffusa. Diodorus lib. xiii. Bibliothecæ, agens de sepulchris Aegyptiorum, qui Memphim accolunt, tradit paludem esse Acherusiam, in quam innotatur cadavera ulteriorem ripam defecturi navim vehunt ipsam quatuor remis, Barim hoc est, onerariam appellari: sed eandem de Charonte, qui animas trans vehebat Stygem, fabellam. ¶ Acherusia, item Specus est juxta Heracleam urbem, ab Ponto conditam in interiore ora Euxini, ad manes usque (ut fama fert) pervius. Et ex eo Cerberum ad superos tractum incolæ memorant. De hac Ovid. lib. 7 Metam. Specus est tenebrosa cæcus hiatu, Et via declivis, per quam Tyrinthius heros Rettulit audem, cunctaque diem, radiisque micantes Obliquantem oculos, nexis adamante catenis Cerberon attraxit. ¶ Idem lacus Thesprotiæ in Epiro, ex quo amnis Acheron profluit, qui in Ambracium sinum defertur. Autores Pomp. lib. 2. & Strabo lib. 7. & Plin. lib. 3 cap. 5.

Achillas, ἀχιλλᾶς Plutarcho, Servi Aegyptii nomen est, cujus manu interfectus fuit Pompeius. Lucan. lib. 8. Pharsal. Ille fieri dedecus Achillas. De hoc vide plura apud Plutarchum in vita Pompeii.

Achillea, ἀχίλλεια, Insula est exigua, Borysthenis ostio objecta, ab Achille in cæpolito nomen habens: ut refert Pomp. lib. 2. ¶ Est & Achillea, ἀ, ἀχίλλειος, herba millefolio similis, qua Achilles illius inventor Telephum sanasse fertur, teste Plin. lib. 25 cap. 5. Hodie tamen parum est cognita, inquit Cordus.

Achilleus cursus, ἀχίλλειος δρόμος, Peninsula est non procul ab ostio Borysthenis omnia, ac formam gladii in transversum porrecta, ab exercitatione Achillis nomen habens. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Achillès, ἀχιλλεύς, Opus est Statii Papinii, quo ille Achillis puerilitatem descripsit, totâ ejus vitam prosequuturus, nisi immatura ejus mors tam insigne nobis opus invidisset.

Achilleon, ἀχίλλειον, oppidum Troadis juxta tumulum Achillis, à Mirlenis conditum, ubi clypeus ejus fuerat, auctu Plin. lib. 5. cap. 32. & 30. ¶ Est & castellum prope Smyrnam, & locus in Sicilia, & vicus, & portus. Mesmes. Steph.

Achilles, sive Achilleus. [ἀχιλλεύς. German. Ein Fürst der Griechen vor Troja.] Nomen viri apud Homerum celeberrimi. Hujus nominis genitivus is mihi, quâm in is finiturus, Achillis à nominativo Achilles: Achilleï verò à nominativo Achilleus. Nomina enim in eus, præcipue diphthongum terminata, quæ more Latino genitivum faciunt in ei, per duas syllabas, sæpè per unam simul contrahuntur, in ei diphthongum, vel longum, ut apud Virg. 1. Aen. Troas reliquias Danaûm atq; immitis Achilli. Interdum solet hæc diphthongus in carmine dici musq; Achille, pro Achilli, & Ulyssei, pro Ulyssi. Horat. lib. 1. Carm. Nec custos daplicis per mare Ulyssei. Hic Peleï & Thetidis filius Chironi nutritius datus est. Inter filias Lycomedis habitu muliebri absconditus, ex Deidamia generavit Pyrrhum. Iratus Agamemnoni, post mortem Patrocli suscepit à Vulcano arma nova, Hectorem occidit & Paride conjugium Polyxenæ sperans eandem occultum, & in Stygio sepelitur. ¶ Tantæ fortitudinis fuisse fertur, ut (teste Gel. lib. 2. cap. 11.) insigni formidine duces Achilles appellatur, & Argumentum Achilleum, quod sit intuperabile & insolubile, vocetur. Quicquid itaq; invidum & intuperabile volumus intelligi, Achilleum dicimus. Vide de iis qui omnia invincerent, dictum fuisse ex Anthologia conjiciendum est. Fecit Achilles duas rectificas & quatuor, δύο εὐθείας ἐποίησε καὶ τέσσαρας. propterea quòd is rectissimus jactus fœlix esset.

Achillis, Acrichdor, ἀχιλλὶς, Insula in Ponto Euxino ad Borysthenem, teste Plin. lib. 4 cap. 12.

Achimenes, lege Achæmenes, & vide in dictione ACHAEMENIA.

Achisaris, Oppidum, Plin. lib. 6. cap. 24. 30.

Achisarmi, ἀχισαρμοὶ, Africæ populi, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 30.

Achne, ἀχνη, autore Plin. lib. 5 cap. 31. Insula est Rhodiorum in mari Carpathio, quæ deinde Casos dicta est. ¶ Achne etiam est ἀχνη, significat minutas quasdâ fruticas ex spinis interdum evolantes: & latius accipitur pro quibuslibet rebus minutis dicta quasi ab ἀχνη, ab ἀ privativo, & χνω, teneo. Vide Erasmum in proverbio: Ne tamenta quidem.

Acholai, ἀχόλαι, Oppidum est Arabiæ non procul à Nabathæis, Autor Plin. lib. 6 cap. 28.

Acholla, ἀχόλλα, Libera civitas est in Africa propriè dicta, non procul à Zella, autore Strabone, lib. 17.

Achomæ, & Achomeni, populi sunt Arabiæ felicis. Steph.

Achor, ἄχωρ, Deus habitus est apud Cyrenæos, cui sacra faciebant, quoties muscarum multitudo pestilentiam invehebat, quæ protinus ut Deo huic litatum erat, extinguebantur. Vide Plin. lib. 10 cap. 28.

Achradina, pen. prod. ἀχραδίνα Stephano, Pars est urbis Syracusanæ, cæmeteriorbis ejus partibus pœnè conjuncta. Videque describitur apud Ciceronem. Act. 4 in Verr. 6.

Achriane, ἀχριάνη Stephano, Oppidum est ad mare Hyrcanû, cujus meminit Polybius lib. 10.

Achrum Ptolemæo, est civitas Arabiæ felicis. Vide Achamæ.

Achti, ἄχθοι, Populi sunt in Sarmatia Europæa post Riphæos montes. Recentiores à Ptolemæo.

Acidalius, ἀκιδάλιος, Venus epitheton, vel quia injicit curas, quas Græci ἀκιδάς dicunt: vel certè à fonte Acidalio, qui est in Orchomeno Boeotiæ civitate, in quo se Gratiæ lavant, quæ Veneri sunt familiares. Ipsius enim & liberi Eliæ fontis memorantur. Gratiæ enim perhibentur fœdi nominum mutationis inventrices. Hæc Servius.

Acidalius, penult. corr. ἀκιδάλιος Sunde, Fons in Orchomeno, oppido Boeotiæ, Veneri sacer unde etiam Acidalia dicta est. Virg. 1. Aeneid. -at memor ille Matris Acidaliæ. In hoc etiam fonte se Gratiæ lavare dicuntur: unde & ipsæ, Autore Acidaliæ passim à Poetis appellantur. Græci hunc fœtem ἀκιδάλιον efficunt femininum genere, respicientes nimirum ad fabitâtivum ἐδὸς vel χώρα, quæ de generis. Nos Acidalium efficimus qui fontis nomen masculino genere appellamus, quemadmodum etiam Castalium dicimus, quem illi ἀκιδάλιον.

Acidon, ἀκιδὼν, Amnis est in Elide Peloponnesiæ regione, Jordanis sepulchrum præterlabens. Strabo.

Acidulus, fontis nomen in agro Veratranensi dictus, quòd aquas haberet acidulantes est, fabaceas Plin. lib. 31 cap. 3.

Acerenses. Olim populi erant in Latio, qui una cum reliquis Latinis carnes in monte Albano solebant accipere. Horum meminit Plin. lib. 3 cap. 5.

Acila, ἄκιλα, Emporium est maritimum Arabiæ, distans autore Plinio, 6 cap. 28. in descriptione navigationis Indiæ triginta dierum navigatione à Berenice Troglodytarum urbe.

Acilisena, pen. prod. ἀκιλισηνὴ, Regio est Asiæ inter Taurum, & Euphratem: de qua Strabo lib. 11.

Acilorum, Romæ nobilis fuit familia, ex qua fuit Acilius ille Glabrio, cui devicto Antiocho statua oblata est aureis bracteis inscripta: ut annotavit Caius Rhod. libr. 29. cap. 24. ¶ Item Acilius prænomine Marcus, qui consulatum gerente cum C. Portio, facie & sanguine pluisse, augur est Plin. libr. cap. 56. ¶ Fuit & Acilius cognomine Buta, cui post amplissimum patrimonium ablatum, Inopiam suam confitenti, nihil aliud à Tiberio responsum est, quàm illum serò experturum esse. Vide Suet. in Tiberio.

Acimero, Oppidum est ulterioris Hispaniæ, in tractu Celtico, juxta Lusitaniam in conventu Hispaniæ: de quo Plin. lib. 3 ca. 1.

Acina, ἄκινα, Oppidum est interioris Aethiopiæ, ultra Syenem, cujus meminit Plin. lib. 6 cap. 29.

Aciris, ἄκιρις, Fluvius est in ea Italiæ parte, quæ olim Graecia magna dicta est, juxta Heracleam & Metapontum. Plin. lib. 3. c. 5.

Acis, ἄκις, Fluvius Siciliæ, ex Aetna procedens: ex cujus ripa fertur Polyphemus Ioannis in Ulyssem jam fugientem ejecisse. ¶ Acis, Insula una ex Cycladibus. Plinius. 4. cap. 12. ¶ Acis etiam adolescentis Siculi nomen fuit, Faunî & Symæthidis filii, qui quum Galateam Nympham adamasset, à Polyphemo rivale suo est occisus, & deinde in fontem sui nominis mutatus. Vide Ovid. 13 Metam.

Acitani, ἀκιτανοὶ, Hispana gens simulacrum Martis radiis ornatum maximè religione colens, quæ Nerym incolit, Martemque vocant. Macrob. Saturnal. lib. 1. Vide Strabonis lib. 4 initio.

Acitavones, Plinius libro 3. capite 20. numerat inter populos Alpinos.

Acilibius, ἀκίλιβος, Fluvius est Siciliæ, non procul à Lilybæo promontorio in mare influens. Autor Ptolemæus.

Acmata, Arabiæ regio, Steph.

Acme, est mulieris nomen apud Catullum.

Acmodæ, penultima producta, ἀκμώδαι, Septem sunt insulæ pon-

passil, herniam, non procul ab Orcadibus. Vide Plin. lib. 4. capite 16.

Acmonia, ἀκμωνία Stephano, Vrbs est Phrygiæ in conventu Synnadico: cujus meminerunt Ptolemæus & Stephanus.

Acmonienses, sive ut apud Plinium Nat. hist. lib. 5 cap. 25. legitur, Acmonenses ἀκμωνεῖς Stephano, populi sunt Acmonidis urbis.

Acmonides, ἀκμωνίδης, fratri Vulcani ministros numerat: dictus ἀπὸ τῆς ἄκμονος, hoc est, incude.

Acœtes, ἀκοίτης, apud Ovid. lib. 3 Metam. nautæ pauperis nomen est, quod & ipsum vocis cōpositio indicat. ἀκοίτης enim apud Græcos sonat, Sine cubile.

Acolitanum, ἀκολίτανον Oppidum Iberum est in Africa propriè dicta, ab ea parte quæ tractum Cyrenaicum spectat. Vide Plin. lib. 5. cap. 4.

Acōnteus, ἀκόντευς, Venator egregius, ut docet Statius lib. 7. Thebaid. donec flammatus Aconteus Strage virûm, cui tuctas feras prosternere virtus.

Acontiōn, ἀκόντιον. Oppidum est Arcadiæ, nomen habens ab Acontio Lycaonis filio. De hoc Stephanus.

Acōntius, ἀκόντιος Bœotiæ mons est. Ille Plin. lib. 4. cap. 7.

Acōntius, ἀκόντιος, Adolescentis nomen est ex Cea Coryciæ insula oriundi, qui quum in Dianæ templo Cydippen conspexisset, eius amore captus, devolvit ad pedes ejus malū hujusmodi carmine inscriptum: Me tibi nupturam (felix cui omen) Acontius juro quam colimus, numina magna dea. Postea à patre alteri desponsa, quum periculosissima febri esset correpta, rata perjurium, morbi sui causam esse, maluit Acontio nubere, quam Dianæ iram iterum experiri. Extant hæc de re duæ Ovidii epistolæ, una Cydippes, Acontii altera.

Acrā, Vicus est Panticapeitis agri ad ostium Mœotidis 70 stadiorum freto à Corocondame oppositus. Strabo. ¶ Est & acra cognomento Iapygiæ, promontorium ex tremum Salentinorum, quæ quam longissimè ejiciunt Plin. lib. 3 cap. 11. Jin mare excurrit Italiæ: Iapygiæ cognomentum discriminis gratia additum est. Nam terræ quilibet promontoria Acras, ἄκρας vocant. Vode & plerasq; urbes in promontoriis Iteæ, Acræ appellantur. Vide Stephanum, qui decem hujus nominis urbes enumerat.

Acrabathena, Vna est ex decem Judææ toparchiis, ἀκραβαθηνή Vide Plin. lib. 5 cap. 14.

Acradina, vel potius Achradina Stephano, ἀχραδίνη, vide suprà Achradina, & infrà in dictione SYRACVSAE.

Acræum, ἄκρεον, Dicta fuit à Corinthiis, quòd ὄρεος ἀκρεῖον hoc est, in promontorio quodammodo inter Lechæū & Pagas, nō procul à Corintho colerent: ubi & vetustum ejus extabat oraculum. Strab. lib. 8.

Acræphiā, ἀκραιφία, Vrbs est Bœotiæ, quæ ab Homero Arne vocatur: dicta Acræphia, ab Acræpheo Apollinis filio, ut Stephano placet. Hanc Strabo neutro genere effert, Acraephnium, ἀκραίφνιον.

Acrigās penult. correp. Nobilis artifex nomē est, qui in auro, argentoq; cælando plurimùm præstitit: cujus etiam Plinii ætate Rhodi in templo Liberi patris opera quædā extabant, Bacchæ scilicet & Centauri in cyphis cælati. ἀκρίγας. Vide Plinium lib. 33. cap. 12. ¶ Est item Acragas, ἀκράγας Stephano. Mons Siciliæ, non procul à Pachyno promontorio, cum oppido ejusdem nominis, quod à Latinis Agrigentum dicitur: ut ille Plin. lib. 3. cap. 8. Virgil. 3. Aeneid. Arduus inde Acragas ostentat maxima longè Mœnia. Stephanus existimat hanc urbem, ut plerasq; in Sicilia, à præterlabente flavio nomen accepisse. Alii ab Acragante Jovis & Alcyropes filio dictam putant. ¶ Quatuor præterea alias hujus nominis urbes commemorat Stephanus, quarum primam in Thracia ponit: alteram in Euboea: tertiam in Cypro: quartam in Aetolia. Scribitur & Agragas per quintam consonantem in secunda syllaba. Hanc deducit gentile Agragantinus, ἀκραγαντῖνος. Lucr. lib. 1: Quorum Agragantinus cum primis Empedocles est, Hos Latini vocant Agrigentinos.

Acratus, ἄκρατος Bacchantium Genius Athenis spectabatur, cujus cuntaxat extra parietem extabat. Autor Paulan. in Attica.

Acravisci, ἀκραούισκοι, Populi sunt Pannoniæ inferioris, juxta Scordiscos: de quibus Plin. lib. 3. cap. 25.

Acrenses, ἀκρηνεῖς, Populi sunt Siciliæ, si prodidit Romanorum, non procul ab Acesta oppido: de quibus Plinius libro 3. capite 8.

Acriā, ἀκρία, Oppidum est Hispaniæ in conventu Hilpalensi: de quo Plin. lib. 3 cap. 1. Item alterum in Peloponneso, ad ostium Eurotæ fluvii, in sinu Laconico: de quo Ptolemæus.

Acridophagi. [ἀκριδοφάγοι Ger. Heuſchreckenfreſſer, ein Volck in Mecka.] Populi sunt inter Aethiopes, velociores cursu: vita verò accò brevi, ut annosissimus quadragesimum annum non excedat: fola fere loculis victitant, à quibus & nomen invenerunt. Nam Acridas, ἀκρίδας, Græci dicunt, quas nos Locustas. Vide plura de his apud Diodorum Siculum libro 4. cap. 3. Et Matthæus Joannem Baptistam vescī locustis olim, capite 3.

Acrilla, ἄκριλλα, Oppidum est Siciliæ, non procul à Syracusis: cujus incolæ dicuntur Acrilbæi, ἀκριλλαῖοι. Vide Steph.

Acrio, onis Locus. Philosophus fuit Pythagoricus, cujus meminit Cic. lib. 5 de Fin.

Acrisius penult. correp. [ἀκρίσιος. Ger. Ein König der Argivorum vnd ein Vatter Danaë / welche Jupiter beſchlaffen hat: als er jhn in ein guldinen Regen vergeſtalter hat.] Filius fuit Abantis, & pater Danaës, qui Prœto Tirynthi in regnum Argivorum successit. Hic cū oraculo monitus esset fore ut à nepote vita exueretur, filiam suam unicam munitissimæ turri inclusit, eo consilio, ut ea perpetua virginitate damnata, omni, qui a poterat ratione impendere videbatur, metu sol veretur. At Jupiter Danaës amore captus, in speciem imbris aurei se transformavit, & per impluvium in puellæ gremium descendit: eaq; compos factus, ex ea Perseum genuit. Quod ubi Acrisius animadvertit, filiam una cum infantula recens nato in arcam imposuit, in mare abjecit: quæ ad Seriphi Apulum appulsa, & à piscatoribus excepta, ad Polymnum regem deducta est, qui & formæ ejus & genere adductus, eam sibi uxorem desponsit. Puer Perseus simulac adolevit, adversus Gorgonas expeditione suscepta, victor evasit: necita multò post Argos venit, faciemq; Medusæ caput ferens: in quod quum forte Acrisius intuitus esset, in lapidem transmutatus est. Hæc ex Ovid. & aliis. ¶ Fuit & Acrisius alter, Virgilii avus paternus: quem alii Arcadum legunt apud Ovid. Metam. 13. Verba Ovidii sunt: Nam mihi Laërtis pater est Acrisius alter, Jupiter hujus.

Acrisiōnēus, ā, um, adjectivum, ἀκρισιώνειος. Virg. 7. Aen. hanc dicitur urbem Acrisioneis Danaë fundasse colonis.

Acrisiōnīādes, Acrisioniadæ penult. corr. Patronymicum masculin. gener. ἀκρισιονιάδης, Perseus Acrisii ex Danaë nepos, Ovid. 4. Metamorph. Vertitur hunc Harpen ne defectum ex de Medusæ Acrilioniades adigeret in pectora.

Acrisiōnē, ἀκρισιώνη, penult. prod. patronymicum fœmin. ab Acrisio deductum, quo significatur Danaë filia Acrisii, & Persei mater.

Acritas, Peloponnesi promontorium juxta Maleam & Tænarum. Autor Pompon. Mela, lib. 2, & Plin. lib. 4. 5. cap. 15.

Acroarthon, ἀκροάρθων, Oppidum est Thraciæ in cacumine montis, qui Athos dicitur, situm: unde & nomen habet. Pompon. Mela, lib. 2.

Acrocĕraunĭa, orum, vel Acrocerauni montes. [ἀκροκεραύνια. Ger. Das hohe Gebirge ſo durch Epirum an das Meer reicht / vnd auff der ein Marck Venedig ſo das Adriatiſche Meer vom Jonio vnderſcheidet.] Montes sunt in fronte Epiri, latium mare ab Adriatico dirimentes: ita dicti, quòd propter nimiam altitudinem vertices habeant fulminibus maximè obnoxios, ἄκρος enim vertices significat, & κεραυνὸς fulmen. Horat. lib. 1. Carm. ad Virgil. Qui flectis oculis monstra natantia, Qui videt mare turgidum, & infames scopulos Acroceraunia. Plin. lib. 3. cap. 23: Inde initium Epiri, montes Acroceraunii. Idem in proœmio lib. 4. Item ejusdem libri cap. 1: Non deficiunt qui & juxta Ariminum montes Acroceraunios collocarent: verùm illi nominis vicinitate lapsi sunt. Siquidem illi Ceraunii montes appellantur, non Acroceraunii. De quibus vide Plin. lib. 5 cap. 29. & infrà suo loco.

Acroceraunium, ἀκροκεραύνιον, Est primum Epiri promontorium, eaq; Acroceraunorū montium pars, quæ mari imminens secundum Europæ sinum à vertice hucusq; Adriaticū mare ab Ionio dividit: dictaq; a Lacinio, extremo Italiæ promontorio 73 mill. pass. Vide Plin. lib. 3. cap. 12 & 29.

Acrŏcōrinthus, ἀκροκόρινθος, Populi sunt Thraciæ, à capitis longitudine dicti, quòd antias in fronte, malierum more demissas gestarent. Autor Homerus in Catalogo navium. Sed apud eum ἀκροκόμας appellati imperitos Thraces satis constanter ego, non quòd antias in fronte demissas gestarent, sed quòd in summo capite capillos alerent: id est, ἀκρα κόμη κεκαρμένοι. Vide de Eustath. & Herodotum.

Acrocorinthus. [ἀκροκόρινθος. Ger. Ein hoher Berg bey Corinthō.] Mons Peloponnesi tam in duo maria, Aegeum scilicet & Ionium, studiorum suum & domicilium altitudine ad perpendiculum: sub cujus radice in planitie, ut fama narrat, jacet oppidum Corinthus. Strabo lib. 8, autor est montem hunc muris olim ita fuisse circumcinctum, ut arcis usum præberet: quò si, ut nonnunquam videri debeat, Acrocorinthū à Plinio accersi appellari, quem Strabo montem vocat. Plin. lib. 4. cap. 5. Modo hoc interea dixerim, quod fastigium appellavimus, applicata colli habitatur colonia Corinthus, antea Ephyra dicta, fexagenis ab utroq; litore stadiis, & summa tuta arce, quæ vocatur Acrocorinthos, in qua fons est Pirene.

Acrōfĭlĭus, ἀκρόφιλος, Ara est in colle supra Issum Illyrici urbem, cujus meminit Strabo lib. 7.

Acrolochias, ἀκρολοχίας, Promontorium est Aegypti ad Pharon. Strabo lib. 17.

Acrōn, ἄκρων, Fuit Ceninensium rex eo nomine, quem Romulus singulari certamine vicit, ejusq; arma lavi Feretrio dedicavit. q Acron praeterea medicus Agrigentinus fuit, qui Athenis una cum Empedocle philosophatus est. Antiquior fuit Hippocrate. Scripsit lingua Dorica de victu salubri libros duos, autore Suida. Vide Laertium in Empedocle.

Acronius lacus [ἀκρωνίς λίμνη. Ger. Der Costenzersee oder Bodensee.] Olim dictus, qui alias nominatus & Podamicus, & Brigantinus cum caetera Hodie à Constantia urbe imminente, Constantinersis dicitur. Pomponius Mela, lib. 3. Rhenus ab Alpibus decidens propriè à capite duos lacus efficit, Venetum & Acronium.

Acrorei. Vide Triphyliae, Steph.

Acrotadus, ἀκρώτας Θ, Insula est in sinu Persico: de qua Plin. lib. 6. cap. 23.

Acrothion. Vide ACROATHON.

Actæon, ἀκτέων, in Epith. Ἀκτάων & Antonines filius à Diana cervum conversus, & à suis canibus discerptus. Vide fabulam apud Ovid. lib. 3. Metam. & Fulgentium, atq; etiam in Commentariis Apollonii lib. 4.

Actania, ἀκτανία, Insula est in mari Germanico, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 13.

Actē, ἀκτή, Graeciae regio nobilissima, quae postea ab Attide Grana regis filia, Attica nominata est. Dicta Acte, vel ab Actaeo quodam rege indigena, ut refert Stephanus: vel potius, quòd maxima sui parte littoralis sit, & ad mare extensa. Nam eandem Graeci Litus vocant. Plin. lib. 4. cap. 7. In ea prima Attica, ante quàm Acte vocata.

Actæus, a, um, id est Atticus, ἀκταῖος. Ovid. 1. Metamorph. Separat Ionios Actaeis Phocis ab aryis.

Actisanes, ἀκτισάνης, Rex Aethiopiae, qui Amasim Aegypto depulit, quod cum is omnia deturpè ageret, regnūq; ejus occuparet. Vide Diodorum lib. 2. cap. 1.

Actium, ἄκτιον, Epiri promontorium, ubi Augustus, devictis navali praelio Antonio & Cleopatra, urbem condidit & Nicopolim à victoria nominavit.

Actius, a, um, & Actiacus, a, um, ἀκτιακός, Virgil. 3. Aen. Actiasque Iliacis celebramus Troica ludis. Sappho ad Phaonem: Cur non Actiacas mittera me mittis ad oras?

Actius navius, inceptus Tarquinio Prisci temporibus Augure fuit, quem inspectante rege, cotem novacula cidisse fabulantur. Vide Liv. lib. 1. ab Urbe. Alii malunt scribere Accius.

Actius sive Accius, Fuit Tragoediarum scriptor, natus libertinis parentibus, & inter colonos Pisaurum deductus: à quo & tunicus Actianus juxta Pisaurum dictus. In scribendis Tragoediis scotennatum gravitate, versuum pondere, personarum autoritate clarissimus exstat. Vide supra ACCIVS.

Actor, ἄκτωρ, Comes fuit Herculis in expeditione contra Amazonas, in quo bello vulneratus, quū domū rediisset, vulnere mortuus est. q Actorides, ἀκτορίδης, Patroclus, nepos Actoris. Is cum ex Aegina, quam ceperat à Telamone, virtutem, uxorem dederat, Menoetium genuit. Menoetius autem relicta Aegina, Opuntem in Locros se contulit, & ibi Patroclum genuit. q Fuit & Actor quidam Aeneades, cujus meminit Virgilius lib. 12. Aeneid. - validam vi corripit hastam Actoris Aeneadae clipeum, &c.

Actuarius, ἀκτουάριος Θ, Medici Graeci nomen, qui plurimis scriptis voluminibus, artem totam illustravit: ex quibus etiam hodie sunt in manibus septem libri de urinarum vitiosis.

Acutilius [ἀκουτίλιος Θ. Ger. Ein Redner zu Athen.] Athenensis Rhetor, qui Galba imperante Iesse Romam contulit, ibiq; ludum aperuit tanto successu, ut mox eos Athenienses decem myriades ex foenore partas reliquerit. q Fuit & Acutilius quidam Argivus Historicus, qui Genealogias quasdam conscripsit, ex aeneis tabulis, quas parem ejus ferunt invenisse, quem in domo sua nescio quid foderet. Vetusq; meminit Suidas.

Acutica, pen. prod. ἀκουτική, Hispaniae urbs est Stephano: cujus incolae dicuntur Acutani ἀκουτανοί.

Acutia. P. Vitelli uxor Tacit. lib. 3.

Acylas, ἀκύλας, Philosophi nomen, qui Dialecticos commentarios contempsit de Syllogismis. Suidas.

Acyphas, ἄκυφας, Oppidū est in Dorica tetrapoli, ut ex Theopompo refert Stephanus.

Acytos, ἄκυτος Stephano, Insula est non procul à Creta, è regione Cydoniae civitatis, quae alio nomine Melos appellatur. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

A ante D.

Ada, Ἄδα, Filia fuit Hecatomni, Cariae regis, & Artemisiae sororis, quae Hydreo filium nuptum tradit. Strabo lib. 14.

Adachidae, gens Lybica, Steph.

Adadira, ἀδάδειρα, Civitas Pisidarum, ad Taurum montem. Strabo lib. 12.

Adad, teste Macrobio Saturnal. libro 1. capite 23. non Adab, quem adhuc modum hactenus legebamus, Assyriorum tum maxime habebatur Deus. Cui etiam dean Atargatim uxorem assignabant per Adad Solem, per Atargatim Terram intelligentes: quod ex his duobus potissimum cuncta crederent procreari.

Adae, Ἄδαι, Oppidū est Aeolidis, 40 stadiis ab Hydesa promontorio distans, nō procul à Cuma. Autores Strab. lib. 12. & Plinius lib. 5. cap. 30.

Adam, Ἀδάμ, Hebraica lingua (dicit lib. 1 Iosephus Scribi) idē est quod Ruber: quoniam è rubra terra factus est.

Adamastus, ἀδάμαστος Θ, Ithacensis fuit, patre Aschemenide, socii Ulyssis: ut videre est apud Virgil. Aeneid. lib. 3. Latinè interpretari possumus indomitum, ab ἀ privativa particula, & δαμάζω, domo.

Adamitani, vel Adamitae, Haeretici, ab Adam nominati, cujus imitatione meditarent, qua fuit in Paradiso ante peccatū. Credebant enim quod nuptiae futurae non fuissent, si nemo peccasset. Nudi itaq; mares, femina q; conveniens, nudi lectiones audiunt, nudi celebrant sacramenta. August. lib. de haeresibus ad Quodvultdeum.

Adana, ὄναν, Vrbs Ciliciae: ita dicta ab Adano, qui eò coloniam deduxit una cum Sato, postquam ocllo adversus Tarsenses pretio, inferiores discessissent. Autor Stephanus. Meminit urbis hujus & Plin. lib. 5. cap. 27.

Adani, ἄδανοι, Insulae duae sunt in sinu Arabico, quas commemorat Ptolemaeus.

Adarupolis urbs Persica, Steph.

Adbelitum, oppidum, Plin. lib. 5. cap. 23.

Addua, Fluvius est in Insubribus, qui per medium Larium lacum fertur, ita ut aquam non commisceant. Claudianus: Addua quae fessas spumoso mulcet undas. Vide Plinium, lib. 2. cap. 11. 103.

Adelphius, ἀδέλφιος Θ, Hilonensis fuit M. Antonio familiaris, qui eius in Parthos expeditionem conscripsit, in qua ipse & adfuit, & praefuit. Strabo lib. 11.

Aden, עדן hebr. Locus juxta Bethleem, ubi vel angelorum gregis nativa Domini cecinit, vel Iacob pecora sua pavit, loco nomen imponens, vel (quod verius est) quandam vaticinio futurum junctum mysterium monstrabat.

Aderes, ἄδηρες, Hispaniae urbs est Stephano: cujus civis dicitur Aderconicus, ἀδηρονικός.

Ades, Ἅιδης à Graecis dicitur inferorum deus, quē nos Ditem & Plutonem appellamus: ita dictus ab ἀ privativo, & ἰδεῖν, videre: propterea quòd in densissimis inferorum tenebris, nocteq; profundā perpetuò apertis oculis cernere videatur. Nam sine aëris lucidi medio (qui apud inferos nullus est) visio fieri non potest. Graeci tamen Grammatici dicunt hujus principium contra ejusmodi naturam aspero spiritu scribendum praecipiunt.

Ades, sive Hades, Ἄδης, Molossorum rex, cujus filiam nomine Corā apud Acheronem flevit conatus est rapere Pirithous. Vide fabulas et locos fabulae, Pirithoum ad inferos descendisse, & uxorem Dis Persephonem, quae & Core, κόρη à Graecis dicitur, rapere voluisse. Vide Caelium Rhodig. lib. 7. cap. 15. & Plutarchum in Theseo: qui tamen regem hunc non Adem vocat, sed Aidonem.

Agandestrius, Catorum princeps, Tacit. ad finem libri secundi Annal.

Adiabenae, Populi sunt Aethiopiae. Plin. lib. 6. cap. 30. Deinde contra Meroēn Megabari, quos aliqui Adiabatas nominavere.

Adiabene, ἀδιαβηνή, Et ultra Armeniam regio, quae Assyria antè dicebatur, ut placet Plinio, libro 5. capite 12. Ptolemaeo verò, & Strabo Adiabenam Assyriae portionem faciunt, eamque ad orientem collocant circa Mesopotamiam. Nomen habet à difficili transitu, ab ἀ privativo, & διαβαίνω, Transeo: Amnium enim, qui eam rigant, multitudo, iter reddit impeditum.

Adiaporix, ἀδιαπόριξ Θ, Medii cujusdam Galatiae Tetrarchae filius fuit, qui quum apud Heracleam Ponticam, colonum Romanorum eo insidiosa nocte una jussu Antonii jugulasset, paulò pòst in praebe Actiaco captus, & in triumpho circūductus, uni cum fratre jugulatus est. Strabo lib. 12.

Adillius, ἀδίλλιος Θ, Mons est Rhoetiae, de quo Plinius libro 4. capite 7.

Adimantus, ἀδείμαντος Θ, Nomen viri Atheniensis, fratris Platonis, Laërt. lib. 3. q Fuit etiam hoc nomine Corinthiorum dux, qui quum Themistocli exilium objiceret Numquid putas, respondit Themistocles, exulem quempiam esse, qui ducentas habeat triremes? Suida.

Admete, hujus Admetes ἄδμητος pen. prod. Oceani & Tethyos Scholiasta Heliodo in Theogonia.

Admetus penultima producta, ἄδμητος Θ Suidae, Thessalorū rex fuit, cujus armenta novem annos Apollinem pavisse ferunt, quum

rant, quam ob interfectos Cyclopas, qui fulmina fecerant, quibus Asculapius filius ejus erat necatus. Olympo depulsa humana specie apud mortales exularem a quo quum peregrine humaniter tractaretur, ad referendum patrono beneficium à Parcis impetravit, ut quum fatalis ejus dies adesset, hac lege mortem effugeret, si quis reperiretur qui illius vice mortem oppetere vellet. Quod amici cũ omnes recusarẽt, non Alcestis uxor vitæ suæ dispendio mariti vitam redemit. Quæ defuncti studiose quidam & lugubres nenie decantabantur assiduè apud Admetum tanti beneficii memorem, donec mota Proserpina remisit Alcestidem: aut ut quidam dicunt, donec Hercules expugnato Orco hunc ad superos reduxit. Hinc locus factus Proverbio: Admeti mensa, ἀδμήτου τράπεζα, quod accommodari potest ad orationem querulam ac miserabilem, aut ad cantiones faciles & illaboratas, nimirum quales oportet esse, quæ inter pocula canuntur, & ex tempore. Callimachus tamen contra receptum Poëtarum consensum, ita scribit in Hymno Apollinis: Φοῖβε, τίς Νόμιος κιθαριστύος ἦρξε τότ' ἐν δὲ Ἀδμήτου βουκολέοντος ἔπασσε βοῦς ὑπὸ ζυγόν; Hoc est, Phœbum & Nomium vocamus, ex quo sub Amphryso jugales pascebat equos, adolescentis Admeti amore accensus.

Adonis, nis. & nidis, penultima producta, ἄδωνις, Nomẽ proprium filii Cinyræ Cypriorum regis, & Myrrhæ, quem ob formæ excellentiam Venus in deliciis habuit. Hic aprino dente sub inguine percussus, interfectusq; à Venere in florem Anemones herbæ, qui sanguinei coloris imitatur, dicitur conversus, referente Theocrito & Nicandro. Quod etiam latiùs explicat Ovidius ad finem lib. 10. Metam. his verbis: nec plena longiur hora Fuit mora, cùm flos de sanguine concolor ortus, Qualem, quæ lento celant sub cortice granum. Punica ferre solent: brevis est tamen usus in illo. Namq; male hærentem, & quæ levitate caducum Excutiunt eadem, qui perflant omnia venti. Hieronymus in Ecclesiasten sic habet: Quem nos Adonidem interpretari sumus, & Hebræus & Syrus sermo Thamuz vocat. Unde quia juxta gentilem fabulam in monte Iulio, amasius Veneris & pulcherrimus juvenis occisus, & deinceps revixisse narratur, eundem Iulium mensem eodem appellant nomine, & anniversariam ei celebrant solemnitatem in qua plangitur quasi mortuus: & postea revertens canitur, atq; laudatur. Unde apud Ezechielem Prophetam legitur: Ecce ibi mulieres sedebant, plangentes Adonidem. Videntelligi vult, fuisse idololatriam celebratam in honorem Adonidis. Macrobius accepit Adonidem pro sole. Motto populus, ἀδωνὶδ-nomen ab ἄδω, quod est cano, derivarum putat. De eodem festivissimè Theocritus ἀδωνιάζουσαι, &c. ¶ Adonidis horti, ἀδωνίδος κῆποι. Proverbialiter dicuntur res leves & amœnæ quidem, attamen nulli rei utiles. Tractum est proverbium ab hortis quibusdam ad solam voluptatem comparatis, qui Veneri, & ejus amasio Adonidi sacri dedebantur. ¶ Adonis, etiam est piscis nomen, qui rendo mari somni causam dicens egeditur. Iracundi tradit Plin. lib. 9. cap. 19. Hic & exercetus dicitur ἀχανὴς κάκιστος ἐμεῖν, κἀνὸδ-ὑπὸ χρόνου ἐμέσαι: hoc est: quia profligatus in littus ficca ponetur tellure cubiturus. ¶ Pisis est similis mœnis jam fortis, aut gobionibus, cui semipedalis magnitudo: forma teres, color subfuscus: linea candida à Branchiis ad caudam distinguitur. Vide Athenæum lib. 8. ¶ Adonis item fluvius est ex Libano mõte profluens, nõ procul à Byblo oppido: ut tradit Plin. lib. 5. cap. 20.

Adovacris, ἀδόακρις, Rex Herulorũ fuit, qui anno nostræ salutis 475. tanta cum manu in Italiam irrupit, ut terrore perculsus Augustulus, sponte purpuram poneret. Quo tempore finẽ accepit Occidentalis imperium, anno ab urbe condita 1226. Vide Paulum Diac. lib. 16.

Adra, ἄδρα, Trium oppidorum nomen est à Ptolemæo: quorũ unum in Arabia petræa collocat: alterum in Cava Syria: tertium in Liburniæ mediterraneis ad radicem Rebiorum montium, non procul à Titio fluvio.

Adramytteon, pen. prod. ἀδραμύττειον, sive (ut apud Plinium legitur) Adramytteos, Civitas est littoralis in majore Mysia, sive Aeolide ita dicta ab Adramyto conditore, Alyattæ filio, & Circes fratre, ut tradidit Aristot. in Polit. Alii à Mercurio nomen accepisse ferunt, quam Lydi Phrygia lingua Adramyn, alii Adramyttion vocant. Thucydides libro 5: Atramytteon vocat ἀτραμύττιον, ἄρχῃ τῆς π. quam scripturam etiam Stephanus agnoscit. Quem vide de varia hujus vocis scribendæ ratione.

Adramyttenus, adjectivum, sive Atramyttenus, penult. prod. ἀδραμυττηνὸς, ἀτραμυττηνὸς: ut sinus Adramyttenus, κόλπος ἀδραμυττηνὸς, qui & Idæus appellatur: ut est auctor Strabo lib. 13.

Adrana, ἄδρανα, Fluvius est Carthorum in Germania, ut tradit Tacitus Annal. lib. 2. ¶ Est etiam Adrana, ἄδρανα, celle Stephano, oppidum Thraciæ, quod & ἄδρηλα à Theopompo appellatur. Vide ADRASTA.

Adranon, ἄδρανον, Siciliæ oppidum in Ætnæ montis radicibus, fluvium habens ejusdem nominis. ¶ Gentile est Adranites, ἀδρανίτης, quo utitur Apollodorus. Ex Steph.

Adrammelech, Idolum Assyriorum, quod etiam Samaritani coluêre.

Adrapsa, orum, neut. gen. ἄδραψα, Urbs Bactrianorum, Strab. libro 11.

Adrastea, sive Adrastia, ἀδράστεια, Oppidum est Troadis inter Priapum & Parium situm, ab Adrasto rege nomẽ habens, qui primus Nemesi templũ erexit, & Adrasteam nominavit. Hæc urbs campum habuit subjectum, qui Adrastæ campus, ἀδράστειος πεδίον appellatur, Apollinis Actæi, & Dianæ oraculo insignis: quo postea diruto, saxa Parium translata sunt, ex quibus ædificata est ara Hermocreontis opus, & magnitudine, & pulchritudine memorabile. Hanc urbem alii ab Adrastea Nympha quadam montana, nomẽ accepisse volunt. ¶ Gentile est Adrasteus, ἀδράστειος.

Adrastia, [ἀδράστεια Pol. Pontia,] Necessitatis ac Jovis filia, sive Ieru atrix, cujus vinculã credebant nullo modo posse vitari. Hanc alio nomine Nemesin vocarunt, ejusq; ferè Ægyptii Theologi supra lanã cõstituêre, ut inde velut regina & arbitra hæc inferiora despectaret. Strabo lib. 13. nominis rationem refert ad Adrastum regem, qui primus Nemesi templum erexit, Adrasteamq; illam appellavit. Aristot. lib. de Cœlo definit ille ἀκαταίτιον αἰῶνα, ἔσεσθαι τε, καὶ εἶναι, καὶ γεγονέναι ἀεὶ: hoc est, incertabilem causam, existentem secundum naturam, parcamq; semper existentem. Hinc locus factus Adagio: Adrastia Nemesis, ἀδράστεια Νέμεσις. Subaudiendũ est, adest vel adest. Quo licebit uti vel in eos, quibus ob insolentiam, arroganziaq; fortunæ commutationem minamur: vel, qui à rebus florentibus ad calamitosam fortunam redacti sunt.

Adrastus, ἄδραστος, Nomen regis Argivorum, qui fuit filius Talaonis & Eurymonce. Hic quum duas haberet filias, Argiam & Deiphilen, in somnis visas Talaeam leonis aleeram aprorumque dare. Quare quum eodem tempore Tydeus, & Polynices Argos venissent, ille aprina leonis pelle tectus, insomni sui memor, utrũq; sibi generum, adsivit. Deiphile Tydeo, Argia autem Polynici tradita. Deinde cum utroq; genero Thebas profectus, ut Polynicem a Eteocle fratre expulsum, in regnum reduceret, magno accepto detrimento, in regnum reversus est. De Adrasto vide Herodotum, Terpsichore.

Adria, pen. corr. ἄδρια Stephano & Ptolemæo, Romanorum colonia Piceno, quinta Italiæ regione XIII M. pass. à mari distans. A qua agentipse Adrianus dicebatur, vir generosissimo nobilis, quod & ipsum Adrianum fuit appellatum. Plin. lib. 3. cap. 13. de Picentibus: Tenuêre ab Aterno amne, ubi nunc ager Adrianus & Adria colonia, a mari VII M pass. ¶ Sunt qui ab hoc oppido, Adriatico mari nomẽ fidum existimant. Verùm illi nominis vicinitate decipiuntur. Nam (ut mox hoc loco docebimus) Atria oppidum fuit ad Padum amnem à Tuscis conditum, nobili portu in primis clarum: à quo vicinum mare primùm Atriaticum dictum fuit: & deinde literæ unius mutatione Adriaticum: ut docet Plin. lib. 3. cap. 16. & Cato in Originib. ¶ Adria, masc. gener. ἄδριας Stephano & Suidæ, idem quod mare Adriaticum. Pompon. Mela lib. 2: Hinc sinus Adria, hinc ille: Italiæ latus alterum pertinet. Luc. lib. 3: Sonat Ionio vagus Adria ponto.

Adriaticum mare, [ἀδριατικὸν πέλαγος. Cic. Das Adriatische oder Venetianer Meer. Vrs. Adriatisch zeegat.] Est unus ille maris, inter Latinum extremũ Italiæ, & Acroceraunium primũ Epiri promontoriũ irrumpens, quod & Superum mare appellatur. Sive quòd Italiã ab Oriente alluat, sive quòd ex urbe eo rendentibus Apenninus superstudus sit. Hoc primùm Atria [illustravit], ab Actis nostri oppido à Tuscis ad Padum cõdito: quod postea Atriaca palus exhausta: deinde unius literæ mutatione Adriaticum cœpit dici: docent Cato in Orig. & Plin. lib. 3. cap. 16. Pro eodem etiam dicimus, Mare Adrianum, & Adriacum. Cicero in Pisone. Brundusium vitavit, & ultimas Adriani maris oras petivit. Horat. libro 2. Carm. Sive mari libet Adriano. Propert. libro 3: Ergo ego nunc rudis Adriaci vocar æquoris hospes.

Adrianopolis, [Ἀδριανοῦ πόλις. Cic. Ein Stadt in Thracien benant den Adrianopolitanen.] Civitas est Thraciæ ad Hebrum fluvium, primùm Orestia dicta, à nomine Orestis conditoris: postea ab Adriano instaurata fuit, quum ei furore agitato responsum esset, ut se in turionis domum reciperet. Vide Cæl. Rhodig. lib. 15. cap. 2.

Adrianus, pen. prod. ἄδριανὸς, Decimus quintus Romanorum Imperator fuit, & Successor Trajani, qui Hierosolyma à T. Vespasiano solo æquata, muro cinxit, & à prænomine suo Aeliã appellavit.

Adrianus ager Semitibus maritimis & Gallicis, quos nos D. & R.

& K. appellamus, finitur, per rationem arcarum, ripatum, cæmentatum, vel novercarum, quod regulis constituitur: aliis verò locis matis, macenis, scorionibus, cogeriis, carbunculis, terminis Augustis, flaminum curibus. Ex libro de limitibus agrorum.

Adrius, ἄδριος, Mons est Dalmatiæ per medium secans. Strab. libro 7.

Adrobicum, ἀδρόβικος. Oppidum est in Artabris Hispaniæ populis, in tractu Cretico, cujus meminit Pomponius Mela libro 3.

Adrotta orum, ἄδρωτα, τὰ. Stephano, locus est in Lydia, mari adjacens: cujus incolæ dicuntur Adrotteni, ἀδρωτηνοί.

Adrumetum, pen. prod. ἀδρύμητον Stephano, Civitas est Lybiæ, non procul à Carthagine, quæ etiam nodie extat. De hac Plin. lib. 5. cap. 4.

Adryx, ἄδρυξ, Civitas est in agro Syracusano, cujus meminit Stephanus. Hinc Adrycinus gentile, ἀδρυκῖνος, Geur ab Adryx, Adrycinus.

Adulitas, ἀδουλίτης, Mons est in Rheticis Alpibus, ex quo in Septentrionem profluit Rhenus, & Adduam in Meridiem. Autor Strabo lib. 4.

Adulis, pen. prod. ἄδουλις, Civitas Aethiopiæ, quæ & Panos insula dicitur. Oppidani dicuntur Adulitæ, ἀδουλῖται. Vide Steph.

Aduliton, ἀδούλιτον Ptolemæo, Oppidum est maritimum in Troglodytarum regione, sive ea Aethiopiæ parte, quæ sub Aegypto ad mare spectat, commune Aethiopum, & Troglodytarum emporium, à seryis, qui à dominis profugerant, conditum. Vide & nomen habet, ut ait Plin. lib. 6. cap. 29. Distat à Ptolemaide quinq; dierum navigatione. A Stephano Adulis appellatur, a Ptolemæo Adulis. Huic vicinus sinus Adulitæ cognomen factum est, qui in mare Rubrum excurrit, ἀδουλικὸς κόλπος.

Adumatæ, ἀδουμάται, Populi in Gallia Narbonensi commemorantur à Plin. lib. 3. cap. 4.

Adyrmachidæ, ἀδυρμαχίδαι, Populi sunt interioris Libyæ, ab ea parte qua Aegypto spectat. De horum moribus memoriæ prodnum dit, uxores in utros, more armillam æream gestare. Virosq; aiit sexum, ex æquo comunis esse, quos sit ut plurimos alant pecunulos quos ubi cepertas, præmordas abjicit. Virgines verò maturas ad Regem conveniunt: ex quibus ille unâ deligit, quam ubi vitiârit, statim dimittit. Vide Cæl. Rhod.

A ante E.

Aea, Αἶα, Civitas est Choltidis, AEetæ regis opus fuit scribit Stephan.) quam Hippota & Cranos Jovis e diversis Iciam Phthiæ influentes, penitus à effecisse Fabulantur Poetæ. Aeæ nomen accepisse à puella ejusdem nominis, quæ quum Phasidis amnis vim effugere nõ posset, misericordiâ deorum in peninsulam est conversa, quâ etiam nocte, ut veterem illũ amorẽ adhuc pellis agnoscere, magna sui parte amissa, & velati amplectitur Phasin. De hac Plin. lib. 6. cap. 4.

Aeæa, Αἰαία, Circe dicta, ab alpernanti ũ voce, propter celebratas illic conjurationes: ut placet Servio in illud Virg. 3. Aen. Aeæaq; insula Circes. Verisimilius tamen est Aeæam dictam ab Aea Colchorum civitate, quemadmodũ & Cyrcis, sive Cyrea dicta est Κύρκη, Κύρνος, à Cyra ejusdem regionis oppido. Quod etiã ab Apollonii interpretibus annotatũ est.

Aeëtes, Αἰήτης, Denominativum etiã ab Aea Colchidis peninsula, & urbe ejusdem nominis, in qua nata creditur Circe Solis filia. Unde peculiari epitheto Aeæa appellatur. Vir. 3. Aen. Inferniq; lacus Aeæaq; insula Circes.

Aeëtæ, sive Aeæa, Αἰαία, insula fuit in mari Tyrrheno, non modico olim spacio ab Italia dirempta, hodie cõtinens: ita tamen ut paludibus circumquaq; cinctis insulæ speciem præ se ferat. In hac Homerus Circen sedem collocavit, sic ferè ait lib. 10. Odyss. Αἰαίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ', ἔνθα δ' ἔπειτα Κίρκης δώματα καλλιπλόκαμος, &c. Hujus meminit & Virg. lib. 3. Aen. Inferniq; lacus, Aeæaq; insula Circes. Tametsi Servius ibi tres diphthongos videtur agnoscere, ut sit Aeæe Circes. Latini quoq; locum hunc à Circes domicilio Circæum, vel Circæos appellant: ibidemq; antiqui Latii terminum constituunt. Vide Plin. lib. 2. cap. 85. & lib. 3. cap. 5.

Aeacus, Αἰακός, pen. corr. Jovis filius ex Aegina filia Asopi qui primus insulam, in qua regnavit, Aeginam à matris suæ nomine appellavit, quam antea Oenone dicerentur (ut Plinius, Strabo, & Stephanus tradiderunt) aut certè Oenopia, ut apud Naso nem legitur lib. 7. Metamorph. Oenopiam veteres appellavêre: sed ipse Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit. Hunc tantæ justitiæ fuisse dicunt, ut apud inferos animarum creditus fuerit à Platone delectus judex, cum Minoë, & Rhadamantho, & peccantiũ peccata dijudicare, & pro meritis pœnas infere Ovid in Ibin. Itaq; Aeacus in pœnas ingeniosus erit.

Aeacides, Αἰακίδης Suidæ, Patronymicum masculinũ, quo significatur filius vel nepos vel aliquis ex posteris Aeaci. Virg. 1. Aen. Servius ubi Aeacide telo jacet Hector, Hoc est, telo Achillis, Aeaci ex Peleo nepotis. ¶ Aeacides item Pyrrhus, Aeaci ex Achille pronepos. Virg. 3. Aen. Conjugio Aeacidæ Pyrrhi, sceptrisq; potiti. ¶ Pyrrhus item Epirotarũ rex ab Aeaco trahens originem, Aeacides dictus. Virg. 6. Aeneid. Functi bello Argos, Agamemnoniæq; Mycenas, Ipsumq; Aeacidem, genus armipotentis Achilli.

Aeăcĭdeĭus, a, um, adjectivum sex syllabarum. Ovid. 7. Metam. Oenopiam Minos perit Aeacideia regna.

Aeăcĭdīnus, a, um, ab Aeacio Achillis patre. Plaut. in Alinar. Siquidem hercle Aeacidinis minis, animisq; expletus incedis. Iratur si me tetigerit, iratus vapulabit. Non sine proverbii specie dictum fuit, pro atrocibus & superciliosis minis.

Aeamene, pen. prod. ἀιαμένη, Regio est Nabathæorum, apud Stephan.

Aeane, Αἰάνη, Macedoniæ oppidum dictum ab Aeano Helymi filio, qui eò coloniam deduxit.

Aeanites, ἀιανίτης, Nomen gentile, Vide Steph.

Aenitis, ἀιανῖτις, Regio Nabathæorum.

Aeanites, ἀιανίτης, Gentile.

Aeantium, ἀιάντιον Ptolemæo, Oppidum Troadis, à Rhodiis conditum eodem in loco, in quo sepultus est Ajax, & ubi classis sua habuerat stationem. Unde & nomen habet. Nam quẽ nos Ajacem, Graeci Αἴαντα vocant. Vide Plin. lib. 5. cap. 30. Fuit & nomen promontorii in Magnetia, ad Gyrum Peneigenum: de quo idem Plin. lib. 4. cap. 9.

Aeas, antis, Αἰᾶς, Fluvius qui ex Candaviis Macedoniæ montibus ortum ducit, & non procul ab Apolloniæ Taulantiorum urbe, in mare Ionium illabitur. Lucanus lib. 5. Fatus in occasum parvi sed gurgitis Aeas, Ionio fluit indemari. Meminit hujus fluvii item Plin. lib. 3. cap. 23.

Aebudæ, Insulæ quinq; Britannicæ, Steph. Vide HEBVDES.

Aeburo, Oppidum Hispaniæ, Steph. Vide EBVRA.

Aeca, Αἴκα, Marsorũ civitas: à qua Aecani populi, Αἰκανοί, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 12.

Aecalum, Oppidum Italiæ, Steph.

Aedepsus, Αἰδηψὸς Stephano, Oppidum fuit Euboeæ insulæ, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Aeclus, Αἴκλος, Nonnullis Atheniensis, qui Eretriam Euboeæ civitatem coloniam duxit. Strab. lib. 10. Post res verò Troianas Aeclus & Corbus, ex Atheniis profecti, colonias duxerunt illic quidem Eretriam: Corbus verò Chalcidem.

Aedesia, Αἰδεσία, Mulier Aegyptia, uxor Hermeæ, & Syriani Philosophi propinqua, totiusq; cathitatis & probitatis exemplar: cujus vitam laudatissimè describit Suidas.

Aedui, populi Romanorum juxta Galliam Celticam Steph.

Aeetes, vel Aeëta, pen. prod. Αἰήτης, Rex Colchorum, & filius Solis ex Perse Oceani filia, & pater Medeæ, Absyrti, & Calciopes: qui quum auteũ vellus à Phrixo Athamantis filio in lucem Martis suspensum diligentissimè asservaret, à Medea filia proditus, & vellere, & duobus insuper lectis spoliatus est. Nam Medea, quum Jasoni in rapiendo vellere se adjutricẽ præbuit, unà cum illo profugit, fratremq; Absyrtum, quem fugæ comitem aliumq; erat, ut patrem insequentem remoraretur, membratim in partes secerpsit. Fabula notissima est ex Valerio Flacco, & Apollonio Rhodio. Hinc fit patronymicũ AEetias, Αἰήτιας, quæ significatur Medea AEetæ filia. Ovid. 7. Metam. Concipit interea validos AEetias ignes.

Aegä, Αἰγὰ Promontorium est Aeolidis, nõ procul à Caici fluminis ostio. Strabo lib. 13.

Aegæ, Αἰγαί, Multorum oppidorum nomẽ est: quorum unum est in Macedonia, non procul ab Halyacmone fluvio, in quo receptum erat Macedonum reges sepelire. De hoc Plin. lib. 4. cap. 10. Alterum in Cilicia, nõ procul à Pyramo fluvio, ut tradidit Plin. lib. 5. cap. 27. Tertium in Aeoliæ, apud eundem lib. 5. cap. 30. Quartum in Euboea, à quo Strabo Mare Aegeum dictum putat. Quintum in Lydia. Sextum in Aetolia, & Septimum in Locris: de commemorantur à Stephano.

Aegæ, Αἰγαί, Nomen urbium, ut scribit Ptolemæus, quarum una in Emathia, alia in Mauritania. Commemorantur & à Strabone cuo hujus nominis oppida, quorum unum ad Amanum montem, alterum in Agro Lacomia collocat.

Aegaeæ, Αἰγαῖαι, Insulæ sunt fontes adjacentes, quæ commemorantur à Plin. lib. 5. cap. 31.

Aegaeon, Αἰγαίων, Nomen gigantis, quem centum manus, & quinquaginta vultus habuisse fabulantur. Hunc Homerus Iliad. ab hominibus quidem Aegæonem, à diis verò Briareũ vocari tradit. Vide Lavinium in dictione BRIAREVS.

Aegaeum mare, Αἰγαῖον πέλαγος, Αἰγαῖος πόντος, Vulgò Archipelagus Stephano, & Suidæ. Amphitrimus est maris mediterranei sinus, à parte Orientali Cretæ insulæ, Cornu hujus (ut Plinio placet) aut certè a Samio Arcte promontorio (ut tradit Ptolemæus) ad ipsum usq; Hellespontũ excurrit, aliis aliis in locis à regionibus, quas alluit, nomina sortitur. De ratione nominis varia traduntur à scriptoribus. Nõnulli (in quibus est Suidas) ad

das) ad Aegæum Theseo patrem referunt, quem in hoc mare se præcipitem dedisse ferunt, quòd navim filii, qua ille in Cretam ad Minotaurum vectus fuerat nigro cum velo (quod sibi cum nauclero amisso signum convenerat) redeuntem videret. Alii ab insula quadam tres versus scopulo deductam putant, in hoc mari inter Tenedum & Chium sito, quem à capræ similitudine, αἰγὸς, nunc appellant. In hactenus cotis est Plinius, dicit enim lib. 4. cap. 11: Aegeo mari nomen dedit scopulus inter Tenedum & Chium, versus quàm insula, Aex nomine, à specie capræ (quæ ita à Græcis appellatur) repentè in medio mari exilientis. Cernunt eum à dextra parte Andrum navigantes, ab Achaia dirum & pestiferum. Idem tenuit & Solinus, cujus verba, quòd parùm differepere à Plinianis, supervacuum esset hic adscribere. Strabo autem lib. 8. ab Aegis fuvacuum esse

in quibus (ut est in fabulis) aurea mala nascebãtur, quæ à pervigili dracone asservabãtur, quæ pulcra abstulit Hercules, draconc interempto. Videinfra in dictione Hesperides. ¶ Fuit & nympha hoc nomine, una Nisiadum, Solis (ut volunt) ex Neæra filia. Virg. in Silenio: timidis quę supervenit Aegle, Aegle Nisiadum pulcherrima.

Aegles, Athletæ Samii nomen, qui quum per omnem ætatem munus fuisset, in sacro tamen certamine quum in sortitione fraudem committi videret, animo iniquo id tulerit, linguæ vinculum rupit, & diu mutè quãdiu vixit, iniquum esse quod & Crotoniãtes passi legimus. Vide Gell. lib. 5. cap. 9. & Valer. Max. lib. 7. cap. 8.

Aegon, Nomẽ pastoris apud Virgilium in Palæmone, & Theocrit. ¶ Mons præterea Quirinalis, qui antequam in eum Sabini commigrarent, Aegon appellatus est: portaq; ipsa Aegonensis dicta est, quæ ab eo nomine Quirinalis dicitur. Autor Festus.

Aegophagos, ἀιγοφάγος, Mitio apud Spartanos dicta, quòd illi capras præcipuè sacrificabant. Cælius Antiq. lect. lib. 26.

Aegos Potamus seu flumẽ, Thracij fluvius, ad cujus ostia classis Atheniensiũ à Lysandro capta fuit. Plin. lib. 4. c. nonãq; facit interdum in Thraciæ parte ad Aegos flumen. Stephanus ad Hellespontum collocat oppidum nomine ἀιγὸς ποταμὸς, quod nos Capræ flumen interpretari possumus: à quo decernitur gẽtile Aegopotamites, vel Aegopotamita, αἰγοποταμίτης.

Aegosthena, ἀιγόσθενα, Civitas est Locridis, quam recenset Ptolemæus in descriptione Achaiæ. Hujus incolæ à Plinio, lib. 4. cap. 7. vocantur Aegosthenenses, Megarensium jurisdictioni attributi.

Aegyla, Vide suprà ÆGILA.

Aegypsus, ἀιγυψὸς, Vibs ad ripam Istri fluvii sita, nomen habens ab Aegypso Calpio conditore. Ovid. 1. de Ponto, Eleg. 7. Stat vetus urbs, &c. Cassius Aegypsus &c.

Aegyptini, pen. prod. Dicuntur Aethiopes: quia Aegyptiis sunt finitimi. Autor Festus.

Aegyptẽ, ἀιγυπτὼ, Ciceronis libertus fuit, cujus identidem mentio fit Cic. in Epist. ad Tyronem. Tres autem præcipui numerantur Ciceronis liberti, Tyro, Aegypta, & Laurea, cujus extat epigramma de aquis Ciceronianis apud Plin. lib. 31.

Aegyptus, ἀιγυπτὸς. Ger. Dan. Aegestimab.] Regio ab Africa (ut Plinius inquit) Canopico distemminatur ostio: ab Asia verò Pelusiaco, quam ob rem quidam inter insulas Aegyptum computavere. Quidam Asiam dixerunt, inter Asiæ regiones Aegyptum quoq; dinumeraverunt. Fil. Aphricæ proximus ab Aegypto Danai fratres tic appellati, prius Aera dicta. Hactenus eadem Plin. lib. 5.) 20 Oriente Rubro mari, Africa Mediterraneo, continguntur, ab Occasu Cyrenen & Aphricæ tractum habet, à Meridie usq; in Aethiopiam protenditur, à Septentrione habet mare Aegyptium. Hujus insignes urbes sunt, Thebæ, Abydos, Alexandria, Babylon, & Memphis. In hanc (ut Plinius inquit) nũquam nives cecidere, sed Nili inundationẽ hæc tota condantur. Ejus figura triquetra est, quam efficit Nilus, ita se dividens, ut Δ literam facere videatur. Tempore Amasidis regis urbes habuit 20000. Natio fuit superstitiosissima: adeò, ut nõ solum bruta animalia, ut canem, bovem & felem, verum etiam res inanimatas: ut allium, & cæpas inter deos colorint. ¶ Dicitur parens terrarum, ut inquit Crinitus: nam Aegyptii omnium populorum veruntissimi, disciplinarumq; compertissimi inventores, rerumq; divinarum, & siderum peritissimi dicuntur: primiq; animam esse immortalem dixêre, & de corpore in corpus vagari, ut autor est Diodorus. In hanc Dædalus, Melampus, Pythagoras, Homerus, complures q; alii eruditionis causa profecti, dogmata in suam quisq; patriam retulêre.

Aegyptiacus, pen. cor. adjectivum. Plin. lib. 6. cap. 28. Ad mare nostrum, Syrtasq; Aegyptiacum.

Aegyptius, adjectivum, αἰγύπτιος. Syl. Ital. lib. 15. Aegyptia cælus. Cic. in Pison. Nomen ad dignitatem imperii regis Aegyptio vendidit. ¶ Admirabiles adeo fuêre in nectendis machinis Aegyptii, ut hinc tractum fuerit proverbium: Nectere ἐμπαπάσμας machinas Aegyptii, ἄνοιτε πάντων τὸν μηχανὸν αἰγύπτιον. De versutis. & ut ait Plautus, contextis dolis dictatum. Torqueri potest & in perplexas sophistarum argutias, actyllogismorum nexpeditas labyrinthos. Aut in Sycophantas & delatores, qui vera fallis permiscendo, nectunt calumnias.

Aegyptius præterea quòd gestandis oneribus quæstum nõ satis honestum factitare consueverint, unde & αἰγυπτιάζειν dictum in jocum proverbialem abierunt hoc Adagio: Quæ non to ferent gentium Aegyptii, ἃ οὐκ ἂν ἄλλοι βαστάσειαν αἰγύπτιοι. De molestis dici solitum de moribus intolerandis seu factis prætergidis. Refertur Adagium ab Eudemo, à Suida, & ab Aristophane in Ranis. ¶ Huic affine est, Aegyptius lateriter, αἰγύπτιος πλινθηφορήσας. Aristophanes in Avibus, quadrare videtur in sordidum aut infimæ sortis hominem. Aut in eum qui molestis negotiis premitur.

Aegyptus, masc. gen. αἰγύπτος. Bel. Pulci filius fuit, & frater Danai: qui quum quinquaginta haberet filios, totidem eorfratris sui filiabus matrimonio conjunxit: quæ à patre Danao instructæ primâ è nuptiis nocte suos quęq; maritos interfecerunt præter unã Hypermnestrã, quæ Lynceo marito viro suo pepercit: qui postea, pulso Danao, Argivorum regnum invasit. Vide Adagii figura, Aegypti nuptiæ, αἰγύπτου γάμοι. infaustæ & infelices dicebantur. Torqueri potest in fœminam amicitiã, aut in munus honoris gratia datum in speciem, quum revera quæratur pernicies ei cui datur. Videinfrà in dictione SERVIDES.

Aegys, αἴγυς, Oppidum est Laconicæ regionis, apud Steph.

Aelana, five, ut alii malunt, Læana, αἴλανα, & λάιανα. Oppidum est Arabiæ felicis, juxta finum, qui ab eo Aelanitícus dicitur, sive Læanitícus, λαιανίτης κόλπος. Ptolemæo. Plin. lib. 6. cap. 28. Sinus intimus, in quo Læanitæ, qui nomẽ ei dedêre. Regia eorũ Agra, & in sinu Læana, vel, ut alii, Aelana. Nam & ipsum finum nostri Aelanitícum scripsêre, alii Elanaticum, Artemidorus Alanaticum, Juba Læanitícum.

Aelia, αἰλία, Vibs est Palæstinæ, quæ prius Hierosolyma dicta ab Aelio Adriano. Steph.

Aelianus, αἰλιανὸς, Sophista fuit Prænestinus, tanta linguæ Atticæ puritate, ut μελιτόγλωττος, & μελιτόφθογγος cognominaretur. Scripsit Historiam de Animalibus: de variis historiis decem libros, quæ omnia ad nos pervenerunt. Claruit sub Adriano prius. Suid.

Aelius, αἰλιὸς, Nomẽ proprium, quo plurimi ex Romanis viri illustres fuerunt appellati: ut Aelius Gallus, vir eques tris ordinis, qui solus Romanorũ Arabiam hostiliter est ingressus, ut testatur Plin. lib. 6. cap. 29. & Strabo lib. 2. ¶ Aelius prænomine Publius, qui eo anno Romæ Consul cum gerebat cum Cn. Cornelio, quo Annibal in Africa victus fuit, teste Plin. lib. & cap. 18. ¶ Aelius Stilo, nobilis scriptor, cujus meminit Plin. lib. 9. cap. 25. ¶ Item Aelius Adrianus, & Aelius verus. Romanorum imperatores, quorum vitam vide apud Eutropium.

Aello, ἄελλὼ, Troum fyl. abarum, una est Harpyiarum sic dicta, quasi ἀελλὼ τὸν ἄλλων, hoc est alienum tollẽs. Ovid. 13 Metam. Strophadibq; receptos Portubus infidis excernit alite Aello. Est etiam nomen canis ex canibus Actæonis. Apud Ovid. 3. Metamor. dictum (ut videtur) ἀπὸ τῆς ἀελλὼς: hoc est, à procella, quã cursus celeritate referebat.

Aemathia, Vide EMATHIA.

Aemilia, Regio Italiæ, quæ & Flaminia, & Romandiola etiã dicitur. In qua sunt urbes, Ariminum, Cæsena, Sassina, Faventia, Ravenna, Forum Livii, Bononia, Ferraria, Imola.

Aemilia, αἰμιλία, Uxor fuit majoris Africani: de qua vide Suid.

Aemilia gens, Familia fuit Romæ in primis illustris: ex qua fuit Paulus ille Aemilius, qui in consulatu suo Persen Macedonum Regem bello vicit, captumq; in triumpho duxit. ¶ Item Q. Aemilius Lepidus, cujus Plin. lib. 7. cap. 53. refert, quum cubiculo egredi pararet, nihil mali fœminæ, effecto ad amẽ polliceri, repente obiisse. ¶ Item Aemilius Scaurus, homo factiosus, & scandalosus: de quo multa Sallust. in Jugurtha. Sunt qui Aemylius scribere malint per y, in antepenultima, omissis ejus initium referentes ad Mamercum, Pythagoræ Philosophi filium, qui ob singularem morum comitatem, fœmineq; lepõrem, quem Græci αἰμυλίαν dicunt, Aemylos est cognominatus. Animadvertimus tamen à Græcis ipsis, & præcipuè in Onomasticis, in quibus literarum series cictionum prima non facilè sinit corrumpi, αἰμιλὸς, αἰμιλία, & αἰμιλιανὸς scribi per quartam Græcorum vocalem, non per sextam. Præterea Moschopulus in lib. περὶ χρόνων hæc sunt verba: Αἰμιλὸς ὁ ἐπικλεὴς, Αἰμιλία ἡ ἐπίκλην Ἀλβία.

Aemilia, αἰμιλία, Virgo Vestalis fuit ex nobilissima Aemiliorum familia: de qua sic scribit Valer. lib. 1. cap. 1. Aemiliæ virginis diligentiã exemplo ignis, rutum ab omni reprehentione numen Vestæ præstitit: qui odorante, quum carbasum, quam optimam habebat, seculo imponeret, jubitò ignis emicuit.

Aemilianus, αἰμιλιανὸς, Africanus minor primus appellatus fuit, Pauli Aemilii filius, cùm ex Aemilia gente in Scipionum familiam esset adoptatus. Adoptionis enim indicandæ causa nomen naturalis familiæ una aut altera litera producebatur. Postea & alii plerique ejusdem familiæ viri carissimi & triumphales, eodem cognomine usi fuerunt. Iuvenal. Satyr. 8. -pictosq; ostendere vultus Majorum, & flantes in cornibus Aemilianos.

Aeminium, αἰμίνιον Ptolemæo, Oppidum Lusitaniæ mediterraneum.

Aeminius, αἰμίνιος. Fluvius Hispaniæ à Minio Tarraconensis tractus fluvio distans C C. M. passuum ex Varronis sententia tradit Plin. lib. 4. cap. 22.

Aemothares, αἱμοθάρσης, cognomen Martis fuit, quasi sanguine gaudens: αἷμα Latinè sanguis dicitur. Hæmocharis potiùs scribendum.

Aemõnia.

Aemonia, pen. cor. Stephano. Repio quæ postea dicta est Thessalia ab Aemone rege, cui propinqua est, vel ab Aemone Deucalionis filio, prius Pyrrhæa dicta, à Pyrrha Deucalionis uxore. Quidam cum aspiratione scribunt Hæmonia, quo pacto etiam apud Suidam legitur.

Aemon, onis, g. mas. Stephano & fœminetum Aemonis, idis. Et possessivũ Aemonius, a, um. Ovid. in Epist. Laodamiæ ad Protesilaum, Aemonis Aemonio Troiacam a viro. ¶ Aemonia item Oppidum est Nerici, apud Plin. lib. 3. cap. 24.

Aemus, Stephano, Mons Thraciæ: sic dictus ab Aemo Boreæ & Orithiæ filio. In hoc monte Martis domicilium collocaverunt Poetæ. Sunt qui per aspirationem scribũt Hæmus, quo pacto & apud Suidam legitur.

Aemylia. Vide AEMILIA.

Aenaria, Insula est in sinu Puteolano, de qua sic scribit Plinius lib. 3. cap. 6. Aenaria à statione navium Aeneæ, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecusa, nona ejus rei ratione multitudine (ut aliqui existimavêre) sed à figlinis doliariorũ. Hodie Ischia dicitur, à figura oppidi quod in monte habet coxendicis figuram.

Aenarius, Locus in Achaia Peloponnesi regione, juxta Oleum oppidum, in quo Achæi, de rebus communibus consultaturi, conventum agebant. Autor Strabo lib. 8.

Aenea, Vrbs in Thracia, ab Aenea, ut Stephano placet, condita: quam nos eandem esse credimus cum ea, quam Plinius Aenon vocat. Hujus meminit Livius lib. 45. Proficiscuntur (inquit) à Thessalonica Aeneam ad flatuum Iovis sacrificium. Item Theophrastus de plantis: Circa Aeneam ficus arbor scabiem non sentit. ¶ Hinc fit gentile Aeneates, Stephano, & Aeneaticus, denominativum. Huc etiam nomine olim dictum fuit oppidulũ urbi Romæ imminens, quod & Janiculum dicitur, conditum a Romulo Aeneæ filio, ut tradit Dionysius. Janiculum verò dictũ fertur quia per ipsum populus Romanus transire coperat in agrum Hetruscum. Nam & Janus ab eundo dictus est, quasi Eanus, ut Cicero de Nat. deor. ait.

Aeneas, penul. prod. Veneris & Anchisæ filius, Virgilii carmine notissimus. Dictus Aeneas, ut quidam putãt ab, quod ob laudem ita Latini à Græcis dicitur. Ab Aenea dicti sunt Aeneadæ, Troiani. De hujus genealogia vide Ovid. lib. 4. Fastorum & Dardanon Electra, &c.

Aeneliderus, Illustris Argivorũ Imperator fuit, qui cum Argis à Phoroclo obsideretur, nec urbem tueri posset, imperata militibus abeundi facultate, ipse honestè in præsidio sibi credito occumbere maluit, quàm cum dedecore in patriam reverti. Vide Liv. lib. 32. ab Vrb. cond.

Aeni Insula, Ptol. Insula in sinu Arabico Ptolem.

Aenia, Stephano, Oppidum est Perrhæborum non procul ab Achelo fluvio, cujus meminit Strabo lib. 8.

Aenianes, gentile, quo utitur Plin. lib. 4. cap. 9. & Aenian, anis, Strabonis, sicut Acarnan, anis.

Aeniarius, denominativum: ut Aeniarius sinus, Strabonis.

Aeniochi. Vide HENIOCHI.

Aenobarbus, dictus est Domitius: [Ger. Der Rothe Domitius von seinem rothen Bart. Suet.] quoniam Castor & Pollux quum victoriã illi nunciarent, ipseq; minimè crederet narrantibus, malas, barbaq; manibus permulserũt, & eam ex fusca in flavã converterunt: unde à barba rutila, æneiq; coloris Aenobarbus dictus: quod postea Domitiorũ cognomẽ fuit.

Aenos, Stephano, Oppidum Thraciæ liberum, cum Polydori tumulo. Plin. lib. 4. cap. 11. Straboni Polichnia dicitur. Oppidum hoc Virgil. credi vult ab Aenea conditum fuisse, & ab eo nomen accepisse, quum ait lib. 3. Aen.-feror huc, & litore curvo Moenia prima loco, fatis ingressus iniquis, Aeneadasq; meo nomen de nomine fingo. Serv.

Aenus, Germaniæ fluvius est, Vindelicos à Noricis dividens. Ptolemæus.

Aeolia, Stephano, Insula est Siciliæ adjacens, una earũ, quæ à Græcis Hephæstiades, à Latinis Vulcaniæ appellãtur, & Aeoliæ. Putatur eadem esse, quæ alio nomine Strongyle dicitur. In illa enim Aeolus quamvis Vulcanius omnibus imperaret, præcipuè domicilium habuisse fertur. Plin. lib. 2. cap. 106: Aeolia insula juxta Italiã cum ipso mari arsit per aliquot dies servali bello, donec legatio Senatus placavit. Meminit hujus & Hom. lib. 10. Odyss. Alolíην & hunc imitatus Virgil. lib. 1: Ventorum in patriam, loca fœta furentibus Austris, Aeoliam venit. ¶ A quibusdam etiam Aeolia dicitur, regio minoris Asiæ, Hellespontо, & Propontidi adjacens, quæ olim Mysia dicebatur. Verùm hanc (ô Plinio, Strabone, Mela, cæteroq; Geographis melius Aeoliden appellaveris. Vide paulò pòst in dictione AEOLIS. ¶ AEOLIAE INSULAE, quæ & Vulcaniæ. Insulæ sunt numero septem, non procul à Pelore Siciliæ promontorio dissitæ, de quibus sic scribit Plin. lib. 3. cap. 8: Citra verò Siciliam ex adverso Metauri amnis XII. mil. libus fermè passuum ab Italia, septem Aeoliæ appellatæ. Eandem Liparæorum. & Hephæstiades à Græcis, à nostris Volcaniæ. ¶ Dictæ Aeoliæ, quòd Aeolus Iliacis temporibus ibi regnabat. Harum insularum nomina sunt, Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Ericusa, Phœnicusa, & Evonymus. Plin. eod. lib. cap. 5.

Aeolis, pen. cor. Populi fuerũt Græciæ dicti ab Aeolo Hellenis filio. Hi rebus patriæ in Asiã trajectis, sedibusq; in Mysia minore fixis, Aeolidem à dicto vocaverunt. Antea Pelasgi dicebantur, teste Herodoto lib. 7.

Aeolicus, a, um, ut Lingua Aeolica, una ex quinque Græcorum dialectis.

Aeolides, dictus est Ulysses ab avo Aeolo, qui filiam habuit Sisyphum ex quo & Anticlea avus Laërtæ nuptiarum natus est Ulysses. Virg. lib. 6. comes additur una Hortator scelerum Aeolides. Hoc etiam nomine vocat Virg. Misenum Aeneæ tubicinem. Misenum, Aeolidem, quo non præstantior alter Aere ciêre viros.

Aeolis, idis, [Ger. Ein Landschafft in der minderen Asia.] Regio est in minore Asia, Lectæ promontorio à Troade Hermo autem fluvio ab Ionia distans. Ita dicta ab Aeolibus Thessaliæ populis qui duodecim in ea urbes condiderunt, teste Herodoto lib. 1. Aurea Mysia dicebatur, teste Plinio lib. 5. cap. 30.

Aeolus, pen. corr. [Ger. Ein Gott der Winden gehalten worden.] Jovis filius ex Acolla Iovis sagitta, filia Hippotæ Troianid quo Hippotades dicitur. Ovid. 11. Metam. Quòd soleat Hippotades sibi sit, qui carcere fortes Concutiat ventos. Hic in hospites benignus fuisse, & Aeolias à se nominatas insulas in ora Siciliæ tenui sic perhibetur, & in his Strongylen, ex cujus fumo, quinam flatus futuri essent, in triduum præsciebat. Vnde ventorum rex putatus est. ¶ Aeolus Hellenis filius, à quo ventorum rationem primò inventã tradit Plin. lib. 7. cap. 56.

Aeos, Typhonis fuit filius, quem quidã scribunt Paphon Cypri civitatem condidisse: quum tamen sint, qui Paphi Pygmalionis filii opus esse tenebant.

Aepea, Stephano, Agri Laconici oppidum, non procul à Pharis Strabo lib. 8. Aepea hoc tempore Ovoia dicitur, quam Pharis contaminam commemoravimus: sita verò est in excelso colle unde & est celia, nomen sortita est.

Aepolius, pen. cor. Pastoris nomen apud Theocritũ, per syncopen à dicto (ut quidam putant) pro quasi Latinè Caprarium vertere possumus. Nam chevriers dicunt, quem nos Caprarium.

Aequlo, Hetriæ rex fuit, teste Livio, qui à Romanis victus, ferro se malùit occidere, quàm virus in Romanorum potestatem venire.

Aepy, Vrbs fuit sub ditione Nestoris, quam hodie est, vetè montibus dixit Homerus lib. Iliad. 2: Stant montibus ferax esse dicit Stat. lib. 4. Theb. quum longè Quos Thyron & summis ingentem montibus Aepy. Vnde & nomen accepisse viderur, quòd edito in loco sitam esset. Nam, idem est quod altus, hoc excelsus. Meminit urbis hujus & Strabo lib. 8.

Aequi, Populi fuerũt Italiæ Latinis & Volscis finitimi, à Quinctio Cincinnato Dictatore ad internecionem deleti.

Aequiculani, Italiæ populi, Sabinis ad Orientem proximi: quorum oppida fuit Cliternum, & Calecoli. Horũ meminit Plin. lib. 3. cap. 12. Idem & Virg. 7. Aeneid. Aequicolæ vocantur. Horrida, præsertim gens, assuetaq; multo Venatu nemorum, duris Aequicula glebis. Eosdem & Aequicolos dictos invenimus Ovid. 3. Fast. Quintum Laurentes, bis quintum Aequicolus acer.

Aequimelium, Locus Romæ, ubi domus Melii solo æquata fuit. Spe enim Melius ob frumenti largitionem in suspicionem affectare dominationis venit: & quum ad populi fidem fugeret, à Servilio Hala magistro equitum comprehensus & occisus est. Domusq; ejus diruta, & area Aequimelium dicta. Ex Tito Liv. 1. decad. lib. 4. Cic. pro Domo sua. Meâne regnum appetentis domus est complanata. Et quid aliud æquum accidisse Melio Populus Rom. judicavit? Nomine ipso Aequimelii stultitiæ pœna comprobata est.

Aerie, Oppidum est Macedoniæ, cujus incolæ Aerzi, dicuntur. Alterum ac Hellespontum à quo gentile Aerates. Tertium in Ionia. Vide Stephanum de Vrb.

Aeria, Narbonensis Galliæ oppidum, apud Plin. lib. 3. cap. 4. ¶ Item insula in mari Aegeo, non procul à Nesi Dromisso ostio, quæ alio nomine Thasius dicitur. Autor Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Hoc etiam nomine dicta est insula, quæ notiore nomine Creta appellatur, ut idem Plin. testatur loco jam citato.

Aerope, per quatuor syllabas, & pen. corr. Vxor Atrei, ex qua Tyestes duos suscepit filios, quos pollen Atreus fratri comedendos

comedendos posuit. Quorum scelerum turpitudine polluerentur, Solem averſum fabulantur Poëtæ. Ovid. 1. Trist. Simon Æsopeus fatet scelestatus amasset, Aversos Solis non legeremus equos.

Aesa, αἴσα. Tarasiæ oppidum est Pallenæ proximum, cujus incolæ dicuntur Aesæi, αἰσαῖοι. Ex Stephano.

Aesacus, αἴσακος, Priami filius ex Alexothoë nympha, qui quum Hesperen amore captus, eam per avia fugientem insequeretur, evenit ut serpes a puella calcatus, pedem ejus momordisset. Quam apprehendere cupiens, quo ex vulnere quum illa interisset, Aesacus dolore impatientia sese in mare præcipitavit. Quæ Thetys miserata fuit lib. 11. Metam. fabulatur Ovidius, in mergum avem convertit.

Aesēpus, αἴσηπος, Fluvius est in magna Græcia, juxta Crotonem oppidum: de quo Strabo lib 7.

Aeschines, pen. prod. [αἰσχίνης. Ger. Ein Redner zu Athen.] Atheniensis orator, Demosthenis æmulus: cujus orationes tres extant, & aliquot epistolæ. Præter hunc alii septem hoc nomine claruerunt, teste Diogene Laërtio. Primus, philosophus, Socratis discipulus. Secundus, qui artem oratoriam scripsit. Tertius, hic orator. Quartus, Arcadia profectus. Quintus, Mytilenæus, quem flagellum oratorum vocabant. Sextus, Neapolitanus, philosophus Academicus. Septimus, Milesius scriptor. Octavus, statuarius.

Aeschylus, αἰσχύλος, pen. corr. Poëta tragicus Athenæus. Hor. lib. 2. Epist. Idem in Arte poëtica: Post hunc personæ, pallæque repertor honestæ Aeschylus, & modicis instravit pulpita tignis: Et docuit, magnumque loqui, nitique cothurno. Valer. Max. li. 9. cap. 12. cum appellat originem & principia fortioris tragœdiæ. Hic Athenis excedens in Siciliam venit. Quumque monitus esset, in fatis esse, ut ex ictu supernè provenientem mori cū oporteret: tectū vitans sub dio manebat aperto capite. Itaque mœnibus urbis, in qua morabatur, egressus, aprico in loco resedit: super quem aquila testudinem terens, elusa splendore capitis (erat enim capillis vacuum) pernde atq; lapidi eam illidit, ut fracta testudinis veheretur: eoq; ictu extinctus est anno ætatis LVIII. Ex Valer. & Volater. Vide Plin. lib. 10. cap. 3. Quint. lib. 10. cap. 1. & Cic. 2. Tusc.

Aeschylus, Gavius, rhetor, Ciceronis præceptor, ornato & faceto verborum genere usus est. Cic. in Bruto.

Aeschylēus, pen. corr. adject. αἰσχύλειος. Propert. lib. 2. Eleg ult. Desine & Aeschyleo componere verba cothurno.

Aeschrion, αἰσχρίων, Mytilenæus versificator, inter Alexandri Macedonis comites expeditionis, Aristotelis familiaris, maximeq; dilectus, ut tradit Nicias. Et Alexandrinus in lib. de discipulis Aristotelis. Fuit & alter hoc nomine Galeni præceptor.

Aesculanius, Deus, & Argentinus, dicti sunt diuersis, & argentinid est, locupletandorum hominum potestatem habentes. Rud. lib. 5. de Asse.

Aesculapius, [αἰσκλαπιός. Ger. Ein Sohn Apollinis ein ausbündiger fürtrefflicher und erfahrner Arzney.] Nomen est Apollinis filii, qui medicinam artē, vel laude, vel opere ampliavit, ob eamq; rem in deorum numerum receptus fertur. Cujus duo filii, Podalirius & Machaon, bello Trojano Agamemnonem sequuti, non mediocrem opem commilitonibus attulēre.

Aesepus, pen. prod. αἴσηπος. Fluvius est in Minore Mysia, ex Ida monte profluens: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. ult. Fuit præterea hoc nomine filius Bucolionis filii Laomedontis, & frater Pedasi, quos ille ex Abarbarea nympha suscepit, ut refert Homerus in principio lib. 6. Il. ad.

Aesernia, αἰσέρνια, Ptolem. Samnitū urbs in Italia. Strabo lib. 5. Aeserna, & Allifæ, Samnitica sunt oppida alterū bello Marsico delectum: alterum superties adhuc. ¶ Hinc Aesernini, αἰσερνῖνοι, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 12. Quanquam ibi Esernini legatur sine diphthongo.

Aesis, [αἶσις Ptolemæo, Vibriæ fluvius est, inter Ancona & Senogalliam, in mare Adriaticum influens, qui olim Italiam a Gallia dividebat. Fluvii hujus mentionem Ptolemæus in descriptione Italiæ. Plinius lib. 3. cap. 14 Strabo lib. 5. ¶ Hoc quoque nomine à Ptolemæo appellatur ejusdem regionis oppidum, quod à Strabone Aesium vocatur. Nomen utrumque ab Aesi fluvio ductum videtur, à quo oppidum hoc non longè eū distans. Hinc Aesinates, αἰσινάται, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14.

Aesium. [αἴσιον. Αἴσιος.] Vrbs Umbrorum, Ptolemæo. Ajo hodie dicta.

Aesōn, αἴσων. Creberi filius, frater Peliæ regis Thessaliæ, & pater Jasonis, qui ab eo vocatur Aesonides.

Aesōpus, [αἴσωπος. Ger. Der Fabeldichter.] Philosophus, Phrygenere, conditione servus Xanthi, liber factus ab Idmone Doco, tempore Crœsi Lydorū regis, cui fabulas suas dicavit. Quas antiquitus etiā Vulgus ethnicorū tenebat. Has qui nō legisset, nihil scire videbatur. Vide locus proverbio apud Aristophanem & Suidam: Ne Aesopum quidem stultum, ἐδὲ τὸν Αἴσωπον μωρόν, De vehementer stupidis & imperitis. ¶ Fertur hunc nihil commentum interemptum fuisse à Delphis: quo ob ortæ pestilentia gravissimas pœnas dederē. Vnde eorum Adagium: Aesopicus sanguis, αἱσωπείου αἵματος. Dicitur etiam, quum quis præter meritum acerba patitur: aut ubi propter latam innocentiam, irati Superi pœnam sumunt immissam: aut, ut etiā refert Plutarchus, quoties terō pœna datur. ¶ Item alius Aesopus anagnostes Mithridatis crudelissimus. Scripsit de laudibus Mithridatis, & de Helena, ut author est Suidas. ¶ Præterea Aesopus, Tragœdiarum actor amicus Jundatus Ciceroni, cum quo sæpè in Curiam ad videndum pronuntiantem Horatium profectus est, teste Valerio. Hic ad tantas opes ex histrionica pervenit, ut sexcenis H. S. ei patina fieret: Ilium reliquerit adeò divitem, simul & prodigum, ut is uniones aceto liquefactos cœnis apponeret, ut refert Plin. lib. 10. cap. 51.

Aesōpus, vel Aesopeus, αἰσωπεῖος. Macrob. lib. 1. Comment in Somnium Scipionis 15. cap. 2: Aesopiæ fabulæ elegantia fictionis illustres.

Aestræum, αἰστραῖον, Oppidum Macedoniæ, & Aestræi populi, sunt ejus urbis incolæ, teste Ptolemæo.

Aesyma, αἴσυμα. Stephano, Vrbs Thraciæ, patria Cassandræ, ex qua Priamus Gorgythionem suscepit, qui in bello Trojano ab Aiace fuit interfectus. Autor Homer. 8. Iliad.

Aesymnius, αἰσυμνῖος. Virtuit Megarensis, qui regum tyrannidem exosus, consuluit Apollinem, quo potissimum modo Megarensis felicissimè Rempublicam posset administrare: quumq; responsum esset: Si cum pluribus consuleret, arbitratus id ad mortuos attinere, qui vivorum numerum longè exuperant, tumulum Heroibus congessit, qui ab ipso Aesymnius dictus est, Curiamq; extruxit, quæ ambitu suo tumulum includeret, arbitratus ita futurum, ut ipsi etiam mortui ipsorū consultationibus interessent.

Aesymnus, αἴσυμνος, ab Homero inter principes Græcorum memoratur, qui ab Hectore sunt interfecti. Iliad. 12.

Aesyrmus, Vrbs Thraciæ, teste Homer. Iliad. lib 8.

Aeta. Vide, AEETA.

Aetiæa, αἰτίαια. Regionis Laconicæ oppidum, apud Steph.

Aethalia, [αἰθαλία Strabonī, αἰθάλη Stephano, Ilva.] Insula est in mari Tyrrheno, distans à continenti stadiis circiter centum, hoc nomine memorabilis, quòd ferri fodinas habet, quæ à fossoribus exhaustæ, certo tempore succrescant. Autor Strabo libro 5. Alio nomine Ilua vocatur, teste Plinio libro 3. capite 6. Quo nomine & à Virgilio appellatur Aeneidos libro 10. Ast Ilua trecentos Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.

Aethalides, αἰθαλίδης, Mercurii filius creditur, qui à patre impetravit, ut & vivus, & vita defunctus, omnium quæ gererentur, haberet memoriam. Hunc se aliquādo fuisse, Pythagoras gloriari solet, atq; inde sibi omnium eorum quę gesserat, quā Hermotimus esse dicitur Euphorbus, memoriam manasse.

Aethiesi, [αἰθίεσι. Ger. Die Mohren.] Populi habitant Aegyptū, qui postea ab Aethiope Vulcani filio Aethiopes vocati sunt. Author Plin. lib. 6. cap. 29.

Aethices, αἰθίκες Stephano, Populi Thessaliæ, quorum meminit Homerus in Catalogo, & Strabo lib 9.

Aethione, insula maris Oceani: Macarea antea appellata, ut tradit Plin lib. 5. cap. 31.

Aethiopē, αἰθιόπη, Insula Asiæ adjacens, non procul à Lesbo, quæ olim Macaria appellabatur, teste Plin. lib 5. cap. ult.

Aethiopia, [αἰθιοπία. Ger. Morenland, in dem die Leut von gantzer farb gar schwartz werdē. Vng. Szenfeketeország.] ab Aethiope Vulcani filio, qui illi præfuit dicta, ut ait Plin. l. 6. ca. 26. vel à Græco αἴθω, cremo, & ὤψ, aspectus, facies: nā Solis vicinitate ejus regionis incolæ torrentur: est enim sibi jugis æstus. Quicquid ejus fertile est, sub meridiano cardine est. Cæca verò Occiduū, montosa est, arenosa in medio. Ad Orientalē plagā, deserta. Cujus finis ab Occiduo, Atlante monte: ad Orientem usq; in Aegypti fines porrigitur: à Meridie Oceano: à Septentrione, Nilo flumine claudūtur. Plurimas habet gentes, diversis vultu & mōstrosa specie horribiles. Ferarum quoq; & serpentium referta est multitudine. In ea enim rhinoceros, chamæleon, pardus, basiliscus, dracones ingentes. ¶ Strabonī lib. 1 Homerum sequuto duplex est Aethiopia. Altera ad plagam Africæ Orientalem, primùm ab ils cognitam, qui ex Arabia solverunt: Altera ad Occidentē, cujus notitiam primi habuerunt, qui Gadibus egressi Occiduum litus lustraverunt.

Aethiops, [αἰθίοψ. Vng. Szenfeku.] Vulcani filius fuit, qui Aethiopiā à se cognominavit, ut placet Plin. l. 6. c. 30. ¶ Aethiopes quoq; dicuntur, qui Aethiopiā incolunt, & mulieres Aethiopissæ, αἰθιόπισσαι. ¶ Sunt qui Aethiopas dictos putent, à Chus filio Cham. Nam Chus Hebræis, Aethiopē sonat. Hi olim ad Indum fluvium habitasse creduntur, recidiq; sedibus suis, juxta Aegyptū cōsedisse inter Nilum & Oceanū supra Heliopolim, & paulatim

& paulatim etiam ad interiora Africæ penetrasse. ¶ Aethiopes tam atro sunt colore, atq; adeò immutabili, ut proverbialis figura dictum sit: Aethiops non albescit, ἀεὶ γὰρ ἀδιάφορα λέγουσι de iis qui nunquam mutaturi sunt ingenium. Quicquid enim nativum, id haud facilè mutatur. Fertur in hanc rem Epigramma Luciani nomine: Εἰ μὴ γὰρ αὐτὸν τὸν Αἰθίοπα λευκήνῃς, ὁ πόνος, Οὐ δυνήσεαι ἀφαιρεῖσθαι τὸ μέλαν τοῦτο, id est, Abluis Aethiopem frustra: quin desinis autem? Haud unquam efficies nox sit ut alma dies. ¶ Eandem vim habent, Aethiopem lavas, λίθους κυανίζεις &c. Aethiopē dealbas, λίθους λευκαίνεις. Hoc item peculiariter quadrabit, quum res parùm honesta verborū fucis adornatur: aut quū laudatur illaudatus, aut dedecus indecilis. Vide Aesopi apologā, de mercatore, qui empto servo Aethiopi assiduā lotura faciem divexavit. Nam veltem mutare potest Aethiops, faciem nō potest. Hinc etiā proverbialiter dicimus, Aethiopē ex vultu judico. Τὸν Αἰθίοπα ἐκ τοῦ προσώπου κρίνω. Præfert qu̇ sq; aliquem signo cujusmodi sit moribus.

Aethon. [Αἴθων. Ger. Eine und ein wenig feurfarb der Sonnen.] Equus Phœbi dictus est. Fuêre autē (ut in fabulis fertur) quatuor equi Solis: Phlegon, Pyroüs, Eous & Aethon, quibus significantur quatuor circuitus. Ovid. 2. Met. Interea volucres Pyroüs, Eous, & Aethon, Solis equi, quartusque Phlegon, hinnitibus auras Flammiferis implent. Latinè Aethon interpretatur ardes: Phlegon, inflammans: Pyroüs, ignitus: Eous, lucifer.

Aethrā, Αἴθρη, Filia Pitthei regis, & uxor Aegei, materq; Thesei. Ovid. in epistol. Adrianes ad Theseum: Nec pater est Aegeus, nec tu Pitthеidos Aethræ Filius. Vide in Aegyo. Alia fuit Aethra Oceani & Tethyos filia, uxor Atlantis, filia Iapeti, qui ex ea XII. filias, & unum filium, Hyantem videlicet, suscepit: sed Hyas in Libya à serpente occisus est: cujus morte quum quinque soróres nimium deflerent, luctu contabuerunt: sed Jovis commiseratione inter sydera sunt translatæ, Hyadesq; à fratris nomine dictæ. Reliquæ septē, eò quòd plures superstites manserint, Pleiades sunt appellatæ, ut autor est Timæus Graecus scriptor: sed ea his intrā pauca aliter.

Aethræa. [Αἰθραία. Ger. Die Insel Rhodus.] Insulæ nomen est in mari Carpathio, quæ hodie Rhodos dicitur. Rhodo. Autor Plinius lib. 5. cap. 31.

Aethria, Αἰθρία, In Aegeo mari insula est, quæ & Actia, & Thasos appellata est, Plin. lib. 4. cap. 12.

Aethruria. Vide ETRVRIA.

Aethusa, Αἴθουσα, Insula est in mari Libyco, quæ à quibusdam Aegusa dicitur. Plin. lib. 5. cap. 8.

Aetā, orum, Αἰητα. Vide in APPELLATIVIS.

Aetius, Αἰέτιος, Medicus fuit insignis, ex Antiochia Syriæ urbe, discipulus Hermogenis, tempore Constantini Imperatoris, Atticos cognominatus, quòd diceret nullum esse Deum, ut alii quidā impii philosophi. Scripsit de Remediis libros sedecim, & Epistolis quasdam. Nomen deductum est ἀπὸ τοῦ ἀετοῦ: hoc est, ab aquila. Vnde per quatuor syllabas proferri debet.

Aetna. [Αἴτνη, Μονοσύλλαβον. Ger. Der berg in Sicilien der jetzt Mongibello.] Mons Siciliæ perpetuo clarus incendio, coq; nomine à Poëtis celebratus. Incendii autem ejus causas explicat Trogi abbreviator, Justin. lib. 4: Sicilia (inquit) tota est cavernosa, & fistulosa, quò fit, ut ventorum flatibus patefacta undequaque concipiat: intrinsecus sulphur habet & bitumen, quò subjecta per spiramenta cavernarum incubuit, diu luctatus concipit ignemque ex eo Aetnæ durat incendium. Motus ergo ventorū, causa incendii est. Aetnam & Athonem montes in molestiæ, taedique proverbium abire testatur Lucil. apud Gellium libro 16. cap. 9.

Aetnæus, a, um, Αἰτναῖος, Denominativum Virg. 8. Aen. Cyclopum excisa camini Antra Aetnæa tonant. Accipitur interdum pro magno, instar Aetnæ montis, ut annotavit Cœlius Ant. lect. lib. 21. cap. 23. in qua significatione Virgilius quoq; usurpasse videtur lib. 1. Aen. Cernimus astantes nequicquā lumine torvo Aetnæos fratres. ¶ Et proverbialiter Aetnæus cantharus, Αἰτναῖος κάνθαρος. Demagnis & fœdis. Est enim cantharus sive scarabeus insecti genus fœdum, quod ut è stercore nascitur, ita patitur. Aristophanes in Pace.

Aetnā, Oppidū in Sicilia, nō procul à Catana. Hieronis opus, quod olim, teste Stephano, Inetsum dicebatur. Hinc Aetnenses populi, Αἰτναῖοι, quorum meminit Plinius libro 3. capite 8.

Aetōlia. [Αἰτωλία, Ἡ ἐπιθαλάσσιος. Ger. Ein Landtschafft in Griechenland.] Graeciæ regio in tertio sinu Europæ, Epiro, Acarnaniæ, & Locris finitima: dicta ab Aetolo Martis (ut Plinio placet) sive (ut Stephanus mavult) Endymionis filio: quū antea Hyantis diceretur.

Aetōlus, a, um, sive Aetalius, Αἰτωλός, Αἰτώλιος. Virg. lib. 12. Aen. Nō erit auxilio nobis Aetolus, & Arpi: Aetholus Iceros, Diomedes Tydei Aetoliæ regis filius. Ovid. 14. Metam. ¶ Aetoli, Αἰτωλικὸν, dicti sunt olim joco proverbiali, qui juxta mores Aetolorum perfaces essent & improbi. Allusum est ad vocem: Aetoli nanq; dicti videntur, quòd omnia peraut, παρὰ τὸ αἴρω. Meminit Stephanus. Dicitur & Aetolicus. Liv. 4. Decad. libro 7. Aetolicum magis ad Thermopy as bellum, quàm regium fuit, iterum lib. eod. Aetolica vestis. Plaut. in Pœnul. Aetolicus ager.

Aetolus, Αἰτωλός, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 36. Martis fuit filius: Homeri aūt enarrator, de Aetolo sic tradidit: Aetolus Αἰτωλὸς) filius Endymionis fuit: qui cæde per imprudentiam in patria perpetrata, fugit in eam regionem, quæ postea ab ipso Aetolia dicta est: ibiq; genuit filium Pleuronem, à quo urbs Aetolia dicta. Hujus autem alii duo filii fuerūt, Cures, & Calydon: à quibus nati alias urbibus nomina data sunt.

Aetis, [Αἴητις. Ger. Der fluß Phasis in Aegypten.] Olim appellatus fuit Aegypti fluvius, qui postea Nilus dictus est: ex Ecophrone annotavit Caelius Rhod. Antiq. lect. lib. 21. cap. 13. Quod nomen à cursus velocitate (Olympiodorum fuisse apparet, quòd scilicet volatum aquilæ (quam Graeci vocant ἀετὸν) propemodum æquare videretur. Commemoratur & in Scythis fluvius nomine Aetes, qui quòd Promethei jecur uberem aliquoti, crebris exundationibus infelicasset, fecit locum fabulæ, ut Prometheus continuò renascerentur, ab aquila exedi diceretur. Ex ejusdem Caelii lib. 9. cap. 20.

Aex. [Αἶξ, γένους θηλυκοῦ. Ger. Ein kleine Insel vnd gar nahe nit als groß als Corfu ein Lateinischen Meer / meistes von Felsen wie ein Berg gegen sehen ist.] Insula scopulosa in mari Aegæo inter Lemnum & Chium, quæ capræ speciem procul aspicientibus præbet. Vnde & nomen accepit. Nam αἶξ Graeci vocant, quam nos capram. Ab hac insula mari Aegæo nomen factum esse tradit Plin. libro 4. cap. 12. quanquam alii alias ejus nominis afferant rationes. ¶ Est etiā alia Aex apud Aristotelem, de Hist. animal. quæ Latinè vertitur Capella, sed nomine à voce. Hic amnes delatos incolitantes pulchra est & conspicua: ibi quibusdā Nymphis Pluti jacinthos allucient, verbis quæ noxia animalia, ut crudas, deprecatur.

Aexonia, tribus Magnesiæ. & Aexonæ pars tribus Cecropidis.

Aezica, pars Thraciæ, Steph.

A

ante

F.

Afer ut portus Apher, Ἄφερ. Vide in AFRICA.

Afranius, Poëta Latinus fuit, togatarum fabularū scriptor. Cujus comœdiæ, alioqui festivæ & elegantes, παιγνίῳ γραῒ fuerunt, quòd fœdis puerarum amoribus efficat cō plurimas. ¶ Etiam Cnæi Pompeii amicum patrium, victas à Cæsarem Hispania ad Siculum nomen. Vide Lucanum l. 4.

Afrania, Licinii Buccionis uxor jurgiosa ac lites coarrabendas, mulierebris verecundiæ oblita, adeò ut pro criminibus improbis fœminarum moribus C. Afraniæ nomen objicitur. Valer. Max. lib. 8. cap. 3.

Africa. [Africa. Ger. Eine auf den dritten grossen theilen des Erdbodens.] Regio est latissima, una ex tribus præcipuis mundi partibus ad Orientem Aegypto & Nilo fluvio: ab Occasu Oceano Atlantico terminata: à Meridie Oceanum Australem ad Septentrionem mare Libycum spectans. Nomē habet, si Iosephum credimus, ab uno pulcherrimo Abrahæ, cui nomen erat Afer: (quod verisimilius est) ab ἀ privativo, & Græco nomine φρὴν quod horrorem significat. Est enim hæc regio frigoris, horroris q; experta quam majore ex parte inter Tropicos Cancri. Provinciam habet ad Mediterraneū mare extensam, duplicem Mauritaniā. Tingitanam, & Caesariensem: deinde Numidiam, pōst Africam propriè dictam, quę & Africa minor dicitur. Hanc excipit Cyrenaïs, sive Pentapolitana regio. Post hanc est Libya Marmarica, Aegypto cōtermina. Interiora Africæ Aethiopes habent, plurimiq; alii populi monstrosi, quos enumerat Plinius cap. 8. ¶ Africa minor, olim urbes habuit Carthaginem, Vticam, Adrumetum, Zamam, Hipponem regium, & alias quasdam. ¶ Africa semper aliquid novi apportat. Proverbium quod quadrat in homines lubrica fide, temperq; novandarum rerum avidos. Quod quidem ideò dicebatur, quòd in Africa sit caulosa regione ad unum aliquem rivum plurimæ ferarum species bibendi gratia convenire cogantur ibiq; varia multitudo violentæ venetis variis mendrotū formis, subindeq; novas natas. Ex Plin. lib. 8. cap. 16. Arist. de Generat. Animal. lib. 2. cap. 5.

Afer, afra, um, Ἄφρος, Adjectivum, Armentarius Afer. Virg. 3. Geor. Martice Afro tondere lanæ. Horat. 2. Carm. ¶ Afravis, Proverbii specie, Ἀφρικὸν ἔφος. Refertur à Suida de rebus præmagnis, quòd ex ea regione deperantur aves non ante magnitudine. Horatius de præsentia usurpavit: Non Afra avis descendat in ventrem meum. Immundior quàm lecta de pinguissima Oliva ramulus arborum. Nam gallinas præpinguis olim mittebat Africa, quas eadem Numidicas aves appellant. Avem videtur de structione sentire, quę & ipsa eis mira mole corporis esse fertur. Non inepte jactura in hominem peregrino cultu notabilem. Et Plaut. Pœnul. Pœnum avem vocat ob mores

ces alarum instar utrinq; pendiles. Proverbium extatin Avib. Aristophan. Interpres indicat convenire in barbaros ac meticulosos. Sunt enim pragrandes sed timidiores. Ter. Hic nebulo magnus est. Ex Adag Chiliad.

Afer, ἄφρος, qui est ex Africa. Dous Afer. Horat. 1. Carm. Sritates Afri. Virg. 1. Aeneid. Afra enim Africa calidissima regio.

Africus, a, um, Ἀφρικὸς. Africa bella, apud Sil. lib. 16.

Africanus, a, um. Gens Africana, Gallina Africanæ. Varr. de Re rust. lib. 3. cap. 9. Gallinæ Africanæ sunt grandes, variegibberæ, quas Meleagrides appellant Græci.

Africanæ Feræ sunt in Africa copiosissimæ genere pantherarum, quæ & Varia appellantur, à macularum varietate. παρδάλεις. Plin. lib. 8. cap. 17. Sentis consulum fuit vetus, pelliceret Africanis ut in Italiam adverherent.

Africus, ventus nomen est ab Africa sitarnis interAustrum & Zephirum, qui & λὶψ à Græcis dicitur. [Ital. Ponente, Libeche. Flandris Gmb. Weste West. Ger. Der Wind von Niedergang, welcher vber Africam herkom wehet.] Virg. 1. Aen. Vna Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis Africus. Horat. lib. 1. Carm. Luctantem Icaris flustibus Africum.

A

aute

G.

Agachari populi ab Agauri. Plin. lib. 6. cap. 28. 68.

Agarus ἀγάρος, Scytharum rex. Vide in Panticapæo.

Agaruus ἀγάρου, Scythicum promontorium. Plin. lib. 6. cap. 7.

Agamantes. Populi Africæ circa Garamantas. Plin. lib. 5. cap. 5.

Agamede ἀγαμήδη, Oppidum Lesbiorum. Plin. lib. 5. cap. 31.

Agamedes ἀγαμήδης, Vir cum germano fuit, qui cum Trophonio Apollini Delphis templum extruxit: cujus mercedis nomine, quum ab Apolline petierunt, quod ei hominum optimum esset, postridie eum in lecto mortuum reperiunt.

Agamemnon, Ἀγαμέμνων. Ger. Ein Oberster vber den gantzen Kriegszug der Griechen vor Troia.] Atrei & Aeropes filius, frater Menelai, & rex Mycenarum, qui in ea expeditione, qua Graeci ob Helenæ raptum adversus Troianos suscepere, omnium consensu ad veteri exercitus dux est delectus. Quo in bello, decimo demum anno victoria potitus, ubi primum in Graeciam redit, à Clytemnestra uxore, adjuvante Aegistho (qui tum diu absente viro, adulterii conturbandam operam ei navarat) est interfectus, relicto filio Oreste, qui postea ultricis patris necem sumens, matrem una cum adultero interemit. Vide Senecam in Agamemnone, & Euripidem in Oreste.

Agamemnonidæ bovi. ἀγαμεμνονίδαι βοῦς, in dubios & perplexa trahi ex dictum. Inde natum, quod Agamemnone rem divinam in Troia facturo, bos effugerit, virgq; modo negotio præpositus, redactus sit. Quadrabit etiam in eos, qui molestos & acuti quippiam agõ. Illum in sacris peculiarem, ut hostia lenis ac volens adstaret. Quod si secus accidisset, prosagificum sacrum eum habebant. Videtur & hæc posse referri, quòd Agamemnonis Aulide filiam Iphigeniam sacrificare sed admodum invitus. Recenseturà Zenodoto.

Agamemnonius, Adjectivũ, Virg. lib. 6 Aen. Erat ille Argos Agamemnonios q; Mycenas. ¶ Agamemnonia puppis, ἀγαμεμνόνεια πρῶρα, proverbialiter de admirandis operibus dicebantur: Ajunt enim & circa Aulidem & passim in Graecia puppes effudisse, ne per æstum aquarum magna laborare posset. Autor Zenodotus.

Agamestor, ἀγαμήστωρ. Nomen est Athenensium regis.

Agamnia, Media oppidum. Plin. lib. 6. cap. 14.

Agandei, Populi circa Maeotim. Plin. lib. 6. cap. 7.

Agane, ἄγανε. Nomen proprium Filiæ Cadmi & Hermiones et Echionis uxoris, quæ furia in furia, Pentheum filiũ laniavit.

Aganippe, pes. Fons Boeotiæ à Cadmo mõstratus. Multis facet, quẽ poetæ fabulantur factũ esse Pegasi equi ictu unguis [Ital. Hippocrene. Ger. Ein Brun im Land Graecia bey Mons Helicon gelegen.]

Aganippeus, a, um. denominativũ, ἀγανιππήϊος. Propertius: Per Aganippææ ludere docta lymæ.

Aganippis, ἀγανιππὶς. patronymicũ fœmininum. Ovid. 5. Fast. Dicite, quæ fontes Aganippidos Hippocrenes Gratæ Medusæi signa tenetis equi.

Aganippenor, pen. prod. ἀγανιππήνωρ. Præfectus classis Agamemnonis, & apud Hom. in Catalog. navium. Latinè amãs viros, vel qui ab aliis amatur.

Agapera, pen. prod. Vide in APPELLATIVIS.

Agaperus, pen. prod ἀγάπερος, Synnadæ, quæ est in Phrygia, Episcopus: de quo vide Eutychium in Histor. Eccles. Latinè interpretatur dilectibilis, vel dilectione dignus.

Agapius, ἀγάπιος, Alexandrinus medicus fuit, cui Byzantii magna celebratæ medicinam docuit. ¶ Fuit & alter Atheniensis philosophus, post Proclum, Marini Neapolitani discipulus. Suidas.

Agar, ἄγαρ, nomen anc. Ex Abrahæ, quod interpretatur advena, à qua Agareni, ἀγαρηνοὶ, Populi Arabiæ, qui nunc Saraceni dicuntur, à Sara uxore Abrahæ. Hos bello aggressus Trajanus Cæsar, eorum oppidum Agaram incolis nudavit, eos tamẽ nunquam potuit arte superare, tempestate coeli tanquam divinitus perpetuò obstante Autore Dione.

Agarum, ἄγαρον. Promontorium est Sarmatiæ Europeæ, ab ea parte, qua Bosphoro Cimmerio proxima est. Autor Ptolemæus.

Agarus, ἄγαρος, Fluvius Sarmatiæ Europeæ, in Bosphorum Cimmerium illabens, circa quem sudis quædam lungoia arboribus adnascuntur, quæ ab eo Agaricum dicitur. Fluvii hujus meminit Ptolemæus in descriptione Sarmatiæ, & Cæs. Antiq. lib. 18. cap. 8.

Agasias, ἀγασίας, Ex Stymphalo Arcadiæ oppido vir fortis, & bello clarus, de quo Xenophon lib. 6. de expeditione Cyri minoris.

Agasicles, ἀγασικλῆς, Spartanorum rex clarissimus fuit, cujus extat aureum illud apud Plutarchum apophthegma: Nullum esse firmius stabiliendi regni præsidium, quàm si Reges in civibus imperent, ut parentes liberis.

Agaso. Nomen proprium servi. Horatius: Si patinam pede lapsus fregerat Agaso.

Agasthenes, ἀγασθένης, fuit, teste Homero lib. 15 Iliad. 2 pater fortissimi Polyxeni, qui navibus suæ gentis præfuit in expeditione Trojana. Latinè interpretatur indigniter robustus.

Agasthraphus, ἀγάσθρατος, Epeus fuit filius, & heros inter primos Trojanorum bellatores: sed à Diomede vulneratus in eos mortem obiit, ut scribit Homerus lib. 15 Iliad. 11.

Agatha ἀγάθη Stephano, Oppidum provinciæ Narbonensis, quondam Massiliensium. Vide Plin. lib. 3. cap. 4. ¶ Fuit præterea hoc nomine virgo (teste Volaterrano lib. 22.) Catharinis, & martyr, sub Gallo imperatore sancta.

Agathárchides, ἀγαθαρχίδης, Historicus Samius, de quo Plutarchus in historia Persica, & Diodorus Siculus. Extãt hodieque nonnulla ex ejus scriptis exempla.

Agarhex, pen. prod ἀγάθεα, Oppidum est Phocidis. Steph.

Agathias, ἀγαθίας, Smyrnæus fuit historicus nobilissimus, qui Justiniani Cæsaris gesta conscripsit.

Agathyrnum. Vide AGATHYRSUM.

Agathon, pen. corr. ἀγάθων, Philosophi Pythagorici nomen fuit, hic quum annorum esset octoginta, ab Archelao rege interrogatus, num quas adhuc servaret pollicitus roboris reliquias. Quid enim quorundam nomodò Veneriam etiam Autumnus contulerit bonos fructus præstet. ¶ Fuit etiam hoc nomine Athenæus vir propter dicta procericatis & fortitudinis de quo Philostratus in vita Herodis Attici. ¶ Fuit & nomen filii Priami, qui cum patre Hectoris corpus redempturo ad Achillẽ profecturo est, ut habet Homerus Iliad lib. 24. ¶ Alius fuit Agathon fœtus est, ut habet Homerus Iliad lib. 24. ¶ Alius fuit Agathon tibicen quispiam, cantilenarũ suavitate ajorem in modum aures delectans. Nec hujus mores dissimiles muliebribus perhibentur: laboravit enim infamia mollitiei. Vide Adagium: Agathonis cantio, Ἀγάθωνος ᾠδή. Recte dicetur de oratione blanda magis quàm frugifera. Autor & Suidas & Zenodotus.

Agathopolis. ἀγαθόπολις, Galliæ Narbonensis civitas est, quæ hodie Magalonna dicitur. [vulgò Mespellier, vel potius Agde.]

Agathocles. [ἀγαθοκλῆς. Ger. Eines Hafners Sohn vnd Knecht in Sicilia.] Siculus tyrannus fuit, qui extorrido genere natus, patre figulo, quum libisset, latrocinio; operis dedisset, gregarium militem exercuit. In qua quòd manu strenuus esset, & in concionibus perfacundus, brevi ex centurione tribunus militum evasit: & primo quidem bello cõtra hostes pugnans, magna suæ virtutis præbuit experimenta, adeò ut in demortui regis locum fuerit sufferctus. Nec multò post interfectis Syracusanis nobilibus, cum Carthaginensibus bellum gessit. Deinde spe amplianda regni in Italiam trajecit: ubi quum decepturs fuisset, ex indignatione morbo contraxit: ex quo etiam vita functus est. Hic quũ figuli (ut modo diximus) esset filius, generis humilitatem non modò non dissimulavit, verùm etiam co velut firmissimo argumento utos est, ad inflammandos suos ad capessendam virtutem. Unde valis nuncis frequenter figulina solebat adhibere, ut ostenderet fortissimos etiam conditionis hominibus per virtutem ad honores iter parere.

Agathusa ἀγάθουσα, Callimacho dicta est insula unguẽto nobilis, quæ alio nomine Telos dicitur. Plin. lib. 4. cap. 12.

Agathyrsum sive Agathyrsi. ἀγάθυρσον Stephano, Urbs est Siciliæ quæ recensetur à Plin. lib. 3. cap. 8.

Agathyrsi. [ἀγάθυρσοι. Ger. Völcker in Asia am der Scythen sonderlich / welche viel Perlen / das sie hie gemeine achtung ist.] Populi Scythæ vicini, qui multũ habent auri, sine avaritia, aut invidia. Hos Plin. lib. 4. cap. 12. scribit habere capillos cæruleos. Poetæ picos vocãt: quorum versicoloribus vellens incuntur. Virgil lib. 4. Cretesq; Dryopesq; fremunt, pictiq; Agathyrsi. Dicti Agathyrsi ab Agathyrso Herculis filio.

Agave pen. prod. ἀγαύη. Filia Cadmi & Hermiones, & uxor Echionis, quæ in furorem versa, Pentheum filium regem Thebanorum,

hemorum, in Orgiis Bacchi suis manibus dilaniavit.

Agavi, ἀγαυοί, populi sunt Septentrionales: quos Homerus circa finem lib. 13. Iliad dixit esse gentem innocentissimam, ut quæ sine ullis divitiis equino vectarit lacte. Verba Homeri sunt, Μακρίτων τ' ἀγαυῶν ἠδ' ἀγαυοφάγων ἀπαμελγόντων: ubi tamen plerique putant vocem ἀγ. esse epithetum, non proprium gentis nomen.

Agavis, pen. prod. ἀγαυίς, Venus è Priami filiis, apud Homerum, lib. Iliad. ult. qui patrem Hectoris corpus ab Achille redempturum comitabatur.

Agbarus, ἄγβαρος, Rex fuit Edessæ, cujus ad Christum Servatorem nostrum epistolam, Christiq; eidem responsum, vide apud Eusebium.

Agbarana, orum, ἄγβαρανα Stephano. Oppidum Phœnices, quod Plin. lib. 5. cap. 19. Echatana appellat. ¶ Item oppidum Mediæ, totius regionis caput, à Seleuco conditum: quod & ipsum Plinius Echatana appellat, lib. 6. cap. 14. [Ger. Die gemeine Hauptstatt in Meden.]

Agedincum, pen. prod. ἀγηδίνκον, Ptolemæo Gallorum Senonum oppidum est, quod idem esse existimatur cum eo, quod Galli sua lingua Sens vocant. Scribitur apud quosdam Agendicum. Vide Vigenerum in Cæsarem.

Agelades, ἀγελάδης, Nomen insignis statuarii, & magistri Polycleti: cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

Agelastus, Vide in APPELLATIVIS.

Agenor, pen. prod. [ἀγήνωρ. Ger. Ein König der Sidonier ein Bruder Cadmi vnd Europæ.] Nomen regis Phœnicum, & Beli filii. Hic genuit Taygetam & Europæ filias: filios verò Cilicem, Cadmum & Phœnicem. Virg. 1. Aeneid. Tumes regna vides, Tyrios, & Agenoria urbem. ¶ Hoc etiam nomine dictus fuit filius Antenoris Trojani.

Agerochus, filius fuit Nelei ex Chlori uxore, ut est apud Homer. lib. 11. Iliad.

Agesimba, Aethiopum regio in Africa.

Agesilis, Apollinis filius, ut habet Iustinianus, ex Cyrene virgine, Pelio monte Thessaliæ rapta fratre Aristæo. Hunc alii nunc Argeum vocant.

Agesis. Propriè viri, quem poëtæ cum Tyrinthia pube in bello Thebano fuisse commemorant.

Agimum, Vrbs Galliæ, Ptolemæo Vulgò Aegisome.

Agis, ἄγις, Lacedæmoniorũ rex, qui cum Atheniensibus cruentissima bella gessit: à suis tandem civibus in carcere necatus, quòd Lycurgi leges reducere, & bona publicare vellet. Plut. in Vita ejus, & Cic. Offic. 2.

Agisimba, Aethiopum regio in Africa.

Agla, ἄγλαη, Hispaniæ oppidum in tractu Bætico, apud Plin. lib. 3. cap. 1.

Aglaia, ἀγλαΐα, Una est ex Gratiis seu Charitibus. Latinè interpretatur Lætitia.

Aglais, id. est, ἀγλαΐς, Megaclis filia, mira gulositate & voracitate mulier, utpote quæ carnium libras decem, panis chœnicas quatuor, & vini chœnicum hoc est, Romanũ congium, sive sextarios sex, unica cœna absumeret. Cæl. Rhod. lib. 15. cap. 18.

Aglaonice, ἀγλαονίκη, Hegemonis filia fuit, altera ejus prioris, quæ quòd eclipses Lunæ prædicere posset, jactabat se Lunam de cœlo detrahere: propter quam intolerandam puritatem, jocum fecit proverbio: τὸν ἀγλαονίκης γόητα quo utimur, quoties aliquis sua jactantia in calamitatem incidit.

Aglaope, ἀγλαόπη, Una Syrenũ quasi splendida aspectu. Nam ἀγλαὸς apud Græcos, nobis sonat splendidus.

Aglaophon, ἀγλαοφῶν, Pictor nobilissimus. Plin. lib. 35. cap. 9. & Cic. 3. de Orat. Floruit nonagesima Olympiade.

Aglauros, ἄγλαυρος, Cecropis regis Atheniensium filia, cum quum Mercurio Herses sororem suam adamanti accepta pecunia operam suam esse polliceretur, postea; invidia corrupta, limen ingredienti pertinaciter obstaret, in saxum convertit est. Vide latiùs hanc fabulam apud Ovid. 2. Metam.

Aglaus, ἄγλαος, Senex fuit Plophidius, qui ab Apolline Græcorũ sapientissimus est judicatus, quòd agelli sui limites nunquam esset egressus. Plin. lib. 7. cap. 46. Valer. 7. cap. 1.

Agnicornu, Promontorium est Bœotiæ cum Nili ostium, Strab. libro 17.

Agnicis, Fluvius in Tigrim influens. Plin. lib. 6. cap. 29.

Agnitas, τις, vel Agnites, τις, ἀγνίτης, Aesculapii cognomentum apud Spartanos, apud quos ejus dei simulacra ex ære, quæ plantà stabant, erat exculptum. Cælius Lect. antiq. lib. 18. cap. 5.

Agno. [ἄγνω. Ger. Ein Fürnehmen in Arcadia.] Fons Arcadiæ esse traditur, cujus aqua cæremoniis quibusdam commixta, orbulæ in morem in aërem ascendens, largissimos demittit imbres: ita de his ab Agno, una ex Iovis nutricibus. Cæl. Rhod. Lect. antiq. lib. 13. cap. 17.

Agnon, Nomen autoris apud Quint. lib. 2. cap. 17.

Agoer, ecis, Nomen, urbis Aethiopiæ, quæ est sub Aegypto. Plin. lib. 6. cap. 29.

Agonalitium, vel Iorum, ἀγώνια. Festa erant apud Romanos, quotannis celebrari solita in honorem Ianus: ut est apud Ovid. 1. Fastorum) aut certè in honorẽ Agonii Dei (ut Festus tradit) qui rebus agendis præesse putabatur. Hoc die rex sacrorum arietem immolabat: ut tradit Varr. lib. 5. de ling. Lat. Nominis rationes multæ afferuntur. Nam Varro loco jam citato, ex eo sacrorum ductum existimat, in quibus minister strictum ad arietem jugulandum tenens cultrum, idem identidem rogare solet, Agone? Quam opinionem Ovidius quoq; attigit his verbis: Nominis esse potest hæc causa minister. Hostia cum hic, quo feriente cadit, &c. Qui calido fundos inficiuros sanguine cultros, Semper agãne? agit, nec nisi jussus, agit. Festus quidem maximus ad Agonium, rerum agendarum Deum, dictionis hujus etymon refert. Alii ad Agonem montem, in quo dies ista sacrificari solebat, qui postea Quirinalis dictus est, ex quo in eo comederũt Sabini, in urbis portionem recepti. Alii à certamine cursuli dictum putant, quod hoc festis antiquis solet celebrari. Nam Græci certamina & ludos ἀγῶνας appellant. Ut à quibus opinionem Ovidius quoq; desciscit, quum scribit: Vix etiam fieri talius ætate priorum Nomina de ludis Græca petita fuere, Et prius antiquus dicebat Agonia sermo, Veraq; ni fallor est ultima causa mea.

Agonia, Vide in APPELL.

Agonax Zoroastris fuit præceptor in arte Magica: apud Plin. tamen lib. 30. cap. 1. Azonacem hunc, non Agonacem appellatum invenimus.

Agonensis porta, Romæ fuit in monte Quirinali, quæ & Collina porta dicebatur.

Agonis, idis, Lineta Veneris Erycinæ. Apud Cic. 1. Verr.

Agora, Oppidum in Cherſoneſo. Steph.

Agoracritus, ἀγοράκριτος Ger. Ein außbündiger Bildhauwer. Plin. lib. 36. cap. 4. Insignis statuarius fuit. Fuit & discipulus, cujus opus esse creditur Veneris Rhamnusiæ signũ, quam Nemesim appellavit. Nam cum de statuis cum Alcamene condicipulo suo contenderet, suffragio imperiti populi non arte superatus, usq; adeò rei indignitate commotus est, ut signum illud Nemesim appellaverit, eaq; lege vendiderit, ne Athenis esset. Autor Plin. lib. 36. cap. 5.

Agorosus Oppidum Cariæ, Steph.

Agra, ἄγρα, Regia Læanitarum, Arabiæ populorum. Plin. lib. 6. cap. 28.

Agradatus, ἀγραδάτης, Rex Persarum, postea Cyrus dictus, à Cyro Persidis fluvio. Strab. lib. 15.

Agræ, arum, ἄγραι. Oppidum est mediterraneũ Arcadiæ, apud Plin. lib. 4. cap. 6. Item Atticæ regiuncula, Dianæ ἀγραίας templo insignis. Vide Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 7.

Agrei, ἄγραιοι, Stephano, Populi sunt Arabiæ in sinu Læanitico, quorum oppidum est Agra, ἄγρα, Læanitarum regio: cujus meminit & Plin. lib. 6. cap. 28.

Agrigas, Qui & Acragas, ἀκράγας, Siciliæ mons est, & in eo oppidum ejusdem nominis, quod hodie Agrigentum vocant.

Vulgò Gergento. Virgil. 3 Aeneid. Arduus inde Agragas ostentat maximà longè Mœnia.

Agrāgantinus, idem quod Agrigentinus. Lucr. lib. 1: Quorum Agragantinus cum primis Empedocles est. Vide AGRAGAS.

Agre, ἄγρη Civitas est Lydiæ, apud Stephanum.

Agrigentum, ἀκράγας. Vrbs Siciliæ, quæ & Acragas, sive Agragas dicitur, ex quâ Empedocles philosophus, & Phalaris tyrannorum sævissimus originem duxerunt.

Agrigentinus, a, um, possessiv. pen. prod. Ἀκραγαντῖνος. Pol. Καρχηδόνιος, Jur Teranus Agrigentinus, & Sal Agrigentinus, qui ign. fluit, & in aqua vel liquore alio crepitat, quasi torrentur. Plin. Lat. 1. 31: Agrigentinus sal igniem patiens, ex aqua exilit.

Agrindos pen. cor. Numeratur ab Ovidio inter canes Actæonis 3. Metamorphoseos.

Agrionia, Festa erat apud Boeotios, quæ in honorem Bacchi quotannis celebrabantur.

Agriophagi, ἀγριοφάγοι, Aethiopum populi sunt, Solis ferarum carnibus vescentes. Solinus & Plin. lib. 6. cap. 30.

Agriophagitæ, Cyclopes dicuntur, vel monoculi quia unũ habent oculum in medio fronte ad modum cycli. Hos India gignit.

Agrippa, ἀγρίππας, Sylvius Tyberini Latinorum regis filius, qui tabumerio patri successit in regnum, & quũ quadraginta annis regnasset, moriens Romulum filium regni reliquit hæredem. Vide Liv. lib. 1. ab Vrbe.

Agrippæ, quasi Aegrippæ, qui, & curse appellati, Videtur APPELLATIVUS.

Agrippina, penulto prod. ἀγριππῖνα. M. Agrippæ filia, & neptis Augusti, & uxor Germanici, quem cum in Syriam comitata esset, ubi quum ille mœsto à Cn. Pisone veneno interiisset, cineres eius in Italiã reportavit, & Iuliæ tumbæ monumento intulit, Pisonemq; judicio persequuta ad sponte necem adegit. Postremò apud Tiberium Cæsarem nullo suo merito in invidiam adducta, inedia sibi mortem conscivit. ¶ Iulia Agrippina, Germanici, & Imperatoris Agrippinæ filia fuit, quæ primum C. Domitio Aenobarbo nupsit, cui Neronem peperit, mortuoq; Domitio, novo quodã exemplo cum Claudio Cæsare patruo suo secundas nuptias contraxit: quem, ut Neroni filio suo expeditam ad imperium viam sterneret, venenato boleto sustulit. Tandem infinitis nobilium morte virorum crudelibus grassata immissis Neronis jussu percussoribus, multis vulneribus confossa est, illud identidem clamitans: Ferire ventrem, qui mõstrum tãm ferum tulit. Vitamq; vitam vide latiùs apud Tacitum.

Agrippinã, sive Agrippinẽsis Colonia. [Ger. Die Stat Cöln am Rhein.] Vrbs est celeberrima ad Rhenum fluvium, Ubiorum metropolis: nomen habens ab Agrippina Neronis matre, quæ ut patriam (ibi enim nata erat) splendidiorem redderet, sociisque etiam nationibus potentiam suam ostentaret, Veteranorum coloniam eò deduci imperavit. Vide Tacitum Annal. lib. 12.

Agrisa, oppidum Carmaniæ, Steph.

Agrius, ἄγριος. Martis ex Pathaone filio nepos, & Thersitæ pater, teste Homero, cujus nihil præter nudum nomen ad nos pervenit. ¶ Fuit & Agrius Vlyssis ex Circe filius, ut autor est Hesiod. in Theog.

Agrõn, ἄγρων. Primus qui & Heraclidis Sardibus regnavit. Herod. lib. 1. ¶ Agron Illyricorum rex, qui quum Aetolos superbissimos populos bello domuisset, tanta sese præ gaudio victoriæ copia obruit, ut pleuritide correptus, subitò fuerit extinctus. Autor Polybius. ¶ Agron præterea apud Cæl. Rhod. lib. 4. cap. 22. medicus fuit nomine laudatus, quòd Athenas magna pestilentiæ vi sævissimè infectante, à Teiorum pleriq; salutarem tulisset opem, accensis in proximo ignibus. ¶ Agron Ninifilius à Græcis dictus, quòd in agris natus esset, apud eundem Cæl. lib. 21. cap. 5.

Agrũpi, ἀγρῖται. Populi Arabiæ, apud Plin. lib. 6. cap. 30.

Agrosus, Mons est, ubi nunc Roma, quem Faunus rex. Evandro ex Arcadia apulso concessit, quem ille postmodum Palatium appellavit.

Aguntum, ἄγουντον Ptolemæo, Oppidum est Norici, quod & à Plinio recensetur lib. 3. cap. 24.

Agyia, ἀγυιὰ Stephano. Vide AGYIEUS.

Agyieus, ἀγυιεὺς, per tres syllabas, Proprium est Apollinis epitheton dictum à viis urbanis, quas Græci ἀγυιὰς vocant, quib. Apollo præesse creditur unde & ἀγυιοκτόνος hoc est, malorum depulsor vocatus est. Ex Stephano.

Agylla, ἀγύλλα, Vrbs Thusciæ, alias Cære vocata, & Agillina, à nomine conditoris, quem Virg. lib. 8. ex Lydia venisse ostendit, quum ait: Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto Vrbis Agyllinæ sedes, ubi Lydia quondam Gens bello præclara jugis insedit Hetruscis. Vide Stephanum.

Agyrium, sive Agyrena, ἄγυριον Dionysio, ἀγύριον Stephano, Oppidum Siciliæ: Vnde Agyrini populi, quos recenset Plinius in descriptione Siciliæ, lib. 3. cap. 8. Stephanus Agyrenios vocat, ἀγυρηναίους. Vulgo Sant de S. Philippe de Agirone.

A ante H & I.

Aharna, Oppidum Hetruriæ, apud Livium Decad. 1. lib. 10.

Aiax. [Αἴας. Ger. Ein hupffester Gott im Himmel ein Vrsprung vom Zeus.] Duorum fortissimorum Græcorum nomen fuit, quorũ alter à patre Telamone Telamonius cognominatus, proximã ab Achille fortitudinis laudem obtinuit in Græcorum exercitu. Hic cum Hectore singulari certamine congressus est, & victor evasisset, nisi nocte advĕtu pugna fuisset dirempta. Quæ necessitate adactus, se infecta ad suos reuit, gladio ab Hectore donatus, quem ipse vicissim baltheo donavit: quæ dona inter eximia declaravit juxta ac fecit ex itialia. Nam Hectoris corpus hoc ipso baltheo circa Patrocli tumulum tractũ est ab Achille. Ajax verò Achille interempto, quum de armis illius cum Vlysse judicium instituisset, adversariique eloquẽtia superatus, inferior discessisset, ei indignitate in furorem versus, in mutua pecora sævit, Atridas scite & Vlyssem credens interimere. Verùm ubi ad mentis tantarem rediit, seq; delusum cognovit, ægre dolore compulsus, gladio, quem ab Hectore dono acceperat, in loco deserto se confodit: cruoriq; ejus in Hyacinthũ florem est permutato. ¶ Ajax alter fuit, qui ab Oilei patre Oileus dictus est. Hic Locrensium rex fuit, velox pedibus, & peritus hastæ, vi & audaciæ multũ, fortitudinis exemplo in obsidione Trojanâ edidit. Capto autẽ Ilio, Cassandram virginẽ in Minervæ templo (cujus illa sacerdos erat) violavit. Quam ob cãusam indignata Minerva, tempestatẽ Græcis rediturientibus circa Caphareum promontorium immisit, in qua quum alii plerique, tum præcipue etiam Ajax periit. Virg. 1. Aeneid. Pallasne exurere classem Argivũm, atq; ipsos potuit demergere ponto, Vnius ob noxam & furias Ajacis Oilei?

Aidoneus, ἀϊδωνεύς. Rex inferorum, quem nos Ditem & Plutonem appellamus. Fuit præterea eodem nomine rex Molossorum, cujus filiam nomine Persephonem Theseus conatus fuit rapere non procul ab Acherontis fluvio. Vnde factus est locus fabulæ. Theseum ad inferos descendisse, & Persephonẽ Pitis uxorem rapere voluisse. Vide Plut. in vita Thesei, & quæ suprà annotavimus in dictione ADES.

Aillarites, ἀϊλλαρίτης, finus juxta Aegiam Arabiæ civitatem. Steph. in Aegra.

Ajus. Deus à Romanis dictus est, ab eo quòd ajebat id est, loquebatur. Nam olim Romæ in diris vox est facto noctis, clariori humanâ voce, quæ jubebat magistratus nuntiari, Gallos advĕtare, & ut providerẽt ne Roma ab iis caperetur: Propter quod beneficium templum ædificatum est Deo illi qui monuerat: quem cùm nomen cujus ignoraret, Ajum appellarunt. Cicero lib. 1. de Divin. Quid ego Aium illum loquens, cujus & eum nemo norat, ajebat, & loquebatur unde & nomen adinvẽnit. Livius hunc eadem ratione vocat Locutium.

A ante L.

Aluba, Ἄλουβα Ptolemæo, Oppidum est Celtiberorum.

Alabanda, ἀλάβανδα Stephano, Cariæ civitas est, non procul à Maandro fluvio, scorpionum copia affluens, duobus montibus ita subjecta, ut civitas inversæ aspectum exhibeat. Ex hac originem traxerunt tres clarissimi oratores, Menecles, & Hierocles fratres, & Apollonius Molõ. Nomẽ accepit ab Alabando Evippi filio, ut Stephano placet. Apud Latinos frequentiùs legimus Alabandæ, atũ, plurali numero. Iuven. Sat. 3. Hic Ancro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis. Plin. lib. 29. cap. 7: Adiciunt Aethiopicos, & Alabandicos in Orthosia cauẽ nascentes, sed qui perficiantur Alabandis. Stephanus quoq; admonet, olim Alabandam inter Cariæ civitates opulentissimam ac potentissimam fuisse, ut huic proverbio locum fecerit Alabanda Carũ fortunatissima. Ἀλάβανδα κρεῖττον ἐγγράφου intelligi fortunam amplã, & vitæ genus voluptuarium, à literis & virtutis studio alienũ. Veluti si dicat auctor, aut negotiator quispiã, Alii se in literis macerent, alii cum paupertate philosophentur: Alabanda Carum fortunatissima. Potest & per irrisionem usurpari, veluti si id ceteris quemptam parũ egregium, qui tamen in gente vehementer barbara & crassa præcellere videatur.

Alabandĩs, ἀλαβανδικός, gentile. Cic. 2. de Nat. deor. Alabandi Alabandam confecerunt.

Alabandicus & Alabandiacus, ἀλαβανδικός, & ἀλαβανδιακός, possessivum. Rosa Alabandica, apud Plin. lib. 21. cap. 4: Cujus folio habet albicantia, & inter viliora rosarum genera commeratur.

Alabastrus, ἀλάβαστος, Fluvius est in Arcadiæ minoris Asiæ regione. Plin. lib. 5. cap. 30. ¶ Est & alabastrũ oppidum Aegypti. Plin. lib. 5. cap. 9.

Alabatiõn, ἀλαβατιῶν, Syriæ oppidum, Steph.

Alabus, Ἄλαβος. Fluvius in Orientali parte Siciliæ, Ptolemæo.

Alachroæ, populi Africæ juxta Aras Philenorum, qui etiam Lotophagi appellantur. Plin. lib. 5. cap. 4.

Alalcomenæ,

Alalcomenæ, sive Alalcomenium, Ἀλαλκομεναὶ Strabonι, Ἀλαλκομένιον Stephano, Oppidū Bœotiæ, ab Alalcomeneo conditore appellatum, qui & Minervæ simulacrum ibidem consecravit, quā à suo nomine Ἀλαλκομενὶς appellavit: cujus meminit & Hom. Iliad. 4.

Alalia, Ἀλαλία, Vrbs insulæ Cyrni, Phocensium colonia. Herod. lib. 1.

Alana, Vrbs Aethiopiæ Plin. lib. 6. cap. 29.

Alanī, Regio est Scythiæ Europææ, quæ ad Mœotidas paludes pertingit: ejus incolæ Alani: de quibus Plin. lib. 4. cap. 12.

Alanis, gentil. prod. [Ger. Ein Fuchs vor Scottien.] Scythiæ fluvius: à quo Alani populi dicti sunt juxta Roxolanos: de quibus Plin. lib. 4. cap. 12. Ammianus scribit Alanos dici, quos priscē Massagetas dixerāt. Hi carnibus vescuntur, & panē non manducāt. Mart. lib. 7. Nec te Sarmatico tranlit Alanus equo. Julius Capit. Alanos in parte Daciæ collocat: Ptolemæus verò in ea Scythiæ parte, quæ est intra Imaum.

Alānōrsi, Popul. Scythiæ ad Septentrionē ultimi, Ptolemæo.

Alāpēni, Ἀλαπηνοὶ, populi in Arabia fœlici, Ptolemæo.

Alaricus, [Ἀλάριχος. Ger. Ein König der Gothen.] Nomen Regis Gothorum, qui Romam aliquādiu obsessam tandem expugnavit, & sole æquavit. ¶ Fuit & alter Alaricus, quartus Gothorū rex, qui & ipse Romā cepit anno nostræ salutis octingentesimo quinquagesimo quarto: qua tamen nō diu est potitus. Nā in ipso Paschæ festo insidiis Italorū circūventus, unā cum suis omnibus est trucidatus. Vide Paulum Diaconum.

Alarodii Ἀλαρόδιοι Stephano, populi sunt circa Pontū, de quibus Herodotus lib. 3.

Alata, Ἄλατα, Civitas in Arabia fœlici, apud Ptolem. lib. 6. cap. 7. Item altera ejusdem nominis in Arabia defecta, apud eundem lib. 5. cap. 10.

Alatacastra, Ἀλατακάστρα Ptolemæo, Oppidum Britanniæ insulæ, quod alii castra puellarum vocant. Credunt eruditi nostri seculi urbem esse Scotiæ, quæ illorū lingua Edimburg vocatur.

Alatrium, Vrbs Hernicorum. Hernici autem populi fuerunt faxosi Campaniæ loca incolentes, Volaterranus. Vulgò Alatri.

Alatrinates, Hernicorum popul. Liv. 1. Decad. lib. 9.

Alauna, Ἄλαυνα, Oppidum est Britanniæ insulæ, apud Ptolemæum.

Alauni, populi sunt Scythiæ regionis, Ptolemæo teste.

Alaunus, Ἄλαυνος, Duorum fluviorum nomen est in Britannia, quorum alter est in Orientali ejus insulæ plaga: alter in Meridionali. Ptolemæus.

Alazon, Ἀλαζὼν, Fluvius ex Caucasēis montibus in Cyrnum amnem defluens, Albanosq; ab iberibus dividens. Plin. lib. 6. cap. 10.

Albi, Ἄλβοι, Nomen est duarum urbium, quarū una est in Latio, à qua Albani populi, Ἀλβανοὶ, & Albanus mons, sub quo Alcanus civitatem hanc Albam condidit: quæ (ut Livius scribit lib. 1. ab Vrbe) à situ porrectæ in dorso urbis, Alba longa vocata est. Vulgatior fama est ab omine porcæ albæ in eodem inventæ Albam esse dictam. ¶ Altera est ad lacum Fucinum, à qua Albenses dicuntur, Ἀλβανοὶ: quanvis etiam Albani quandoque vocentur. ¶ Hoc addere placuit esse & aliam Albam in Pannonia, olim Taurunum, & Belgradum appellatam: nūc Albam Græcā. [Ger. Weissenburg. Vng. Landor fejér vár.] ¶ Item aliam quæ Alba regalis dicitur, quod Pannoniæ reges in ea inaugurari soleant & jungi. [Ger. Stuhlweissenburg. Vng. Szikes fejér vár.] qitem tertiam in Transylvania, quę Alba Iulia dicitur, Principum Transylvaniæ sedes, & habitatio perpetua. [Vng. Gyula fejér vár.]

Albā, Ἄλβα, Flumē est Hispaniæ citerioris, ad radices Pyrenæi. Plin. lib. 3. cap. 3.

Albanā, Ἀλβανὰ, Ptolemæo Vrbs fœlicis Arabiæ.

Albānī, Ἀλβανοὶ, Regio in Oriente à colore populi vocata, eo quòd albo crine nascantur. Hæc ab Oriente suo mare Caspium surgens, per Oram Occani septentrionalis usq; ad Mœotidas paludes per deserta extenditur. In ea Albana civitas, & Albanus fluvius. Apud hanc habentur canes ferocissimi, qui tauros & leones occidunt. Hæc Nomadico genti proxima est inter Hiberiam & mare Caspium, ab Ortu Solis mari conjuncta, ab Occasu Hiberiæ finitima, à qua Alazone amne dirimitur. Boreale latus montium Caucasēorum montibus, Australe Armeniam contingit. Strabo tex & vigesimo hujus Albanorum fuisse tradit, & eorundem aliquando reges. Fuere & sub imperio Persarum postea Macedonum: deinde Romanorū. Sed Trajanus Imperator his Regem dedit. Nunc sub Magno Cane degere creduntur. Ab his Albani orti sunt, quorum pars hodie in Peloponneso, pars in Macedonia sedet, juxta Dyrrachium, & in Epiro, quæ hodie vulgò Albania dicitur.

Albānīs, Ἀλβανὶς, Nomen est montis, & lacus non procul ab urbe unde vaticinium fuit, unquam Romanos Vejos capturos, ni primò ex Albano lacu emitteretur aqua. ¶ Item Albanus nomen est duarum urbium, quarum una est in Macedonia mediterranea: altera in majori Armenia, ubi divus Bartholomæus fuit decortiatus. Hoc etiam nomine dictus est fluvius Albaniæ.

Albānus, a, um, Ἀλβανὸς, Possessivum ab Alba, Latii urbe: ut, Albani patres, Apud Virg. 1. Æn.

Albatenius, Medici nomen, qui Galeni libros primus in Arabicum cōvertit idioma, teste Ioanne Serapione. Idem scripsit commentarios in Aristotelem.

Albīa, Ἄλβια, Regio insula est montana, Carnis finitima. Strabo. lib. 7.

Albii, [Ἄλβιοι. Ger. Die Albingen.] Olim dicti fuerunt montes, quos nunc Alpes dicimus, Athenæus. Albii etiā dicti fuerunt liberi Galliæ populi, in quorum agro conditum est Lugdunum. Plin. lib. 4. cap. 18.

Albimelium, Ptolemæo, Liguriæ urbs, quam alio nomine Vintimilium, sive corrupta voce Vintimiam vocant. Vulgò Ventimiglia.

Albīgnā, Oppidum, Ligurum colonia ad mare deducta, cujus incolę Ligures Ingauni vocantur. Ex hoc loco ad Monœci portum stadia sunt septuaginta. ¶ Dicitur & Albingaunū. Vide in dictione sequenti.

Albīngaunum, Ἀλβίγαυνον, Ptolem. & Albium Intemelium, Ἄλβιον ἰντεμέλιον, Ligurię oppida quædam. Nam quum Ligures partim Ingauni, Ἰγγαῦνοι, partim Intemelii dicerentur, eorū coloniæ ad mare deductæ: altera Albium Intemelium, quasi Alpium Intemelium: altera Albingaunū vocitatæ sunt. Utriusq; oppidi meminit Plin. lib. 3. cap. 4. Vulgò Albenga.

Albigerius, Magus fuit Carthaginensis, qui quid quilq; egisset, aut omninò cogitavisset, suggerentibus dæmonibus, respondebat: cujus vaticinia se excepisse interdum tradit Augustinus.

Albīnōvanus, cognomē Cælii cujusdā ex familiaribus Horatii, ad quem extat epistola, cujus initium est, Cælio gaudere, & benè rem gerere Albinovano Musa rogato refert.

Albinus, Ἀλβῖνος, Nomē imperatoris Romani, ita dicti quòd exceptus ab utero candidissimus, contra consuetudinem puerorum, qui nascendo solent rubere, quum involuti secundis, eumpente meconio, perliti esse soleant profluvio sanguinis paulatim egredientis. Hinc illud Satyrici poëtæ: modò primos incipientem edere vagitus, & adhuc à matre rubentem. Vide Cœlium Rhod. lib. 13. cap. 23. ¶ Fuerunt & ante hunc plerique; apud Romanos eodem nomine appellati: ex quibus commemorantur à Salustio Spurius, & Aulus, Albini fratres, qui rem infœliciter gessérunt: evertus Iugurtham.

Albion, [Ἄλβιων. Steph. Ger. Engelland.] Insula est (hodie Britannia à doctis, à vulgò Angliæ dicta) ab albis rupibus, quas mare abluit. Vide ANGLIA.

Albion, & Bergion, [Ἄλβιων, & Βέργιων. Ger. Awen Nesin: Hie Juenter am Herrlichen gu ersehen, auf steinen Felsen trabt gebauet.] Gigantes fuerunt, & filii Neptuni. Hercule gratiam à Iove interfecti. Hercules enim quum Rhodani ostia transiret, eis obviam factis duobus fratribus, transitum ejus impedientibus: quapropter Hercules cum eis pugnavit: & quum sibi tela deficerent, Iovem patrem in auxilium vocavit, qui lapidum imbre dejecto, inimicos suos interfecit. Autores Pomponius Mela & Diodorus Siculus.

Albis, Ἄλβις, Fluvius est notissimus, quem Romani olim voluerunt Teutonicū hoc imperii. Oritur ex montibus qui Moraviam à Bohemia dividunt. Suscepto deinde Molda fluvio, Pragam Bœmorum, metropolim, præterlabitur, & sinit in mare vastissimo ostio juxta Hamburgam. Vulgus Germanorum hodie Elbem, de Elbe vocat. De hoc Lucanus lib. 2. Fundat ab extremo sævos Aquilone Suevos Albis, & indomitum Rhenum.

Albium Intemelium, Oppidum Ligusticum, Plin. lib. 3. cap. 5. Vide suprà in dictione ALBINGAVNVM.

Albius, Proprium nomen est. Hor. 1. Serm. Sat. 4. Stupet Albius ære. ¶ Albius Tibullus poëta elegiographus, Horatio & Ovidio familiaris. Horat. lib. 1. Epist. 4. Si nostrorum sermonum candidus judex. Hic Messalam Corvinum in Provinciam sequens, in Corcyra insula morbo correptus, extremum vitæ diem claudit. Vide Crinitum de poëtis Latinis.

Albocenses, Liburniæ populi in conventu Scardonitano. Plin. lib. 3. cap. 21.

Albucilla, Apud Tacitum mulieris nobilis nomen est, sed admodum impudicæ, & crudelis adulteris infamis.

Albula, Fluvii nomen. Vide in APPELLATIVIS.

Albulates, Flavius est in quinta regione Italię. Plin. lib. 3. ca. 23.

Albuna, Promontorium Africæ V. M. pall. facto à Mauris à Hispaniæ vicinum primum. Plin. in Prooemio lib. 3. ¶ Est & alterum ejusdem nominis Promontorium, in Phœnice, non procul à Tyro: de quo Plin. lib. 5. cap. 19.

Albuna, Dea nomen, quæ in nemore quodam agri Tiburtini colebatur. A Græcis dicitur Λευκοθέα, putaturq; fuisse Ino Athamantis uxor, quæ viri furorem metuens, quòd cum Melicerta filio se in mare præcipitavit. Alii Sibyllam Tiburtinã fuisse ex ſtimant, quæ ob admirabilem sapientiam, humanaq; majorem, à vicinis populis dea credita est.

Albinẽă, fons & nomen juxta Aricinem, sive ab albore aquæ sulphureæ, sive cuidã Albunæ Latinæ sit, quæ Græcè Λευκοθέα dicitur. Virg. Aen. 6. lucosq; Fidenæ Conditit Albunea, nemorum quæ maxima sacro Fonte sonat.

Alburnus, Lucaniæ mons à candore vernus dictus, & portus ejusdem nominis. Virg. 3. Georg. Alburnus Silan circum, aliciburq; virentem Pluribus Alburnum volitans, cui nomen Asilo Romanum est.

Alburius Sisus, Novariensis orator, Romam venit, receptus in Plancii oratoris contubernium. Tam verò fœnore ob vitium vomicæ Novariam redit, convocatoq; plebe, causis propter quas moram dederat, in concione redditis, abstinuit cibo, sibiq; inedia necem conscivit. ex Tranquillo. ¶ T. Albutius, cujus M. Varro meminit, docuitq; scripsisse Satyras Luciano stylo. Nam & Lucilium cum ut Græca miscentem verba notat his verbis: Græcum te Albuti, quam Romanum, atque Sabinum, &c. Vide reliqua apud Ciceronem in principio de Finibus.

Alcæus, Λαῖος, cum diphthongo, Nomen poëtæ Lyrici Mytilenæi. Hic magnificus, brevis, dil gens & plurimùm Homero similis.

Alcamenes, [Λαμένης. Ger. Ein zuſchündiger Gubbower.] Nobilis statuarius fuit, Phidiæ discipulus, qui Agoracritum Parium condiscipulum in faciendo Veneri, populi Atheniensis suffragiis superavit. Plin. lib. 36. cap. 5.

Alcander, dri, Λάνδρος. Vnus è comitibus Sarpedonis Lyciæ regis, ab Vlysse ad Trojam occisus. Ovidius 13. Metamorph.

Alcandr, Λάνδρος, Vir proprimi, cujus mentionem facit Virgilius lib. Aeneid. 10. Hunc frater subit Alcanor, &c.

Alchithoë, Λάθοη, Vrbs eadem esse putatur, quã alio nomine Megaram vocant. Ovid. 9. Metamorph. Alcathoe quam Nisus habet.

Alcathöus, Λαθόος, Pelopis filius, qui cædis Chrysippi fratris suspectus, Megaram venit, occisoq; leone, qui Cithæronius à loco dicebatur, adscitus à Megareo gener, in regnum illi successit, & urbem Megaram Alcathoën appellavit. ¶ Alcathous, alius fuit Trojanus, qui Hippodamiam Anchisæ filiam in uxorem habuit, & in pugna apud Trojam ab Idomeneo Cretensi occisus est.

Alcẽ, Λάκη, Canis nomen, apud Xenophontem de Venatione.

Alce, Nomen meretricis. Vide Gel. lib. 4. cap. 12.

Alcenõr, Λαλκώνωρ. Vir Argivus fuit, qui ea in pugna, qua trecenti Argivi cum totidem Lacedæmoniis de finibus certarunt solus, cum Chromio ex suis superfuit, hostibus quoq; omnibus, uno Othryade excepto, ad internecionem delectis. Herod. lib. 1.

Alcẽs Bithyniæ fluvius. Plin. lib. 5. cap. ult.

Alcestẽ, es, sive Alcestis, idis, Ἄλκηστις. Fuit Peliæ filia, Admeti Phereotum regis conjunx, quæ maritum tanto amore dilexit, ut pro eo perire non recusaverit. Nam quum Apollo ab Admeto humaniter exceptus, hoc illi à Parcis impetraſſet, ut fatalẽ diem proferre posset, si quis aut cognatorum, aut amicorũ vinculo adductus, sponte sua pro eo mortem obire vellet, cæteris id abnuentibus, sola Alcestis inventa est, quæ mariti viram suã morte redimere non recusaret. Iuvenalis. Spectant subeuntem fata mariti Alcesten. Plura apud Euripidem in Alceste.

Alcetas, Ἀλκέτας, Molossorum rex fuit, longa generationum serie, genus suum ad Pyrrhum Achillis filium referens. ¶ Fuit & alter hoc nomine, unus eorũ qui sub Alexandro Macedone ordines duxerunt: utriusq; meminit Suidas.

Alceus, dictio dissyllaba, Ἀλκεύς. Pater Amphitryonis, & avus Herculis, à quo & Alcides, Ἀλκείδης appellatur.

Alchidas, Ἀλχίδας, Rhodiæ Cupidinem nudum Praxitelis manu factum admiratus, atq; in eo amoris vestigiũ reliquit. Plin. lib. 36. cap. 5.

Alchiones, Ἀλχίονες. Mons Macedoniæ. Plin. lib. 4. cap. 10.

Alchippẽ, Marsorum oppidum est, lacu Fucino absumptum, extructum à Marsya Lydorum duce. Plin. lib. 3. cap. 12. Alii tamen Archippe scribunt.

Alcibiãdes, pen. corr. [Ἀλκιβιάδης. Ger. Ein fürtreffentlicher Kayſerlich Athenienſiſcher Kayſerthũ der Athenienſer.] Nomen Atheniensis imperatoris summi, qui genere & forma præcipuus, omnibus rebus aptus fuit: diviti præterea, affabilis, patiens: denig; summis naturæ, ingeniiq; dotibus egregiè exornatus: cæterum tanto rursus vitiorum agmine deformatus, ut si vitia virtutibus pẽles, merito adubices, laudẽne, an vituperio dignior videatur. Hic quum esset proclivis ad luxum & ad cæteras voluptates, ad bonam disciplinam traductus est à Socrate. Nam dicendi studio, & sapientiæ amore pellectus, extemplò cunctis amatoribus, adulatoribusq; repulsis, ad Socraticam disciplinam animum vertit, nunquam recedens à latere philosophi sapientissimi. Reliqua vide in vita ejus apud Plutarchum.

Alcidãmas, Ἀλκιδάμας. Luctator in Ligni. Stat. 10. Theb. cuique ô spectate palæstra Omnibus, & nuper Nemæo in pulvere fortis Alcidama. ¶ Alcidamas Eleates, philosophus, scripsit de musica, discipulus Gorgiæ Leontini. Suidas hũc inter scriptores Rhetoricæ annumerat. Quint. lib. 3. cap. 1. meminit ejus & Laertius in Protagora.

Alcidamus, Rhetor antiquus in primis nobilis, qui mortis laudationem scripsit. Cic. lib. 1. Tusc.

Alcides, pen. prod. [Ἀλκείδης. Ger. Der oberauß ſtarck vnd maͤchtig Hercules.] Hercules Græca significatione à virtute appellatur: nam ἀλκὴ virtus, robur, fortitudo dicitur. Vel certius Alcides (ut Herodotus ait) nomen est patronymicum ab Alceo, avo paterno: hoc est, Amphitryonis patre.

Alcimachus, [Ἀλκίμαχος. Ger. Ein verſchmitzter Maler.] Pictor nobilis. Plin. lib. 35. cap. 11.

Alcimẽdẽ, pen. corr. Ἀλκιμήδη, Vxor Actoris fuit, mater Iasonis. Valer. Flac. Argon. 1. Hunc gravis Actor Et pater et vigil Alcimede spectant, tenentq;

Alcimẽdũlus, outis, Ἀλκιμέδουλος, Statuarius nobilis, apud Virgil. 5. Aegiog.

Alcimenes, Ἀλκιμένης, Poëta tragicus, Megarensis. Suidas.

Alcimus Ἄλκιμος, Orator omnium, qui in Græcia cum Horatio, eminentissimus. Diog. Laërt. libro 2. in vita Xenophontis. ¶ Fuit præterea Alcimus Lydorum rex præcipua pietate integris, ingenioq; mitissimo. Cælius Lectionum antiquarum lib. 19. cap. 2.

Alcinõus, penult. correp. Ἀλκινόος. Nausithoi filius, teste Homero Odyss. 7. Rex Phæacum in Corcyra insula justissimus, dicente Orpheo in Argonaut. κρατερὸς βασιλεὺς Φαιήκων ἀγαθὸς Ἀλκινόος. Fuitq; diligens hortorum cultor. Quamobrem dixit Virg. lib. 2. Georg. Pomaq; & Alcinoi silvas: id est, arbores pomiferas. Hujus meminit Ovid. 2. Metam. Ferunt horum pomariorum tantam fuisse fertilitatem, ut maturis fructibus novi succederent. ¶ Alcinoi apologus Pelasgis & anilibus fabulamentis. Refertur à Diogeniano, & Iulio Pollucis lib. 6. Sumptum ex Homer. Odyss. ubi Vlysses in convivio Alcinoi Phæacum regis prodigiosas ac derisiculas fabulas & portentosa miracula commemorat, de Lotophagis, Laistrygonibus, Cyclopibus, atque id genus aliis plurimis miraculis, Fetus videlicet Phæacũ inficitia: ut si Alcinoi Apologus ficta narratio apud Alcinoũ habita. Hoc proverbio usus est Plato de Rep. lib. 2. Haud tibi fum narraturus Alcinoi apologum. ¶ Fuit etiã Alcinous philosophus Platonicus, qui Epitomen scripsit decretorum Platonis.

Alcion Medicus, de quo Ioseph. Antiq. Iud. lib. 19. cap. 7.

Alciphiron, Ἀλκίφρων, Magnetes, Alexandri temporibus philosophus. Suidas.

Alcippẽ, Ἀλκίππη, Vna ex Halcyone gigantis filiabus, quæ Halcyonides, Ἀλκυονίδες, dictæ sunt. Suidas. Fit præterea Alcippe nomẽ rusticæ mulieris propriũ, cujus sæpè meminit Theocritus, & Virg. Aeglog. 7: Quid facerem, neq; ego Alcippen, nec Phyllida habebam.

Alcippus, [Ἄλκιππος. Ger. Ein fürnemmer Burger zu Athen/welcher auff ſeinem Pferdt vmbkommen wird.] Lacedæmonius civis fuit, inter suos maximæ auctoritatis patriæq; studiosissimus, qui ab inimicis contrariis in Republica partes foventibus, in exilium actus fuit. Huic uxor fuit nomine Damocrita quæ quum virum in exilium eundem prosequi prohiberetur, filiaq; jam viro maturæ publico edicto matrimonio arcerentur, nequis exulis injuriæ arae illatæ ultor nasceretur, concepit animo facinus supra omnem mulierem audaciam. Nam quum ex more fœminæ urbis primariæ ad nocturnum sacrum in andronem quendam convenissent, Damocrita à filiabus adjuta, magnam vim lignorum, quæ ad sacrificia parata erant, ad fores congessit, ignemq; injecit, ut omnes intus exurerent. Accurrentibus deinde auxilio viris illa filias puramum: deinde seipsam interfecit. Ex Plutarchi narrationibus amatoriis.

Alcesthiẽne, Ἀλκηστιάνη, Nobilis pictricis nomen apud Plin. lib. 35. cap. 11.

Alcithoe, Ἀλκιθόη, Thebana mulier fuit, quæ quum Bacchum, ejusq; Orgia contemneret, cæteriq; mulieribus sacra celebrantibus cum furoribus & ancillis sacrificio operam daret, abstracto Baccho in vespertilionem mutata est: telæ autem in vitem & hederam. Vide Ovid. 4. Metam.

Alcmæon, Ἀλκμαίων, Amphiarai vatis, & Eriphyles filius fuit, qui matrẽ suam in ultionẽ patris, quem illa dolo occiderat, interemit. ¶ Item Alcmæon, Philosophus Crotoniates, Pythagoræ

Anacharsis, ἀνάχαρσις, Philosophus ex Scytharum genere, sapientiæ adeptandæ, ut scribit Cicero libro 5. Tusc. qui studio cognoscendi ritus & mores Græcorum in Græciam se cõtulit, eodem tempore, quo septem Sapientes florebant. Hujus imaginibus inscriptum erat: Lingua, ventre, pudendis abstinendum esse. Plin. tamen 1. Anacharsin invenisse rotam figuli, cujus circuitu vasa formantur. Sed fuit (ut inquit Seneca) apud Homerum longè ante quam inveniatur figulina rota, non video quomodo Anacharsis esse auctor hujus rei potuit. Ibat nudis pedibus, durabat in terra, & famem pro pulmento habebat. His legibus ancoram telis quàm similimas esse dicebat, quòd muticas quidem, & cætera ejus generis infirmiora animalia cohibeant: ãtorum autem pernumerentur. Interrogatus autem quo pacto abstinentius vineret, respondit: Si sepulcrorum mortis sibi ante oculos ponat. De genere mortis ejus tradit Lactius, quòd quum in patriam se recepisset, Græcoque ritu lætificaret, à fratre suo Scythanum rege, fuerit interemptus.

Anacrĕōn, ἀνακρέων, Nomẽ proprium poëtæ lyrici, à quo metra Anacreontica dicta sunt. Oriundus fuit ex Teo Ioniæ civitate ex qua etiam Hecataeus historicus. Amavit puerũ nomine Batyllum videndæ pulchritudine spectabilem. Horat. Non alites Samio dicunt arsisse Batyllo Anacreonta Teium. Potuit ãmo uvæ passæ strangulatus, ut tradit Plin. lib. 7. cap. 7.

Anactoria, ἀνακτόριον Stephano. Oppidum est Acarnaniæ, colonia olim Corinthiorum, ad finem Ambraciæ. Plin. lib. 4. cap. 1. ¶ Est item hoc nomine Ioniæ urbs in minore Asia, postea Miletus appellata, ut testatur idem Plin. lib. 5. cap. 29.

Anæa, ἄναια Stephano. Vrbs Cariæ contra Samum: à qua filiæ gentilia, Anæus, ἀναῖος, & Anaites, ἀναίτης. Hinc erus fuit Menelaus Anæus, Peripateticæ famæ philosophus, & historiarum scriptor egregius.

Anæria, ἀναιρία, Oppidũ majoris Armeniæ, quod ab Euphrate alluitur. Plin. lib. 5. cap. 24.

Anagnia, ἀνάγνια Ptolemæo, Civitas Hernicorum in Latio, ubi Antonius soceri Augusti cõtempto, & Cleopatra in uxorem ducta, nocturnam ferri jussit. Virgil. lib. 7. Quos dives Anagnia pascit, &c.

Anagyrus, ἀναγυρεύς, populus Atheniensis, tribus Erechtheidis. Vide Steph.

Anahærath, Civitas est terræ Canaan, quæ per sortẽ missum tribui Naphthalis obvenit.

Anaitis, idis, ἀναῖτις, Deæ cujusdam nomen, quæ in Sacæsena

Armenia

Armeniæ regione præcipuè colebatur. Hujus deæ ministerio mortis erat optimatum filias forma præstantissimas dedicare: quæ ubi aliquandiu omnibus corporis sui copiam fecissent, tanquam nobiliores vendidit, deinceps viris tradebantur. Dies festus huic numini dicatus, Sacea vocabatur, quo servi, mulieribus q; permisti ad libidinem vino ingurgitabant. Sunt qui tradant, hæc festa in memoriam victoriæ quam Cyrus de Saccarum gente retulit, esse instituta. Ferunt enim Saccas Cyri castra ingressos, quæ ille simulata fuga, epulis, vinoque differta reliquerat, ita se vino obruisse, ut à Cyro omnes ad internecionem pene deleti fuerint priùs, quàm possent expergisci. Strabo lib. 11.

Analitæ, populi Arabiæ, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Anapavomenos. [ἀναπαυόμενος. German. Ein Brunn in Dodona / so auffhöret] Fons est in Dodone, Iovi sacer dictus ὑπὸ τὸ ἀναπαυόμενος, eò quòd sub meridiem quotidie desinat fluere. De hoc ita scribit Plinius libro secundo, capite 103. In Dodone, Iovis fons quum sit gelidus, & immersas faces extinguat, si extinctæ admoveantur, accendit. Idem meridie semper deficit: qua de causa Anapavomenon vocant: mox increscens ad medium noctis exhuberat: ab eo rursus sensim deficit.

Anaphe, ἀνάφη, Insula est una Sporadum, inter Theram & Astypalæam, quam Plin. lib. 2. cap. 87. enumerat inter eas, quæ diu aquis tectæ, tandem emerserunt. Nominis ratio à Stephano hæc traditur, quòd Argonautis intempestiva tempestate iactatis, opportunè apparuerit.

Anapis, pen. prod. ἀνάπις, Siciliæ fluvius leniter decurrens, decem stadiis procul à Syracusis in mare defluens. Ovid. 5. Metam. Præterit & Cyanea, & fontes lenis Anapis.

Anariacæ Strabonis, Anariaci Plinio, ἀνάριοι Stephano, populi sunt ad mare Caspium ad Ortum incolentes: quorsi oppidum Anariace, ἀνάριακα commemorarat à Stephano.

Anas, ἄνας, Fluvius ulterioris Hispaniæ, Bericam dividens à Lusitania: de quo Pomp. Mela lib. 2. Amnis præterea Anatem vocabant annuum morbum, scilicet vetularum. Festus.

Anasa, ἄνασα, Oppidum Germaniæ apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Anava, ἄνανα, Vrbs Phrygiæ. Steph.

Anaurus, ἀναυρος, Fluvius Thessaliæ, ex Pelio monte fluens, quasi absque aura dictus. Lucanus lib. 6. Quique nec humentes nebulæ, nec rore madentè Aëra, nec tenues ventos aspirat Anauros. De hoc flavio, vel potius torrente, vide plura apud Apollonium Argonaut. lib. 6.

Anausis, apud Flaccum in Argonaut. Procus est Medeæ, Alcinoi & Heniochorum rex, postea à Scylo rivali interfectus.

Anax, ἄναξ, Proprium viri nomen, qui fuit Cœli & Terræ filius, à quo Miletus olim dicta fuit Anactoria. Cael. Rhod. lib. 5. cap. 1.

Anaxagoras. penul. corr. ἀναξαγόρας, Clazomenius philosophus fuit, in Physicis præcellens, qui non modò genere gloria & divitiis, verùm animi quoque magnitudine clarissimus fuit, quippe qui totum patrimonium suis sponte reliquit. Et quòd ab eis negligentiæ simularetur: Quid ergo, inquit, nonne res illa curant? Mox abscedens, ad speculandum rerum naturam se contulit, studio doctrinarum flagrans, rei & privatæ, & publicæ omninò negligens, & incuriosus, adeò ut cuidam ipsum ita cōpellanti, Nullāne tibi patriæ cura est? dixerit: Mihi verò patriæ cura & quidem summa est: digitum in cœlum intendens. Hic quum post diuturnam peregrinationem in patriā rediisset, possessionesq; desertas vidisset: Non essem, inquit, ego salvus, nisi ritè perisset. Digna profectò vox philosopho, qui plus faceret culturam ingenii, quàm prædiorum. Vide plura de hoc apud Laërtium.

Anaxandrides, ἀναξανδρίδης, Poëta Græcus, Comœdiarum scriptor, patria Rhodius, qui cōpore Philippi Macedonis floruit. Decurtat fabulas 65. vicitque, ut scribit Suidas.

Anaxantini, populi Italiæ, Plin. lib. 3. cap. 12.

Anaxarbani, populi Siciliæ, ab eadem urbe sic dicti, apud Plinium.

Anaxarchus. [ἀναξαρχος. German. Der Name eines Griechischen Philosophi / welcher den König in Cypern mit seinem spötzischen Lachen gar lassen zerstampffet.] Nomen proprium philosophi Abderitæ, sectatoris que Democriti. Hic habuit inimicum Nicocreontem Cypri tyrannum, à quo cōprehensus, conjectusq; in pilam saxeam, quam Græci ὄλμον vocant, ibiq; ferreis malleis cōtusus, adeò toleranter pertulit alpestrimos illos cruciatus, ut verbum illud memorabile cōdupleaverit. Tunde, tunde Anaxarchi follem. Anaxarchum enim nō tundis. Ad ultimum amputationem linguæ minante tyranno, protinùs dentibus abscidit, & cōmandentem linguā in os ejus ita patulum dicitur expuisse. Vide Laërtium, Valerium, Ciceronem. Floruit Anaxarchus Olymp. CX. ut scribit Suidas.

Anaxarete, ἀναξαρέτη, Puella fuit Cypria, ex Salamine oppido, forma insignis, & regia stirpe superba, quam quum Iphis infimæ sortis juvenis perditissimè amaret, & ab ea ludibrio haberetur, doloris impatientia sese ad fores ejus suspendit: cujus funus quū Anaxarete fleret, immotisq; oculis inueretur, in saxum est conversa, ut fabulatur Ovid. lib. 14. Metam.

Anaxaratus, uvitas mediterranea Siciliæ, ut scribit Plin.

Anaxenor, ἀναξήνωρ, Citharœdus fuit, quem Magnetia civitas valdè exultisse dicit Magis M. Antonius, qui quatuor civitatum ei tributa legenda tribuit, ut scribit Strabo lib. 14.

Anaxilas, ἀναξίλας, Poëta comicus nomē, cujus meminit Suid.

Anaxilaus, ἀναξίλαος, Rheginorum in agro Brutio tyrannus fuit, & Messanæ in Sicilia conditor, qui ex testamento liberos suos Mythi servi sui tutelæ commendavit. Mythus autem provinciam sibi imperiosam, tanta fide, moderatione q; administravit, ut Rhegini servi imperium non detrectarent. Puero deinde ad legitimam ætatem provecto bona fide & imperii, & patrimonii hæreditatem restituit, cujus exiguo servato viatico, reliquum vitæ privatus peregit. ¶ Fuit præterea Anaxilaus quidam ex Lacedæmoniorum principibus, qui unà cum Lycurgo in vincula conjectus fuit, & paulò pòst cum eodem absolutus. Vide Plutarchum in Agesilaë.

Anaxylides, ἀναξυλίδης, Nomen philosophi, de quo Hieronymus contra Iovin. scribit, quòd in lib. 2. Philosophi asserat Pythonam matrē Platonis phantasmate Apollinis fuisse oppressam, quodq; sapientiæ principem non aliter arbitretur, nisi de patria virginis editum.

Anaximander, ἀναξίμανδρος, Milesius philosophus, Thaletis auditor, primus terræ, maris q; circuitus descripsit, & ipsam insuper conflavit, ut inquit Laërtius. Hic dixit infinitā rerum omnium generationis atque corruptionis causam esse: & partes quidem universi corrumpi: totum autem esse immutabile. Præterea cylindri formæ esse terram asserit, tantæ profunditatis, ut ad latitudinem profunditas terræ non æquiparet.

Anaximenes, ἀναξιμένης, Philosophus fuit Milesius, Eurystratilius, Anaximādri discipulus, successorq; ejus, de quo dicebat, quòd Sardis à Cyro captæ futurum esset. Hic principium rerum aëra opinatus est, quem genere infinitū, quia ex eo cuncta fierent arbitrabatur, cujus condensatione ac rarefactione cuncta gigni putavit. Motum verò ab æterno esse dixit. Terram ex aëre conflatam, primum omnium factam latam, magnam: idcircò non abitque ratione super aëre contineri. Solem, Lunam, cæteraq; stellas à terra ortum habere.

Anaxini, populi in quarta regione Italiæ. Plin. lib. 3. cap. 12.

Anaxius, Fluvius qui fluit per Felicem Aprum.

Anaxo, ἄναξω, Antæi cujusdam filia fuit, quā quidam Alcmenæ matrem faciunt, nō Lysidicen sororem Pitthei ex Pelope & Hippodamia, ut habet Plutarchus.

Anazarba, ἀναζαρβα Stephano, Oppidum est Ciliciæ, Dioscoridis illustrissimi medici patria.

Ancæus, ἀγκαῖος, Samiorum rex, qui strenuissimus agricola habitus fuit. Huic, quum vivos ei nimio labore premeret, prædictum fuit a servo, nullum illum ejus vineæ, quam tum plantabat, vinum bibiturum. Paucis pòst annis, coactis ejus vineæ vindemiis, jussit sibi ex lacu vinum haurire, increpans eum, qui futurum prædixerat, ut nunquam ejus vineæ vinum biberet. Jamque calicem ori admoturo nuntiat quidam, aprum miræ magnitudinis vineam vastare. Abjecto itaque poculo, quum aprum vellet interficere, ab illo dente ictus interiit. Hūc alludit Horatius, quum ait: inter calicem supremaq; labra Multa cadunt. Vide Erasmi Adagia. ¶ Fuit & alter hoc nomine filius Lycurgi.

Anchaces, Nomen ducis in exercitu Persæ contra Æeten Colchorum regem, fratrem Perſæ. Valerius 6. Argonaut. Dolus, & Anchaces, parvo vaga vincula gero Spargere, & extremis laqueo adducere turmas.

Anchemolius, ἀγχεμόλιος, Rhœti regis Marrubiorum filius fuit, qui quòd Cæpenie noverca Glaphyrum incolilis, a patre ad supplicia petitus, ac Turni in militia profugit. Hæc Servius in illud Virg. 10. Aen. Hinc Stelenum petit, & Rhœti de gente vetusta Anchemolum, thalamos ausum incestare novercæ.

Anchiale, ἀγχίαλη, Civitas Ciliciæ, de qua Strabo: Post Zephyrium, inquit, Anchiale supra mare, Sardanapali opus. Et hanc urbem fuit Athenodorus, qui ea à Sardanapalo, sed ab Anchiale Iapeti filia conditam vult. Cydni mare, à quo nomen vicino flumini. Ex Stephano.

Anchialos, ἄγχιαλος, Vrbs Thraciæ sita in intimo sinu, atque uti Pontus Euxinus sui flexum angulo fuit, nō procul à magna Apollonia. Hanc Pomponius ¶ Eſt & Anchialos, astrologi nomen, cujus meminit Cic. lib. 2. de Divin.

Anchises. [ἀγχίσης. Ein Der Vatter Aenee.] Capys filius, anchebellum Trojanum, nemorum latebras & feltrudines coluisse fertur, gregibus & armentis intentus: quibus quū vacaret, à Venere adamari cœpit, & cum ea cōcubuit, unde natus eū Aeneas apud Simoëntā Troiæ fluvium, ut scribit Servius.

Porrò

Postò quam fe Venus concubitu usum fuisse iactasset, à Iove fulmine est attacta. Properèdicunt eum Troianorum conubio nec interfuisse. Ardeate Turno, quum nulla salutis spes apparuit, frustra confectâ Aeneas humeris imposuit, fecumq; Drepanum usq; Siciliæ urbem vexit, ubi finis concessit. Virgil. 1. Aen. Tros Ilie Aeneas, quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygio genuit Simoentis ad undam.

Anemore, ἀνεμώρη, Vrbs Illyriæ, Antigonia postea dicta.

Anchurus, ἄγχουρος, Midæ regis filius fuit de quo hęc narrat Plutarchus in Parallel. Cirta Celænon Phrygiæ oppidum, terra tangenti humi ovis quum Midæ esponium esset, futurum ut terra coiret, & eis in biduò pretiosissimas dicesset, Anchurus regis filius nihil hominis animo præditus existimans, discerpta ove, cum socium præcipitasset. Necita malùm post terra in pristinam coiit figuram.

Ancon, onis, sive Ancona, æ, pen. prod. [ἀγκών. Ger. Ein Ort in Italien am Venedischen Meer gelegen.] Vulgò Ancona. Vrbs est tractus Piceni celeberrima, portū habens insigni opere à Trajano Cæsare extructum. Nomen habet à flexu qui cubiti flexuram refert. Græci enim cubitum, & locum cubi modo sinuosum, ἀγκῶνα appellant. Plin. lib. 3. cap. 13. Ab eadem colonia Ancon, appositus promontorio Cumero in ipso litoris cubito. ¶ Fuit item Ancon, apud Carthaginenses ob fœdorum domicilium, in quod detrudebantur, quibus ratio erat tyrannus. ¶ Antonius item vasa sunt cubitalia, et origo vocabuli declarat, quorum meminit Paulus in L. 13. D. de instruct. vel instrum. leg.

Ancus, ἄγκος. Germ. Der vierdte König der Römer.] cognomento Martius, quartus fuit Romanorum rex, Numæ Pompilii ex filia nepos, qui & Latinos bello domuit, & Ianiculum portesq; ibi cum Vrbe coniunxit, Romanorumq; limites ad mare usq; promovit, ubi & Ostiam condidit. Reliqua vide apud Liv. l. 1. ab Vrbe condita. Dictum autem volunt Ancum ἀπὸ τοῦ ἀγκύλου: hoc est, à cubito, quem incurvum habebat, nec poterat expurgere. Vide Servium in illud Virgi. 6. Aeneid. Quem iuxtà sequitur iactantior Ancus.

Ancyra, ἄγκυρα, Nomen duarum urbium, quarum altera est Phrygiæ, altera Galatiæ, à qua Synodus Ancyritana, in iure Pontificio sæpè nominatur. Dicta Ancyra ab anchoris ea rerum capitarum a Mithridate, quas Ptolemæus Aegyptius ex Iuppenna Graiorum misserat. Vide Stephanum & Plin. lib. 5. cap. ult.

Andania, ἀνδανία Stephano. Oppidū est Peloponnesi in tractu Messeniæ, cujus meminit & Strabo lib. 8.

Andanis, ἄνδανις, Fluvius est Carmaniæ regionis, cujus meminit Plin. lib. 6 cap. 28.

Andarum, Vrbs Cariæ. Vide Stephanum in Bargylia.

Andegavi, Galliæ Lugdunensis populi, qui & Andes. Cornel. Tacitus lib. 3: Eruptione primi Andegavi ac Turoni, quorū Andegavos Arthus Ayrola legatus cohortis, quæ Lugduni Præsidium agebat, coercuit. Horum meminit & Plin. lib. 4 cap. 18 Vulgò Angevins.

Andelis, ἀνδηλὶς, Civitas est Hispaniæ in Vasconia non procul à Pompejopoli, quæ vulgo Pampelona appellatur: metropolis regni Navarræ.

Andes, ium, populi inter Celtas, Carnutibus & Turonibus finitimi, ac ducatui Britannensi, Oceanoque proximi, quos Ligeris flumen allui. Plin. Andegavos appellat: Cæsar Andes. Vulgò Angiers.

Andes, Vicus non procul à Mantua, Virgilii patria. [Germ. Ein Dorff bey Mantua in Italia / Virgils Vaterland.]

Andinus, adiectivum: ut Andinus vates: canus Andinus. Sil. lib. 8: Mantua mutatum domus, atq; ad sydera cantu Evecta Andinæ est Virgiliano.

Andocides, ἀνδοκίδης, Vnus ex decem præcipuis Atheniensiū Rhetoribus, Leogori filius, qui fuit ex Telemachi & Nauticæ posteris, ut ex Hellanici sententia tradit Suidas.

Andria, ἀνδρία, Phrygiæ oppidū, apud Plinium lib. 5. cap. ult. Stephanus præterea Andriam in Elide collocat, & alteram in Macedonia.

Andriaca, ἀνδριάκη Ptolemæo. Oppidum est in Media: & alterum in Lycia. Ptolemæo. Rursum aliud in Thracia, Strabone.

Andricus, ἀνδρικὸς, gen. com. Cilicia mons, ut inquit Strabo lib. 14. Quo etiam nomine dictū est flumē quoddam ejusdem regionis, non procul ab Amani portis apud Plin. lib. 5.

Androbius, ἀνδρόβιος. Nobilis pictoris nomē, qui Scylla pinxit, anchoras classis Persicæ incidentem. Plin. lib. 35 cap. 11.

Androcleus, ἀνδροκλεὺς, Vir philosophus, Porphyrii discipulus, cujus ipse Porphyrius mentionem facit, ut refert Volaterranus.

Andronicus, ἀνδρόνικος, Rheginus, qui leges condidit Chalcidensibus, qui sunt in Thracia, ut scribit Aristoteles.

Androdus, Nomen proprium filii Codri Atheniensium regis, qui Ephesum condidit, & locum regiam ibi constituit.

¶ Fuit & alter Androdus servus, hospes, & medicus Lentuli: de quo vide historiam cognitu dignissimam apud Aulum Gellium.

Andrógeos, ἀνδρόγεως, Puer latè in delitiis ad Cretensium Minois regis filius fuit, quia ab Atheniensibus & Megarensibus per invidiam occisus est, quod palæstra certos superaret. Quapropter susceptus à Minoa adversus Athenienses bello, primo Megarenses subegit: deinde Atheniensibus hostibus factis, & in Androgei memoriam pueros Atheniensis Minoa olim cœpit obsecrare.

Androgyni, ἀνδρόγυνοι, Sunt populi in Africa supra Nasamonas, ut ait 5. cap. 2. Plin. Gerit ii, utriusq; naturæ, inter se vicibus coeuntes: Dextera mamma his virilis, læva muliebris.

Androlitia, Oppidum Plin. lib 5. cap 29 4.

Andrómachē, penultima correpta, ἀνδρομάχη. Aetionis regis Thebarum, quæ in Cilicia fuit filia, & Hectoris Troiani uxor, & mater Astyanactis, quæ à viri pugna nomen sortita est fuit enim vir animo septa, & quandam velut virago. Hanc, mortuo Hectore, Pyrrhus in Græciā adduxit, & ex ea Molossum filium suscepit: posteaque Helenum vati Priamidæ filio eam uxorem tradidit, regnique partem eidem assignavit.

Andrómachis, ἀνδρομάχης, Adulator Galli à quo tamen Crassus ipse Parthis proditus est. Author Plutarchus ¶ Fuit & Andromachus in patria è Neapoli Syriæ filios Zonę, qui Grammaticam docuit Nicomediæ, Diocletiani principis tempore, ut tradit Suidas.

Andromatrunium, Lingonum civitas in Gallia. Ptolem.

Andromédē, penult. correp. ἀνδρομέδη, Cephei & Cassiopeæ filia, quæ ob matris superbiam, quæ se Nereidas formā antecellere gloriabatur, à Nymphis scopulo fuit alligata, & cete devorāda exposita, sed Perseo virtute liberata, qui illi opportune interfuit, & cetum interemit, & Andromedem uxorē duxit. Postremò Minervæ beneficio inter alia collocata cicitur. Ortus in parte piscium dicitur.

Andromon, Nomen est eius, qui Colophonem ædificavit.

Andron, sicut tenbit Ptolemæus, est oppidum inferioris regionis Nili.

Andronicus, Rhodius, Philosophus Peripateticus, cujus meminit Strabo. ¶ Fuit & alius Andronicus grammaticus discipulus Aristarchi in professione Græca, ex qua minus idoneus ad tradendam scholam, ut refert Tranquillus. ¶ Andronicus quidam alius fuit historicus, qui res Alexandri scripsit, ut ferunt Volaterranus. ¶ Fuit item Andronicus Livii cognomen, poetarum Latinorum vetustissimi, cujus vitam vide apud Gellium.

Andros, sive Andrus, ἄνδρος, Insula est una Cycladum, Euboeæ adjacens, de qua Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Est item Andrus, insula Oceani Scotticanicalis, inter Hyberniam & Britanniam. Plin. lib. 4 cap 16.

Anemo, Fluvius est in octava Italiæ regione, apud Plinium libro 3. capite 14.

Anemorea. ἀνεμώρεια Homero. Oppidū Phocidis, quod postea Anemoleam appellarunt.

Anemurium. Oppidum in Cilicia. Plin lib. 5. cap. 31. Anemurii, lib. 1. cap. 27.

Aneris, Oppidum. Plin lib. 5. cap. 25.

Aneticus, Asiæ locus est, aranearum abundans.

Anetussi, ἀνετοῦσσοι, Vrbs Libyæ. Steph.

Angaris. Mons est Illyriæ, apud Plin lib. 3. cap. 23.

Anger, nomē fluvii in Illyrico. ¶ Est & genus serpentis, de quo in APPELLAT.

Angerona. [ἀνγερώνα. Germ. Die Göttin der Wollust.] Vocitata est voluptatis dea, quæ & Volupia dicebatur, cui sacra à Romanis instituta sunt, quum Angina civitas vexaretur, ab angore tollendo sic dicta. Ejus festa Angeronalia fuere vocitata. Putabant enim ab hac dea populum eo morbo promisso voto fuisse liberatum. Huic Pontifices in sacello Voluptiæ sacrum faciebant.

Angiri, ἀγγίροι, Populi in Africa ad Garamantes. Ferunt eorū fœminas nocte qua nubunt, omnium stupro patere, reliqua pudicas esse.

Angitia, Aeetæ filia, & soror Medeæ, quæ primus Marsis remedia contra venena ferturostendisse. Silius libro 8: Affata profert Angitiæ mala gramina primam Monstravitque ferum, tactuq; domare venena.

Anglii, Ἀγγλοβάρβαροι. Gall. Angleterre Ital. Inghilterra. German. Engelland. Hisp. Inglaterra. Pol. Angielska ziemia. Vulgar Angles ofte Ang. tsgland. Quæ Britannia à veteribus dicta: insula inclyta in Oceano, quæ undique à circumfuso mari complexa est, nusquam junctæ continenti, sed ab omni orbe nostro divisa: quæ quondam ab albis rupibus, quas mare undique ablui, Albion dicebatur. Hanc primùm Tyrrhenæ incoluerunt qui Troia dissecta fugerunt excidium patrium. Palladioq; oraculo classe in hanc insulam navigaverunt atque gentes, tunc insulam tenentes, multis victos prœliis expugnaverunt.

Hanc

Hanc postmodum longo temporum tractu Saxones, qui sine illustres Alemanniæ populi, oppressêre, egressique & opes inter legatos Saxonum regina Angeldrida vidit. Atque ut linguæ partes & gentis memoria indevicta insula sempiterna foret, ab Angeln, cujus dicta vicina est, Angliam tellurem illam vocavit. Quanquam plerique Angliam veluti nostri orbis angulū prædicent dictam. Sita est (ut inquit Plin. lib. 4. cap. 16.) ex adverso Galliæ, Germaniæ, atque cum Hispaniæ, sicet longiore intervallo. Agrippa octo gies hinc ejus prodidit esse DCCC. Mille passuum latitudinem verò CCC. M.

Angolus. Ptolemæo Anguis, Plinio Vestinorum urbs in Italia vulgò Angelo.

Angoisses, æ, Vide ANGITIA.

Angrus, ἄγρος. Fluvius est ex Illyricis, versus Boream fluens. Hesiod. libro 4. Quia ex Illyrico in Aquilonem tendens Angrus, placidæ Tribalhiam interfluens, Iesangum lacus, Brongum influit, Istrum.

Anna. [German. Ein christliche redtige Matrone. Romana matrona, quam quam propinquus moneret, ut alteri viro nuberet: esse enim ei & ætatem integram, & faciem bonam: Ne quæquam hoc faciam, inquit, si recum virum bonum invenero, ut ante habui, nolo timere ne perdamsimum, quod nec esse est post bonum potissimum sustinere.

Anichria. Oppidum. Plin. lib. 4. cap. 7.

Anigris, ἀνιγρὸς, penult. prod. Fluvius est Thessaliæ, in quo Centauri ab Hercule vulnerati ablueruntur tua vulnera. Vide quam antea habuerat aquas pestilentes. Centaurorum fingat / et crudele reddere fuisse & impotens. Autor est Ovid. Metam. lib. 12. Ante bibebarus, nunc quas contingere nolis, tunc in Anigros aquas, &c.

Anio, Anienis, pen. prod. alias, Nomen fluvii in agro Tiburtino, qui è sublimi in vallem subjectam præcipitatur. Horat. Et prærupti Anio, & Tyburni lucus. Vulgò Teverone.

Anisōsus, a, um. Propertius: Sive Aciena tuos interfundat undas Anieni nomē indicit Anius rex Herniticorum, qui Iasi quens Cothegum Siæ raptorem, quū eum assequi nō posset, in flumen mersit, ibiq; extinctus est. Anio vocatur, et Anien.

Anitius, Viri Prænestini nomē, qui anū cum Cn. Flavio, Appii Cæci collega, Aedilis curulis fuit eo anno, quo ludi annolorum etiam plebi permissus fuit, quum antea soli Senatores, & Equites annulos gestarent. Vide Plin. lib. 33. cap. 1.

Anius, Apollinis fuit filius, & rex in Delo, qui habuit Andrū filium. Virgilius lib. 3. Aeneid. Rex Anius, rex idem hominū, Phœbique sacerdos.

Anna, adæ, prænomen, Belisæ, sorore Didonis, quæ postquam mortuum sororem vidit, & Carthaginem ab Iarba Gætulorum rege occupatam, relicta sede patria, ad Æneam regem, qui Melitæ insulæ imperabat, cursum arripuit. A quo ut erectus hospicii benigne susceptus, duos & eleū annos ibi mansit. Sed quum Pygmalionem fratrem jam cum Enea adventare didicisset, Barcus veritus potentiam illius, Annam ut inde abiret hortatus est. Mox ejus mariti ingressa, dum Cameram navigare conenderet, vi tempestatis acta, in Laurentem oram pervenit, ubi jam Aeneas paratis rebus, & ducta uxore Lavinia, imperabat. Hic tum forte soto Achate comitatus, in littore nudis pedibus ambulabat. Quo quum errantem Annam aspexisset, & vis ibi persuadere posset eam esse, tandem aperiam compellat. Timuit illa principiō, fortis casum ante oculos ponens: postea verò ab illo benignē invitata, in regiam cum eo profecta est. Cui mox Lavinia, amorem conjugis intuitum intuens, tendere insidias cœpit. Sed Anna in somnis a Didone monita, ut infaustam domum relinqueret, fraum per fenestram exhi. Quumq; celato cursu ad Numicium amnem pervenisset, in eum se præcipitem dedit. Orta deinde luce, magno clamore eam quærentes per Laurentem agri profecuntur. Apparent vestigia pedum usq; ad Numicium amnem, ultrà nihil videtur. Quid dum admirantes secum animis volutant, ipsa loqui visa est placidissima Nympha Numici, Amne perenne latens. Anna perenna vocor. Quapropter lætis conviviis celebrarunt, eam pro dea venerantes, quem ritu postea longissimo tempore servarunt.

Anna, civitas Iudææ supra Hierichuntem. Steph.

Annibāl, ἀννίβας. Germ. Der da hasset Barmherzigkeit der Carthaginenser.) Amilcaris filius fuit, quem adhuc impubem ea jure jurando ante aras pater astrinxisse fertur, ut quum primùm per ætatem liceret, arma contra Romanos sumeret. Quapropter jam adultus in Hispaniam trajecit, eaque quibusdam civitatibus subactis, per Galliam in Italiā trajecit Alpinus, quā expeditiōnem faceret, igni & ferro parefactis. Ibi occurrentem sibi Tiuum Sempronium Consulem apud Trebiam profligavit: Flaminium fudit ad Trasimenum lacum cæsis 15000. Romanorum. Postea tamen vires ejus à Fabio Maximo multum sunt imminutæ. Sed rursus collectis viribus, tertiò Paulum Aemilium & Terentium Varronem novos Cōsules cæsos apud Cannas vicit: in quo prælio ad quadraginta millia peditum, & duo millia, supra septingentos equites, cæsi dicuntur, adeō ut tres modios & dimidium annulorum Carthaginem miserit. Quem urbem capere facilimè posset, in Campania revertitur, & Capuæ voluptate detentus, animi & animi vigore remisit, ita ut apud Cannas à Scipionis Gnatheo magna suorum cæde repulsus, omnibus rebus quæ ad victoriam pertinent, postea etiam apud Nolam non ædiocre damnum à Marcello acceperit. Deinde à Carthaginiensibus, qui à P. Scipione acerrimo bello premebantur, ex Italia revocatus, cum eodem apud Zamam Africæ oppidum congressus est, in quo cum victoria nullis Romanorum cessisset, & rursum cæsa fuit. Quo ad Antiochum profugit, cujus auxilio bellum redintegraturus, sed Antiocho quoq; devicto, Romani Annibalem sibi capitis dedi petierunt: quod Prusias sentiens, ad Prusiam Bithyniæ regem confugit: à quo quum iterum deponeretur, Prusiæ levitatem subpudebat, hausto veneno, quod sub gemma in annulo gestabat, voluntaria morte occubuit. ¶ De Annibale latiùs scribunt Livius & Plutarchus. ¶ Annibales multi fuere: primus Semo appellatus, Alcibiadis filius, quem Orosius libro 4. dicit ob rem male gestam a Carthaginiensibus lapidibus obrutum. Tyrus autem crucifixum tradit. ¶ Fuit item Annibal hujus filius, qui mittus est ab Amilcare ad Lilybæum quod à Romanis oppugnabatur, ad Siculos in officio continendos, ut autor est Polybius. ¶ Fuit præterea Annibal alius Rhodius, dux item Carthaginensium eodem bello, qui tandem à Romanis intercentus est, ut scribit Polybius. ¶ Fuit postremò Annibal Amilcaris filius, qui omnes hos fama superavit. Is sapiēs Reipublicæ visus est. Vide Livium, Plutarchum, & Polybium.

Annicolæ, vel Annicolores, ἀννίκολοι, Populi Persis vicini, Steph. qui & ἀνιγρὸς nominis, tanquam civitatis aut regionis nomen.

Annius, ἄννιος, Vrbs Lydiæ, Steph.

Annonis, ἀννωνὶς, Vrbs Cretæ. Vide ARADEN.

Ansanctus, Vide ANSANGTUS.

Anser, nomen proprium, quem Ovidius procacem vocat lib. 2. Trist. Cinna quoque hic comes est, Cinnaque procacior Anser.

Anspectum, Franconiæ urbs.

Anthæopolis, ἀνθαιόπολις, Aegypti oppidum, cujus incolæ dicuntur Antæopolitæ. Steph.

Anteus, ἀνταῖος, cum diphthongo, & sine h, ἀνθαῖος, Gigantis Libyci, pugnax. Neptuni ex Terra filii, magno ac procēro corpore: quippe qui cæteros gigantes cubitis excrevisset. Hic cum Hercule congressus, quoties membra labore defecta è Tere, tactu terræ recreabatur. Quæ re animadversa Hercules, altè sublatum eminus cum stipite premebat, pectoriq; hac arbitris strictum enecavit. Scribit Plutarchus Sertorium Romanorum ducem, apud Tingitanam oppidum in sepulchro Antæi, cadaver fuisse visum. Solinus in Chronicis scribit, Antæum pugilicæ artis fuisse doctissimum & quarumcunq; certaminum. & ob id fabulam fictum, quòd Terræ filius Terræ, & quòd viribus recuperaret ab ea.

Anthalcidas. Talis nomen proprium viri Lacedæmonii, qui præ cæteris visus est honore prædivisse. Plutarchus in vita Pelopidæ.

Antandrus, ἄνταν δρος, Phrygiæ urbs, ad Meridiem posita, quam habitavere Leleges, finitimi Cilicibus. Virgilius 2. Aeneidos: Classemq; sub ipsa Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Anteenti, ἀντήεντες, cum n, ante e, Vibs Sabinorū, quæ Tiberim amnem dicta, quòd eam amnis præterfluat, de qua Virgil. lib. 7. Antemnæ Tegnina ruta cavant capitum.

Antēmus, ἀντήμος, Fluvius est Colchidis, Corax os urbem præterfluens. Plin. lib. 6. cap. 5.

Antenor, ἀντήνωρ, Trojanus fuit, patriā prodidisse existimatus, quia & legatos, qui ad repetendam Helenam venerant, lautè cepit hospitio, & Ulyssem urbis nutenia dissimulato habitu cognitum, à fide cavit. Capta Troja, adjunctis sibi Henetis ex Paphlagonibus, in intimum maris Adriatici sinum se recepit, ibiq; aram condidit non procul a magni, quam de nomine suo Antenoream appellavit. Postea Patavium condidit, & hodie habet. Debet Virg. 1 Aen. Antenor potuisse locis elapsus Achivis, Illyricos penetrare sinus. & paulo pōst: Hic tamen ille urbem Patavi sedesq; locavit Teucrorum. Et Livius meminit in principio primi libri.

Antēros, ὁ, ἀντήρος. Veneris est & Martis filius, cujus meminit Cic. lib. 3. de Nat. deor.

Anthes, ἄνθης, Mons est Achaiæ, non procul ab Argis. Plin. lib. 4. capite 5.

Antevorta, Dea est Romanorum, quæ futura prospiceret. Vide POSTVORTA.

Anthana, ἄνθανα, Stephano. Vibs est Laconica: ita dicta ab

Antho

Anthe Neptuni filia, ut ex Philostephani sententia tradit Stephanus.

Anthāris, Rex Longobardorum. Theolindæ maritus, quum sex regnasset annos, insidiis domesticorum apud Ticinum extinctus est veneato poculo. Autor Paulus Diaconus de rebus gestis Longobardorum.

Anthedon, ἀνθηδών, Vrbs est Bœotiæ, habitata quondam à Thracibus: de qua Pomp. & Strabo lib. 9. Nomē habet ſur Stephanus existimat) ab Anthedone Neptuni prompore, aut certe, ἀπὸ τοῦ ἀνθεῖν ἐπὶ πολὺ, de floribus: ob quod omnium floridissima fit. Sita est in extremo litore Bœotiæ, è regione Euboeæ insulæ. Vnde Homerus ἐσχατόωσαν ἀνθηδόνα: hoc est, ultimam vel extremam Anthedonem appellat.

Anthemiōn, ἀνθεμίων, Vir Trojanus, Simoisi pater. Autor Homerus lib. 11. ad. 4. De Simoisio, vide suo loco.

Anthĕmūs, ἄνθεμος, Insula est Thraciæ à dictis, quæ & Imbrasus aliquādo vocata fuit, & Parthenia, à Parthenia Thyonei nomine nomine Simoidis Thracis appellatur. Strabo lib. 10.

Anthemūsia, ἀνθεμουσία, Oppidum est Mesopotamiæ, ad Abortam fluvium situm. Strabo lib. 16.

Anthĕus, ἀνθεύς cum h, Autor cuiusdā filius fuit, quē Paris amavit, & imprudens interfecit. Quo nomine etiam dictus est unus ex Aeneæ ducibus: de quo Virgilius: Antheaque Sergestumque venit.

Anthīa, ἄνθεια, Vibs fuit propinqua Pylo, sub ditione Agamemnonis, una earum quas Ile Achilli oppidi, ut secum in gratiam redirent ut scribit Hom. lib. Iliad. 9.

Anthium, ἄνθιον, Oppidum Thraciæ, de quo sic Plinius in Thraciæ descriptione: Attice regio, ἀκτικὴ, oppidum habuit Anthium, nunc est Apollonia.

Antho, ἄνθω, Fuit Amulii Albanorum regis filia.

Anthorēs, Nomē est proprium viri, de quo Virgilius lib. 10. Aeneid. Egregium Anthorem latus inter & ilia figit, Herculis Antiochum comitem.

Anthŏs, ἄνθος, Vnus ex filiis Nelei fuit & Latinè flos interpretatur. Hinc cum ducis Anthos dicitur, quòd flore pulcher. Vide ANTIVS.

Anthrōpŏphăgi, [ἀνθρωποφάγοι. German. Menſchenfreſſer] sub gravissimo Diterim & Caucasum populi Scythiæ, qui humana carne vescuntur. Hi populi sunt ad Orientem ac Septentrionem Massagetis vicini, circa quos tristissima solitudo, & mare, quod Thabin vocant. Vide Plin. lib. 4. cap. 12. & lib. 6. cap. 13. & Gellium.

Anthyllā, ἀνθύλλα, Aegypti urbs est, autore Herod. lib. 2. quæ regnante Cambyse, in calcem ruina dilabitur.

Antĭa, ἄντια, Vxor fuit Proti Argivorum regis, Abantis filii.

Antĭum, ἄντιον, Dictum fuit populi Italiæ, qui Antium urbem Latii maritimam incolebant. Apud Antium fuit insigne Fortunæ templum, quam Antiatem Fortunam vocabāt. Horat. libro 1. Carm. O diva, gratum quæ regis Antium. & Antiates plurimum classe valebant, cujus rei indicio fuit, quòd deos à Romanis Antio, rostra navium in foro aliis nomen fecerunt loco, unde ad populum cōcio habebatur. Vide Titum Livium, 1. Dec. lib. 6.

Antĭbăchīæ, Insulæ fuerūt in sinu Aethiopico, Bacchis opposita, quarum meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

Antĭcătus, Mons Seleuciæ, ut author est Strabo.

Antĭchrīstus, ti, [ἀντίχριστος. Vng. Antichriſtus] Vox Theologicis scriptoribus notissima, significans Christo adversarium, Pseudochristus. Liter differunt Antichristus & Pseudochristus. Vox enim Antichristi latiùs patet quàm nomen Pseudochristi, quia Christo adversari potest, qui tamen se pro Christo non venditet: Hunc Apostolus nomine scelestissimi hominis designavit.

Antĭchthŏnes, [ἀντίχθονες. Ger. Die ſeint auff Erderich ſo eine gantze groſſe ſtatt vmb wohnen.] populi qui habitant in Zona frigida. Hos Martianus sejungit ab Antœcis & Antipodibus, qui Zonam nobis adversam & contra pedes nostros habitant. Pomponius tamen videtur Antichthones pro Antipodibus accipere.

Anticītes, ἀντίκιτης, penult. corr. Amnis Sarmatiæ Asiaticæ, non procul à Rombite minore in Meotim influens. Strabo libro 11.

Anticlēa, pen. prod. ἀντίκλεια, Fuit mater Vlyssis, quæ quum duceretur ad Laërtæ nuptias, ab Sisypho latrone, Autolyci filio, capitur & adulteratur. Alii dicunt quam Laërtæ iam nupsisset, & ad oraculum pergeret consultura, captam à Sisypho latrone, & ut multi putant, ex eo Vlyssem concepisse. Quod Ajax apud Ovid. 13. Metam. vitio vertit Vlyssi: & sanguine cretus Sisyphio.

Anticrăgis, ἀντίκραγις, Mons Lyciæ, Cragoopposītus, teste Strabone lib. 14.

Anticȳra, ἀντίκυρα, pen. cor. Insula ad sinum adjacens Maleacum, & Oetam montem, cujus meminit Strabo lib. 9. ubi, autore Plinio, helleborum nutritissimè fumitur. Ovid. libro 4. de Ponto, hinc, dixisses, purgantes pectora succos, Quicquid & in tota nascitur Anticyra. Vnde quoties insanum hominē significare volumus, Anticyra egere: aut Naviget Anticyras, ἀπὸ τῶν ἐν Ἀντίκυρᾳ. Proverbialiter dicimus. Horatius elegantèr novavit adagio quasi facem, quòd ait in Sermonibus: Naviget Anticyras. Quibus verbis Stoicum insanum significat. Idem: Sitibus Anticyris caput insanabile, nunquā Tonsor: Licinio commiserit. ¶ Est & Anticyra civitas juxta Cyrrham in Phocide regione, in Corinthium conversa sinum, ab Anticyrēo quodam, Herculis aurige: Cappariſſus ab Homero dicta. Hanc alii Anticyrham. appellant, duplicatoris. Videtur enim inde nomē accepisse, quòd hæc sit promontorio in mare excurrente, è regione Cyrrhæ.

Antigĕnēs, pen. corr. ἀντιγένης, Nomē pueri rustici, apud Virgilium in Daphnide: Attulit ipse pecus, mecum quod, me quoque ipsum Extulit, & nostris successit Antigenes.

Antigenĭdēs, ἀντιγενίδης, Autore Suida, Thebanus musicus, tibicen, Philoxeni citharœdi discipulus, qui primus calceamentis Molossis lasciviens, usus fuisse dicitur. Hujus meminit Plin. lib. 16. cap. 36. Hic etiam, ut autor est Cicero in Bruto, discipulo frigente ad populum ait: Mihi cane & Musæ. De eo vide Gell. lib. 15. cap. 17. & Valer. lib. 3. cap. 7.

Antigŏne, ἀντιγόνη, Oedipodis Thebanorum regis filia, quæ patri cæco à Creonte in exilium acto, fe viæ ducem præbuit: fratribusq; suis Polynice & Eteocle mutuis cæde interemptis, contra Creontis edictum, funebre officium præstitit: ob quam pietatis postea unà cum Argia Polynicis conjuge justu tyranni est interfecta. Haemon quoq; nobilis adolescens, qui mortuam ejus amore tenebatur, sua sese manu ad funeralia ejus jugulavit. ¶ Fuit etiam hoc nomine una filiarum Priami, quam quum formæ suæ fiducia nimis arrogantem reddidisset, à Junone in ciconiam mutata est. Vide Ovid. lib. 6. Metam.

Antigŏnīa, ἀντιγόνεια, Oppidum Troadis, Romanorum colonia, quæ & Troas, & Alexandria dicta est. Plin. lib. 5. cap. 33. & Strabo lib. 13. ¶ Est præterea ejusdē nominis oppidum in Arcadia, non procul à Tegea. Plin. lib. 4. cap. 6.

Antigŏnus, ἀντίγονος, pen. cor. Nomen proprium regis Macedonum, qui ob multa in Græcos beneficia Exegetes est dictus. Nam quum Cleomenem Lacedæmoniorū regem prælio vicisset, Spartamq; cepisset, militem victorem ab omni injuria continuit, pristinumq; civitati libertatem restituit.

Antigrăgus, Vide ANTICRAGVS.

Antĭlĭbānus, ἀντιλίβανος, Mons est Libano oppositus, non procul à Sidonis moti incipiens, & ad Montes Arabiæ desinens, qui sunt supra Damascum. Vide Strab. lib. 16.

Antilŏchus, ἀντίλοχος, pen. cor. Nestoris filius major natu, quem in bello Trojano Memnon Aurorę filius interemit. Vide patris preces motus Achilles Memnona occidit. Ovid. autē vult ab Hectore fuisse occisum Antilochum. Ita enim ait in Epistola Penelopes: Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore cæsum, Antilochus nostri causa timoris erat.

Antĭmăchus, ἀντίμαχος, Colophonius poeta Græcus. Is quum poëma quoddam obscurum in auditorio recitaret, atque omnes, præter Platonem, quòd minimè illud intelligerent, discessissent. Plato: Mihi γὰρ, pro omnibus. Hæc Cicero. De eodem Plutarch. in Lysandro: Hic aggressus bellū Thebanis intentatum, vigesimum quartum volumen implevit, antequam duces Thebas usque perduceret. ¶ Antimachos quoque alios duos Suidas ponit: alterum Aegyptium, patria Heliopolitanum, qui Cosmopœiam Ionico carmine cōscripsit: alterum poëtam Melicum cognomento Pœcam. ¶ Fuit item præter hos etiam alius Antimachus Trojanus, qui domus Alexandri, auroq; correptus, impedimento fuit, quò minus Helenam redderetur, quia pro cōcione Trojanos hortatus est, ne Helenam redderent, quia pro cōcione Trojanos hortatus est, ne Menelaum, dum legatus ad eos in urbem venisset, vi Vlysse, redire ad suos tuerentur, sed in urbe asservarent, trucidaverunt. Homero autore lib. Iliad. 11.

Antĭnŏē, ἀντινόη, Stephano, Vibs Aegyptiaca dicta ab Antinoo Adriani favorito, ut scribit Hieronymus in Jovinianum.

Antĭnŏus, ἀντίνοος, Nomen cujus ex proco Penelopes, apud Ovid. in Epistol. Penelopes. ¶ Fuit præterea Antinous, puer quidam Bithynus, facta formæ elegantia, ut Adrianus Cæsar, qui illum adamabat, templum ei apud Mantineam constituerit, & urbem quandam Aegypti Antinoeam à nomine ejus appellarit. Hæc Paulanias.

Antiochia, [Ger. Dieſe ſtatt iſt in Syrien.] Syriæ urbs est, ad Orontem fluvium sita, totius regionis caput. à Seleuco Nicanore condita, & à patris ejus nomine Antiochia appellata, ut tradit Strabo libro 15. Stephanus Byzantius duodecim alias enumerat ejusdem nominis urbes, quarum unam colloc. in Lydia, & ab Antiocho Epiphanes ita nominatam existimat. ¶ Alteram in Meliporamia, quę & Mygdonia, & Alibe appellatur: in qua Apollophanes Stoicus.

Stoicus, & Pharnuchus Persive historiæ scriptor, nati dicuntur Vulgò, Aëppa. ¶Tertium in Pisidia cōdiderunt, cujus meminit & Strabo libro 12. ¶Quartum inter cavam Syriam, & Arabiam, Semiramidis opus. ¶Quintum in Cilicia ad Pyramum fluvium. ¶Sextum in Pieria, quæ & Arabica à Syris appellatur. ¶Septimum ad Gallibocia lacum. ¶Octavum ad Taurum montem, in Comagena regione. ¶Nonum in Scythia. ¶Decimum in Cilicia, quæ & Pyrrhopolis fuit appellata. ¶Undecimū in Margiana, ab Antiocho Sotere conditum. ¶Duodecimum condidit cum Tarso Ciliciæ oppido. Hinc Antiochenus, & Antiochenſis, Ἀντιοχεύς, καὶ Ἀντιοχικός.

Antidetus, Ἀντίδοτος, Nomen secundi regis Syriæ, Seleuci filii, hujus nominis primi, qui Soter cognominatus est, & regnavit annis xx. ¶Secundus Antiochus, hujus filius, dictus Acatos, regnavit annis xxx. veneno ab uxore Laodicea extinctus. ¶Tertius Antiochus Galenicus. ¶Antiochus quartus, Rex, cognomēto Magnus, regnavit annis xxxvi. Dictus est etiam Epiphanes, quòd in pompis more histrionum saltare vitam duceret. Hic Ptolomæum Philometorem prælio superavit. ¶Quintus Antiochus Syriæ rex, dictus nobilis Dives Eusebes, qui regnavit annis xi. Hic Hierosolymam defendit, & multa insignia fecit. Iudæis. ¶Sextus Antiochus Syriæ & Asiæ rex, dictus est Eupator. ¶Item & alius Antiochus Ascalonita, philosophus, Ciceronis, Brutiq; præceptor.

Antiopē, Ἀντιόπη, Nycteï filia fuit, & uxor Lyci Thebanorum regis. Hanc quum Iupiter in Satyrum mutatus compressisset, Lycus repudiavit, ivoremq; Direen superinduxit, quę Antiopam in Cithæronem compulit. Verum non multo post tempore, filiis ruptis virginis, in Cithæronem montem se recepit, ubi & Amphionem & Zetum peperit: quod pastoribus inventi & educati, matrem ejus, quam Dircen extinxerat, Lycum cum Diree uxore interfecto. Unde locus factus Proverbio: Antiopæ luctus. Ἀντιόπης πένθος. Dicti consuevit cubi quis tormentis cala mitatibus affligitur, deinde malis eximitur. Alio paulò aliter tradunt hanc fabulam, Lycum non uxorium Antiopæ, sed fratrem Nycteï.

Antipater, pen. corr. Ἀντίπατρος, Nam è proprium poëtæ Sidonii, seu ex Tyro Phœniciæ, Stoici sectæ, qui post Panætium de officiis scripsit. Hic quò diutius fuit, eodem quotannis tempore laboravit. Et quum diu vixisset, postquam ætatis suæ tempus definitum appropinquasse, eo die & eodem mensis tempore cibo sumpto est. Hic antipater nobili epigrammate in Sapphō, decimum inter nulas cum computat. Extemporē versus pēnè versu facere, ut refert Cicero pro Q. Cæcilio. & Quintilianus. ¶Antipater alius, Iolai filius fuit, ¶Pharæ civitate Macedoniæ, unus Philippi Alexandrique amicorum, & regni successorum, à Iustino & ipse Aristotelis, ut præterea nonnulli literatissimus, ut tradit Suidas. De hoc Antipatro scribit Plutarchus: Antipatrē successisse Alexandri in regno Macedoniæ, postquam Athenienses illatum legatis ad eum de pace venientibus, quorum princeps erat Xenocrates, responsi fecerit amicitiam permansurum, si filii Demochares, & Hippendes coërcerentur: à ejus præsidium in Munichia mox illi, Athenarum arce recepisse, demq; ablumptam eo bello pecuniam, acceptiq; damna refare recusavit. Quibus illi conditionibus consensuros. ¶Item Antipater Tyrius, philosophus Stoicus, & Catonis Uticensis præceptor, ut auctor est Plutarch. in Cat. ¶Alius item Tarsensis philosophus, ac idem auctor illi. ¶Fuit præterea Antipater Herodis regis pater, Alcidonis, virtutis nomine & potentia præditus, de quo Volaterranus in Historia Hierosolymitana. ¶Fuit & Antipater Hierapolitanus, Sophista nobilis, præceptor liberorū Severi principis, cujus etiam res gestas scripsit, ac eidem magister epistolarum fuit, ut ex ejus auctor Paschasius. ¶Habemus & aliquot numos, inter quos fuit Cassandri Macedonum regis filius.

Antiphatēs, pen. corr. Ἀντιφάτης, Rex fuit Lestrygonum, Melampodis, seu ut alii volunt Lami filius, qui Formiarum oppidum condidit. Hic cum nec ea Lestrygonum humana carne vescebatur. Palinurus Ulixi Lamium Antiphatem, & virgam, & pocula Circes. Dicitur & Antiphatus. ¶Antiphates illius filius, nothus Sarpedonis, ut est apud Virgil. libro 6. Et primum Antiphatem is cui septimus egebat Thebana de gente nothum Sarpedonis abi. Hic Æneæ in Italiam secutus. à Turno Rutulorum rege occisus est.

Antiphellus, Ἀντιφελλός, oppidum Lyciæ apud Plinium libro 5. capite 27.

Antiphon, Ἀντιφῶν, Rhamnusius orator antiquus, Athenis & præceptor dicendi tradidit, teste Quintiliano: quo neminem melius oravisse causam capitis, quam ipse defenderit, locupletes est auctor Thucydides libro 8. Hujus meminit Cicero in Bruto.

Antiphus, Ἄντιφος, Priami filius ex Hecuba, quę Agamemnōnea cū filio fratre, sed illegitimo thoro natus, in bello Trojano interfectus. ¶Antiphus, filius Thessali & nepos Herculis, qui cum Rhodi Antiphilo duce triginta navibus cum aliis Græcis ad Troiam navigavit, ut refert apud Homer. Ilia. 2.

Antiphra, Ἀντίφρα, Oppidum prope Alexandriam, non procul à mari.

Antipōdes, pen. corr. [Ἀντίποδες Ger Die gegenfüsser der Erdtribus seiner jhrs unsern entgegen wohnen.] Dicuntur terræ incolæ, qui contra nos positi sunt, contrariis vestigiis, vel qui adversa nobis, ut Cicero legerit, urgent vestigia. Cicero 4. Acad. Nunc etiam dicitur esse regione nobis, è contraria parte terræ, qui adversis vestigiis stant contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis? ¶Dicuntur Antipodes, tripodis, vel antipodes. De his copiose Ioachimus Vadianus in Melam.

Antipōlis, Ἀντίπολις, apud Ptolem. urbis nomen est in Gallia Narbonensi: Galli paucis interis immutatis, eam hodie Antibem vocant.

Antipyrgus, Ἀντίπυργος, Vrbs Lybiæ est Marmaricę, quæ eadem esse creditur, quam vulgò Lebdā vocant.

Antirrhium, Ἀντίῤῥιον, Promontorium est Acteliæ, situm ad ipsam fauces Corinthiacæ, è regione Rhii, quod est Achaiæ promontorium, ab Antirrhio septem tantum stadiorū tractu divisum. Thucydides utrumque Rhium appellat, cognominibus tantùm ea distinguens. Nam quod in Peloponneso est, Achaicum cognominat, alterum Molycricum à vicina urbe Molycria.

Antissa, Ἄντισσα Stephano, Lesbi insulæ oppidum est, ex quo Terpander nobilis Citharœdus originē traxit. Gentile est Antissæus, Ἀντισσαῖος.

Antisthenēs, Ἀντισθένης, pen. corr. Socraticus philosophus, acutus magis quam eruditus, præceptor Diogenis. Hic quum magno auditorum concursu docuisset Rhetoricem, audito Socrate, cixisse fertur ad discipulos: Abite, & magistrum quærite: ego enim jam reperi. Itaq; quæ habebat, publicè distribuit, nihil ubi præter palliolum reservavit. Patriotam, & dominum in Socratico sermone adhortatur, ut facilis Cæsar. de Orat. ad Qu. Frat. ¶Fuerunt alii tres eodem nomine, et unus è Clasis Heraclitī: alius Ephesius: tertius Rhodius historicus, ut tradit Diogenes Laertius.

Antitaurus, Ἀντίταυρος, Tauri montis pars est, reliquis Tauri partibus opposita: ligus olim Comana civitate, & Bellonę fano Strabo lib. 11. & 12.

Antivestium, promontorium in Britannia, quod etiam dicitur Bolerium apud Ptolemæum. Diodoro Bolerium in cornibus Cornubiæ.

Antium, Ἄντιον, Vulgò Nettuno.] Vrbs Latii, Volscorum caput, Romanorum colonia: dictum, quòd ante alias urbes in ipso litore sita Oraculorum, retenq; tabularum variationem accommodata. Habebat hæc urbs celebrem Fortunæ Templum. Horat. 1. Carm. Ode. gratum quę regis Antium. ¶Hinc Antiates dicti cum urbis hujus incolæ: de quibus vide suprà suo loco.

Antlēci, Ἀντλῆκοι. Germ. [Die gegenwehre der Schiffe: dadurch das wasser aus dem schiffe gepumpt vnd gegossen wird.] populi trans æquinoctialem habitantes circa Indum, totāq; gradium latitudine ab eodem Austrum versus distantes, quòd nos versus Septentrionem. Ita dicti, quòd contra nobis, nō contrarium, ut Antipodes, sed diversum incolant.

Antōninus, cognomēto Pius, Romanorum Imperator, qui Aelio Adriano successit. Hic quum filium non haberet, M. Antonium Philosophum adoptavit, eumq; moriens imperii successorem reliquit. ¶Fuit & Antoninus cognomine Caracalla, qui post Severum, Romanum tenuit imperium. ¶Alius præterea cognomento Heliogabalus, qui Opilio Macrino successit.

Antonius, Ἀντώνιος, Nomen viri proprium. Antoniorum familia Romæ nobilis fuit, veluti Flavia, fuit, unde quæ ab Antone Hercule filio & nonnulla & claruit prodiit.

Antōnius Gnypho, Ingenuus in Gallia natus, sed expositus, & à nutritore suo manumissus Romæ docuit Rhetoricam & grammaticam, in domo fuit Cęsaris pueri adhuc. Cujus etiam Scholam Cicero, & alii nobiles adolescentuli frequentarunt. De cujus ingenio multa memoriæ prodita: nec unquam aliquid de mercedibus petisse, sed, plura ex discentium liberalitate consequutus est. Vixit annos quinquaginta. Ex Tranquillo.

Antōnius Musa Medicus fuit Augusti tēporibus, qui Cæsarem periculosissimè ægrotantem, potu, balneq; frigido sanitati restituit. De hoc Plin. libro 29. capite 1. & Horat. libro 1. Epistol.

Mar. Antonius Orator, Triumvir avus, de quo scribit Cic. in Brutum: Notæ ad Antonium, Crassumq; pervenimus. Nam ego hic existimo, hos Oratores fuisse maximos, & in his primùm cum Græcorum gloria Latine dicendi copiam equasse. Omnia veniebant Antonio in mentem, eaq; suo quęque

loco, ubi plurimùm proficere & valere possent, ut ab imperatore equites, pedites, levis armatura, sic ab illo in maximè opportunis orationis partib. collocabatur. Erat memoria summa, nulla meditationis suspicio, imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur: sed ita erat paratus, ut judices illo dicente nonnunquam viderentur nō satis parati ad cavendum fuisse. Verba ipsa non Latinis elegantissimo fecerunt sermone: itaq; diligenter loquendi laude caruit: neq; tamen est admodum inquinatè loquutus: interfectus est à Marciana factione, una cum pluribus aliis clarissimis civibus, quorum capita in rostris pependerūt. ¶ Hujus filii M. & C. Antonii fuēre: quorum M. Antonius gratia Cottæ Consulis, Cethegi factione in Senatu curationem rei frumentariæ & totius oræ maritimæ nactus, Siciliam & provincias omnes depopulatus est. Et ad postremum interens Cretensibus bellum, ibi morbo interiit. Hunc Sallustius ait perdidē pecuniæ genium, & vacuū à curis, nisi in flantibus Autor Paed. ¶ C. Antonius, alter Oratoris filius, multas in Achaia spoliavit, natus de exercitu Sylliano equitum turmas; quo nomine à Græcis tractus est in jus ad M. Lucullum prætorem, qui jus inter peregrinos dicebat. Egit pro Græcis Cæsar, etiam tum adolescentulus: & quum Lucullus id, quòd Græci postulabant, decrevisset, appellavit Tribunos: juravitq; se ideò ejurare, quòd æquo jure uti non posset. Hunc Antonium Gellius & Lentulus Censores, sexennio post petitionem Consulatus, senatu moverunt: causasq; subscripserant, quòd socios diripuisset, quòd judicium recusasset, quòd propter unius alieni magnitudinem prædia mancipasset, bonaque sua in potestate nō haberet. Pædianus. Hunc item Cicer. in Verr. vocat in exercitu Sylliano prædonē, in introitu gladiatorem, in vadimonia quadrigarium. Nam inter eos fuit, qui jussu Sylla in Circensibus, quos ipse post victoriam fecit, quadrigas agitaverunt. Hic cum Cicerone Consulatum petiit, eiq; maximè est adversatus, ut qui Catilinæ conjurationi faveret. Placatus ab eo demum pactione provinciæ, rectaq; de Republica sentire persuasus est. ¶ M. Antonio, Oratoris filio, nati filii fuerunt M. L. & C. quorū M. Antonius postea Triumvir, cauta & fortunatus bellis civilis extitit. Nam cum esset Tribunus plebis, Cæsarisq; partibus in civitate tutandis sese impenderet videret, unà cum C. Curione (qui & ipse Tribunus plebis erat) conducto vehiculo, habituq; maximè miserabili, in Galliam ad Cæsarem profugit, eumque adhuc hærentem, ad bellum sine mora suscipiendum inflammavit. Cæsarem quoque occasum laudavit pro sollicitis vellemq; eius sanguinolentam ostendens, & testamentum recitans, quo ille Pop. Romano drachmas, virum legaverat, præfecit ut percussores ob interitum ab urbe profugerent. Deinde quum D. Brutum Mutinæ obsideret, hortante Cicerone, à Senatu hostis judicatus est: & ab Hircio & Pansa Consulibus, & Octavio adhuc adolescentulo, ingenti prælio superatus. Post hæc Triumviratus fœdere inter eum & Lepidum ac Cæsarem inito, Brutum & Cassium in Macedonia apud Philippos superavit. Quo bello confecto, Octavius valetudinis causa Romam rediit: Antonius in Græciam, Asiamq; profectus honore quaquaversus prosequerentur, ingenti est exceptus. Quum ille Orientis, Augustus Occidēs, Lepido Africa obtigisset, multos per Orientem reges & tetrarchas debellavit. Inter quos Antigonum Iudæorum regem securi percussit: quod antea Regum nullī cōtigit. Captus amore Cleopatræ, multa ipsius gratia nefanda admisit, eiq; regna multa cōcessit in Syria: Fulviam uxorem (ratione initio Triumviratus) repudiavit, ac Octaviæ Augusti sorori duxit: quam & ipsam deinde ob Cleopatram contemplit. Ad bellum Parthicum Vētidium legatum misit, qui interfecto Pacoro, regis filio, ab Antonio missus Romam, triumphavit. Inde Cleopatra in Ægyptum remissa per Armeniā, Arabiamq; profectus, copias undiq; contraxit. Cum Phraate Medorum rege prælio congressus, ac victor eum usq; ad Araxam fluvium persequutus est. Dein in Armeniam reversus, eius regem in triumphum Alexandriam duxit. Repudiata igitur Octavia, causa fuit inter eum & Octavium dissensionis. Quo quum postremò ad Actium navali prælio congrediens, superatus est: Alexandriaq; confugiens, atq; ibidem ab eodem obsessus, gladio spōtè occubuit, anno ætatis LVI. Hujus viri illud in primis admirabile dicitur, quòd in otio luxuriosissimus, in negotio laboriosissimus fuit. Nec ob res male gestas quicquā de solita voluptate remisit. Hæc ex Plutarcho. ¶ L. Antonius Triumvirī frater, apud Perusiam ab Octavio obsessus, fameq; adactus, venit in deditionem cum CCC. aliis: quibus, ut ait Florus in Epitome Livii, Octavius pepercit, at verò Tranquillus, omnes ad aram Cæsaris necari crudeliter jussit. ¶ C. Antonius, Lucii & Marci frater in Macedonia à Bruto captus, Ciceronis & Hortensii Manibus inferias misit. Autor Plutarchus in Antonio, & Bruto. ¶ Antonius Julianus rhetor Romæ, per quem fuit honesti atq; humani ingenii doctrina quoq; ita utiliore ac delectabili, veterumq; eruditiarum cura & memoria multa fuit. Adhæc scripta omnia antiquiorum tam curiosè spectabat, & virtutes penitabat, aut vitia rimabatur, ut judicium ab eo factum ex amussim diceres.

Antrōnius. [Ger. Ein Glaub te Theſſalien/der deten man viel mirackel gedicht hat.] Pomponio Melā oppidum est Magnetiæ, regionis Thessaliæ, quæ à Stephano, & Strabone Antron, ἄντρων dicitur: ab antris nimirum quoque nomine deducto, quorum magnam circa hanc urbem copiam fecerant molarium lapidum fodinæ. Circa hanc urbem prorepisse gigantes ajunt: unde factum est, ut Antronius asinus, proverbio dicatur de homine corpulento & robusto: in quo tamen ingenium & animi vigor desiderentur.

Antverpiā. [Volgus Germanorum Antorff appellat. Gall. Anvers. Ital. Anversa. Vng. Antverpia.] Urbs est Brabantiæ & Belgicæ totius emporium celeberrimum.

Anubis. [Ger. Ein Gott der Aegyptier/ſo ſie in einer Hundts geſtalt verehret.] Genius Ægyptius Anubis, vel bidis, ἄνουβις. Lingua Aegyptiaca dicitur canis, sub cujus forma colebatur Mercurius, ut inquit Servius. Virg. 8. Aen. Omnigenūmq; deūm monstra, & latrator Anubis. Ovidius in Elegiis: Per tua sacra precor, per Anubidis ora verendi. Diodorus scribit, Anubim filium fuisse Ositidis, qui canem gestabat, tanquam arborum insignia. Ex quo Aegyptii canem venerātur, & Anubim deum canino capite effingunt.

Anulus, fluvius Mauritaniæ. Vide ANVLVS in APELLAT.

Anulus, Nomen fluvii cujusdam.

Anxa, Oppidum. Plin. lib. 3. cap. 11. 14.

Anxani, populi, Plin. lib. 3. cap. 12. 4.

Anxius, fluvius ex Armeniæ monte oritus, per Caucasum in Mesopotamiam defluit, & Pacolo lumini ex Caucaso cadēti occurrit: unumq; factī, Euphratem demergunt.

Anxiātim, tam masculini, quam neutri generis, Verbis est Italiæ, quam nunc Tarantinum dicunt. Mart. Sive calorifros candidus Anxur aquis. Horat. 1. Serm. Sat. 5. Mollia tū præsidia rapimus, accepta benignis impositum saxis late candentibus Anxur. ¶ Dicitur autē Anxur (ut Servius docet) quasi ἀνέξυρον, quali ἀνεξόρητον: hoc est, sine novacula. Virgilius Accedas ne Circæumque urbem regum, queris suppetat Anxuris arvis Præsidet.

Anyger, sive Anygrus, vide supra ANIGROS.

Anysis, Aegypti rex est, autor Herod. lib. 2. Stephano urbs est ἄνυσις Aegypti.

Anytus, ἄνυτος, Rhetor Atheniensis fuit, acerrimus Socratis inimicus: à quo & reus peractus est. Horat. 1. Serm. Sat. 7. 4. qualia vincunt Pythagoram, Anytiq; reum, doctumq; Platona. De hoc vide Plutarchum in vita Socratis.

A ante O.

Aōlus, ἄολος, Neptuni filius, ut dicit Lactantius, qui factione suorum ex Apulia pulsus, navigio ad Euboeam venit, & inde se in Boeotiam contulit, ubi populis montes habitantibus imperavit, eosq; Aones, ex suo nomine appellavit: à quibus Neptuni filius est habitus, quum Onchesti clarissimi conjugem Apuli filium fuerit, ex Perimela conjuge filium Dynamantem reliquit, qui cum regno successit. Perottus.

Aōnia, ἀονία, Regio Boeotiæ, ab Aone rege Neptuni filio dicta, quem factione ex Apulia pulsum, in Boeotiam traduxit venisse, ac de suo nomine nōvam regionem Boeotiæ vocitasse Aoniam, & incolas ipsos Aonas.

Aōnius, ἀόνιος, adjectivum. Ovid. 1. Metamor. Separat Aonios Actæis Phocis ab arvis.

Aōnis, idis, ἀονίς, Patronymicum fœmininum, quo Poëtæ frequentissimè utuntur pro ipsis Musis. Juven. Sat. 7. apud quæ bibendis Fontibus Aonidum.

Aoris, ἀορίς, Aratis filius, venator & bellicosus, &c. Steph.

Aornos, ἄορνος, & ἄορνα, Fuit petra apud Indos præceps & invia, monumentis hujusce rei celebrata: ita dicta ob admirandā altitudinem, quasi ipsis etiā avibus inaccessa. Scribit Plutarchus: Alexandrum, quum intellexisset hanc petram teneri ab hostium manu copioso, dixisse. Nunc locus iste facillimus est captu. ¶ Est & Aornos locus in Epiro, ita dictus à pestiferis avibus exhalatione tetra. Plinio in Procemio lib. 4. ¶ Hoc enim nomine dictus fuit lacus inter Puteolos & Bajas, qui postea Avernus est appellatus. Vide infrà.

Aoros, ἄορος, Cretæ civitas, ab Aora Nympha ita appellata: quæ alio nomine Eleuthera dicitur, ab Eleuthere, unio ex Curetibus. Ex Steph.

Aorsi. [ἄορσοι. Ger. Völcker in Scythien innerhalb dem gebirg Imaō gesetzt.] Populi Scythiæ intra Imaū, quos Ptolemæus collocat non procul ab Iaxarte flavio, qui in mare Hyrcanum defluit. Strabo lib. 11. duplices facit Aorsos, quorum alteros inter Caspii orām maximā ex parte tradit consistere: alteros juxta Tanaim habitasse, quos superiorum exules esse opinatur. Plin. verò lib. 4. cap. 12. Aorsos quosdam in Europa collocat juxta Hamaxobios.

Aorta

Aoti, pen. prod. ἄοτοι, populi sunt in finibus Thraciæ, Getis finitimi, non procul ab Istro. Meminit horum Plin. lib. 4 cap. 11.

Aous, pen. prod. Ἄους, Fluvius est in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico adjacet: nō procul ab Apollonia in mare illabens. Sunt qui Aeantem appellent, teste Plin. lib. 3. cap. 23.

A ante P.

Apæi, ἄπαιοι, populi in Aethiopia, sub Aegypto, Memnonios ad Austrum proximi: de quibus Ptolem. lib. 4 cap. 8.

Apamia, sive Apamea, ἀπάμεια, Vrbs celeberrima in Tetrapoli Syriæ, à Seleuco Nicanore cōdita, & à nomine uxoris ejus ita appellata, ut tellatur Strabo lib. 13. ¶ Est & Apamia, Parthorum civitas, Heracleæ, & Abagis finitima: de qua apud eundem lib. 11. ¶ Tertia est in ora maritima Bithyniæ, inter Rhyndacum & Asciam ostia, Antiochi Epiphanis opus: cujus meminit Stephanus, & Ptolemæus lib. 5. cap. 1. ¶ Quartam collocat Plin. lib. 5 cap. 29, in ipso Marsyæ fluminis ostio, ubi scilicet Marsyas in Maeandrū influit quām antea Celænas: deinde & Ciborum ait appellatam. Hanc Strabo ab Antiocho Sotere conditam scribit, & à nomine Apamiæ matris ejus (quæ Artabazi filia fuit, & uxor Seleuci Nicanoris) Apameam fuisse appellatā. Fuit hæc urbs olim clarissima, totiusq; Asiæ emporium post Ephesum celeberrimum.

Apamestice. Oppidum in ea Italiæ parte, quæ olim Magna Graecia dicta est. Hujus incolæ dicuntur Apamestini: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

Apa Vortene, ἀπαουορτηνή, Regio est Scythiæ, in qua est Hyrcania provincia.

Apelles, Apellis, ἀπελλῆς. Nomen pictoris eximii, patria Coi, qui omnes priùs genitos, futurosq; posteà artificio superavit, & picturæ plura solus propè cōtulit, quàm ceteri omnes. Fertur Alexādrum Macedonem à nullo pingi voluisse, quàm ab Apelle. De hoc Ovidius: Si nunquam Venerem Coïs pinxisset Apelles, Mersa sub æquoreis illa lateret aquis. De hoc vide multa apud Plin. lib. 35. cap. 10.

Apellēus, a, um, adjectivum, Stat. lib. 5 Syl. Vel Apellico vultu signata colore.

Apemelle. Lege APAMESTE.

Apennimus, [ἀπεννῖνος. Vulgò Il monte Apennino. Ger. Das Gebirg so sich mitt durch Italiam wie ein rucken erstreckt. Pol. Ἀπεννῖνος ὄρος. Virg. Apenninus Aegra.] per duplex n, vel Apeninus cum æ, diphthongo, ut scribit Servius, quasi alpes Poeni, quòd eas Annibal primus superavit. Mōs est, qui Italiam mediam dividit, incipitque a Genua & supra Carnos incumbit. Ejus descriptionem vide apud Lucanum.

Apenninigēnæ, qui Apenninum inhabitat, aut in Apennino versantur: ut Apenninigenæ pastores. Claud. Apenninigenis cultus pastoribus aras.

Apēnninicŏla, idem Virg. 11 Aeneid. Apenninicolæ bellator filius Auni.

Aperantia, ἀπεραντία, Vbs Thessaliæ, Steph.

Apĕlius, factis, pen. con. ἀπέλιος, Mensis nomen est, qui Nemeæ superjacet, ubi Thebani Jovi primitias operatus creditur. Dictus ab heroe, cui Apelas nomen erat. Papinius: Mons erat audaci fœcundus in æthera dorso, Nomine Lernæi dictus quem Apelunta coloni, Gentibus Argolicis olim sacer. In castigationibus tamen exemplaribus hoc loco apud Statium Apheſanta legitur à nominativo Apheſas. Apud Plin. autem lib. 4. cap. 5. Apesas absque aspiratione.

Aphace, ἀφάκη, Vbs Libyæ. Steph.

Aphamiæ, regio Siciliæ ignobilis: unde proverbium: Ad Aphamiæ, de obscuris & relegatis. Steph. ἀφάμιαι.

Aphareus, per mes syllabas, pen. con. ἀφάρεύς, Patris Lynceï nomen est: à quo Ovid. Lynceum prolem Apharejam vocat lib. 8. Metam.

Apharus, Locus in Euxino, Absyrtus antèa dictus.

Aphedas, nomen regis Arcadicitium: vel, ut Stephanus, Molossorum, ἀφίδας.

Aphesas, antos, Mensis nomen est tupra Nemeam. Vide ARGIVS.

Aphetæ, ἀφεταί, Vbs Magnesiæ in Pagasetico sinu: causam nominis lege apud Steph.

Aphidantes, ἀφίδαντες, populi sunt ex Molossis (ut inquit) Stephanus, ita dicti ab Aphidante rege.

Aphidnæ, arum, ἀφίδναι Stephano, Locus celebris in Attica. Seneca in Hippol. --parvas alius Calles Aphidnas. Est etiam Civitas Laconiæ.

Aphineum, ἄφινον, civitas Phrygiæ, & alia Lydiæ, Steph.

Aphnites, palus circa Cyzicum, Asiæ prius, ἀφνίτης, Steph.

Aphormium, ἄφορμον, locus Thespiensium, Steph.

Aphrica, [ἀφρική. Ger. Eine auß drey theilen der Erden bekannt. Fra. Afrique. Ital. Africa. Pol. Afryka. Hisp. Africa. Vng. Afrika.] tertia orbis pars, ab Asia Nilo fluvio, ab Europa mari mediterraneo discreta: ita dicta quasi Aprica, q. Solis æstibus maximè sit exposita. Alii à Graecis sumptum putant nomen, ab ἄφρη, quod hoc est, sine horrore aut frigore. Sū enim hæc regio calidissima, ut quæ magna sui parte inter Tropicos sita sit. Vide plura suprà in dictione AFRICA.

Aphrŏdīsias, ἀφροδισιάς, Insula est in mari Persico, ubi Persis a Carmania separatur: ita dicta, q. in ea Venus quàm religiosissimè colerentur: alio nomine ἀφρώ dicta. Insulæ hujus meminit Plin. libro 6. cap. 25. ¶ Est præterea Aphrodisias Ciliciæ oppidum, teste Stephano. ¶ Est item insula in Oceano Hispanico, non procul à Gadibus: de qua Plin. lib. 4. cap. 22.

Aphrŏdisium, ἀφροδίσιον, Oppidum fuit in Latio maritimū, quod posteà mutato nomine Antia dictum est. De hoc Plin. lib. 3. cap. 5. ¶ Apud Graecos hoc nomine significatur statua Veneris, atq; adeò res ipsa venerea. Vnde & ἀφροδισιάζειν dicunt, pro eo quod est rem veneream exercere.

Aphrodisium, ἀφρόδισιον, Cariæ promontorii est Pōponio, quod Aphrodisias Plinio appellatur. ¶ Est & Aphrodisium Ptolemæo urbs Africæ. ¶ Est præterea Aphrodisium Hispaniæ Tarraconensis promontorium, eodem autore.

Aphrŏdīsius, ἀφροδίσιος, Praefl Bituricensis, Persii discipulus, genere Aegyptius, qui diem suum obiit apud Bituriges, teste Volaterr.

Aphrŏdītē. [ἀφροδίτη. Ger. Die junckfr Venus.] Veneris cognomen est, dictum ἀπὸ τῆς ἀφρῆς: hoc est, à spuma. Venerē enim ex spuma maris ortam esse Poëtæ fabulantur.

Aphthides, pars Aegypti, Steph.

Aphthonius, ἀφθόνιος, Sophistę cujusdā nomen, qui in Rhetorica Hermogenis προγυμνάσματα hoc est, progymnasmata conscripsit, quæ etiam hodie extant.

Aphydna, Vide APHIDNA.

Aphyre, es, Ἄφυρις, vel Aphytis, ἄφυτις, Oppidū est Thraciæ non procul à Pallene, Apollinis oraculo insigne: ab Aphyo quodā indigena ita appellatum. Hujus incolæ dicuntur Aphytæi, ἀφυταῖοι. Stephano.

Apĭdănus, ἀπίδανος, Fluvius est Thessaliæ, cui Enipeus, Melas, & Phœnix miscentur, quos ipse secum in Peneon defert, ut habet Lucanus. li. 6. --it gurgite vasto Apidanus, nunquāq; celer, nisi mistus Enipeus.

Apiernates, populi, Plin. lib. 3. cap. 14.

Apīnæ, & Tricæ, Duo oppida Apuliæ fuerunt, quæ Diomedes evertit tanta ignominia, ut in proverbii loci dignum missent. Quotnes enim rem nullius pretii offendere volumus, Apinas & Tricas nominamus. Mart. li. 13: Sunt Apinæ, Tricæque & si quid vilius illis.

Apistia, civitas Italiæ.

Apis, [ἆπις. Ger. Ein Ochs oder Kůe den die Aegyptier für ein Gott verehrten.] Bovis nomē apud Aegyptios, quem pro deo colebant alio nomine Serapis dictus. Corpore erat niger, cādida fronte, in tergo alba nota insignis, duplicibus pilis in cauda, & lingua cā hara notatus, quem certos vitæ annos excedere non licebat. Hic in lacum demersum Aegypti, indicto jusiurando, vestes scissi, & lacertis omnibus defunctum plangebant: mortuo verò alio mirifice lætabantur. Responsa autem dare & utreliqua oracula solitus: sed si manu oblatum pabulum sumpsisset e cotulentibus, secundos eventus, atque omnia prospera decernebat: si verò abnuerit, omnia sinistra portendebat. Idem quum à Germanico Cæsare pabulum oblatum renuisset, funestum omen & inductum necem, quæ paulò post sequuta est, prænunciavit. Hæc Alexander ab Alexandro libro 6. cap. 2. & eadem ferè Marcellinus lib. 22.

Apis, Argivorū rex fuit, ex Jove & Niobe Phoronei filia progenitus, Isidem habuit uxorem. Hic quum Aegialeum fratrem regem præfecisset Achaiæ, in Aegyptū, suum imperium transtulit, & quum ibi multa, præcipuè vini usum hominesrudes docuisset, post mortē factus est Serapis, & Maximus Aegyptiorum deus, qui in forma Bovis adhuc viventis colebatur: quem post certos vitæ annos mersum in lacu de sacerdotē sonte cæcabant, alium cum luctu quærentes, quem substituerunt, inveterato jam, perratis tantisper etiam capitibus, donec alium reperissent. Est autem Apis lingua Aegyptiaca Bos. Macrobius Apim Solem interpretatur. lib. 1 Satur. Ovid. Et comes in pompa comitur Apis erat. Vide OSIRIS alibi, ubi plura ex Plutarcho, & aliis paulò alter tractantur. Vide Strab. lib. 17. & Plin. lib. 8. cap. 46.

Apollĭdēs, Nomen viri Troiani proprium.

Apricani, populi Plin. lib. 6. cap. 22. 26.

Apĭcĭus, ἀπίκιος, Omnium nepotum fuit princeps, cui parsimoniam est & principum cōgnomen, & Capitoli vestigal comessationibus devorasse, olliariæ etiam gulæ monimentum posteris reliquisse, consceptis de gulæ instrumentis aliquot libris. Hunc vixisse Tiberii seculo refert Seneca in lib. de Consolat. ad Albinam.

Apobarti, ἀποβάρτιοι, populi Aetoliæ, Steph.

A pœninis, Vide APENNINVS.

Apolecti, Videin APPELLATIVIS.

A'pollo, inis, ὁ Ἀπόλλων. Creditus fuit Deus: quem Graeci etiam ἀ ἀείβολος dicit. So me appellitat. Cuius Macrobius inquit, vocabula fere omnia poetica esse. Nam fuit tutor armenti, pecudes variegari, fagitandi peritiam habuit, artem medicinae perexcoluit, & citharam adinvenit. ¶ Unde Adagium: Quid tibi Apollo recinit? Haec est, quotidie respondet. Alludunt citharoedi ad Apollinis citharam, quem inde tribuunt poetae. Vtus est Aeschylus in Ajace Locrensi. Refertur à Xenophonte. Conveniebat, ubi quis a principe rediremem petebat: Quid respondere solet, ἀπόλλων ἐστὶν ἀπαγορεύων. ¶ Idem dictus Liber, quòd liberè vagetur per terram. ¶ Nomen etiam medicum est, patiturque dictas est ab eo, quòd Admeti regis pecorit armenta. Apollinis tripodem vas aureum fuisse constat tantum pedum, à Vulcano fabrefactum, ac pro munere Pelopi datum, quum uxorem duceret. Porphyrius ait eundem de Solem apud superos esse, Liberum patrem in terris: Apollinem apud inferos. Vnde etiam tria unigenita ejus simulachrum videmus: Lucem, quae nobis coelestes harmoniae imaginem monstrat: Soloecismum, quod terrenum numen ostendit: Sagittas, quibus inferorum deus indicatur & coercet. Vnde & Apollo dictus est. Lut quidam existimat, ἀπὸ τοῦ ἀπόλλυειν, quòd perdere significat, sive destruere, quòd nè pecora nimio aestu crederetur exstinguere. Vnde etiam spiculae assignavit eius dictae, quae tamen non dextera gestat, sed sinistra, quòd ad jaciendum promptior est, quàm ad nocendum. Vnde etiam non nulli [illegible] hoc est, ab abigendis malis. Apollinem Delphicum existimant. ¶ Apollines quatuor Cicero ponit, Primum, antiquum custodem Athenarum: alterum Corybantis filium, natum in Creta ex Ioue & Latona natum, qui ex Hyperboreis Delphos venerit: quamvis Eusebius antiquorum illum deficiat: quartum in Arcadia, quem Arcades, quòd eis leges dederit, Nomion vocant. Deinde ob nimiam severitatem regno pulsus, ad Admetem Thessaliae regem confugit, & juxta Amphrisum amnem ejus armenta pavit. Quare a poetis uberibus pro deo colitur, & ab Homero variis nominib. appellatur, ἑκηβόλος, ἀκέσιος, ab eius scilicet artibus & inventis.

Apollinis insula, in Libya est. Steph.

Apollinis civitas, Minor in Aegypto est, Libyam versus: major in Aegypto inter: alia Aethiopia juxta rubrum mare. Steph.

Apollo [Gemalt ein Gestalt des Menschen, welchen sie für einen Gott der Aertzney, der Weissagung und der Reimen hielten.] Iovis & Latonae filius, natus ex Delo eodem partu cum Diana, quae de ipsa Phoebe dicitur. Aculeus Pythone serpentem sagitta occidit deinde Cyclopes, ob fabricatum fulmen, quo filius eius Aesculapius fuit, ad inferos detrusus: unde aliquandiu divinitate privatus, Admeti Thessaliae regis armenta apud Amphrysum ejusdem regionis fluvium pavit. Fertur accepisse citharam à Mercurio, & pedes. Multa praeluisse. Amavit Cyrenem puellam, Daphnem, Penei fluminis filium, quae fugiens illius amorem, in laurum conversa est, arborem huic sacrum. Item Hyacinthum, haec tali forma parentum, quem mortuum in florem ejusdem nominis commutasse fertur. Branchum item Thessalum, cui in Sicilia templum sacrificari jussit. Vide Marsyam tibicinem, à quo lyce certus fuerat ut victa caesus, ita & excoriavit. Ilii moenia adjuvante Neptuno Laomedonti regi aedificavit. Medicinae usum primus invenisse, & propterea deificatum meruisse dicitur. Author est Carmonis & Musices: quapropter poetae praecipuum sibi nomen vindicant. In Rhodo statua Colossum habuit tantae magnitudinis, ut inter septem mundi miracula sit connumeratus. Triplex ejus potestas, ut Sol in coelo: liber pater in terris: Apollo apud inferos. Ejus simulachrum ita adpingebatur, lyra, clypeus & sagittae. Eidem ut Baccho pepercerat juventas adscribitur, propterea semper imberbis à Poetis fingitur. Multa habet nomina, quae à locis, in quibus potissimum colebatur, et sunt indita.

A'pollineus, a, um, adjectivum, [φοιβεῖος. Pol. Lycophr.] ut Apollinea ars, pro arte medica. Ovid. lib. 1. Trist. Nullus, Apollinei qui levet arte mali. Et ars Apollinea, pro arte vaticinandi. Ovidius in Ibin: Apollinea clarus in arte senex. Tiresiam intelligit.

A'pollinares Ludi, qui in honorem Apollinis fiebant de quorum institutione vide Livium. Meminit Cic. ad Att. Ludis Apollinaribus Diphilus tragoedus in nostrum Pompeium petulanter invectus est.

A'pollinares, Ludi quum in unum annum vovebantur, incertoq; die ferebantur, si annus P. Licinium Varum, praetorem urbis ferre ad populum jussit, ut in perpetuum in Idarum diem vovererur: hi ludi, quum Annibal esset in Italia, ex Marci, cui vaticinio primum institutos, cujus in locis haec inventa Livius recitat lib. 25. eademq; fere & Macrobius lib. Sat. 1. Helbes, Romani, ut expellerent vastatorem Apollini vovendos censeo ludos, qui quotannis comites Apollini fiant quum populus decrevit ex publico partem privati uti conferant pro se, suisq; ludis faciendis praetor praetoris, qui jus populo, plebiq; dabit summum, & viti Graeco ritu sacra faciant. Hoc invento carmine, cessarunt pestes Apollini ludos vovendos, faciendosq; voveri autem & fieri praetore urb. quòd is esset, qui jus populo, plebique summum daret: quum satis essent, duo decim missa aeris praetori aedem dimitti, & ejus hostias majores dandas: & ut ex vitulatorio Graeca tacerent, hisq; hostiis Apollini bove aurato, & capris duab. albis auratis: Latonae bove foemina aurata dandos praetor quibus hostiis esset, edixit, ut populus per eos ludos stipem Apollini, quantam commodum esset, conferret: populus eos coronatus spectavit: matronae supplicesvere, vulgoq; apertis januis in propatulo epulati sunt: celebrq; dies omnis ceremoniarum genere fuit. Anno proximo, referente Calpurnio praetore, decrevit Senatus, ut ludi in perpetuum vovererentur: nec potuit in perpetuo ita statum diem vovere. P. Varus, ut diximus, praetor urb. à senatu jussus, legem tulit, & ex lege ipse primus vovit, fecitq; ante diem 11. nonas Quint. eumq; diem solennè deinde servarunt. Livius tradidit: ego tamen M. Brutum, qui Caesarem interfecit, praetore urbano absentis nomine, neq; ante tantum, ut quae praetor urbanus absentis nomine, neq; ante tantum, ut quae 11. nonas Quint. sacros invenio, sed quin nonas Quintiles: circenses usq; ad 11. Idus duos fuisse: quod ex duob. locis epistolis ad Attic. lib. XVI. colligimus: ait; hoc ipsum de pluribus ludorum Apollinarium diebus, cōiectura tamen planè ut videtur, Livius lib. XXXVII. his verbis: Ludi Apollinares ad Vidas Quint. cōlo serene, interdiu obscurata lux est. Ex libro nostro de legibus Romanis.

A'polloδōrus, ὁ Ἀπολλόδωρος. Nomē plurimorū excellentis, & nomen oratoris Pergameni, Apollodori sexmemoratur. Primus Atheniensis Comicus. Secundus Cyzicus, cujus comoediae fuerunt Philadelphi, & Syrophus. Tertius Carthaginensis Tragicus. Quartus item Atheniensis grammaticus, Aristarchi discipulus. Quintus Pergamenus rhetor, praeceptor Caesaris, qui docuit Augustum. Sextus Alexandrinus Comicus, Menandri aemulus.

A'pollonia Ἀπολλωνία, Oppidum in ea parte Macedoniae, quae Adriatico mari adjacet, Corinthiorum colonia, optimis ejus insulae legibus. Vulgo Axis temporib. Valerii nominatur. De hac Strabo: Condidere Apolloniam Corinthii, Corcyraei, ab Acacte fluvio stadiis decem, à mari sexaginta. ¶ Fuit & Apolloniae inter insulas Thraciae, cis Illyrium annem locata. ¶ Fuit & Apollonia civitas in Creta, & alia in Syria. Vide Stephanum.

A'pollōniatae Ἀπολλωνιάται, populi Apolloniae. Valer. Max. lib. 2. Apolloniatae quidam pecuniarum egerunt.

A'pollonias, Ἀπολλωνιάς, Vrbs in Parnasso juxta Delphos, alias Cyparissus dicta, Stephanus. Vide in Cyparisso. Troezenium civem Peloponnesii olim Apollonios dicebatur. Stephanus.

A'pollōnius, Ἀπολλώνιος. Nomen phi. Ex Sophi Alexandrini, qui Rhodii vixit: unde & Rhodius appellatus est. Fuit etiam hoc nomine Ascalonensis Philosophus, dictus à Surronio clarissimus dicendi magister, sub quo (ut Plutarchus scribit) Cic. & Caesar condiscipuli fuere. Praeterhos fuit & Apollonius Tyaneus, Pythagoreus Philosophus & magus, cujus vitam scripsit Philostratus. Graecorum omnium mendacissimus. Ferunt quòd Sphaeram ageret, & forte in una tridine disputaret dum Sphaeram ageret, & forte in una tridine disputaret per eam horam, qua Domitianus interficiebatur, defixus & exanimis steterit, sitq; ut primum loqui potuit, exclamasse: Euge Stephane, pulchrè Stephane percussor fecerat rem: pulsatus, vulneratus, & interfectus.

Apolliopolitis praefectura. Plin. lib. 5. cap. 9 11. 12.

A'ponus, per ultima corripitur, Ἄπωνος. Fluvius seu fons calidis aquis, haud longè à Patavio, vel vicus ipse, in quo Balneae sunt. Lucan. lib. 7. Colles sedes, Aponus terris ubi fumifer exit, Atque Antenoreo dispergitur unda Timavo. Aponus autem dictus nō iam, quòd mansis mederetur, quam quòd sine dolore remedium afferat.

A'ppianus, ὁ Ἀππιανός, Alexandrinus nobilis historicus, qui Adriano imperatore temporibus claruit. Scripsit Romanorum historias libros XXII, quorum non tantum ad nos pervenere.

A'pplon, Ἄππιων, Nomē fuit grammatici Aegyptii, Ptolomaei Epithi, qui à labore magnitudine cognominatus est Mochthi. Hunc Tiberius Caesar per ludibrium Cymbalum mundi appellabat, quòd publicè tamen symphoniis potius videri posset appellabat, quòd publicè tamen symphoniis potius videri posset. Auctor Plin. in praefatione. Immortalitatē à se eorum scripsit, ad quos aliquid cōpanebat. De hac ebria Iosephus scribit, quòd esset valde & indoctus, tetricq; vitae: ipse tamen imperatoribus Romanis calumniator omnium, ser assi habens. Tu vide lectorem. Tu autem temporibus Dionysii Halicarnassei & Iosephi.

A'ppius Claudius. Qui postea Caecus cognominatus fuit, inter oratores numeratur à Cicerone in Bruto. Hic cum Caio Fabio Censor creatus, viam strauit lapide quadrato ab urbe, quae à Porta Capena ad Brundusium usq; ducitur. Aquam quoq; quae ab illo Appia dicta est, in urbem duxit. Idem postea cum ex factione Asiaticorum [illegible] Cottam

Curiam esse deferri jussit, gravissimaq; oratione dissuasit, ne cum Pyrrho, nisi prius Italia decessisset, pax iniretur.

Appia via, ἡ Ἀππία ὁδός. Via erat Romæ silice quadrato strata per portam Capenam. Capuam vel, ut alii volunt, Brundusium usq; ducens, ab Appio Claudio Cæco strata. Cic. pro Cælio: Appius Claudius Cæcus pacem Pyrrhi diremit, aquam adduxit, viam munivit.

Appiani pomi, μῆλα Ἀππιανά, ab Appia ex Claudia gente cognominatarum dotibus maximus est, ferè coloncorum, magnitudo non multò interior. Plin. lib. 15. cap. 14.

Appiate, Oppidum. Plin. lib. 6. cap. 28. 55.

Apriés, ἀπρίης, Psammis Ægypti regis filius, cui in regno successit. Hic, ut refert Herod. lib. 2. ab Ægyptiis, quia ire ad Amasim defecerant, strangulatus est, & sepultus in paternorum monumentis.

Aprus, ἄπρος, Vibs Thraciæ. Steph.

Apros, colonia. Plin. lib. 4. cap. 11. 36.

Aprutis, fluvius. Plin. lib. 3. cap. 14.

Aprustini, popul. Plin. lib. 3. cap. 12. 15.

Aprutium, Italiæ regio inter Apuliam & Picenum. Hæc etiã Samnium dicebatur, ubi multi populi erant in ea civitates, Aquila, Adria, Sulmo, Ortona, Aprutium, Aquinũ, & multæ aliæ.

Apsarus locus in Euxino, ab ursis ita dictus.

Apsilæ, ἀψίλαι, Gens Scythica, Laxis vicina. Steph.

Apsorus, Vibs Ponti Cappadociæ. Ptol.

Apsorus, ἄψορος, Insula in mari Adriatico, adjacens Liburniæ, in qua civitas eodem nomine, ut Ptolemæus scribit.

Apsus, ἄψος, Fluvius est in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico incumbit non procul a Dyrrachio: de qua Strab. lib. 7. Lucan. lib. 5. Tellus quam volucer Genusus, quam mollior Apsus Circumeuntem pin-

Apsynthis, ἄψυνθις, civitas Thraciæ, & regio Apsynthis dicitur.

Aptera, ἄπτερος, neutri generis, Vibs in Lycia & altera in Creta a Sirenibus vocatur, quod victæ ibi canore a Musis, præ mœrore, exuta pennis in mare desiliisse dicuntur. Auctor Steph.

Apuani, Vulgò Genuesi, Ligures sunt, teste Livio, lib. 32. Sempronius (inquit) e Pisis in Apuanos Ligures vastando, aperuit latus, &c.

Apulia. [Puglia. Germ. Ein Landschafft Italiæ, wird gemeinlich Puglia genennet.] Italiæ regio, mari Adriatico conterminus, inter Daunium & Calabriam, quæ & Iapygia ab Iapyge Dædali filio, qui eam regionem tenuit, dicta est. Ἀπουλία. Corripit autem hoc nomen primam syllabam, & unico p scribendum est, assumit tamen interdum alteram p, ut eandem producat. Secundam autem syllabam semper producit Catullus. Apulus semper primam producit, & corripit mediam Horat. 3. Carm. Nutricis extra limen Apuliæ. Juven. Venditat agros fœdi majores Appulia venditor ubi & primus producitur. ¶ Hinc Apulus, a, um, sive Appulus, adject. Lucan. lib. 5. Appulus Adriacas exit Garganus in undas.

A ante Q.

Aquæburgum, Vibs Bavariæ, vulgò Wasserburg.

Aquæ Augustæ, ὕδατα σεβαστά, Vibs in Gallia Aquitanica, Ptolemæo, Dans. Vulgò Bayonne vocant.

Aquæ Calidæ, ὕδατα θερμά, Vibs Britanniæ insulæ, Ptol.

Aquæ Mortuæ. Hodie vocatur oppidum Narbonẽsis provinciæ, ad alterum ex Rhodani ostiis fluvium, Ptolemæo Massanas fossas appellat, a propinqua fossa, quam Marius ex Rhodano duxit in vicinum lacum, ut ait (inquit Strabo) abundantem. De hac fossa vide Plin. lib. 3. cap. 4. & Melam, lib. 2. & Strab. lib. 4. Vulgò Aigues mortes.

Aquæ Sextiæ, ὕδατα Σέξια. Ptolemæo, Vibs Galliæ Narbonensis, juxta quã sunt aquæ calidæ, quæ ægros curare solebant, appellatæ a Sextio quodam Romanorũ duce, qui perdomitis Salyis oppidum hoc extruxit. Auctor est Strabo lib. 4.

Aquila, Vibs nomen olim Sabinis, ex ruinis Furconis antiquissimi oppidi a Longobardis ad Sangrum. Volaterr.

Aquileia, ἀκυληία, Vulgò Aquileis, Carniæ metropolis, juxta quam defluit Timavus a legendis aquis dicta. Martialis: Extra Jadero facis Aquileia Timavo. Plinius Aquileiam collocat in decima regione Italiæ. Fuit autem Romanorũ colonia duodecies mille passibus a mari sita. Ad eam fluminis adverso cursu navigatur navibus per Natissam fluvium. Ex hac orti sunt Chromatius, ad quem Hieronymus sæpè scripsit & Rufinus Græcè latinaeq; eruditus, qui Josephum convertit in Latinum, cujus archetypũ est Mediolani in Sancti Ambrosii fano, Longobardis characteribus cartulissimis.

Aquilissus, ἀκυλισσός, Cognomen Junt conditoris, factum a colore subnigro.

Aquilo pen. com. Ventus Septentrionalis, frigidus & siccus: is dictus a velocissimo volatu instar Aquilæ. [Nordwind. Gall. Le vent de bise, le vent de septentrion. Ital. Aquilone, Settrione. Germ. Nortwind / der Norst / der Schindtenhengst von Mitnacht. Hisp. Regnero, viento entre Norte y Tramontana. Pol. Wiatr północny. Vng. Északszél. Ang. The northwind.] De hoc lepide Ovid. lib. 6. Metam.

Aptæ mihi vis est, qua tristia nubila pello,
Lætera concutio, nodoso cogor aperta verto,
Induroq; nives, & terras gramine pasco.
Idem ego cum tetros cœlo fum nubibus apero,
(Nam mihi campus is est) tunc me lorice tuentor,
Vt mediam nostris concussibus intonet æther.
Exhantq; cavis clamabria signa.
Idem ego quum tubili convexa foramina terræ,
Supposuq; ferox imis me tergo cavernis,
Sollicito manes, rotumq; memorius orbem.

Flat autem hic ventus, teste Plin. lib. 2. ca. 47. inter Septentrionem & orientem solstitialem, è regione Cauri.

Aquilonaris, ἀκυλωνάριος, ἀκυλώνιος. Ang. Towards the northwind.] Cic. de Nat. deor. Sed erit regio, quæ non est Aquilonaris, sed Australis.

Aquilonia, æ, ut silica Aquilonia, in quibus Hæc Aquilo. Plin. lib. 37. cap. 12. Omnes verò habẽt vehementiorem effectu, varietatẽq; lucis in frigida loca, ut in Aquilonia.

Aquinum, ἀκουῖνον Ptolemæo, Vulgò Aquino. Oppidum est Latii, (ut ait alicubi placet) Campaniæ. Cic. 2. Phil. Quum Romã profectus ad Aquinum accederet, obviam prodierunt, ut fanè multitudo.

Aquisgranum, Germaniæ nobilissima civitas, prius Vegetra dicta, Caroli Magni sepulchro nobilitata. [Vulgò Aquisgrano. Ger. Aach.]

Aquitania. [Aquitania. Vulgò Guienne vel Guiesingen. Ger. Barsimanien ist ein Landschafft zu Frandreich.] Regio & tertia Galliæ pars, ab obliquis aquis Liparis. Hæc à Cæsare Oceano habet, qui Aquitanicus sinus dicitur: à Meridie Hispaniam: a Septentrione Lugdunensem provinciam: ab ortu Narbonensem. In ea Tholosa, & Burdigala civitates. ¶ Hinc Aquitanus, na, num: unde Aquitanorum populi, ἀκουϊτανοί.

Aquites, pen. com. Sacerdotis nomen apud Phasidẽ. Valer. Flac. libro 6. — magnique sacerdos Phasidis ardebat Aquites errabat in agris.

Aquula, Ptolemæo Oppidum Retuariorum inde Aquilenses, quos Aquenses vocat Plin. lib. 3. cap. 5.

A ante R.

Ara, civitas Arabiæ regia, mercatum & insula Arabiæ adjacens, ut habet Ptolemæus. Habet autem hoc nomẽ prioris syllabæ productum.

Arabia, ἀραβία. Ger. Ein Landschafft gegen Mittag gelegen. Regio inter Indiam & Ægyptũ, ab Arabo Apollinis ex Babylone filio. Solinus Arabiã interpretatur, sacram. ¶ Est autem triplex Arabia, secũdum Plin. li. 2. Una fœlix, ἀραβία εὐδαίμων, ἀραβία μεσημβρινή, altera Petræa, πετραία, tertia deserta ἀραβία, de quibus plura in dictione sequenti. In Arabia est mons Sina, qui & Oreb, in quo Moses legem accepit. In eadẽ & Phœnix avis nascitur & Sardonyx gẽma. ¶ Arabia Petræa, ἀραβία πετραία. Sic dicta à Petra vetustissimo oppido pars ista Arabiæ, quæ est Ægypto, ut dixi, contigua. Autor Ptolemæus. Strabone ac Plinio alio nomine Nabathæa dicitur. ¶ Post Petræam sequitur alia Arabiæ pars, Arabia deserta Ptolemæo vocata. Strabone autem Scenitis, διὰ τὰς σκηνάς, quòd gẽs vaga & sine ædificiis in tentoriis habitet. Hæc à Meridie morabus Arabiæ Fœlicis cincta est a Septentrione Mesopotamiam habet: ab Occidente Petræam. ¶ Cavum Arabum terere, τὸν σκάφον τὸν Ἀράβιον πλεῖν. Pro frustra fodere, aut in re perdifficili, nec admodũ frugifera operam sumere. Lucian. in Apologia. ¶ Arabia Fœlix Meridiẽ versus, inter duos sinus Arabicum, & Persicum, velut peninsula excurrit. Hanc alibus scatere quæ, ut Strabo scribit, hic quotannis, ut Indiã, ferunt ab fœcunditatem. Vide Plin. lib. 6. cap. 28.

Arabius, ἄραβος, Gentile nomen est, quo is significatur, qui ex Arabia oriundus erat. Virg. 8. Æneid. — omnis eo terrore Ægyptus, & Indi Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.

Arabicus & Arabius, ἀραβικός, adjectiva, ut Arabicus odor. Plaut. Mercat. Virg. lib. 7. Hinc arabice, Arabicè loquitur. Propert. Nec tibi qui Arabo veniet bombyce puellæ. Vis metui, cultu legendum est Arabio. ¶ Arabius tibicen, Ἀράβιος αὐλητής dicitur, Arabius nummus, Ἀράβιος ἀργύριος. Ineos hoc solitum, qui à fœnebri cœpto nunquam desistunt. Adagio hinc natum existimant, quòd olim sola mercatura a multis exerceretur, quæ plerunq; ex Arabia petebatur. Citatur ex Menandro: limẽq; memoriæ Lib. Pulvis.

Arabicè, adverbium. Arabicè olere est, benè olere, & odorib. Arabicis, ἀραβικοῖς ὀζειν.

Arabus, ἄραβος, Apollinis fuit filius ex Babylone, ut inquit Plin. lib. 7. ca. 56. quem medici quidam volunt extitisse repertorẽ. ¶ Bitumen & Arabus lapis, teste Plin. li. 36. c. 21. churnei cadoris, qui in pulverẽ redactus, aptissimus est dealbationi.

Arachnē, ἀράχνη, nomen puellæ Lydiæ, quæ quum de lanificio causa fuisset cum Pallade certare, victrice dea percussa tædio in aranеam est commutata. Verum hoc à poetis fictū est. Cūlitat enim, autore Plinio, Arachnem lina & retia invenisse. Cloſterem autem filium ejus fusos in lanificio. Suidas scribit ἀράχνιον filium esse & lorum tenuissimum: ἀράχνιον, fœminini generis, telam seu texturā: masculino genere, ἀράχνιος, pusillū animal: ita dictum, quòd rara mollisq; habeat vestigia.

Arachosii, ἀραχώσιοι, Regio est Scythiæ Asiaticæ Drangianis, & Gedrosiis finitima: cujus præcipuæ civitates sunt Alexandria, & Arachotus, ἀράχωτος, quæ regioni nomen dedit. Vide Strab. lib. 11. & Ptolem. lib. 6 cap. 20.

Arachoti, ἀραχῶτοι. Indiæ civitas, ab Arachoto fluvio sic dicta.

Arachthus, ἄραχθος, Fluvius est Epiri, non procul à Nicopoli, in sinum Ambracium influens. Meminit hujus fluvii Plin. lib. 4. cap. 1. & Ptolemæus lib. 3. cap. 14.

Arachynthus, ἀράκυνθος, Mons est Acarnaniæ, teste Plin. lib. 4. cap. 2. ejusd. & alter in Attica mons ejusdem nominis: de quo Virg. 2. Eclog. Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. Sunt tamen qui putent ibi Virgilium personæ pastoritiæ rationem habuisse: ideoq; in Attica montem collocasse, quæ vera est in Acarnania: cujus generis plerac; etiam apud Theocritum animadvertimus. Stephanus præterea Aracynthū in Bœotia collocat: à quo Minervam Aracynthiam dictam scribit.

Aradusa, ἀράδουσα. Vrbs Lusitaniæ, quæ vulgò ab Hispanis Arzua dicitur. De hac Ptolem. lib. 2. cap. 5.

Aradus, ἄραδος, Insula est, sive potius urbs in petra sita, habēs in ambitu tepidem circiter stadia, distans à Phœnice, cui adiacet, viginti stadiis. Est, ut tradit Strabo lib. 16, una ex Phœniciæ urbibus, quæ Tripolim efficiunt: reliquæ duæ sunt Tyrus ac Sidon. Hujus etiam meminit Plin. lib. 5 cap. 31: In Phœnice, inquit, mari est ante lappen Paria, tota oppidum, in qua objectam Andromedam bestiæ ferunt, jam dicta Arados interquam & continentem quinquaginta cubita alto manjur autore est Mutiano; è fonte dulcis aqua tubo corio facto usq; à vado trahitur. E regione ejus insulæ, ad Meridiem, urbs est huic opposita, quæ olim Antarados: hodie Terso vocatur.

Ara Flaviæ, Vrbs Germaniæ, non procul à Danubio fluvio, quam Germani sua lingua Dissenlingen vocant: alii putant Hepdenheim.

Aræ, ἀραί, Tres insulæ Ioniæ, sic dictæ propter execrationes, quibus Dorienses devoverunt Pentapolitas. Steph.

Araethyrea, ἀραιθυρέα, Regiuncula est Achaiæ propriè dicta, postea Adophis dicta, urbem habens ejusdem nominis, quam Homerus in Catalogo ab amœnitate commendat, ἀραιθυρέα, ἐρατεινὴν, cum appellans. De hac Plin. libro 4. capite 5. & Strabo libro 8.

Araxus, ἄραξος, Fluvius Massagetarum agrum irrigans, cujus meminit Strabo lib. 11.

Aram. Syria est, quæ à Semi filio hoc nomen accepit. Cujus Iosephus lib. 1. Iud. antiq. in hunc modum meminit: Aram verò Armenos instituit, quos Græci Syros appellant. Strabo lib. 13. Artemorum recordatur his verbis: Quidam Syros pro Armis accipiunt, quos nunc Armenios vocant.

Arameni, Teste Plin. lib. 6. cap. 17. ab antiquis dicti sunt Scythæ alio nomine Sacæ à Persis appellati.

Arantia, ἀράντια, Vrbs, Philus postea dicta, Steph. Qui etiam in Aretyrea de eadem scribit.

Araphea, ἀράφεια, Insula Cariæ, Steph.

Araphen, ἀράφην, pars tribus Ægeidis. Steph.

Ararīs, penult. corr. & per apocopen Arar, ἄραρ, Fluvius Galliæ Lugdunensis, à monte Vogeso per fines Heduorum & Sequanorum in Rhodanum fluens. Lucan. libro 1. Rhodanumq; fluentem Præcipitavit Arar. Hodie Saona dicitur. ¶ Alius est ab eo qui per Helvetios lapsus, hodie Aroia, vulgò Aar, dicitur.

Araxis, is, ἄραξις, Fluvius Scythiæ Europæ, in Istrū influens, cujus meminit Herod. lib. 4.

Arath, ἄραθ. Regio Armeniæ campestris, per quam Araxes fluit, incredibilis ubertatis ad radices Tauri montis, qui usq; illuc extenditur.

Arātor, Poëta Christianus, Romanus Subdiaconus fuit, qui Apostolorum acta, hexametro versu conscripsit, ut notat Volaterranus.

Aratores, populi sunt Scythiæ in ea parte Asmi montis habitantes, ubi Polydori tumulus ostenditur, ut ait Solinus.

Aratus, ἄρατος, Poëta Cilix, Astronomiæ peritissimus, cujus Phænomena extant Græcè, & Latinè à Cicerone adhuc adolescente versa. ¶ Fuit & alter Aratus dux Sicyonius, vir optimus, qui patriam suam à tyrannide liberavit: de quo Cicero 3. Offic.

Araurius, ἀραύριος Ptolemæo, vel (ut Strabonі placet) Rauranis. Fluvius est Galliæ Narbonensis, non procul à Massilia.

Arausio, Civitas est Galliæ Narbonensis, prope Avenionem, principatu nobilissimo insignis: vulgò Aurenge. Hujus oppidi mentionem Plin. libro 3. cap. 4. & Strabo lib. 4.

Arāxi, ἀράξαι, Vrbs Lyciæ. Steph.

Araxæ, vel Araxi, populi Hyrcaniæ. Steph.

Araxes, ἄραξης. Ger. Eus finis Armeniæ.] Fluvius est Armeniæ eodem in monte, ex quo Euphrates nascitur, ortum habens, Armeniamq; ab Atropatia dividens. De hoc scribit Pomp. lib. 3: Araxes Tauri latere demissus, quo ad campos Armeniæ lecat, labitur placidus, neq; in ullam partem rat, quanquam intueatis, manifestum. Quum in asperiora devenit, hinc atq; illinc ripubus premitur: & quanto angustior, tanto magis pernix. Frangit se subinde ad apposita cautium: atque ubi d ingenti cum murmure, sonanq; devolvitur, adeò citus, ut quà ex præcipiti ejsurus est, in subjectam nō declinet flatim undam, sed uterà quàm canalem habet, eve hat plus jugeris spatio, sublimis, & aquis pendētibus semeriptum sine alveo ferens. Deinde ubi incurvo, arcuato q; asme delecndit, fit tranquillus, iterum per campos tacitus & vix fluens, in litus elabitur. Hæc ille. Meminit hujus fluvii & Plin. lib. 6. cap. 9.

Araxum, Plinio, ἄραξος Ptolemæo, Promontorium in occidua parte Peloponnesi, non procul à Patris. Vide Plin. libr. 4. cap. 4. & Pto. lib. 3. cap. 6.

Arazus, ἄραζος, urbs juxta Pontum, ab Arazo duce. Steph.

Arbi, ἄρβις, Plin. lib. 3. cap. 21: Insula est ante Illyricum. Ptolemæus verò lib. 2 cap. ult. Arbam civitatem esse tradit Scardonæ, quæ est insula Illyrico adjacens.

Arbace, civitas Celtiberiæ, Steph. ἀρβάκη.

Arbaniutti, ἀρβάνιοι, civitas juxta Pontum, Steph.

Arbaxani, ἀρβάξανοι, Populi Hyrcaniæ, Steph.

Arbela, ἀρβήλη, Vrbs Siciliæ, Steph. ¶ Arbela, pen. prod. ἄρβηλα, civitas Persica ab Arbelo Achæmenis filio dicta, Steph.

Arbea, civitas Iudææ dicta quia ibi tres Patriarchæ sepulti fuēre, & quartus Adam.

Arbis, ἄρβις, ἄρβιος Stephano, Populi sunt Indiæ finitimi, nō procul ab Ariana, & Gedrosiorum dicti ab Arbi vicino fluvio. Recensentur à Plin. lib. 6. cap. 23.

Arbis, ἄρβις. Fluvius est in finibus Germaniæ, non procul ab Ariana & Gedrosiorū quo vicini populi Arbi, ἄρβιοι, dicuntur. Vide Plin. lib. 7 cap. 2.

Arbius, ἄρβιος, Mons Cretæ, & mōtis incola similiter, Steph.

Arbucale, ἀρβούκαλα, civitas maxima inter Iberum, quam Annibal ægrè obtinuit.

Arbon, ἄρβων civitas Illyriæ, Steph.

Arborfelix, Vrbs in Helvetia. [Vulgò Arbon.]

Arbuscula, meretrix floruit cum Origine & Cythoride meretricibus.

Arca, Vrbs Cœlesyriæ antiquum adhuc retinens nomen inter Barbaros, teste Iosepho 5. antiquit.

Arbor, Piscis nomen, Vide in APPELLATIVIS.

Arcadia, ἀρκαδία, Peloponnesi regio interna, à mari undiq; remota: ab Arcade Iovis filio ex Callisto Lycaonis Arcadiæ regis filia, sic appellata. Hæc, ut Eustathius docet, aliquando dicta est Pelasgia à Pelasgo rege magno, sapiente viro, qui vitæ cultioris autor eius fuit, & victum ex ferinis herbarem, arborumq; frondibus mansitabit ad glandem, maximeq; ad fagineam. Aliquando etiam Lycaonia, aliquando Gigantia & aliquando Parrhasia dicta est, teste Stephano. Arcas autem qui Pelasgos in deditionem redegisset, eorum regionem Arcadiā nominavit. Scribit Plinius hanc universam, velati pensante cœlorum incultus natura in montes 76 attolli. Habet hæc regio asinos procerissimos, qui ob corporis magnitudinem in proverbium abierunt. Habet & lapidem asbestion hoc est, inextinguibilem. Oppida ejus præcipua sunt, Mantinea, Tegea, & Stymphalus. Montes Pholoë, Cyllene, Lycæus, Menalus, & Nonacris. Fluvii Ladon, & Erymanthus. ¶ Arcadiam me prisulas, Ἀρκαδίαν μ' ἀρχαῖοι. Diogenianus Proverbii duplicem ostendit ulam: convenit enim vel in magna vel inutilia petentem. Herodotus libro primo, innuere videtur natum ex Oraculo.

Arcādicus, ca, cum, ἀρκαδικός, Quod est ex Arcadia: ut Arcadici mores, Arcadicum pecus, Arcadicum germen, Ἀρκαδικὸν βλάστημα. De grandibus & ignavis dicit solitu. Arcades enim olim malè audierunt ob stuporem ingenii.

Arcas, cadis, ἄρκας. Nomē Iovis filii ex Callisto, à quo Arcades originem ducunt. ¶ Est & gentile ab Arcadia. Ovidius 5. Fastor. Arcadis Evandri nomen tibi sæpè referetur. ¶ Arcades nominātes, Ἀρκάδες ὀνομάζοντες. Zeno dotus indicat dictum in eos qui alios, non sibi laborant. Plato Pisandro scribit illum Arcadas imitari, quòd comœdias à se conscriptas aliis edēdas tradaret ob inopiā. Adagium hinc ductum, quòd Arcades olim inter Græcos bellicosissimi, suis auspiciis, suoque titulo nunquam hostem ullum superarunt: verum aliis suppetias ferentes persæpè. Vnde illud illis fatale videbatur, alios vincere, non sibi.

Arcādius,

Arcădĭus, a, um: ut, Arcadius deus, pro Pane, apud Propertiũ. Arcadium ſydus, Vrſa, vel Arctos, Seneca in Oepido.

Arcădĭus, Ἀρκάδιος, Theodoſii filius, Romanorum imperator fuit cum Honorio fratre, quo tempore Gothi Romam ceperunt. ¶ Fuit præterea hoc nomine Grammaticus Antiochenus, qui librum de Orthographia, & alterum de Syntaxi conſcripſit. Suidas.

Arce, ἄρκη, civitas Phœnitiæ, quæ nunc Arce, Ἄρκαι vocatur. Stephan.

Arcĕſilas, Sive (ut apud Laërtium legitur) Arceſilaus, Ἀρκεσίλαος, Philoſophus fuit, ex Pitane Aeolica civitate ortus, qui relicto natali ſolo, Sardeis ſe primùm: deinde & Athenas contulit, ubi in ſchola Crantorem: deinde & Polemonem audivit. Poſt hæc eximius & ipſe philoſophus effectus, mediã primus Academiam invexit. Fuiſſe autem traditur miro ingenii acumine, ſed nimia in diſputando pertinacitate. Fuit enim aſſertor ἀκαταληψίας: unde & ignorantiæ magiſter à Lactantio appellatur. Hic eſt ille, quem Cic. lib. 5. de Finib. ait evertiſſe omnem philoſophiam, quemadmodum Gracchi everterũt Rempublicam. Induxit enim philoſophiam quoddã genus ἀνυποστάτου: hoc eſt, quod ſubſiſtere nõ poteſt, alterius nihil omninõ ſciri poſſe: quod certè abſq; repugnantia intelligi nõ poteſt. Si enim ſciamus nihil ſciri poſſe, falſum eſt nobis ſciri poſſe, quam jam aliquid ſciamus.

Arcĕſĭlŭs, pen. prod. Vnus è quinq; ducibus Bœotorum, qui ad Trojam cum quinquaginta navibus adverterunt. Homer. lib. Iliad. 2.

Arcĕſĭus, Ἀρκεσίος, Jovis fuit filius, pater Laërtis, ut teſtatur Ulyſſes apud Ovid. 13. Metamor. Nam mihi Laërtes pater eſt, Arceſius illi, Jupiter huic, &c. ſcilicet Arceſio.

Arcente, Vrſæ nomen, Vide in DORSO.

Arcelitæ, civitas in Amorgo una ex Cycladibus. Stephan. in Amorgo.

Archadius, Grammaticus, lege ARCADIVS.

Archagathos, Ἀρχάγαθος, Medicus in Peloponneſo, Lyſaniæ filius, qui primus è medicis Romã venit, L. Aemilio, & M. Livio Coſſ. anno urbis DXXV. cui à jure Quiritium datum eſt, & taberna in compito Acilio. Hic primò Vulnerarius cognominatus eſt: mox eq; gratus adventus ejus initio fuit: mox à ſevitia ſecãi, urendiq; Carnifex appellatus. Hæc Plin. lib. 29. cap. 1.

Archandēr, Ἀρχάνδηρος, Phibii Achæi filius, & Danaës genere: de quo Herod. lib. 2.

Archandrupŏlis, Ἀρχανδρόπολις, civitas Aegypti, Stephanus Herodot.

Archedĭcus, Ἀρχέδικος, Poëta comicus, ſcripſit contra Democharem Demoſthenis propinquũ. Fabulæ ipſius, Theſaurus & Diamartanon. Autor Athenæus in Dipnoſophiſtis.

Archelaus, Ἀρχέλαος, Philoſophus Athenienſis, ſeu Mileſius qui patrem habuit Apollodorum, & fuit auditor, ſucceſſorq; Anaxagoræ, à quo Socrates Philoſophiã audivit. Hic Phyſicam philoſophiam ex Ionia Athenas invexit: unde; Phyſicus appellatus, quòd in eo defecerit philoſophia naturalis, Socrate Ethicen introducente. Qũquam nec hic quidem Ethice rudis fuit, qui de legibus, de honeſto, & de quo philoſophatus eſt. ¶ Fuit & alter Archelaus, Antenoris Trojani filius, quem Homerus ſcribit rei militaris peritiſſimum fuiſſe. ¶ Alius fuit Geographus, qui terrarum omnem ab Alexandro peragratam deſcripſit. ¶ Alius de rerum naturis carmine ſcripſit. Alius Oratoriam docuit. Autor Diogenes Laërtius.

Archĕmŏlus, Vide ARCHEMOLVS.

Archĕmōrus, Ἀρχέμορος, Lycurgi Thracũ regis filius, & Hypſipyles Thoantis filiæ alumnus: quæ quum liciniis, qui ad Thebarum expeditionem proficiſcebantur, Langiam fontem oſtenderet, Archemorum puerum ſuper viridi herba depoſuit, qui à ſerpente vulneratus periit. Vnde fons ille Archemoros vocitatus eſt, & annuus agon in pueri illius memoriã celebrari cœptus, quem Nemeos judos appellarũt. Vide Statii lib. 6. Theb. ¶ Alius fuit Archemorus, Amphionis ex Niobe filius, quem Ovidius Antegonam nominat.

Archeptolemus, Ἀρχεπτόλεμος, Filius Iphyti, antiqua Hectoris, Enipeo interfecto à Diomede ſuffectus.

Archĭas, Ἀρχίας, Poëta Antiochenus, Romæ fuit in amicitia multorum clarorum Oratorum, præſertim Luculforum: & à nonnullis Græcis populis honoratus, & eorum civitatibus donatus. Ciceroni in primis familiaris. Hic cùm diſcederet è Sicilia, cum L. Lucullo Heracleam venit, & adſcribi in eãdem volvit: quod & tua virtute, & Luculli amicitia facilè impetravit. Poſtea verò mota ei de civitate controverſia, quam eo nomine in judicium vocatus eſſet, defenſus eſt à Cicerone, brevi quidem: ſed tamen ornatiſſima illa oratione, quæ etiam nunc extat, in qua multa de poëticæ, atq; ipſius Archiæ laudibus obiter admiſcentur. ¶ Fuit item Archias, qui condidit Syracuſas, ut ſcribit Volaterranus. ¶ Rurſus alius Hyalæus quidam Præco celeberrimus, qui ter vicit Olympia & Pythia: ubi icon ipſius & epigramma Græcum. Pollux. ¶ Alius item fuit Micyſenæus, medicus.

Archibius, Ἀρχίβιος, Alexandrinus grammaticus, qui docuit Romæ ſub Trojano principe. ¶ Fuit etiam alter ejuſdem nominis Grammaticus, qui Commentarios conſcripſit in Callimachi Epigrammata. Vitiuſq; meminit Suidas.

Archĭdămus, pen. corr. Ἀρχίδαμος, princeps Lacedemoniorum, vir bello clarus, Teledis filius, Methonem ad Atheniẽſes defectũ recepit: in bello contra Pylum primus è navi proſilivit, nec vulneratus eſt, nec ſcutum amiſit. Demũq; adverſus Amphipolim ſtrenuè decertavit. Inſimulatus poſtremò, quòd Agnonis Thraciæ regis amicitiæ ſtuderet, damnatus eſt, ut teſtibit Suidas. ¶ Archidamicum bellum, Ἀρχιδάμειος πόλεμος, de bello ſævo, crudeliq; dicebatur.

Archigallus, Julius Firmicus Mathef. li. 3. Archigallos facit, & qui vitia propriis ſibi imputant manibus. Alibi abſciſſi archigalli.

Archigĕnēs, pen. corr. Ἀρχιγένης, Medicus fuit ex Apamia Syriæ civitate, Agathini diſcipulus, qui rem medicam Romæ exercuit Trajani temporibus. Hæc Suidas. In hũc Archigenem, tanquam in hominem imperitum, ſæpiſſimè invehitur Galenus. Meminit ejuſdem & Juven. Satyr. 7. tunc corpore ſano Advocat Archigenem.

Archilŏchus, pen. corr. Ἀρχίλοχος, Nomẽ poëtæ Lacedæmonii. Hic fuit inventor carminis Iãbici, quod ab eo Archilochiũ vocatur: quo Lycãben quendam, ꝓ filiam ſibi pactã alteri locaſſet, ad ſuſpendium creditur adegiſſe. Horat. in Arte poët. Archilochũ proprio rabies armavit Iambo. ¶ Archilochia edita Ciceroni ſunt cõmentioſa & virulẽta, ad Atticũ, li. 2. Itaq; Archilochia in illum edicta Bibuli populo ita ſunt jucũda, ut eum locũ in quo proponuntur, præ multitudine eorum qui legunt, trãire nequeamus: ipſi ita acerba, ut tabeſcat dolore. Sic ad finem epiſtol præcedentis. ¶ Archilochi patriam, Ἀρχιλόχου πατρίδα, Diogenianus teſtatur dici ſolere de mordacib. ac malediis. Archilochi poëtæ mordacitas vulgò celebratiſſima fuit. ¶ Alius fuit Archilochus Nicotoris filius, qui patrem in expeditione Trojana ſecutus, à Memnone interfectus eſt. ¶ Alius fuit Siculus qui Africam urbem condidit.

Archĭmēdes, [Ἀρχιμήδης. Ger. Ein fürtreffenlicher Mathematicus oder Geometricus in Syracuſa in Sicilien.] Nomen proprium viri Syracuſii, qui Geometricis, ac machinalis, ſydera libq; ſcientiæ ſolertiſſimus fuit, & celeberrimus, teſtimonio Livii, Plinii, & Plutarchi. Vnde quum rem mira arte factam, atque ita ſummo ſtudio elaboratam, perfectamq; ſignificare volumus, proverbii ſpecie nobis vulgare eſt dicere: Archimedes non poſſet melius deſcribere. Vius eſt Cic. in Orat. pro A. Cluentio: Hic velut deus terrenus mechanico artificio ſphæram vitream fecit, in qua mira arte ſimiles motus circulorum viſebantur. De quã ſic ſcribit Claudianus: Jura poli, regnumq; deorum Ecce Syracuſius tranſtulit arte ſenex. Percuſſit proprium mœſtus ſignifer annum, Et ſimulata novo Cynthia menſe redit. Marcellus in expugnatione Syracuſarum interdixit, ne Archimedes unus violaretur: verùm quum Syracuſæ caperentur, & ipſe animo ac oculis in terra deſcriptas formas geometricas deſcriberet, à milite ignaro quis eſſet, interfectus eſt.

Archippŭs, Ἄρχιππος, Nomẽ philoſophi qui Thebis ſcholas habuit (ut ſcribit Hieronymus) & Pythagoræ auditor fuit.

Archўtas, pen. cor. Ἀρχύτας, Heſtiæi, ſive (ut alii malunt) Mneſarchi filius, Philoſophus fuit Pythagoricus, Patria Tarẽtinus, qui Platonẽ adverſus Dionyſii inſidias præſtitit incolumem. Hic in Mathematicis majorem humano captu progreſſum ſe eſſe traditur, adeo ut & cubum primus invenerit, & columbã ligneam tam affabre effinxerit, libraverit, & inflaverit, ut vivæ volatum imitaretur. Primus etiam plagen: hoc eſt, crepitaculum puerorum trahi invenit, quo pueros nũquam interquieſcentes, & à pernicioſis ludis advocaret. Hinc factus eſt locus proverbio: Archytæ crepitaculum, Ἀρχύτου πλαγή: quo garrulos, delicatos, & puerilia tractantes, ad Archytæ plagen dicimus recidiſſe.

Arcĭlis, Ἀρκίλις, Oppidum eſt Hiſpaniæ in tractu Bætico. Ptolemæus.

Arcĭnnā, Ἄρκιννα, Oppidum eſt Daciæ. Ptolemæo.

Arcironēſſa, Ἀρκιρώνησσα, Civitas in Ponto Heracleæ ſubdita. Stephan.

Arctānes, Ἄρκτανες, Gens Epirotica. Steph.

Arctax, Mons eſt Propontidis apud Strabonem.

Arctŏmmēsus, pen. pro. Ἀρκτόμμησος, Oppidum eſt, Mileſiorũ, ad Propontidem ſitum, quod alio nomine Cyzicum appellatur. Plin. lib. 5. cap. ult.

Arctŏn, Ἄρκτος, Mons, qui imminet Cyzico: ita dictus à Jovis nutricibus, quas illic in Ἄρκτους: id eſt, in urſas migraſſe tradũt.

Arctophylax, Arctos, Arctous, & reliqua ſiderum nomina, requirem APPELLATIVIS.

Ardalĭdes, vel Ardalŏtides, Muſæ colunture in Troezene, ab

Ardalo quodam conditore, aut à loco dicta. Stephanus.

Ardĕa, Ἀρδέα, Nomen urbis in Latio, Turni & Rutulorum regis, à Danae Persei matre vel, ut alii malunt, à Dauno Pilumni filio condita, & à fervore regionis sic dicta, quæ decem & octo milliaria ab Vrbe est posita. Martialis: Ardea sollicito, Pelians quæ tuta paratu. Quicq; Ciconeo fydere fervet ager. Servius Ardeam dictam ait, quòd ardua amnis est, magnam & nobilem. Higinus verò ab augurio avis Ardeæ dictam vult. Hanc urbem post Turni mortem igne consumptam, & in avem sui nominis conmutatam effe fabulatur Ovid. 14. Metam.

Ardĕātes, pen. prod. Ἀρδεάτης, Populi sunt Ardeæ proximi.

Ardĕus, a, um, adject. Cic. 3. de Nat. deor. Cui in agro Ardeati rem divinam facere solemne fuit. Legitur & Ardeatinus.

Ardĭa, Civitas Illyriæ. Steph. cives Ardiæi dicuntur.

Ardĭcĭus, Ἀρδίκιος, Teste Aristarcho, Fluvius Scythiæ, cujus meminit & Herod. lib. 4.

Arduenna, Sylva ejus miræ magnitudinis, quæ olim à finibus Rheni & Treviorum finibus, ad Nervios usq; pertigit, & in longitudinem, esse Cæsare, millibus amplius quingentis patuit. Vulgò Ardoin.

Ardys, Ἄρδυς, Filius Gygis Lydorum regis, cui etiam in regno successit, ut scribit Herod. lib. 1.

Area, Ἄρεα, sive alia media producta, Insula est in Ponto versus Cholchos, Marti consecrata. Item Area, Ἄρεος, fons & lacus in Thebis, incolæ Ani dicuntur. Steph.

Arecomici, orum, populi sunt Galliæ Narbonensis, trans Rhodanum, in Occasum versi, quorum metropolis est Nemausum. Vulgò Nismes. De his Plinius libro 3. capite 4. & Pomponius libro 2. Strabo Aricomicos vocat, Ptolemæus Arecomicos.

Arelate, Ἀρέλατε, Civitas est in Mediterraneo Narbonensis Galliæ, à Plinio dicta colonia Sextanorum: quoniam ex sexta legione co-orti eò dedacti sunt. Vulgò Arles. ¶ Est & Germaniæ civitas in Norico. Ptolemæo, quæ vulgò eodem appellatur.

Arĕmŏrĭcă, Galliæ comatæ pars tertia, à Celtis Garumna fluvio divisa: alio nomine Aquitania dicta, teste Plin. lib. 4 ca. 19. Vulgò Guienne.

Arĕna, Ἄρηνα, Peloponnesi civitas est juxta Pylum, quæ flumine Minyeio abluitur. Urbis hujus meminit Hom. li. 2. Iliad. & Strabo lib. 8.

Areopagus, pen. prod. [Ἄρειος πάγος. Stephano. Germ. Ein platz zu Athen genannet vom tempel Martis, in welchem man vber das recht und andere wichtige sachen rathet.] Vicus erat Athenis à templo Martis sic cognominatus, ubi primum judicium capitis actum fuisse scribit Plin. lib. 7. Nam cum Mars Halirrhothii, Neptuni filium, qui vim Alcippæ filiæ fuæ intulerat, occidisset, à Neptuno homicidii reus factus est, causaq; à duodecim diis in Areopago cognita, sex sententiis est absolutus. Meminit hujus judicii Heliodorus et Historiar. Libanius quoq; pereleganti declamatione Martis causam tuetur.

Areopagitæ, penult. prod. [Ἀρειοπαγῖται. Ger. Die richter zu Athen (so Martem in templo Martis) in welchem man vber das recht vnd andere wichtige sachen rathet.] Ita dicebantur, qui in templo Martis judicabant: quod judicium exquisitissimum habebatur. Nam quum Mars, qui Græcè dicitur Ἄρης, homicidii crimine reus factus esset à Neptuno, judicantibus duodecim diis, in eo pago sex sententiis absolutus est, ut Stephanus Byzantius docet, & multi alii Græci. De his vide copiosius apud Alexandrum ab Alexandro, lib. 3. cap. 3. & lib. 4. cap. 11. & lib. 6. cap. 11. Apud Coelium Rhodig. Antiq. lect. lib. 7. cap. 19. Budæum in Pandectis, & Erasm. Chiliad. qui duas ab hac voce ortas parœmias recenset. Una est, Areopagita, Ἀρεοπαγίτης. De tribi, severoq; dicebantur: aut etiam de judice vehementer incorrupto. Invenitur & Ἀρεοπαγιτικώτερον à Ἀρεοπαγιτικὸς est, Trifilius Areopagita. Alludit ad hoc proverbium Cic. ad Att. libro 1. & 2. Area est, Areopagita taciturnior, Ἀρεοπαγίτου σιγηλότερον. Dicebatur de eo qui commissum arcanum optimè continet.

Areopolitæ, pen. prod. Ἀρεοπολῖται, Qui habitant Areopolim. Areopolis autem civitas est Arabiæ, quæ alio nomine dicitur Moab. De qua in dictione MOAB.

Ares, Aretis, Ἄρης, Regio Euboeæ, Stephano: hinc Aretius gentile.

Arĕtor, Ἀρήτωρ, Pater Pelagi. Vide in PARRHASIA.

Arĕta, Ἀρήτη, Fuit Aristippi philosophi filia, quæ ei successit in schola: unum horum in voluptate, quæ maximè sensum moveret, posuit. Hujus filius fuit Aristippus, qui quòd à matre philosophiam hausisset, μητροδίδακτος cognominatus est. Fuit præterea hoc nomine Alcinoi Phæacum regis uxor: de qua Homerus in Odyss.

Arethĭous, Ἀρηθίους, Rex fuit in Arcadia Pausaniæ.

Arĕthŭsa, Ἀρέθουσα, Virgo venatrix, Dianæ comes, ab Alpheo amata, cujus vim quum effugere non posset, Dianæ misertus eo in fontem fui nominis eam vertit: qui ne amatoris aquis polluceretur, per subterraneos cuniculos in Siciliam aufugit, & juxta Syracusas ubertimo aquarum gurgite emergit. Vnde & Syracusiæ Arethusides dictæ sunt. Forma patronymica: feminin. Ovid. lib. 4. Fast. Veq; Syracusias Arethusidas abstulit armis Claudius. ¶ Fuit & Arethusius fons Smyrnæ: tertius in Calcide: quartus in Ithaca: quintus in Euboea: sextus in Aetolia propè Thebas. Didymus octo ejus nominis fontes commemorat: adeò ut epithecton esse putetur cujuscunque fontis, ab irrigando. ¶ Est præterea Arethusa, lacus Armeniæ majoris, pondera omnia sultiens, & altrum nebulis exhalans: per quem Tigris fluvius tanto fertur impetu, ut aquæ non commisceantur. Unum ei piscium genus est, & hoc transfluentis fluvii vivo non miscetur, sicut nec è Tigri pisces in lacum transmigrant. Autor Plinius libro 6. capite 27. ¶ Est & Arethusa locus Syriæ munitus juxta Emesam sexdecim millibus passuum: qua Arethusa, ut inquit Strabo. ¶ Est item Arethusa urbs una Euboeæ: altera Syriæ, autore Volaterrano.

Arĕtium, Ἄρητιον, Arezzo, Civitas Tusciæ, à Græcis condita eo tempore quo populus Israël sub judicibus regebatur: à qua incolæ dicti sunt Aretini. ¶ Vasa quoq; fictilia quæ in ea fiebant, Aretina appellabantur. Martial. 4. Aretina nimis spernat ne vasa monemus. Lautos erat Tusci Porsena fictilibus.

Argæus, Ἀργαῖος, Pelopis fuit filius, & Alectoris pater. ¶ Alius fuit Lycymnii, qui ab Hercule abductus, ut mobi peregrè perit, cujus crematos cineres Hercules retulit, ut jusjurandi, quod dederat se illum recuperaturum, servaret. Hunc dicunt primum fuisse qui crematus sit, & ab eo deinde morem servatum. ¶ Est item Argæus, Cappadociæ mons arduus, & perpetuis pruinis tegens, cui Mazaca civitas Cappadocum metropolis subjacet, ὑπόκειται. Autor Strabo lib. 12.

Argănte, Ἀργάνη, Civitas Indiæ. Steph.

Argănthonius, Ἀργανθώνιος, Rex fuit, ut testatur Herod. lib. 1. in Arna civitate Boeotiæ. ¶ Fuit item Arganthonius, Tartessiorum rex in Hispania, qui Plinius ait vixisse CXX annos: Silius autem CCC. cujus meminit lib. 3: Arganthoniacos Arcadas Gaetia nepotes. Rex prorsus fuit humanissimus ævi, Ter denos decies ementus bella gerannos.

Argathon, Ἄργαθος, Mons in Mysia, ubi raptus Hylas. Dictus ab Argathone Rheti cognato, cui & Argathun, ut moneti quoq; nomen fuit.

Argĕa, pen. prod. Loca quædam Romæ appellantur, quòd in iis sepulti essent quidam Argivorum illustres viri. Hæc Festus. Livius Argeos vocat masculino genere. Sic enim scribit lib. 1. ab Vrbe: Multa alia sacrificia, locaq; sacris faciendis, quæ Argeos Pontifices vocant, dedicavit. A Varrone lib. 4. de ling. Lat. Argeorum sacraria appellantur. Reliqua (inquit) urbis loca olim discreta, quum Argeorum sacraria in septem & viginti partes urbis fuerint disposita.

Argenusa, Ἀργένουσα, Stephano, Insula est Lesbo adjecta, juxta Argennon promontorium: in qua Alcibiades exulatus est. Plin. lib. 5. cap. 31. Argiusam vocat.

Argentina vel Argentoratum, [Ἀργεντίνη Ptolem. Vulgò Straßburg dicitur.] Vrbs Galliæ ad Rhenum fluvium: quam tamen Germani habitant, sicut pleraque alia ex Rhenum oppida.

Argĕus, gen. geum, Ἀργεῖος. Denominativum deductum ab Argis Peloponnesi urbe, idem significans quod Argivus. Horat. lib. 4. Carminum: Tybur Argeo positum colono. ¶ Argei quoque, esse Varrone, dicebantur simpuvia effigies, quæ per virgines Vestales jactabantur singulis annis in Tyberim per pontem Sublicium.

Argīa, pen. prod. Ἀργεία, Adrasti regis Argivorū filia, & uxor Polynicis: de cujus in defunctum maximo pietate, vide Statium lib. 12. Theb.

Argĭæ, pen. prod. Ἀργίαι, Insulæ sunt numero viginti. Carthaginenses: ut scribit Plin. lib. 5. cap. 31.

Argilla, Ἀργίλλα, Vrbs Cariæ, Steph.

Argiletum, Locus erat Romæ juxta Palatium: ita dictus, sive quidam volunt, ab Argo Argivorū duce, cui ab Evandro hospitio exceptus, quum in affectati regni suspitionem venisset, ab Arcadibus, inscio (ut volunt) Evandro, est occisus. Cui postea Evander tumulum erexit, quem de nomine ejus Argiletū appellavit. Hæc alludit Virg. 8. Aen. & ita docet hospites Argi. Alii, Argiletum dictum putant, quasi argilletum, ab argilla: hoc est creta, cujus eo in loco erat magna copia. Vnāq; opinionem refert Varro lib. 4. de ling. Lat.

Argĭlus, pen. corr. Ἀργίλιος. Herodoto, libro 7. hist. tertio, Vrbs fuit Aemathiæ, non procul ab ostio Strymonis fluvii versus Occidentem.

Arginusa, Ἀργινοῦσαι, Insula est exigua, Lesbo adjacens inter Methymnam & Mitylenen, juxta Argennum promontorium: unde & nomen habet. Meminit hujus insulæ Plin. lib. 5. ca. 31. Stephanus Ἀργινοῦσσαι vocat. Strabo autem lib. 13. duas facit insulas Arginusas modico intervallo differentes.

Argiphontes,

Argiphontes, [Ἀργεϕόντης. Germ. Ein genant Mercurius, welcher Argum erschlagen hat / darumb er den Argum erschlagen hat.] Cognomen est Mercurii, tractum ab Argo centocalo, ius custode, quem Iovis iussu interfecit. Mythologici interpretantur Argũ ipsum esse cœlestem, quòd is stellæ species quædam cœlestium oculorum. Io autem terra esse volunt, quam Aegyptii in hieroglyphicis literis bovis imagine exprimũt. Hanc Argus: hoc est, cœlum stellatum nocturno tempore eosdem videtur observare. Mercurium autem Solem interpretantur, qui Argum tunc dicitur occidere, quum luminis sui magnitudine stellas omnes obtegat, earumq; conspectum mortalibus eripit. Vide Macrob. Satur. lib. 1. cap. 19.

Argippæi, orum, Ἀργιππαῖοι, Populi sunt Scythiæ, iuxta Sarmatas & Thussagetas, ab ipsa nativitate calvi, simis naribus, & ingenti mento, proprio quodã aris sono, ex arboribus vivitantes. Hi quum anima nulla habeant, a nemine tamen a vicinis injuria propterea quòd sacri putentur. Idem finitimorum controversias dirimunt, & ad ipsos confugientes tuentur ab injuria. Plura de his Herod. lib. 4.

Argilla, Ἄργιλλα, Thessaliæ civitas est prope Peneum, condita a filio Larissæ: unde Argissa vocata, ut scribit Strab. lib. 9.

Argo, Signum cœlestis, itẽ prima navis, qua Iason cum flore juventutis Græciæ, Colchida navigavit. Vide in APPELLATIVIS.

Argonautæ, Vide in APPELLATIVIS.

Argopelasgos, Homerus vocat Thessalos.

Argos, cos, & in plurali numero Argi, orum. [Ἄργος, εος. Ger. Einer berümpte Statt der Griechen in Morea gelegen.] Clarissima civitas Peloponnesi, non procul a Mycenis, quæ ad discrimen aliarum ejusdẽ nominis urbium Argos Hippium dicebatur, quòd agrum haberet palcedis equis imprimis idoneum. Dicitur & Diomedis, ab aquæ penuria: quòd Strabonis eodem utẽte patrem: quod genus est apud illos arcessitæ fœcunditatis. Aliquando & Pharonicum dictum est, teste Stephano, a Pharoneo primo rege. Est autem hoc nomen in singulari numero neut. gener. quod apud Græcos declinatur, Ἄργος, Ἄργους, Ἄργει &c. Apud Latinos autem tantùm tria habet nominativum, accusativum & vocativum. In plurali verò masculinum est secundæ nominum inflexionis. Horatius: Aptum dicit equis Argos, ditesq; Mycenas. Virg. 7 Aeneid. Ecce autem ingressos sese refert ab Argis Clara Iovis conjux. Idem lib. 10: Hercules Autore Junone, qui missus ab Argis. ¶Est item Argos oppidum Thessaliæ, quòd & Pelasgicon dicunt, a Pelasgis. Lucanus: Ubi nobile quondam Nunc super Argos arat. ¶Aliud in Acarnania, Amphilochicum cognominatũ, quod Alcmæon, ejusq; liberi condiderint, ut inquit Strabo, lib. 7. ¶Fuit & Argos Apuliæ oppidum, a Diomede conditũ, & primùm a nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellatum: quod deinde Argyrippam, & postremò Arpos vocitatum.

¶Thessaliam quoque aliquando Argos Pelasgicum appellatam fuisse, autor est Plin. lib. 4. cap. 7. ¶Ipsam præterea Peloponnesum antiqui Argos, & Argos Achaicum appellavêre: ut scribit Strabo lib. 8. ¶Est item Argos, sive Argus, canis nomen apud Homer. lib. 17. Odyss. qui solus Ulyssem vigesimo demum anno in patriam redeuntem agnovit.

Argivus, gen. pro. adjectivum, Ἀργεῖος, id est, Græcus. Virg. 2. Aen. Argiva phalanx. Cicer. de Orat. Argivus orator. ¶Argiva calumnia, Ἀργεία ψῆφος. De calumniosis & delatoribus dictum. Nam Argivos olim notavit antiquitas, tanquã lycophantas & litiũ avidos. Eustathius ex Pausania, & Diogenianus in collectaneis. ¶Argivi fures, Ἀργεῖοι κλῶπες. De pessimis improbis. Nam Argivi furaciatis infamia laboriosam antiquitus. Extat & hoc apud Suidam. ¶Argivos vides, Ἀργείους ἐφορᾷς id est, stupentibus & attonitis oculis.

Argõlicus, ca, cum, Ἀργολικός, Idem quod Argivus: ut Virg. 1. Aen. Argolicis excidi Pergama telis. Cicer. in Arat. Argolica navis.

Argolis, idis, feminino genere, Ἀργολίς, ἰδος, Argiva. Ovid. 9. Metam. Ter longis anxit curis Argolis Alcmenẽ.

Argõus, a, um, Ἀργῷος, Idem quod Argolicus. Horat. in Epod. Non hac Argoo contendit remige pinus.

Argulus, Silvus fuit Amydatis, quem primum apud Acheos quadrigam junxisse dicunt, quidam Aroglo id adscribit.

Argyla, Civitas Thessaliæ, quæ prius Argilla dicebatur. Vide ARGISSA. Ejũ & locus Ennius. Vide Steph. qui Lottilius incolae etiam Argivos, & Leontinos vocatos scribit.

Argus, Ἄργος. Nomen proprium regis Argivorum, filii Apis, a cujus nomine Argivi appellati sunt. Hic regnãte cœpit uti frugibus Græcia, & habere segetes in agricultura, delatis aliunde seminibus. Et post obitum Deus haberi cœpit, templo & sacrificiis honoratus. ¶Fuit præterea Argus filius Phryxi, qui curato ariete in Colchidem invectus est. ¶Fuit & alius Argus, cognomine a Graecis cognominatus, quòd totus oculis scateret, quem Poëtæ fabulantur a Iunone constitutum fuisse custodem Ios Inachi filiæ, quam Iupiter in juvencæ formam cõmutaverat. [Ger. Einer diese nommen / der auß gantz mit Augen besetzt gewesen ist / Argus erbeit hat.] Hunc postea Mercurius Iovis jussu interfecit: tunc & Ἀργεϕόντης cognominatus est. Iuno autem oculos ejus avi sui: hoc est, pavonis caudæ inseruit. ¶Hunc Argum fallere proverbialiter dicimus de rebus imminentes allusio. Hanc fabulam latissime describit Ovid. lib. 1. Metamorph. Mythologici Argum interpretantur stellatam esse stellarum, hoc est, cœlum stellis refulgentem: Mercurium autem Solem esse volunt, qui tunc Argum dicitur occidere, quum diurno suo lumine stellarum lucem obscurat. Vide Macrob. 1. Saturn. cap. 19. unde & Ἀργεϕόντης cognominatus est, quòd Argum peremerit. Mythici autem Argus est cœlum stellatum, luce distinctum, quibus inesse quædam species cœlestium videtur oculorum. ¶Argus quoque vocatus fuit navis illius architectus, quæ ab illo Argo dicta est, qua Iason, una cum Medea in Colchidem vectus est.

Argyra, Ἀργύρα, Civitas Siciliæ, unde te Diodorus Siculus oriundum facit: a qua Argyrus. ¶Est & Argyra, Thessalonicæ finitima metropolis, cujus incolæ dicuntur Argyrici, Ἀργυρικοί, Stephano.

Argyrippa, Ἀργυρίππα Stephano, Apuliæ civitas est, a Diomede condita: quam primùm a nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellavit. Postea corrupto vocabulo Argyrippa dicta est, & Arpi. Virg. lib. 11. alterum ab ejus mentu causa, Ille (inquit) ruber Argyripam patriæ cognomine gentis, Victor Gargani condebat Iapygis agris.

Argyritis, Ἀργυρῖτις, populi Epirotici, Steph.

Argyrondas, Ἀργυρώνδας, Acarnaniæ fluvius ita dictus ab argenteo aquæ candore.

Argyrotoxos, Ἀργυροτόξος, Apollinis epitheton, quasi argenteum arcum gerens.

Argyrus, Ἄργυρος, Civitas quædam apud Philistium, Steph.

Argyrus, Ἀργυρός, Mons. Vide TARGESSUS.

Aria, Ἀρία, Regio est inter Indos & Parthos sita, juxta Gedrosios, & Drangianos: quam recentiores Geographi Tarquistan vocant. ¶Est etiã Aria, insula in Ponto, versus Colchos, Martis sacra, alias Chalcitis dicta. Plin. lib. 6. cap. 12.

Ariabignes, Ἀριαβίγνης, Fuit Darii filius ex filia Gobryæ, qui una cum Poesaspe & Megabazo præpositus fuit classi Xerxis. Herod. lib. 7.

Ariadna, Ἀριάδνη, Filia Minois regis Cretæ ex Pasiphaë uxore, cujus industria Theseus ab Atheniensibus Cretam missus a Minotauro devorandus, labyrinthum filo duce, quod Ariadne dederat, evasit, occito prius Minotauro. Theseus autẽ ejus amore captus, quum in patriam reverteretur, eam abduxit: sed primis noctibus in insula Chio, seu Naxo perjurus deseruit; quam Bacchus postea in uxorẽ duxit, ejusque coronam novem stellis ornatam, quam a Venere acceperat, astris intulit, vocatumque coronam Gnosiam. Postremò a Diana sagitta dicitur occisa, eò quòd virginitatem non servasset.

Ariarathes, Ἀριαράθης, Cappadociæ rex fuit, a populo Romano in societatem accepta. Fuit hic Antiochi gener, qui Ariarathem civitate condidit in Isauria. Cappadociarum de qua Steph.

Aricandus, Horum est Nisadia (quæ est minoris Asiæ regiuncula, in confinio Pamphyliæ, Ciliciæ & Lycaoniæ sita) quæ in Lymirum amnem influit. ¶A Darii hostis nomine victarum appidum Aricanda appellatur. Vtitur que nomine Plin. lib. 5. cap. 27.

Aricia, Ἀρικία, Vrbs est in Italia, quã ædificavit Hippolytus Thesei filius, & a nomine conjugis Aricam appellavit. Abest ab Vrbe ad decimum lapidem. Mart. Matris præcipuos nemoralis Aricia portus. Lucanus: Distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma.

Aricinus, nemus, erat juxta Aricinam urbem, in quo Aegeria Nympha erat, cum qua loqui solitum ferunt Numam Romanorum regem.

Aricinus, lacus, erat juxta Aricinam urbem, qui Speculum Dianæ vocabatur: in quo nunc quoq; insulæ proceris arboribus nobiles conspiciuntur.

Aricomitæ, populi in tractu Narbonensi Galliæ, trans Rhodanum, inter Volcas numerati, quorum metropolis est Nemausum. Plin. lib. 3. cap. 4. & Pomponius lib. 2. Aricomicos vocant. Ptolemæus Aricomos. De his scribit Strabo lib. 4.

Vlteriores fluvii (Rhodanum intelligit) partes Voltæ, quæ Arecomiscos appellant, maximum incolunt spatium, quorũ portus & navium receptaculum Narbo dicitur.

Ariel. [אריאל ariel. ἀριήλ.] Quidam putat esse Acropolim ac templum Martis, quod Pic sirum est: interpretatur autem Leo Dei, Hierusalem figuraliter significans.

Arii ἄριοι populi sunt juxta Indiam, Gedrosios & Drangianos finitimi Herod. lib. 4. histor.

Arimia, ἄριμα. Locus Ciliciæ, vel Syriæ, vel in Pithecusis juxta Tyrrhenos, ubi Typhœum terra obtutum in fabulis est. Stephanus. Vide INARIME.

Arimanius, ἀριμάνιος. Plutonis cognomen apud Persas.

Arimaspi, [ἀριμασποί. Ger. Die/ welche in Scythien ſo viel einäugig ſeyn ſollen.] Populi Scythiæ Europææ, versus Aquilonis exortũ, ut lib. 7. Plin. refert, qui unicum in media frõte habent oculum, & cum gryphis auri custodibus continuè pugnantur.

Arimaspus. [Ger. Ein Fluß in Scythien der Gold führt.] Fluvius est Scythiæ in Asia, auris arenis abundans. Vnde Lucan. lib. 3. auroq; ligatas, Substringens Arimaspe comas.

Ariminum. ἀρίμινον. Vulgò Arimino. Civitas Italiæ, à flumine propinquo ejusdẽ nominis sic dicta. Hæc quondam Vmbrorum colonia fuit, Cæsar & Ravenna: verum utraq; accepit Romanos inquilinos. Habet autem hæc civitas portum non ignobilem, non procul à Rubicone amne, qui olim Italiam à Gallia discernebat. Ædificata est autẽ anno ante Christi exortum 272. Ptolemæo Lagi filio Aegyptiis imperante, P. Sempronio & Appio Claudio Consulibus. Ad quam videndam, compositis Siciliæ rebus, Sempronius navigavit. Eam Octavius ampliavit, & à Liburnis civitatem Diocletianus reposuit, fusisq; Liburnis arcum triumphalem in ea extruxit. ¶Est etiã Ariminum urbs Galliæ Aquitaniæ provinciæ, quæ, teste Plinio, Armorica dicta fuit, unde adhuc hodie ejus pars Armorica vulgò appellatur. Eutropius lib. 2. de bello Tarentino: Conditæ sunt à Romanis civitates Ariminum in Gallia, & Beneventum in Samnio.

Arimphæi, ἀριμφαῖοι. Sunt populi Asiæ Septentrionalis prope Riphæos montes. Habent pro domibus, nemora, pro alimẽtis pabulas, & tam feminæ, quàm mares, coeunt non vident. De his Ammianus sic habet: Vbi montes Riphæi deficiunt, Arimphæi inhabitant, inde homines & morũ placiditate cogniti.

Arimos. Rex Mysiæ seu Mæoniæ. Autor Varro, Xanthum citans antiquum rerum scriptorem.

Arindela, ἀρίνδελα. Pars quædam, aut vicus Palæstinæ. Steph.

Arinthe. Vide ARIANTHE.

Ariobarzanes, ἀριοβαρζάνης. Cappadocũ rex fuit, populi Romani amicus, qui Pompeii partes adversus Cæsarem fovit.

Ariodunum. Vrbs Bavariæ [Vulgò Stetten.]

Ariomachus. Fuit, teste Herodoto, Darii filius.

Arion, pen. prod. [ἄριων. Ger. Ein berühmter Poet von Methymna Lesbi Insulen gebürtig.] Citharœdus nobilis fuit, & Poeta lyricus ex Methymna Lesbi civitate ortus, qui primus dithyrambos creditur invenisse. Hic quum ex Italia, ubi ingentem pecuniæ vim arte sua merverat, Corinthũ trajiceret, videretq; à nautis, qui opibus suis inhiabant, sibi insidias strui, nonnihil ipsum ab aliis sibi concedi postulavit, quo velut cygnus moriturus, suas sibi exequias caneret. Quod quum impetrasset, stans celsa in puppi, citmen orthium dismarmis cecinit: quo peracto, se in mare præcipitem dedit. Illatum; à delphino exceptus, ad Tænarum Laconiæ promontorium est pervectus: unde se ad Periandrum Corinthiorũ tyrannum contulit: qui conflis navigiis cũ militibus, nautas comprehendit, quorum, ut gesta erat, cõfessi, gravissimo supplicio eos jussu ejus affecit. Refert historiã hãc, sive potius fabulam, Herod. lib. 1. & Plutarchus in Sympósio septẽ Sapientum. ¶Fuit & Arion equi nomen. Propertius:

Qualis & Adrasti fecit vocalis, Arion,
Tristis ad Archemori funera victor equus.

Ariopagus. Vide AREOPAGVS.

Arisbe, ἄρισβη, in agro Troiano civitas fuit ab Achille eversa. ¶Item alia in Lesbo insula. Vide Strab. lib. 13.

Arisbus. Fluvius Thraciæ. ἄρισβος, Steph.

Arisfadium. Turingiæ Vrbs, vulgò Arnstat.

Aristæus, ἀριστεύς, Filius fuit Apollinis ex Cyrene filia Penei, Lavii Arcadiæ, qui deinde in Arcadia regnavit, & primus apum, olei & mellis usum, luctisq; corporum demõstravit, & alia quamplurima adinvenit: ut refert Iustinus lib. 14. Primus enim apum ex bubulis visceribus reparandarũ rationem traditur invenisse. Nam quũ Eurydicæ Orphei uxori amore ejus captus, vim inferre conaretur, illa per avia fugiens, morsu serpentis est occisa: in cujus ultionẽ Nymphæ omnes apes perdiderant. Quapropter matris auxilium imploravit, quæ illum ad Proteã consulendum perduxit: à quo infortunii causam edoctus, Eurydicen sacrificiis placare jussus est: quod quum faceret, taurosq; quatuor & totidem juvencas immolaret, ingens apium multitudo è bobus erupit, atq; hoc pacto apes suas recuperavit, ut tradit Virgilius ferè in fine libri 4. Georg. ubi Pastor Aristæus fugiens Peneia Tempe, &c.

Aristagoras, ἀριστάγορας. Fuit præfectus exercitus Darii contra Græcos, teste Herod. lib. 5.

Aristarchus. ἀρίσταρχος, Nomen Grãmatici, qui tantùm sibi in Homeri poëmate permisit, ut versus quos vellet, velut suppositicios partus, ab Homeri familia submoveret. Vnde etiã hodie Aristarchos vocamus alienorum scriptorũ censores. ¶Alius fuit Tegeates, poëta Tragicus, cujus meminit Horatius: Fiet Aristarchus. ¶Fuit item alius Mathematicus.

Aristeas, ἀριστέας, Patria Proconnesius, nobilis poëta fuit, qui Cimeli & Cyri temporibus claruit. Scripsit Theogoniam, & tres libros eorum carminum, quæ Arimaspea dicuntur. Suidas.

Aristides, ἀριστείδης, Cognomento δίκαιος id est, justus, Athenis à Themistocle in administranda Republ. dissentit, quum esset diversis moribus: Catoni alter, Cæsari Themistocles cõparandus. Autor Plutarchus. Hic tanta fuit erga familiaria tenuitate, ut quoties Imperator designaretur, necesse esset aliquid ei pecuniæ increpidare, & pallium decernere. In senatũ quandoq; vocatus, ea excusatione usus est, quòd pallium lavisset, nec aliud haberet, quo induceretur. Eo mortuo, in ædib. ejus nihil præter vestem inventũ est. Civitas tamẽ beneficiorum ejus non immemor, filias ejus ex publico egregiè dotavit. ¶Fuit etiam hoc nomine Sophista quidam, ex Adrianis Mysiæ, sive Bithyniæ urbe ortus, qui quum Smyrnæ profiteretur, adveniente forte M. Antonio principatus omnium non procul obviam, eoq; modo in cognitionem & amicitiam venit Imperatoris. ¶Aristides item Thebanus pictor fuit Apellis tempore. Is omnium primus animum pinxit, & sensus expressit omnes, quos Græci vocant ἤθη, durior aliquantulum in coloribus. Hujus picturæ illa præcipuè laudatur: infans adrepens ad mammam matris ex vulnere morientis, acerbum prohibentis. Sentit mater & timere videtur, pre è morsu lacte languinem infans lambat. Quam tabulam Alexander transtulit Pellam. ex Plin. lib. 35. cap. 10.

Aristippus, ἀρίστιππος, Nomen philosophi Cyrenaici. Hic dicere solebat, quòd lautior victus nulli erat impedimẽto ad benè vivendum. Socratis etiam auditor fuit, primusq; Socraticorum mercede philosophatus est. Habuit ingenium ad omnia pro tempore, loco, & personæ simulanda omnimodè promptum, & ob hoc Dionysio præter omnes erat charus. Et ut præsentibus voluptatibus libenter fruebatur: ita & absentes facilè contemnebat. His quum è patria in Græciam philosophandi causa proficisceretur, jussit servos aurum projicere, ut expeditiores ad fugiendum essent. Voluptatem, bonorum: dolorem, malorum finem constituit: cæteras scientias exclusit, illud solum utile putans, Ve quæras, si quid domina si aut boni tibi contigit. Summum bonum posuit in levi motu ad sensum emanante: id est, in voluptate corporis sensus titillante. Qui ab eo fluxerũt, & in dogmate permanserunt, ab hominis patria Cyrenaici sunt appellati. Tradunt Platonem divisse, Soli Aristippo & Aldamydem & paucum ferè datum esse. Horatius: Omnis Aristippum decuit status & color & res. ¶Fuit & alter Aristippus, hujus nepos ex filia, Metrodidactus dictus, quòd à matre doctus. Hic in navigio à tempestate deprehensus timuit, & expalluit. Is interrogatus, à quodã, quare philosophus timeret, quum ipse contra nihil meteret, festivè respondit: Non eandem sibi & illi causam esse: quoniam is non esset magno pere solicitus pro anima nequissimi nebulonis. Esse autem pro Aristippi anima timere.

Aristo, ἄριστος. Philosophus, cognomento Scepticus, quòd Latinè auditor & cõsiderator dicitur. Semper eamdem quærẽdo, cõsiderandoq; fuit. Hic natione Cous, & Zenonis fuit auditor. Apud hunc omnia indifferentia, ut erant inter optimè valere, & gravissimè ægrotare, nihil interesse dicebat: quare etiã tanquam naturam ipsam excludens, ab omnib. fuit sejectus.

Aristobulus. [ἀριστόβουλος. Ger. Einer auß den 70. Dolmetſchen der Heiligen geſchrifft.] Iudæus ex Paneade, Agathobuli Hebræi discipulus, unus fuit ex illis LXXII interpretibus, qui missi fuêre ad Ptolemæum, tunc Iudææ domini, ut sacros libros in Græcum sermonem converterent. Qui multa ex præceptis Mosaicis præponenti regi percontanti, sapienter respondit. Hic commentarios etiam in legem Hebræorum edidit. Autor Eusebius. ¶Aristobulus alter historicus item Iudæus, qui res gestas Alexandri magni conscripsit, comesq; peregrinationis fuit. Volaterranus.

Aristocles, ἀριστοκλῆς, Philosophus fuit Messanẽsis peripateticus. Scripsit de philosophia libros decem, Vter esset studiosior & doctrina prior, Homerusne an Plato: in quibus Philosophorum omnium catalogum contexit, opinionesque recensuit. ¶Fuit item Aristocles Lampacenus philosophus. ¶Item alius Megarensis sophista, sub Trajano & Adriano, scripsit de Rhetorica epistolas, & declamationes ad Imperatorem. Suidas.

das. ¶Nomen item fuit avi paterni Platonis, qui & ipse Aristocles vocabatur: postea Plato ab humerorum latitudine dictus. Vide Laertium.

Aristocl'ides, Orchomeni tyrannus, qui Symphaidem virginem adamavit. Vide in dictione SYMPHAIDES.

Aristocrates, Civis quidam Rhodius fuit, qui quòd plurimum dignitatis, firmitatis q; præ se ferret, civium omnium cõsensu belli dux delectus est: in quo (pro suorum egregiè felicium utpote qui in rebus gerendis tanquã adulterinus nummus insigne degener planè apparuerit, & omninò alius, quàm primo fronte promiserat. Ex Suida.

Aristodemus, pen. prod. Nobilis Grammaticus fuit, Pompeii liberorum præceptor mane Rhetoricam, meridie Grammaticam docebat Strabo.

Aristogenes, Medici Thasii nomen, qui varios de remediis libros conscripsit ad Antigonum Macedoniæ regem. ¶Aristogenes alter Gnidius, item medicus, servus Chrysippi, famam adeptus est ex curatione Antigoni Gonatæ. Autor utriusque Suidas.

Aristogiton, Nomen est civis cujusdam Atheniensis, qui adjutus ab Harmodio Pisistratum tyrannum interemit: unde utriq; ab Atheniensibus in foro positæ sunt statuæ. Vide Herod. ¶Fuit etiam hoc nomine Orator Atheniensis, qui Canis dictus est, quòd optimo cuiq; allatraret. Scripsit enim invectivas adversus Timotheum, Timarchum, aliosq; complures. Vide Suidam.

Aristolaus, Pictor, Pauliæ discipulus, & severissimis pictoribus fuit. Ejus opera nonnulla commemorat Plin. lib. 35. cap. 11.

Aristolochia Gretica, tenuis ejus genus, radice longissima, flore purpureo, colore buceo, bacculas terens ut capparis.

Aristomache, Nomen fœminæ Dionysii tyranni, & uxoris Dionis. Vide Plutarchum in vita Dionis.

Aristomachus, penult. corr. Solensis quidam fuit, qui tãto opum amore flagravit, ut annis duo de sexagintanihil aliud egerit. Quinetiam libros de eorum cura, & ratione mellificii edidit. ¶Fuit & alter Aristomachus, qui de arte vini apparandi volumen conscripsit. Utriusque meminit Plinius, illius quidem, libro 22. capite 9. hujus verò, libro 14. cap. 19.

Aristomenes, pen. cor. Nomen Messenii viri, qui justissimus fuit, ut scribit Hieronymus. Hic Lacedæmonitis quodam tempore nocturna sacra celebrantibus, quæ vocabantur Hyacinthia, rapuit de choris ludentium virgines duodecim, & tota nocte gradu concitato fugiens, exercitus desiderio Spartanorum: quumq; eas comites ejus vellent violare, monuit quantum potuit, ne hoc facerent: & ad extremum quosdam non parvos interfecit, cæteros metu coërcitis. Redemptæ postea à cognatis puellæ, quum Aristomenem viderent vindicis rerum fieri, tandiu ad patria non sunt reversæ, quãdiu judicium advolutæ genibus, defensorẽ judiciæ suæ cernerent absolutum. Hic dux tanta calliditate fuisse fertur, ut sæpè Lacedæmonios deceperit: quorum sæpè urbem ingressus est, & aliquando captus, atq; in vincula conjectus ea solertia sua usus fugit: quod quum semel atq; iterum & tertiò fecisset, tandem oculis est à Lacedæmoniis, & exesso corpore inventum est cor ejus pilosum fuisse.

Aristonymus, penult. genitivi corripitur, Sculptor, cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8. ¶Et Jurisconsultus quidam doctissimus apud Gell. lib. 11. cap. 18.

Aristonicus, Eunuchus fuit, summus alioqui belli dux, cujus fide & opera Ptolemæo plurimùm in bello profuit. ¶Fuit etiam hoc nomine Grammaticus, qui in Hesiodi Theogoniam commentarios conscripsit. Utriusque meminit Suidas.

Aristonides, Seruarii insignis nomen: qui quum Athamantis furorem, Learcho filio præcipitato residentem, ejusq; pœnitentiam veller exprimere, ferrum & vestem suam, ut ferri rubigine pernitorem vestis relucere, exprimeretur verecundiæ rubor. Plin. lib. 34. cap. 14.

Aristophanes, pen. cor. Insignis comœdiarum scriptor fuit, qui Ptolemæi Philadelphi temporibus floruit, cujus etiã bibliothecæ fuit præfectus. Suidas.

Aristoparea, Mater Cratetis cujusdã, qui sub Alexandro militavit, ut autor est Strabo.

Aristophanes, pen. cor. Germ. Ein Griechischer Poet aus der Insel Rhodos burtig.] Poëta comicus ex Lindo Rhodiorum oppido: legeverò Atheniensis, patre Philippo maledico, & in expendis hominum vitiis acerrimus acerrimodacissimus: invitorum etiam mem. & eorum versus. Filios habuit Ararota, Philippi, Pollerorum, Comicos omnes. Docuit fabulas LXIII. Suidas. Hic Atticæ linguæ nobilitate adeò præpollet, ut Dionysio rogãti aliquem ejus sermonis eruditum, autorem hunc miserint. Socratis æmulus fuit, quem exagitat & insectatur in Nubibus. ¶Aristophanes alter, Byzantinus Grammaticus, Apellis filius, dux etiam exercitus, discipulus Callimachi, Zenodoti & Dionysii. Autor Suidas. Aristophanis Grammatici Quintil. lib. 1. mentionem facit.

Aristophon, Pictoris nomen apud Plinium, lib. 35. cap. 11.

Aristor, oris, penult. genitivi correpta, Crotopi filius fuit, & pater Argi ceteculi, qui ab eo Aristoides vocatur. Ovid. 1. lib. Metam. Donec Aristoridæ servandã tradidit Argo.

Aristotelès, pen. cor. Germ. Ein Hochgelehrter Philosophus, dess Buch er von allerley Philosophey verfasset hat.] Nomẽ Stagiritæ philosophi, Peripateticorum principis. Hic habuit patrem Nicomachum medicum: matrem verò Phæstiadem. Fuit parvus, gibbosus & disformis, balbutiens, tecè dives, ut qui fortius, & præceptor, & secretarius Alexandri esset. Septemdecim annos natus, Athenas profectus est, ubi viginti annis Platonis fuit auditorem præbuit. Deinde à Philippo in Macedoniam evocatus, decem annis Alexandrum instituit: cui quàm fuerit clarus, vel illud unum abundè magno est argumẽto, quòd Stagiram patriam ejus, quam diruerat, in gratiam ejus instaurarit. Alexandro deinde in Asiam profecto, Athenas redit, & in Lyceo tredecim annis philosophiã professus est. Postea accusatus, quòd de diis non rectè sentiret, cedens invidiæ, abiit in Chalcidem, ibiq; reliquũ vitæ transegit. Excessit ætatis anno LXIII, fub ibidem ferè tempus, quo & Demosthenes extremum vitæ diem clausit. De hac Quintilianus: Quid Aristotelem? quem dubito scientiæ rerum, an scriptorum copia, an eloquendi suavitate, an inventionem artium, an varietate operum clariorem putem? ¶Hinc fiunt adjectiva, Aristotelicus, & Aristotelæus.

Aristoxenus, Tarentinus. Musicæ tamen agens, philosophus & medicus nobilissimus, audivit patrẽ & Lampotũ philosophum Xythinæum: item Zenophilum Pythagoreum: postremò Aristotelẽ, cui morienti convitiũ dixit, quod Theophrastum sibi in schola successionẽ præponeret. Scripsit omnis generis libros, musicos præcipuè. Suidas. Hic animã dixit harmoniam esse, ut tradit Cic. in Tusc. ¶Aristoxenus alter Cyrenæus, qui adeò delicatus fuisse dicitur in hortorũ cura, ut vesperi lactucas multo irrigaret, ut luxuriosiùs lucrescerent, & saporis essent præstantioris. Autor idem.

Arius, Fluvius qui Ariam regionẽ irrigat, quæ est inter Parthos & Indos: à quo Arii populi. De hoc Plin. lib. 6. ca. 25.

Armalchar, alio nomine Rupinates fluvius, Plin. auth.

Armene, vel Armenides, vicus Paphlagoniæ. Steph.

Armenia, [דארמינא vocatur. Germ. Ein fürnehme Landschafft in Asia zwischen dem Berg Taurus und Caucaso gelegen; erstrecket sich an das Hircanische Meer: ist heut zu tage unter zwey Herren getheilet worden.] Regio Asiæ inter Taurum & Caucasum montes sita, & à Cappadocia ad Caspium usq; mare protensa: ab Armeno quodam Rhodio (ut ex Antipatri sententia tradit Stephanus) ita appellata: Erat Plin. lib. 6. autor est, duplex olim major scilicet, & minor. Major post Mediam ad Occidentem occurrit. Eam urbat Ptolemæus: à Septentrione Colchidem habet, Iberiam, & Albaniam: ab Occasu magnum Euphratis cursum, qui Cappadociam ab ea, Armeniam, & Syriam Comagenen relinquit à dextris: ab Oriente partem Hyrcani maris ac Mediam, qua montes Caspii assurgunt: à Meridie Mesopotamiam atque Assyriam. Montes in Armenia sunt Moschici, qui supra partem Ponti ad Cappadociam se efferunt: Pariedrus, in quo fontes habent Euphrates & Araxes flavii: Antitaurus, qui ab Euphrate fissus & Medii percurrens, postremò Abus appellatur: Gordiæus, ex quo Tigris oritur: Taurus, ac Niphates, qui Mesopotamiam atq; assyriam ab Armenia differminant: Caspii, qui vergunt ac Medos: & Caucasi, qui septentrionalis, Iberiam versus, Albaniamque concludunt. Fluvius sex. Cyrus, qui monte ortus Caucaso, à finibus Iberiam, Albaniamque dimittens, Armeniam à dextris, in Hyrcanum defertur pelagus: Araxes, Phasis, Lycus, Tigris, Euphratesque. In Armenia primo fuit inter reliqua animalia natura simia. ¶Armeniam Hebræi Ararath vocant, in ea civitas insignis Araxata.

Armeniensis, e, adjectivum, Quod est ex Armenia. [Pul. Ormenius. Vng. Armenisch.] Horat. 1. Epod. Castris Agrippæ Claudi virtute Neronis Armenius cecidit. Virgil. 5. Æneid. Armeniæ curru subjungere tigres.

Armeniacus, a, um, Malus Armeniaca. [Gal. Abricot. Pul. Merle. Vng. Kayſy boomlin.] Pomus fuit Medi: quidam locum obtinentia inter persica & pruna. Sunt enim minora persicis, sed citiùs maturescunt. Ossibus ad prunum, carne ad persicum quàm proximè accedunt. Dioscoridi alio nomine Præcoqui vocari refertur. Galenus verò libro de Alimentis facult. & libro 7. Simplic. medic. Armeniaca differnit à præcocibus: hæcq; illis multò præstantiora esse re-

ferat.

flatur. Illud tamen fatetur, verus Armeniacorum nomen fuisse, & miraculo: speciem nullo discrimine præcocium nomine appellari cœpisse.

Armilustrium, Festum apud Romanos, quo res divinas armati faciebant, & fecti Ecanes canebant tubis. Item locus in quo hujusmodi lustrationes fiebant. Varro hoc nomen ab ambitu lustrandi dictum existimat: quòd ibi circumferretur pompa, & equi currerent.

Armoricæ civitates, A Cæsare appellantur civitates Galliæ ad Oceanum occidentalem sitæ, quas tunc habebant Rhedones, Curiosolites, Osismi, Caleres, & Veneti. ¶ Germ. Meerlaten Bitannjchen Grondreich, Normandien, & anderen. Die Engelendtsche Mier. ¶ Ea olim credebantur quæ hodie, La douce de Bretagne dicitur.

Arnā, ἄρνα, Civitas Lyciæ, Xanthus postea dicta, Steph.

Arnicus, Vide IOVIS.

Arnates, Apud Plin. lib 3 cap 14. Populi fuit in sexta regione Italiæ ab Arna Umbrorum civitate dicti.

Arne, ἀρνη, Civitas est juxta lacu Maliacū, primùm à Pœonibus habitata: deinde à Thessalis occupata: ut est author Thucydides lib. 1. Bel. Peloponn. ¶ Sunt & aliæ ejusdem nominis civitates, quæ recensentur à Stephano.

Arnobius, ut habet Plinius Abnoba ut Ptolemæus: Arduna ut Cornelius Tacitus. Mons est ex adverso Ravennæ Galliæ oppidi ex quo Danubium oriri fertur. ¶ Gerta. Der Kaudscenabet die Donau / ist ein Gebirg / so sich bey Donaueschingen verlieret / und die Donau entspringt. ¶ Vide Plin. lib 4. cap. 12.

Arnus, [ἀρνὸς. Vulgò Arno. Germ. Arnoff / die Statt Wasser in Italien / so durch Florentz fleust.] Fluvius est Etruriæ, Florentinos alluens, nomen hodie eodem servans.

Aroe, Ἀρόη, Civitas Achaiæ, à cultore ejusdem dicta, alias Patræ, Stephano.

Arverni, ἀρουέρνοι, gens bellicosa Gallorum. Stephano, minimum Arecrni.

Argylus, is fuit qui primus quadrigam in Græcia junxit, regnante Argis Phorbante. Vide ARGVLVS.

Aroma, pen. corr. ἄρωμα, Lydiæ, sive Mæoniæ oppidum est, cujus meminit Strabo lib. 13. & Aeminopolis, Steph. & Capadociæ cujus meminit Capella post Plinium.

Arpasides, Vide MEGASA.

Arpinides, tuic Ægypti præfectus, Cambysi præfectus, qui postea à Dario interfectus, eiusdem Herod. lib 3.

Arpi, Vibs Apuliæ, quæ, ut annotat Serv. in 7 Aen. primò Argi-pili, Argyripa, inde Arpi dicta est. Vide ARGYRIPPA.

Arpi, Vrbs est Apuliæ, à Diomede condita, quam prius Argyripa nuncupatam: vel, ut alii volunt, Argos Hippium vocavit: deinde Argyrippa dicta est. Virg. alterū pehdit, quam in pri. lib. 11. Acui. Eurbrin Argyripam patriæ cognomine gentis, &c.

Arpina, ἀρπινα, Civitas Elidis, ab Arpina Asopi filia. Steph. Vide OLYMPIA.

Arpina. Asopi filia ex Marte Oenomaum peperit, Steph.

Arpinatum, pen. prod. ἀρπινάτων, Civitas inter Forum & Aquinū, posita in monte, ex qua orti fuere M. Cicero, Plautus Comicus, & C. Marius, qui septies Consul fuit. ¶ Vide Arpinas, atis, quod modò substantivum est significans eum, qui Arpini natus est. Modò adjectivum, ex denotans quæ ad id oppidum aliquo modo pertinent. Cicero pro lege Agraria: Meus paternus, avitus, fundus Arpinas.

Arras. Vulgo dicitur oppidum, vide ATREXIA.

Arrha, Oppidum Arabiæ felicis apud Ptolemæum, Steph. ἄρρα, civitas Illyriæ est.

Arrechi, ἄρρηχοι. Gens Mæotarum, Steph.

Arrhentia, ἄρρεντια, Civitas Italiæ, Steph.

Arrhetium, ἄρρητον, Civitas Tusciæ, Steph. vide ARETIVM.

Arria, Romana fuit mulier (licet alii Paravinam faciāt) quæ damnato Peto marito suo, corpus gladio fodit, quem vulnere educens, ipsi Peto quærenti dedit, ut idem faceret. Mart. Cæsa suo gladium quum traderet Arria Pæto, Quē de visceribus traxerat ista suis. Vide Tacitum & Dionem.

Arriānus, ἀρριανὸς. Philosophus fuit Nicomediensis, qui Romæ Adriani temporibus floruit: à quo etiam summis honoribus eruditionis nomine est affectus. Scripsit Epicteti Philosophi vitam, & Alexandri Magni historiam, quæ opera etiam hodie in bibliotheca Vaticana asservantur. ¶ Fuit etiā Poeta epicus hoc nomine, cujus versibus Tiberium Cæsarē unicè delectatum ferunt.

Arrius, ἄρριος, Philosophus Alexandrinus fuit, tanto in honore apud Augustum habitus, ut aliqua ex parte Alexandrinorum talentum illi deberi fecerit. Tribus enim ex causis se Alexandrinos peperisse ajebat: primùm ne cum urbe Alexandri magni memoria non videretur delenda: deinde propter urbis ipsius pulchritudinem: certò propter Arrium Philosophum. Autor Plutarchus in Antonio. ¶ Fuit etiā hoc nomine Hæresiarcha quidam, à quo Arriana secta originem cepit.

Arrhyba, ἄρρυβος, & gentile Arrhybas. Steph. nec aliud addit.

Arsaces, pen. corr. ἀρσάκης, Nomen proprium Parthorum regis, cujus memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt propter quæ bellum, constitutum que ab eo regnum, ut omnes deinde reges suos Ἀρσάκας appellaverint: quemadmodū Ægyptii reges suos vocaverunt Ptolemæos. Quos & Parthi ipsi ab eo dicti sunt Arsacidæ.

Arsacia, ἀρσακία, prius vocata Europus. Vrbs est in Media, sic à Parthis appellata. Autor Strabo lib. 11.

Arsānā. Vibs Germaniæ, Ptolemæo.

Arsanias, ἀρσανίας, Fluvius est Armeniæ: qui cum Tigri circiter quatuor passuum millia fluit: deinde divisus, in Euphratem lilabitur. Meminit hujus fluvii Plin. lib. 4. cap 24.

Arsenotheleas, ἀρσενόθηλυς, Deos antiquos esse dixerunt utriusq; sexus participationem, quasi masculo fœmineos. Quo nomine quædam quoq; animalia ab Aristotele nominantur fœminipla inventa.

Arsenaria, ἀρσενάρια, Ptolemæo, Mauritaniæ Cæsariensis colonia, trium passuum millibus à mari sita. Recenetur à Plin. lib. 5 cap. 2. & à Ptol. lib. 4. cap. 2.

Arsenium, ἄρσενιον, Germaniæ oppidi apud Ptol. lib. 2. ca. 11.

Artis, Hetruscorum sylva fuit, Romanorum cum Veientibus & Hetruscis pugna celebris.

Arsicina, Vibs Germaniæ, Ptolem. hodie Thanna.

Arsicoras, Sardorū rex tempore Annibalis, ut scribit Livius.

Arsinoe, ἀρσινόη, Tuæ filia Ptolemæi, Lagi filii, qui Aegyptum post Alexandrum tenuit, & uxor Lysimachi regis Macedoniæ, forma præstantissima: à cujus nomine Ptolemæus Philadelphus ejus soror urbem condidit in Cyrenaica regione.

Arsonium, Vibs Germaniæ, Ptol.

Arsylla, ἀρσύλλα, Regio Pœnorum, & Clio, Steph.

Artabanus, pen. prod. ἀρτάβανος, Ultimus Arsacidarum fuit Parthorum rex, quem Artaxerxes miles Persa interemit, sublatoq; regnum retulit ad pristinos Persarum reges. A Alexandro victum semper pedes Parthus fugit. ¶ Fuit & alter Artabanus, Hystaspis filius, & patruus Xerxis, quem expeditionis in Græciam parantem frustra conatus est ab instituto revocare. In ipsa quoq; expeditione quum Regis consilia identidem improbare videretur, veluti molesta inutilis, ad regni administrationem in Persidem remissa est: unde postea Xerxem obtruncavit. Vide Herod. lib. 7. & Justinum lib. 2.

Artabazus, ἀρτάβαζος, Armeniæ rex fuit, Ebus Mithridatis, virtute tam remota barbaria omnium tamen interitum patrocinatus. Hic quod exercitui Antonii Parthis prodidisset, ab eo Alexandriæ ad lucibrium per urbem circumductus, tandem in carcere necatus est. ¶ Fuit & alter hoc nomine, ex ducibus Xerxis, qui res delicate adversus Græcos gesta, cum paucis fugam petit. De hoc Herod. lib. 9.

Artabricia, fetis fatalis Propertio Stephano numeratur.

Artabri, orum ἀρτάβροι, Hispaniæ populi in extremis finibus Lusitaniæ, ad Septentrionem & Occasum, auro, argento, & ferro abundantes: ita dicti ab Arabio vicino promontorio. Meminit horum Strab lib 3.

Artaca, sive Artace, ἀρτάκη, In Cyziceno mari insula, mons est arboribus plenus, in honore habens quondā parvam insulam eodēnomine: propè est promontorium, quod Nigri appellatur: in præternavigatione eō, è Cyzico Priapum delatus. Hæc Strabo lib. 12 & 13. ¶ Est etiam Artace Stephano Phrygiæ oppidum, Miletorum colonia: quod tamen Ptol. lib. 5. cap. 1. villam appellat, Phrygiæ portam.

Artacena, ἀρτακηνὴ, Regio est Syriæ, Lyco & Capro fluviis irrigata, in qua Darium ab Alexandro victū fuisse tradit Strabo in quinto lib. 16.

Artachæes, ἀρτάχαιος, Vnus fuit ex ducibus Xerxianis, totius exercitus, uno rege excepto, præcellissimus, quippe cui ad statuā quinq; cubitorū quatuor tantum digitorū deerat latitudo. Hunc apud Acanthum (ubi fossæ ducendæ præerat) fato functum, Xerxes eximio sepulturæ honore est prosequutus.

Artacē, regio Persica, ἀρτακὴ, Incolæ Artæi, vel Artacæi. Steph.

Artemitus, ἀρτεμίτος, oppidum juxta Rhyndacū fluvium Steph.

Artaei, ἀρτάιοι, populi Thraciæ, Steph.

Artageras, Proprium Syri hominis apud Strabonem in descriptione Syriæ.

Artanes, Sopherus rex Armeniæ, qui Australes partes possedit, eas maximè quæ vergunt ad Occidentem. Hic à Tigrane deletus est. Autor Strabo lib. 11. ¶ Fuit & Artanes fluvius in Istrum defluens, teste Herod. lib. 4.

Artaunum, Vibs Germaniæ, Franciæ Orientalis metropolis, Ptolemæo hodie Herbipolis. [Vulgo Wurtzburg.]

Artaxa, (alias Artaxias) rex Armeniæ, à quo ducebat originē Tigranes.

Artaxātā, orum, ἀρταξάται. Clarissima Armeniæ urbs, ad Araxem amnem sita, quam Annibal Artaxiæ regi condidit, à quo & nomen

& nomen accepit. Alio nomine Artaxiasota, ἀρταξιάσωτα, appellatur apud Strab. lib. 11.

Artaphernes, Ἀρταφέρνης, Hystaspis filius fuit, & frater Darii, & primus Sardium præfectus, qui apud Marathonem debellatus fugiens scribit Herod. lib. 6 historiarum 7.

Artaxerxes, ἀρταξέρξης, Nomen proprium Xerxis filii, qui Longimanus dictus fuit; quoniam manum alteram haberet dextera longiorem. Hic ex concubinis, CXV filios suscepisse traditur, & ex legitimo matrimonio tres, Darium, Ochum & Ariarathem: quorum Darius à patre Rex declaratus, levem ob causam eum quinquagiens exercitibus adversus eum rebellavit: quæ postea separati, ad unum omnes cum uxoribus & liberis justa Regis funera duxerunt. Ab hoc profecta est celebris illa sententia Bonum est celare Regis secreta. Ab hoc profecta est celebris illa sententia Beneficium addere longè magis regale esse, quàm auferre. Fuit & alius Artaxerxes, Cyri junioris frater, cognomento Memnon. Hunc quum pauper quidam malum ingentis magnitudinis obtulisset, mox dè latescit: Per Solem, inquiens, hic res quàm videtur, quorum ego ex parva magnam reddere posse existimem.

Artayctes, ἀρταύκτης, Persa fuit, Sesti præfectus sub Xerxe, qui quum multa nefarie perpetrasset, tandem à Xantippo Athenensium duce captus, vivus prius suffixus est. Herod. lib. 7.

Artæcæ, ἀρτάκαι, Gens fuit Persica tractui adjacta ab Arsea Persidis regione: de qua Stephanus, & Herod. lib. 1.

Artembares, ἀρτεμβάρης, Vir in primis clarus inter Medos, cujus filius quum à Cyro adhuc puero, & incognito, inimicitias affectus esset; Artembares cum apud Astyagem accusans, occasionem præbuit ut regius puer, & Astyagis nepos agnosceretur. Herod. lib. 1.

Artemidorus, περιπατητικὸς &c. Gaditus Philosophus fuit, Strabonis familiaris: qui quum commentationis in Cæsare factus esset particeps, oblato Cæsari libello, rem ordine exposuit: sed ira jam urgente fato cecidit, ut Cæsar libellum, reliquam alio tempore lecturus, in sinu reticeret, qui postea ipso interfecto inventus est. ¶ Fuit & alter Artemidorus, Philosophus Ephesius (est autem Daldis Lydiæ civitas) qui de somniis, auspiciis, & chiromantia libros quatuor conscripsit. ¶ Suidas præterea alium quendam Artemidorum commemorat, cognomento Tralliarcha, qui rei militaris voces congessit.

Artemis, ἄρτεμις, Diana, sive Luna, quasi ἀρτεμὲς ἦμαρ: id est, aërem secans, ut quidam volunt: vel quòd integros faciat partus. Strab. lib. 14.

Artemisia. [ἀρτεμισία. Germ. Die Gewürtz das Kräutig Mannsharnisch, Beifuß, Mutterkraut, Jungfrauwenkraut, Beyfuß.] Mausoli Cariæ regis uxor, quæ insignis pudicitiæ fuisse perhibetur, & virum ultra humanæ affectionis fidem amasse creditur. Nã & mortui cineres vino tumefactos cohibit: & memoriæ ejus causa insperidium exstat sepulchrum, ut magnifica omnia monumenta, Mausolea dicerentur ab illius nomine sic essent appellata.

Artemisium, ἀρτεμίσιον, Ut Demosthenes pro Ctesiphonte docet, promontorium Euboeæ est. ¶ Artemisium item lucus est prope Anticiam Dianæ sacer, quasi Dianium dictum Latini: Nemus, & agrum vicinum Nemorensem dixerunt, unde & Nemorensis rex, dictus est sacerdos illius regionis.

Artemisius, ἀρτεμίσιος, Apud Macedones mensis Majas dicitur, quo nomine etiã vocatur mons Arcadiæ. Plin. lib. 4. cap. 6.

Artemita, ἀρτεμῖτα, ἡ ἀρτεμῖτις, Insula Tuscie, juxta Thuriam insulam: Strabone teste est juxta Parthyæorum. Artemidorus Cherronesum circa ostia Achelois sic vocari scribit. ¶ Est etiam alia insula prope Oxeas insulas. Steph.

Artemite, ἀρτέμιτον, insignis est civitas quingẽt. à Gadibus ad Solentia distans. Autor est Strabo lib. 13. ¶ Alii dicunt insulam Onygiæ proximam, quam Celadusam vocant.

Artemitium, Vibs Oenotrorum, alias Artemisium.

Artemius, ἀρτέμιος, Romæ fuit protector carcerum, qui unà cũ uxore Candida, & Paulina filia jacentes via Aurelia, martyres sub Adriano principe. Autor Volaterr.

Artemon, Medicus, qui Plin. lib. 28. cap. 2. ex nominis cremasse calva aquam propinat: scribit adversus morbum comitialem. ¶ Alius item pictor nobilis fuit, cujus opera enumerat Plin. lib. 35. cap. 11. ¶ Artemon præterea Syrus quidam fuit ex infima plebe, Antiocho regi adeò similis ut Laodice, uxore Antiochi regnante, ipsi per eum fuerit adepta, ut tradit idem Plin. lib. 7. cap. 12. ¶ Alius fuit Artemon adolescens certatim adamatus à mulieribus ob insignem formam. Unde locus factus proverbio: Veratius Artemon, ἀπὸ τοῦ ἐρᾶσθαι ἀρτέμων. Dicitur dici soliti quorum gratia vehementer deceratur.

Artemonè, ἀρτεμόνη, Apud Plautum dicta est mulier quædam: ab ἀρτάω, perficio, quòd perficeret quæ vellet, quòd esset egregiè dotata.

Artigis, ἀρτιγὶς Ptolemæo, Hispaniæ civitas, in tractu Bæticæ alio nomine Albania dicta.

Artiis. Vide ARETIAS.

Artœtmis, ἀρτοίτμης, Vnus fuit e Xerxis decibus, qui Darii filiam uxorem duxit, ut refert Herod. lib. 7.

Artotyritæ, ἀρτοτυρῖται, Populi, quibus oblatio eorum hoc nomen dedit. Offerebant enim panem & caseum, dicentes à primis hominibus oblationes de fructibus terræ & ovium fuisse celebratas.

Arcyna, Stagnum est minoris Asiæ, Olympo Mysiæ monti propinquum, & juxta Miletopolim situm, ex quo Rhyndacus fluvius, antea Lycus denominatus, effluit, Atlam & Bithyniam dispertiens. Plin. lib. 5. cap. 32.

Arcyntellus, ἀρκυντέλλης &c. Civicas Lyciæ, Xanthiorum colonia. Stephanus.

Arvales fratres. [Germ. Priester zu Rom so den Gemeet opfferten und Weinrot Kornwetzgrün.] Dicti sacerdotes, quos Romulus primus instituit, sequitur illos duodecim fratres appellavit: quorum officium erat Cererem, & Baccho pro fœcunditate agrorum sacrificare: & ut arvales hostias mactarent quæ idcirco Arvales dicebantur, quòd antequã mactarentur, terram arvo dacebantur. Virg. in Georg. Ferque novas circum fœtus arva hostia fruges. Et sacerdotio Acca Laurentia, quæ postea populum Romanum hæredem instituit, Romuli nutrix, tribuit tabulas duas, & spicem coronam pro religiosissimo insigni, quæ prima apud Romanos corona fuit. Et hic honos nonnisi vita functis, exulesq; & captos committitur.

Arverni, ἀρουέρνοι, Stephano, Galliæ populi ad Ligerim sici, qui multos hominum millibus Vercingetorige contra Cæsarem profecti sunt, quam prius adversus Maximum Acilianum & Domitium Ahenobarbum eitis ducentis hominum millibus confixissent. Strab. lib. 4. Vulgò Auvergne & Auvergnois.

Arvisium, Chii insulæ promontorium. Inde Arvisia vina. Virg. lib. Daph. Vina novum fundam calathis Arvisia nectar. Nunc adjecta una litera Marcyna dicitur.

Arunci, Vrbs fuit antiquissima in Italia, ab Auſone condita.

Aruncius, a, um. [Virg. Kerker (Zahnlos.)] Virg. 7. Aeneid. Atqui equidem memini Sama est obscurior annis Aruncos rigida terretenes. Idem lib. 10. occurrit Hulgius Aruncæ quæ mœnia. Nonnullis scribitur Auruncæ, & Auruncus.

Arunx. [Germ. Ein Warsager in Thuscia.] Vates Thuscus fuit divinãdi scientia insignis. Lucan. lib. 1: Arcet vates, quorum qui maximus ævo Arunx incoluit desertæ mœnia Lunæ, &c. ¶ Fuit etiã hoc nomine Tarquinius Superbi filius nec non maximus, qui in ea pugna, quæ ad Regillum lacum facta est, Junium Brutum interemit, & ab illo vicissim (dum uterq; hostis potiùs feriendi, quàm corporis sui tegendi curam haberet) hasta trajectus est. Vide historiam apud Livium lib. 2. ad. Vibe.

Arupenum, Lapidum oppidum in confinio Illiriæ, & Elymeidis: cujus meminit Strabo lib. 4. & 7.

Arupinus, est Pannoniæ urbs, cujus meminit Strabo lib. 7.

Arus, Fluvius, Vide DAVA.

Arxata, Vrbs Armeniæ, de qua Strabo lib. 11.

Aryandes, ἀρυάνδης, Aegypti præfectus à Cambyse constitutus, qui aliquanto pòst tempore, quòd æmulari Darium videretur, ab eo interfectus est. Autor Herod. lib. 4.

Aryanda, ἀρύανδα, Civitas Lyciæ, Steph.

Arype, ἄρυπα, Civitas Aegypti, cujus cives Arupes, Steph.

A

Asæ, ἄσαι, Vicus est Peloponneſi in agro Corinthio non procul à Genea civitate, ut autor est Stephanus.

Aschuei, Populi sunt in mõribus Aethiopiæ, qui accisæ ãtatis dicuntur dierum quinquaginta, viventes elephantinũ victu. Dicuntur & Atachoi vocantur Aethiopes, apud quos maximi nascuntur oraculorum.

Asæus, Fluvius est Heracleam alluens civitatem, sitam ad radices montis Oetæ, teste Liv. lib. 5. de bel. Mac. Plin. lib. 4. cap. 10. Apyum vocat.

Asæa, ἀσαία, Nomen est proprium montis. Autor Suidas.

Asius, ἄσιος, Vnus fuit ex principibus Graecorum, interfectus ab Hercule. Autor Stesichorus lib. 11. Lyd.

Asander, ὁ, ἀσανδρος, Vir proprium, apud Strabonem lib. 11. qui Taurecam Chersonesum à continente separavit, duobus per eum illhmum isthmo, à sinu Carcinitico usque ad Mœotim paludem.

Asaris Fluvius est Heracleam Octam alluens.

Asbolobas, ἀσβολόβας, Fluvius Aethiopiæ, juxta Meroën. Heliodorus Aethiopicæ historiæ lib. 10.

Asbolis, Fluvius est Tarsiæ, juxta Heracleam urbẽ, quæ est in radicibus Oetæ montis, alluens. Hunc Plin. Apylam vocat.

Asbeste, Libyæ populi, ubi Ammon oraculum fuit. Autor Volaterranus.

Asbite. Vide HASSYTAE.

Asbotus, pen. prod. ἄσβοτος, Vrbs Thessaliæ, Steph.

Asbylus,

Aſclyſius, Crotoniata, cujus meminit Pauſanias, & Plato in libris de Republica.

Aſcū, Oppidum eſt Arabiæ, apud Strabonem lib. 16.

Aſcalaphus, ὁ Ἀσκάλαφος. Acheronte & Orphnes Averni nalis nymphæ filius fuit, poſtea à Proſerpina in bubonem mutatus. Nam poſt raptam à Plutone Proſerpinam, quum Ceres filiam ſuam reciperet à Jove ea lege impetraſſet, ſi nihil apud inferos guſtaſſet cibi, Aſcalaphus eam prodidit, quòd decerptum ab arbore malum comediſſet. Indignata ira, Proſerpina, tibi Aſcalaphi indicio negatum eſſe reditum, convertit eũ in bubonem avem infeſtam, & triſtium ſemper rerum nunciam. Ovid. 5. Metamorph.

Aſcaningium, Ptolemæo urbs Germaniæ, hodie Hildesheim.

Aſcalon, gen. cor. Ἀσκάλων, Civitas Paleſtinæ, ab Aſcalo Hymenæi filio condita: cujus Aſcalonitæ, Ἀσκαλωνῖται, homines: in eandem Virgò Ἀσκαλωνίς.

Aſcalus, Tamiri frater fuit, Hymenæi filius, ut ſcribit Xant. Steph. in Aſcalon.

Aſcaniā, æ, Ἀσκανία, Inſula eſt una Sporadum, non procul ab Anaphe, & Aſtypalæa, de qua Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Eſt & Aſcania, Phrygiæ locus, de quo Plin. lib. 5. cap. 28. ¶ Item alius in ſuperiori Myſia, ſive Bithynia, juxta Aſcanium lacum: quam Mytiacam vocat Strabo, ad differentiã ſuperioris, quam Phrygiam appellat. Vide ipſum lib. 12. & 14.

Aſcanius, [Ἀσκάνιος. Ger. ein Sohn Aenee.] Aeneæ filius, teſte Virgil. ex Creusa regis Priami filia: fuga, laboribuſq; in quærendis ſedibus patriæ ſocius. Lavinium urbe condita, nobilitat. Cicerõne, an Lavinæ filius fuerit: ſed Poëtæ omnes & cæteri hiſtorici cum Virgilio Creuſæ ſuam fuiſſe aſſentãr. Dictus eſt autem primum Aſcanius ab Aſcanio Troja fugiens: deinde Ilus ab Ilo Trojanorum rege: poſtea Iulus à primo barbæ lanugine. Vnde Virg. 1 Aeneid. Ac puer Aſcanius, cui nũc cognomen Iulo Additus: Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno, &c. Hunc, quum avus & pater jam diruta Troja, de fuga dilaberent, flammula quædam in capitis vertice apparuit, quæ tamen nihil lætionis intulit, neq; etiam remedijs extingui potuit: unde illi factum imperii omen ſumpſerunt. Poſt hæc cum patre poſt multos errores in Italiam venit, ubi Turno occiſo, & patre etiam mortuo, quum apud Lavinium 30. annis regnaſſet, Albam longam condidit, reſtituta tamen prius in regnum avorum, quæ antea ob timorem in ſylvas aufugerat. Tandem quum univerſis 38. annis imperii gubernacula tenuiſſet, jam moriens, quum videret filium Iulum, Sylvium regno non ſatis aptum, ſylvium poſthumum fratrem, ſed ex diverſa matre, pietate & juſtitia præſtantem, regni hæredem reliquit. ¶ Eſt præterea Aſcanius Myſiæ ſuperioris, ſive Bithyniæ lacus, fluvium emittens ejuſdem nominis, qui circa Turboæum in Propontidem labitur. Virg. 3. Georg. trans Garbaram, tranſq; ſonantem Aſcanium. Vide Strab. lib. 12. & 14.

Aſchalitæ, ἀσχάλιται, Populi juxta Ind. cum ſinum. Steph. in Ἀσκίτης.

Aſchaium, ἄσχαιον, Civitas Achaiæ. Steph.

Aſciburgium, Vrbs eſt inter Germanos, quam illi ſua lingua Eſenerich vocant.

Aſcitæ, ἄσκιται, Arabes dicti ſunt ab utribus, quos Græci ἀσκοὺς vocant: quoniam hoc uſi ſunt. Plin. lib. 5. cap. 29. (inquit) utres bibas ſternentes, pecuniam exercent.

Aſclepiadēs, ἀσκληπιάδης, Nomen hiſtorici Cyprii, qui floruit eodem tempore quo Pygmalion regnabat in Oriente: quo etiam tempore ſcribit eum carmina in uſu non fuiſſe. ¶ Alius fuit Philoſophus cæcus, quem ſenem (ut Cicero lib. 5. Tuſc. quæſt. ait) quum quidã interrogaret, quid ei cæcitas attuliſſet, reſpondiſſe, ut pueris uno eſſet comitatior. ¶ Fuit & alius Aſclepiades Pruſienſis medicus, qui lapſa ſcalarum mutavit. ¶ Fuit & alius Aſclepiades poëta, à quo carmen Aſclepiadeum dictum eſt.

Aſclepiodorus, pers. pro. Ἀσκληπιόδωρος, Nobilis pictor fuit, quo nemo fœlicius ſymmetriam membrorũ obſervavit. Autor Plin. lib. 35. cap. 10. ¶ Fuit & Aſclepiodorus Alexandrinus, ſingulari ingenio ad omnia mathematica, ad inquiſitionem, cognitionemq; herbarum & lapidum, inquit Suidas.

Aſclepius, filius fuit Machaonis, ut putat Auguſtinus, & Aeſculapii nepos.

Aſclepiſōn, ἀσκληπιάδων, Mathematices fuit tẽporibus Domitiani, qui aliquando dixerat ſe diſceptum trà xanthuſcea propter à Domitiano juſſus eſt interfici, & accuratiſſimè ſepelii, ut vanitas ejus artis redargueretur. Sed repentina tempeſtate diſjecto tumere ſemuſtum cunas diſcerpẽre.

Aſconius Pædianus, Grãmaticus fuit & Hiſtoricus, ſub Nerone Cardinalis, qui in Ciceronis orationes reliquit cõmentarios, quorum nonnulla extant fragmẽta. Hic LXXIII. ætatis anno cæpit luminibus, XII. poſtea ſummo cum honore, & hominum gratia vixit annos, tutore Euſebio.

Aſcra, ἄσκρη, Vicus Bœotiæ in aſpero & ſteril. loco, in dextra parte Helicõnis, Heſiodi patria. De quo Gell. lib. 2. Aſcram tus miſerum penes hic Helicona colebat, Hyberno dirum, triſte æſtu, optabile nunquam.

Aſcræus, a, um, adjectivum, ἀσκραῖος. Virgil. 2. Georg. Aſcræumq; cano Romana per oppida carmen. Et Ovid. 9. Faſt. Aſcrææ oves.

Aſculum, ἄσκλον, Oppidum eſt Piceni, memorandum clade illata Pyrrho à Curio & Fabricio Romanis conſulibus: ut latè oſtendit Plutarchus in vita Pyrrhi.

Aſcurium, ἄσκουριον, Vrbs Thuſciæ Ptolemæo. Plin. lib. 3. cap. 12. Aſcrivium appellat, incolæ modò Catharum appellant, teſte Dom. Mar. Nigro lib. 6.

Aſcus, Ἄσκος, Gigas, quem quomodo Dionyſius vinctum cũ Lycurgo in fluvium cõjecerit. Vide apud Stephanum in Damaſco.

Aſdrubāl, Ἀσδρούβας, Gener Amilcaris patris Annibalis fuit, qui poſt ejus mortem ſeptem annos imperium tenuit, favente fortuna. Barchinarũ enim à ſervo barbaro, cujus dominũ occiderat, intercluſus eſt in medio hoſtium. Comprehenſus deinde à circumſtantibus ſervus, haud ſecũs prementibus, inter cruciatus & tormenta, ſpeciem ſemper ridentis præbuit. Autor Liv. lib. 21. ¶ Aſdrubal item alius fuit. Annibalis frater, qui quum in Italiam trajeciſſet cum magnis copijs, ut fratri ſuppetias ferret, juxta Traſimenum lacum à Cl. Nerone, & M. Livio Salinatore Conſulibus victus eſt, & occiſus: cujus præciſum in Annibalis caſtra projectum eſt. Hiſtoriam hanc vide apud Livium in 2. lib. bell. Pun. & Plutarchum in Annibale. ¶ Fuit præterea Aſdrubal, cui Calvo cognomen erat, qui in Sardiniam dux claſſis miſſus, tempeſtate rejectus eſt ad inſulas Baleares, ubi tamdiu per quod paſſas reſiderat naves, retulit. De quo plura apud Livium. ¶ Aſdrubal præterea hos alius fuit dux bello tertio Punico à Scipione Æmiliano tanta clade oppreſſus, ut omnes civitatis fequora litteribus. Hujus uxor, quum paucis antè diebus à viro impetrare non potuiſſet, ut ad victorem manus fugeret, in medias urbis flammas ſeſe cum filijs jecit. Autor Liv. lib. 55. ¶ Aſdrubal item, Giſconis filius, cujus meminit Plutarchus in vita Scipionis.

Aſea, vel Aſeates, ἄσεα, γένος, vicus Arcadiæ, ex quo Alpheus profluit. Stephanus.

Aſellius Sempronius hiſtoricus, & Tribunus, militavit ſub Scipione Æmiliano apud Numantiam, qui illud bellum literis mandavit. Citatur ſæpè teſtis à Gellio. ¶ Aſellius item Claudius, eques Romanus, Tribunus militum, ſub Claudio Nerone, qui apud Lucanum memorandæ fortitudinis exempla edidit. Hujus meminit Volaterr.

Aſembobim, populi dicti quaſi poſt Sembobitim inſulam, de qua Plinius.

Aſiã, gen. corr. Ἀσίας. Gen. Einer aus den drey Theilen der Welt: es iſt noch nicht bey im Außgang der Gemein erſtrecket: und der Name gröſſer iſt; Nomen tertiæ partis orbis, quo ad magnitudinem, dimidia reperitur. ¶ Eſt autem duplex Aſia major ſcilicet & minor. Aſia minor in quatuor partes dividitur, in Phrygiam, Lydiam, Myſiam & Cariam. Major autẽ Aſia, diſtinguitur ab Europa Tanai de fluvio ab Africa ſuperea Nilo. Dicta eſt autẽ Aſia ab Aſia nympha, Oceani & Tethyos filia, Iapeti conjuge, ex qua Prometheum ortum ferunt: five, ut quidam volunt, ab Aſio, Manti Lydi filio. ¶ Ab Aſia fit Aſius, tia, ſium. Aſiacus, Aſiaticus, Aſianus, & Aſis, idis: de quibus infra. Eſt & Aſia, ἄσια λίμνη, Nomen paludis in Myſia, prope Caſtrum ſitum, à quo vicinos campos Aſia pulta vocavit Virg. 1. Georg. Iam varias pelagi volucres, & quæ Aſia circum Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Caÿſtri. In hac autẽ ſignificatione Aſia primam ſyllabam producit: aliter eandem corripiens, Europa atq; Aſia pulſa.

Aſiāticē, adv. ἀσιατικῶς, Peſſimorum ab Aſia formatũ. Ovid. 11. Metam. Et quid, ubi Aſiacis caluras ſpicula arcus, Ingemuit?

Aſiāticus, a, um, ἀσιατικός, Idem quod Aſianus, vel Aſiacus. Cic. de Clar. Orat. Genera Aſiaticæ orationis duo ſunt. Sic Aſiaticæ pecuniæ, apud eundem pro lege Manilia.

Aſiānus, a, um, ἀσιανός, Dicuntur nativum ab Aſia formatum: unde Aſiani oratores dicti ſunt, qui in Rato & redundãti orationis genere utebantur, cujuſmodi fere fuit oratio eorum, qui in Aſia aut nati erant, aut habitant.

Aſſa, dis, Poëtis Trum foeminino, patronymica forma ab Aſia deducta, Ἀσσὶς ἀοιδή. Ovid. 9. Metam. celeri, carina Achaeas metiris aequas, & in Aſſide terra Moenia conſtituis.

Aſſarchæ, ἄσσαρχαι, Viri erant communi Aſiaticarum civitatum conſenſu electi, qui cõmunia negotia curarent: de quibus Strabo lib. 14.

Aſſibr, ἀσσὰβ, ἀλλὰ, σπάνις, civitas Meſopotamiæ ab incolis vocatur, quæ alio nomine Antiochia vocatur, Steph.

Aſſida, æ, Oppidum mediterraneũ in Baetica, Hiſpaniæ regione: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Aſſilas, ἄσσιλας, Auguris nomen, qui Aeneæ in auxilium venit contrà

contra Turnum. Virg. lib. 10. Tertius ille hominum, divumq; interpres Asilas, &c.

Asilū ex pen. corr. [Asilum. Vulgò Fauronicum.] Oppidum Peloponneſi in ſinu Meſſenio. Lucan. lib. 8. Quas Asine cauter, & quas Cleus aſperat undas. ¶ Hinc Sinus Asinens. Strab. lib. 8. & Pomp. Mel. lib. 2. ¶ Asine item inſula ad Lunæ ex Sporadibus, quas Hecatonnesos nonnulli vocant, in mari Adriatico, cujus meminit Pompon. lib. 2. & ejus interpres Vadianus.

Asinius, ii, Vir nomen. Asiniorum Romæ illuſtres familiæ fuere ab aſinis dictæ (ut Porciorum à porcis.) Et hac familia erat Asinius Pollio, Auguſti familiaris, cui Quintilianus multam tribuit venerem, ſummamq; diligentiam: tā longè tamē à Ciceronis jucunditate & nitore dicit abeſſe, ut ſeculo prior videatur. Hujus filius Asinius Gallus librum cōſcripſit de Comparatione patris ſui & Ciceronis: quem idcir co Aulus Gellius monitum vocat veſtus, quàm hominem. Vide Aulum Gell. lib. 7. cap. 1.

Asis, idis. Vide ſupra poſt ASIATICVS.

Asilum. Vide ASSYLVM.

Asius, ii, Filius fuit Dymantis, & frater Hecubæ, ſed ex diverſis parentibus, & Hectoris avunculus. Hic etiam Priamo adverſus Græcos auxilium tulit, ut Hom. 2. Iliad. tradit. Fuerunt & alii hujus nominis, quorum paſſim meminit Homerus. ¶ Eſt & Asius, Ptolemæo, Senonū fluvius, juxta Senogalliam in mare Adriaticum influens, idem (ut opinor) jam eo, quē Plinius Actim appellat.

Asius campus, ſive Asium pratum, Asius campus eſt uliginoſus, juxta Cayſtrum Myſiæ fluvium: de quo ſuprà in deſcriptione ASIA.

Asopiades, patronymicum maſculinum, Asopiades. Quod apud Poëtas accipitur pro Acaco, Asopi nepote, qui pater fuit Æacidæ matris Æaci. Ovid. lib. 7. Metam. Huic Asopiades, Pectis innita, dixit, &c.

Asopis, idis, Asopis. Regiuncula eſt Peloponneſi, in tractu Achaiæ propriè dictæ, cui & Phlyaſiam: ita dicta ab Asopo fluvio, cui adjacet. Ab Homero Arethyrea dicitur, teſte Plinio lib. 4. cap. 5. Strabo lib. 8. etiam Asopiam appellat.

Asopus, Asopus. Germ. Ein Fluß in Meeraja zuſammen von Cenchrea in das Meer laufft.] Fluvius Peloponneſi, è Cleonis monte mediam præterfluens Corinthi regionem, in ſicum labitur Cenchreorum. Eſt & alius ejuſdem nominis fluvius in Bœotia, qui Thebas, Platæas, & Tanagram præterfluit. ¶ Interdum alius in Aſia propriè dicta, qui ſuprà cum Caprio fluvio Candicem urbem celeberrimam alluit, Lyco flumini impoſitus. ¶ Eſt & quartus in Paro inſula. Horum omnium meminit Strab. lib. 8. ¶ Hinc Asopis, idis, Asopis, patronymicum fœmininum, quo Poëtæ utuntur pro Ægina Asopi filia.

Asorus, Fluvius ejuſdē teſte Liv. lib. 6. Decad. 4. a Joene Heraclēā civitatem ſtatim in radicibus montis Oetæ. Hunc eſſe conjicitur eſt, de quo Plin. lib. 4. cap. 10. In ora Heraclea, flumen Apyla. Hic à Boccatio Asidus, ab aliis Asaras vocatur.

Aspalathia, Aspalathia. Vicus Taphiorum, Steph.

Aspalatis, Aspalathis, inſula Lybiæ, propter Alphaltos in ea naſcentes, Steph.

Aspalia, Aspalia. Mulier Meleſia fuit, acutiſſima ſophiſtria, & (quod in eo ſexu rarißimum eſt) Rhetoricis peritiſſima. Hāc ab Athenienſibus captam Pericles duxit uxorem, infauſto patrimonio, utpote quod duorum maximorum bellorum Peloponneſiaci, & Samii originem præbuit.

Aspasius, Aspasius, Sophiſta fuit Ravennas, Demetrii diſcipulus, auditor Paulanix & Hippodromi: qui Romæ docuit ſub Alexandro Severo. Scripſit contra Ariſtonem & malecticos diverſas orationes. De hoc multa Philoſtratus. ¶ Fuit item Aſpaſius cognomento Byblius, qui de Byblo patria ſua librū condidit, ac autem rhetoricam ſcripſit, & Panegyricum in Adrianum principem, cujus temporibus floruit. Autor Suidas. ¶ Præterea Aſpaſius quidam fuit Tyrius hiſtoricus, qui de Epiro variam hiſtoriam ſcripſit: itidem autor Suidas.

Aspathines, Aspathines, ex Perſis unus, qui cū Dario in Smerdim Magum conjuravit. Herod. lib. hiſt. 3.

Aspella, Vinum ex Cypri inſulæ nominibus, apud Plin. libro 5. cap. 11.

Aspendius, citharœdus. [Aspendius Citharœdus. Germ. Eigentlich zu reden / die nicht viel bringen / thun und verbut ſinden.] proverbio dic. ſalet in eos, qui rei nullius, quām privati lucri compendiariam habent. Traſtum ab artifice quodam Aſpendio, qui tā leviter ſiniſtra manu citharæ ſuæ chordas movebat, ut ſonus ad ipſum tantūm citharœdum, aut certē ad proximē aſtantes perveniret. Cic. in 3. Verr. Atque etiam illum Aſpendium citharœdum, de quo ſæpē audiſti id, quod eſt Græcis hominibus in proverbio, quem omnia totus canere dicebant, ſaltabit, & in intimis tuis ædibus poſuit, ut etiam illa ipſum artificio ſuo ſuperaſſe videatur. In quo Cicero ad exemplo, totus canere proverbialiter dictū eſt, pro eo quod eſt, omnia privata metiri emolumento.

Aspendus, Aspendus. Stephano, Pamphyliæ urbs. Argivorum accolarum, teſte Pomp. lib. 1. Ibi Venerem ſuibus ſacrificabantes cō quod autor ejus generis Mopſus ex Argis huc proficiſcens, primum obvium farmicare voverat: occurrit autē ſus.

Asphaltites, Asphaltites. Germ. Das todte Meer / oder ſtinckende See / darinn kein Fiſch leben kan.] Lacus eſt Judææ, bitumen gignens: unde & nomen habet. Ἄσφαλτος enim bitumen ſignificat. Nullum corpus vivum in eo ſubmergitur: unde & Mare mortuum dicitur. Autor eſt Plinius lib. 5. cap. 15. & 16. & Juſt. lib. 36.

Asphendon, pen. prod. Asphendon. Phocenſū urbs, ut tradit Pauſanias. Hanc Euſtathius vocari Apiecam dicit, tum quòd hybernationi locus amœnus ſit, tum ad differentiam alterius, cujus meminit Homerus in catalogo lib. 2. Iliad. ¶

Asporenus, Asporenus, Mons eſt prope Pergamum Aſiæ urbem ab aſperitate & ſterilitate dictus. Habet celebre Cybeles templum, quod ab eo etiam Asporenum, & dea ipſa Asporena dicitur.

Aspurgiani, Aspurgiani, circa Mœotim paludem, Steph.

Assa, Civitas juxta Athon item vicus Scythiæ, Steph.

Assacani, India regio eſt, in qua eſt Magoſa civitas regionis tertius caput. Strabo lib. 15.

Assaracus, Assaracus, Trois filius fuit, avus Anchiſæ, & pater Capyos. Virg. 3. Georg. Aſſaraci proles.

Assaradon, ultimus Aſſyriorum rex & Sennacheribi filius.

Assedones. Vide ESSEDONES.

Assera, Assera, urbs Chaldæorum. Steph.

Assesus, Assesus, Vibs eſt Molotiæ. Steph.

Assilia, apud Meleſios Pallas vocatur.

Assilium, Vmbriæ urbs eſt, quam Ptolemæus Assisium vocat, Assisi.

Assius. Vide ASSVS.

Assorum, Assorus, Mons Sami, à quo fuit Amphilyſus. Steph.

Assorum, vel Assoni, Assorus, Assonus, Civitas Siciliæ Steph.

Assos, Assos, per duplex S, Civitas Cretæ ubi vetuſtiſſimum Jovis templum fuit. Apud Steph. Asos per ſimplex S legitur.

Assyrius, ſicut teſtatur Joſephus, fuit Cyrus, Xerxis filius, qui poſt Darium patrium Perſidis tenuit imperium. Hunc Cyrum idem dicit Artaxerxem apud Græcos vocatum fuiſſe, cognomento Longimanum, qui regni ſui quadrageſimo anno.

Assus, i, genitivo ſi, Assus. Vibs eſt Troadis, teſte Strab. libro 13. & natura, & arte munita, ab ea parte qua mare ſpectat, arduum & erectum aſcentum habens. Vide ſactus eſt ſacas vulgat. Simylli Stratonici ſententia: Qui celeri paſſu Aſſum it, magnum vitæ periculum adit. Circa eas urbem Sarcophagus effoditur, à quo cadavera omnia in eo tūdita intra quadrageſimum diem ſolis dentibus exceptis, abſumebantur. Autor Plin. lib. 36. cap. 17. Ex his urbe rerum maxit Cleanthes Stoicus philoſophus, qui Zenoni in hoc ſucceſſit, quā ipſe Chryſippo tradidit. ¶ Alius autē unico S ſcribit apud Plinium legitur) Assum, Civitas oppidum eſt: de quo infrà ſuo loco.

Assius, a, um, Assius, adjectivum eſt ab ea urbe deductum: de Aſſius lapis, quo dū ſarcophagi genus, in quo cōdita cadavera, intra dies quadraginta, una cū omnibus, ſolis dentibus exceptis, conſumuntur, ut jam dictū eſt. Vide Plin. lib. 36. cap. 17.

Assur, Aſſyria eſt, quæ ab Aſſure Sem filio ſuō accepit nomē. Hunc Xenophon in æquivocis Ninum fuiſſe, Jovē cognominatum eſſe ſcribit. Aſſyrii Netyron bovem Deum appellavērūt.

Assyria, אשור Assyria, Assyrios. Germ. Ein Landſchafft Aſſien gegen Mitternacht gelegen. Regio eſt majoris Aſiæ, quam Ptolemæus ab ortu in media parte terminat, ab Occaſu Meſopotamia, à Septentrione parte minoris Armeniæ, juxta Niphatem montem, à Meridie Suſiana. Plin. lib. 5. cap. 11. Aſſyrium docet Syriæ partem eſſe, quæ poſtea vocata eſt Adiabene. Strabo autem longè latiores Aſſyrios ſines aſſignat, eo nomine cōprehendens Babyloniam, & maximam circumjacentium regionum partem. Fuerunt & Syriæ à Græcis vocata eſt, teſte Juſtino lib. 1. & Herod. lib. 7. quanquam multò latiores Syriæ fines fuerunt, quam Aſſyriæ. ¶ Dicta eſt autē Aſſyria, teſte Auguſt. lib. 18. de Civit. Dei, ab Aſſur filio Sem.

Assū, Assus, Civitas eſt Bæticæ, inter Gerum promontorium, & Herculeas Columnas, de qua Plin. lib. 3. cap. 1. ¶ Eſt & Assa, Inſubriæ urbs, non longè à Navaria diſſens. De hac Claudianus: nec plus Poſſenæ arebus Contulit Ausonii, aut mœnia vindicis Assæ. Memini & Plinius lib. 35. cap. 12.

Assyrtas, vel Assyrtes, teſte Plin. lib. 5. cap. 9. Abeſt ex alveis Nili, qui Meroën inſulam à ſiniſtra alluit: ille verò, qui à dextra parte eſt, Astusapes appellatur. Strabo verò Astaborē ſuum eſſe docet divertium à Nilo, circa Meroën inſulam in Nilum influentem.

Astaces, Astaces, Lacus eſt in Ponto, Aſiæ regione, cujus aquis irrigati campi ove paſcunt, nigro lucte accolas alentes. Autor Plin. lib. 2. cap. 103.

Astacum,

Astacum, Plinio, sive Astacus, Ἄστακος Stephano & Strabonі, Bithyniæ oppidum fuit ita dictum ab Astaco quodam Neptuni & Oceanæ Nymphæ filio. A quo vicinus Sinus Astacenus appellatus est, teste Plinio lib. 5. cap. 32. & Strab. lib. 12. qui & alterius ejusdem nominis urbis in Acarnania, quæ & ipsa propinquo sinui Astaceno nomen fecit, meminit Strab. lib. 10.

Astachis, (quod nisi hæc tenus corruptè lectum est) Vide ASTYOCHIA.

Astapei, Lybiæ populi, Steph. Ἀστάπεις.

Astapus, Strabonі flavius est circa Meroën, in Nilum influens, quam rem a Plinio notatam videri diximus. Plinius enim Nilum ipsum supra Meroën Astapum alterius vocari, quod ibi perierit receptus, vel ut ejectans in mare erumpat. Sic enim vocant Aegyptii aquas è cataractis emergentes. Nili autem nomen ante non assumere, quàm se cum cardinibus æquis junxerit. Vide Strab. lib. 17. & Plin. lib. 5. cap. 9.

Astaroth, [עשתרות Ashtaroth.] Antiqua civitas Ogregis Basan, in qua habitaverunt gigantes, & postea occisi in tentorio ejus Mansitis, regionis Bethsanæ. Sunt autem duo castella in Batanæa hoc vocabulo, novem inter se milliaria separata, inter Adraam & Azaelam urbes.

Astarte, [עשתרת Ashtoreth, Ashtaroth, Germ. Ein Abgott der Sonne.] Syrorum Dea erat, quam alii nomine Atergatim aut Derceto nominatam volunt. Cic. 3. de Nat. deor. ejus fuisse Venerem quæ Adonidi nupsit. Hanc sacræ literæ Astarten Sidoniorum deam vocant: cui Salomon rex uxori pellicatum suarum obsequi volens, altaria condidit.

Astur, nomen urbis, Calepinus. ¶ Astur, quoi, Platonis carmi urbis celebratus, in quem extant epigrammata libr. 5. Epigram. Græc.

Astŭrĭa, æ, vel Asturis, is, Ἀστερία. Nomen Latonæ sororis proprium. ¶ Est & Asteria Delos, & Rhodi insulæ aliud nomen, teste Plinio lib. 4. cap. 12. & lib. 5. cap. 31. ¶ Significat & gemmæ inclusam quandam aut è pupilla modo coruscantis, quæ opposita Soli, radios regerit candentes. Plin. lib. 37. c. 9.

Asteria, filia fuit Coei, Titanis filii, ut Theocrito placet. Hæc autem, ut ait Euphorion, post vitiatam Latonam à Jove dilecta est, à quo in aquilam versa, oppressa fuit: ejusque ex eo coitu ulto Herculem peperit. Quæ tandem ut quibusdam placet, adversus Jovem fratres, & ejus fulgetras ira, ecotumi ratione in coturnicem versa est, quæ Græcè vocatur ὀρτυξ: nomenque accepit insulæ, in quam confugerat, ubi à Jove in lapidem mutata est, undique demersa, & ab eisdem huc illuc agitata, quæ tandem ob susceptam Latonam firmata est. Ex Rocatio. Hæc insula ob susceptam Latonam supernatavit, & primò Neptuno ac Doridi consecrata est: postea Delos dicta, in qua insula Latona Apollinem & Dianam peperit.

Asterion, Ἀστερίων, Civitas Thessaliæ dicta, quòd in alto sita monte velut astrum quodam procul aspicientibus fulgere videatur, ut tradit Stephanus, qui eam suæ ætate Pyrgum vocatam asserit. ¶ Est & altera urbs ejus nominis in Syria. ¶ Est & fluvius Achaiæ in Nemeæa sylva fluens, & fructuum juxta ripam abundans: sunt, ut tellis est Lactantius. Et tertius Messeniæ Peloponnesi, ad fanum Argolicum, de quo Plin. lib. 4. cap. 5. ¶ Est & herba quædam hoc nomine apud Paulanian, in agro Argivo nascens ad ripam fluvii ejusdem nominis, cujus folia bonum faciunt acetum in coronas nectuntur. [Germ. Schatterkraut, oder Sternkraut. ¶ Asterion item, Ἀστερίων, Cometæ filius, qui Jasonem Cauchos navigantem secutus esse dicitur habet Apollonius. Val. Flac. lib. 1. Argon. celer Asterion, quem matre carentè Clenæus gemino fovit pater amne Cometen.

Astĕris, pen. corr. Ἀστερίς, Insula est in medio Sami, & Ithacæ sita, Strab. lib. 1. ¶ Est & Asteris civitas Hispaniæ, Ptolem.

Asterusia, Ἀστερουσία, Mons Cretæ ad meridiem, unde aspicitur à quo & Asterusia hodie urbs nomen habet, quòd ibi Cretenses colonias collocarint. Hujus incolæ Asterusiani vocantur, & Asterusii, Ἀστερούσιοι, Stephano.

Astice, [Ἀστακὸς. Germ. Ein Landschafft an der Thracischen Meer bey Constantinopel.] Regio est Thraciæ, supra Bolphorū, Ponto Euxino imminens, cujus urbes sunt Apollonia, Thynnias, Almedessus, Develton, & Phinopolis. De hac Plin. lib. 4. ca. 11.

Astigi, Civitas Bæticæ, à qua Astigitanus ager, Plin. lib. 3. ca. 1.

Astiochia, Vide ASTYOCHIA.

Astŏmi, [ἄστομοι. Germ. Leute in welchen kein Mund hat, sondern vom gantzen leib trincken.] Indiæ populi sine ore, arbitrio tantùm viventes, & odore ab ἀ, privativa, & στόμα quod Latinè os significat. Plin. lib. 7. cap. 2.

Astræi, Ἀστραῖοι, Astræi & Auroræ, sive (ut alii malunt) Jovis & Tiamadis filii, Insitiæ autitita, quam Poetæ fabulantur aurea illo tempore è cœlo in terram migrasse, & tandem, mortalium feecribus offensam, cœlum repetivisse. Ovid. 1. Metam. Ultima cœlestum terras Astræa reliquit.

Astrăcus, Ἀστρᾶκος. Vnus fuit ex Titanibus, qui contra deos arma tulit, ut ferunt. Hic cum aurora fertur concubuisse, & ex ea ventos genuisse: qui ab eo Astræi fratres dicti sunt. Ovid. 15. Metam. Astræus, & tot nidum subitis concursibus æquor Astræi turbant, & tanta prælia fratres.

Astrapæus, Ἀστραπαῖος, Dictus est Jupiter, ab Astrape, quæ est coruscatio. ¶ Item Astrapæus ventus, qui fulgetras excitat.

Astrēus, ei, Dictio Cilly laba. Ἀστραῖος, Nomen unius ex iis, qui à Perseo in urbe Cepheï regia sunt occisi. Ovid. 5. Metam. Occidit & Celadon Mendesius, occidit Astreus.

Astrophe, (Quod hic pro una ex Plejadibus corruptè legebatur) Vide ASTEROPE.

Astu, genetis neutri, ac cornu, Pro civitate Atheniensi, quam ἄστυ vocabant sed à Latinis mutatur y in u, & fit astu, ut inquit Priscianus Terentio Eunuch. An in Astu venit? Probus Aemylius in Alcibiade: Postquam in astu venit, concione advocata verba fecit. ¶ Apud Latinos verò Astu, sive Astus, idem est quod calliditas, πανουργία, quæ & Astutia dicitur. Festus Pompeius: Astu apud Poetas astutiā significat: cujus origo à Græco ἄστυ: hoc est, ab oppido deducit, in quo qui versati sunt, callidi esse, cum & alteri esse videntur. Vide infrà in dictione ASTUS.

Astura, Ἄστυρα, Flumen Latii, & insula in Tusco adhio. Plin. lib. 3. cap. 5. Antium colonia. Rutilius de Reditu suo: Astura, flumen in agro Laurenti est, quod quidam Aturam vocant.

Asturĭa, æ, Ἀστυρία, Regia Hispaniæ in tractu Tarraconensi, Arrabris, Gallæcis, Cantabris, & Vardulis finitima: equis tolutariis nobilitata, qui ab ea Asturcones vocati sunt.

Astŭrĭus, ii, Ἀστύριος, Gentile nomen est, cum significatu, qui ortus est ex Asturia Tarraconensis Hispaniæ regione. Martialis pro possessivo usurpavit, Asturcon equum dicens, pro Asturco, sive Asturconi. Ita enim habet in Diptychis: Hic brevis ad pauca est rapidos qui colligit ungues, Ventaque amiferis gentibus Asturcus. ¶ Est item Astur, Hectoris cujusdam proprium nomen, qui Aeneæ suppetias tulit adversus Turnum: de quo Virg. lib. 10. Aen. ¶ Asturicum, Antiqui Regis, Ἀστύριος, Gallis Assiar, avis est. Asturum & Falconum meminit Julius Firmicus lib. 5. Mathesios. Vide TAGUNEX.

Asturēs, Ἀστύριοι. Sunt Hispaniæ populi memorati Flori, Gallæcis, Arrabris, Vardulis, & Cantabris proximi, auxiliorum & equis quondam tolutariis nobilitati, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno cruram explicatu glomeratio est: ut tradit Plinius libro 8. cap. 42. Silius lib. 3: His parvus sonipes neq; matri asinus: at idē Autin contusis glomerat vestigia corpe, Aut mobili parata celer trahit ilia collo. Talem gressum Graeci ἀσύραιν vocant, à bonitate cursus. Latini dicunt tolutarios equos, à tollendis pedibus, & collutim glomerandis.

Astyages, Ἀστυάγης, Cyaxaris filius, Persarum & Medorum rex, & pater Mandanæ, quæ Cambysi mediocris dignitatis Persæ nupta, Cyrum peperit: quem avus, in somnis quibusdam exterritus, Harpago cuidam extarimis familiaribus necandum tradidit. Qui quum tam crudele ministerium per ipsum nolle exequi, Mitradati regio bubulco omnia illa denunciat. Erat Mitradati uxor nomine Spaco, quod Medorum lingua canem sonat. Hæc tum forte mortuum ediderat partum, cum ei pro Cyro magnificè cunas tepelliri: Cyrum autem ipsum, tanquā filium suum, domi educat. Qui postea ab avo agnitus, & in Persidem ad parentes remissus, simulatq; accolevit, Harpagi iniquitatem avo declarat, eumq; in prælio captum, quod ad vivi penes se habuit: ex Herod. lib. 1.

Astylus, Vide ASTYLVS.

Astyanassa, Ἀστυάνασσα, Helenæ Menelai uxoris ancilla lasciviissima, dominamq; prostibulo se dignam nacta, quæ prima de variis excubitus modis librum conscripsit: cujus exemplum postea imitatæ Philænis, & Elephantine, idem argumentum tractarunt. Autor Suidas.

Astyănax, [Ἀστυάναξ. Germ. Ein Sohn Hectors.] Unicus fuit filius Hectoris ex Andromache, natus post inchoatum bellum inter Troianos & Græcos, quem Ulysses, antequam naves e Sigeo salverent, e turri misa inhumanitate dedit in præceps, ne quid reliquiarum superesset, quod excidium Troiæ, & populi imperium ulciscetur. Hector ut plurimū vocabat Scamandrium. Virg. lib. 3. Aen. Parvumq; manu Astyanacta vocabat. Latini principem civitatis sonat, quasi ἀστυάναξ.

Astycratia,

Astyeratia, filia Acoli, teste Homero Odyss. lib. 10.

Astydamas, Ἀστύδαμας, & hoc modo scribendus, fuit civis Atticus, ex quo Tragici poetæ fuerunt: patet etiam tum rhetor philosophus, & Socratis auditor. Suidas.

Astydamia, Ἀστυδάμεια, Ormeni filia, quam Hercules, patre prius occiso, rapuit. Ovid. Nec referam partus Ormeni Nymphatuos.

Astylus, Ἄστυλος, Vnus fuit ex Centauris: & quoniam augurio valebat, futura prænoscere, fratres monuerat, ne bellum adversus Lapithas assumerent: sed exorto in nuptiis bello, ipse sibi timens, una cum Nesso Centauro fugam arripuit. De hoc ita Ovid. 12. Metam. Astylus ille etiam metuenti vulnera Nesso, Ne fuge, ad Herculeos, inquit, servaberis arcus.

Astylus, Ἄστυλος, Crotoniata cursor tribus Olympiis cōtinuis vicit, stadio, diaulo & dolicho. Quòd autem in ultimo se Hieronis magistrum ac Syracusanum à præcone declarari fecerit, Crotoniatæ irati, statuam ejus fregerunt, bona insuper publicaverunt. Autor Pausanias. Meminit ejus Plato in legibus, qui eum nō tàm cursu, quàm perpetua virginitate clarum prædicat. Fuit præterea Astylus quidam Trojanus, à Menepiolemo occisus, teste Homero in primo Iliad.

Astymedusa, Ἀστυμέδουσα, Occupi fuit uxor (hanc enim repudiata marte, quā primas matrimonio sibi cōjunxerat, sed incognitam, in uxorem duxit) quæ ut liberis priotis conjugis intentum parentem faceret (ut fere omnium novercarum mos est) apud patrem eos accusavit, tanquam qui se de stupro appellassent: quapropter Oedipus iratus regnum crudentum reliquit.

Astynome, Ἀστυνόμη, Chrysæ Apollinis sacerdotis filia, unde & Chryseis dicta est: quæ, Chryse oppido à Græcis expugnato, in prædę divisione Agamemnoni cessit. Quam tamen postea pestilentia ab Apolline immissa adactus, patri restituit. Autor Homerus 1. Iliad.

Astynous, Ἀστύνους, Princeps quidam Trojanus, quē Diomedes in bello Trojano interfecit, ut scribit Homerus libro quinto Iliad.

Astyochia, pen. prod. Ἀστυόχεια, Actoris filia fuit: quę quum sola in summum paternę domus cœnaculum ascendisset, ānexe compertа creditur. Fuit & altera ejusdem nominis, quā Hercules rapuit, & ex ea Tlepolemum genuit: de qua Homerus in Catalogo navium.

Astypalæa, Ἀστυπάλαια, Insula est in mari Carpathio aut certè Icario, è regione Cnidi, appidum habens ejusdem nominis. De hac Plin. lib. 4. cap. 12. Fuit item Astypalæa oppidum in Cō insula, cujus meminit Strabo lib. 14.

Astyra, Ἄστυρα, vel Astyrum in singulari, Civitas Mysiæ, noxa Troadem. Est & virus prope Adramyttium, item civitas Phrygiæ, ubi Minerva colebatur, & Bacchæ juxta Parnassi: Item Italiæ regio. Stephanus.

Astus, pro simplex oppidum in agro Brutino.

Asturus, Vide AXORVS.

Astus, sive Ἄστος Stephano, sive (ut apud Plinium legitur) Astum, Oppidum est Corsicæ insulæ mediterraneum: de quo Plin. lib. 4. cap. 12.

Astychis, Ἀστυχις, Aegyptiorum rex post Mycerinum, cujus opus fuit lateritia pyramis apud Memphim, ut refert at Herodot. lib. 2.

A ante T.

Atabulus, [Ἀτάβουλος. Pol. Ἄνεμος μεταξὺ λιβὸς καὶ ἀπηλιώτου. Vng. Ἀφρικόνοτος.] Ventus Apuliæ peculiaris: unde etiam Apulus peculiarem epitheto appellatur. Horat. 2. Serm. Satyr. 5: Incipit ex illo montes Apulia notos Ostentare mihi quos torret Atabulus. Quem locum explicans Porphyrion, Atabulum dicit ab Ἀτερ τοῦ βάλλειν βλάβην: hoc est, à noxa, & nimis quoque inferendo. Est enim frigidissimus, teste Plin. lib. 17. cap. 24. & si flaverit circa brumam, omnia exurit, frigore arefaciens, ut nullis postea possint foliis recreari.

Atabyria, ę, [Ἀτάβυρος. Ger. Ein alter nam eines Berges Atabyrij.] Vnde est ex vetustis Rhodi insulæ nominibus, ductum ab Atabyro rege, ut Plinio placet lib. 5. cap. 31. sive (ut alii malunt) ab Atabyri, editissimo totius insulæ monte.

Atabyris, Ἀτάβυρις, Mons est editissimus totius Rhodi insulę, sive Atabyro sacer cujus meminit Strabo lib. 14.

Atacini, orum, Ἀτακῖνοι, Populi Narbonensis provinciæ, Atacis amnis accolę, qui circa Narbonem Martium fluit: à quo & nomen acceperunt. Meminit horū Pompon. lib. 2. & Hermolaus in Plinium: qui etiam Atacinarū familiam Romæ illustrem, nomen inde traxisse existimat.

Ateon, (quod hic per errorem legebatur) vide ACTAEON.

Atalanta, Ἀταλάντη, Schœnei, vel ut alii malunt, Iasi Argivorū regis filia, virago, & forma, & viribus corporis præstans, quæ primo aprum Calydonium sagitta vulneravit. Hęc quum mira corporis velocitate præstaret, & à nuptiis omnino abhorreret, sylvis tantùm & venatui dicte colebatur, procisque suis cursus certamen proposuit, in quo victus, mortis pœna: victorem, conjugii sui præmium sequeretur. Multis itaq; superatis, tandem ab Hippomene, Veneris consilio victa, nupsit victori: quum is in æde Matris matris, nulla numinis habita reverentia, cū illo cōcubuisset, in leęnam conversa est. & Hippomenes in leonē. Vide fabulā apud Ovid. lib. 10. Met. & Martialem ad Caesarem & Atalantā, uxor Acasti, regis Iolci, quæ Peleo amore capta quū ab eo repulsam tulisset, amore in odium cōmutato, Peleo apud virum dicto in, quod vim sibi intulisset conatus esset. Quamobrē Acastus uxoris delationi temerè fidē habens, Peleo bellum intulit: qui Tyndaridis (quorum in Colchica navigatione socius fuerat) in auxilium vocatis, Acastum præsidio imparem: captaq; Iolco, Atalantam supplicio affecit. Ex Suida. Fuit & Atalanta, fons in porta Cyparissiorum: dictus quòd in venatrix fœmina situ & ejus lassata consedent, & petra venabulo ejus percussa, latices effudit, sicut scribit Pausanias.

Atallinē, [Ἀτάλλινη Germ. Ein Insel nahe bey Negropont gelegen.] Exigua est insula Euboeæ adjacens, è regione Opuntiorum: cujus meminit Thucyd. lib. 2.

Atarbicis, Ἀτάρβικις, civitas in Propontide insula. Steph.

Atargata, apud Strab. lib. 16. dea quædam nomen est quæ à pud Assyrios colebatur. Ab aliis Atergatis dicitur. Vide infrà.

Atarna, æ, Ἄταρνα, Stephano, Urbs fuit in ora Mysiæ, è regione Lesbi.

Atarnes, Ἀτάρνης, Darii Persarum regis frater, filius Hystaspis, cujus filiam unicam nomine Phratagunam Darius uxorem duxisse fertur Herod. lib. 7.

Atarpyon, Ἀτάρπυον, Gens magna Arabiæ, Steph.

Atax, Ἄταξ, Fluvius est Galliæ Narbonensis, ortum habens ex Pyrenæo monte, qui infunditur in mare Tyrrhenum. Lucan. lib. 1. Meris Atax gaudet Latias non ferre carinas.

Ate, [Ἄτη Pol. Νόσος. Vng. Vitia, accidentia.] Latinis Noxa dicitur. Ab Homero dea fingitur, quæ homines malis implicat, mentesq; fedavit, & pervertit: cui repellendæ & placandæ Litæ Jovis filiæ oppositæ sunt, quæ tantò sunt tardiores, quanto noxa est gravior. Vide Erasmum in Adagio: Ira omnium tardissime senescit.

Atelos, (quod hic pro insulæ nomine depravatè legebatur) vide TELOS.

Aterium, Ἀτήριον, Civitas Siciliæ, Steph.

Athacus, ci, Genus volucris gradiēs super quatuor pedes, lōgioraq; retro crura habens, de quo fit mētio apud Leviticū.

Athamania, Regio Illyriæ, secundùm alios Thessaliæ. Steph.

Athana, Oppidum. Plin. lib. 6. cap. 28.

Athartes, Fluvius est Scythiæ Thraciæ in Istrum defluens.

Atharubis, Vrbs Aegypti, Stephano.

Atisceti, Populi Barbarici.

Atergatis, [Ἀτεργάτις Germ. Die Göttin der Syrischen Sydonier.] Eadem quæ Atargata seu Atergatis in Syria: quam & Atergatim & Derceto Strabo lib. 16. appellat. Dea conjugium nomen, quæ apud Ascalonem Syriæ civitate colebatur. Hanc Plinius prodigiosam Atergatim vocat, quòd Ctesiachen ejus māstro fuisse fingeretur, superiore parte mulierem, reliqua piscem referens. Hanc ferunt fuisse matrem Semiramidis, quæ ob amissam pudicitiam tantum animo dolorem concepit, ut sese in lacum præcipitem dederit: quumq; eadaver ejus alimentoribus invenire non posset, creditum est eam in piscem fuisse transformatam. Qua factum est, ut deinceps à piscium esu vicini populi religiosè sese abstinerent. Vnde & Atergatim dictam volunt, quasi Ἀτεργάτις, quod Syris hanc piscibus fovisse Macrob. 1. Saturn. duo fuisse Assyriorum numina tradit, Adad, & Atergatim, ex quibus omnia gigni arbitrabātur: per Adad nimirum Solem, per Atergatim terram intelligentes. Vide Caelium Rhod. lib. 24. cap. 3.

Aternus, Fluvius est Italiæ, in ora Ferentanorum, per agrum Adrianam in mare Adriaticum labens. Plin. lib. 3. cap. 12. & 13.

Aterse, Civitas regionis Veneræ, ut tradit Plin. lib. 3. cap. 19.

Athamas, Ἀθάμας, Suidæ, Aeoli fuit filius & Thebarum rex, qui Nephelem in uxorē duxit, & ex ea Hellen & Phryxum genuit. Sed quum Nephele, furore Liberi patris concitata, in silvas abiisset, Athamas liberis suis Ino Cadmi filiam superinduxit novercam: quæ privignos secretò apud Patrem accusans, eō illos compulit, ut conficere sibi aurea arietē quam quondam ex Neptuno & Theophane genitum tradunt, & cujus vellus à Phryxo mari consecratum, postremò inter sydera relatū) fuga sibi consulerent. Quapropter Ino mala furia in Athamantem immisit, quæ is tantam rabiem ejus deverunt, ut quum Inonē se eum videret, hanc ferocem, & Chios suos ejusdem carnibus arbitratus, raptum Learchum ex filiis altero saxo illiserit. Quod Ino videns cum Melicerta altera prole fugiens, se ex rupe in mare præcipitem dedit, & deorum miseratione in deam marinam mutata est: quam Græci quidē Leucothean: Latini autem Matutā appellant. Vide infra in dictione Leucothea.

ne INO. ¶ Hinc Athamantis id est, Helle ejusdem filia.

Athāmantĭădēs: Id est, Phrixus Athamantis filius. ¶ Athamas etiam est Thessaliæ mons, ut habet Plin. lib. 4 cap. 8. ¶ Fuit etiam fluvii nomen, qui decrescente Luna ligna sibi admota incendit, ut autor est Ovid. 15. Metam. Admotus Athamantis aquis incendere lignum Narratur, minimus quum Luna recessit in orbes.

Athamānes, ἀθαμᾶνες, Populi Thessaliæ de quibus Plinius lib. 4 cap. 8.

Athanasius. [Ἀθανάσιος. Ger. Ein frommer Bischoff zu Alexandria.] Primus Alexandrinus, educatus ab Alexandro ejus civitatis præsule, olim Diaconus ejus concilio Nicæno fuit. Arianorum deinde maximus perpetuus insidias, ad Constantem Galliarum principem aufugit. De quo plura Volaterranus.

Athenæ, arum. [Ἀθῆναι. German. Die Stadt Athen in Griechenland/so vor zeyten Gelehrsamkeit/aus deren so viel fürtrefflicher Gelehrter namen sind/erschienen vnd gemehret ist.] Civitas Græciæ totius celeberrima disciplinarum omnium altrix, & amplissimarum colonarum fecundissima genitrix, in ea Achaiæ parte sita, quæ quòd magna ex parte Ionicis est, olim Actæ, & deinde Attica vocata fuit, quæ hodie Morea. Hanc Cecrops primus condidit, unde & Cecropia dicta est, postea a Minerva Minervia, & ab Iove Xutho filio Ionia, & a Minerva Athenæ. Græci enim Minervam Ἀθηνᾶν dicunt. Horat. 2. Epist. Adjecere bonæ paulò plus artis Athenæ. Cic. 1. de Orat. Vt omittam Græciæ, quæ semper eloquentiæ princeps esse voluit: atque ejus omnium disciplinarum inventrices Athenas, in quibus summa dicendi vis & inventa est, & perfecta. Tres autem fuit quidam æstimarunt urbes Athenas, ab unis Athenæ, ab aliis Athenæ, ab aliis Athenæ. Sed ab aliis Athenopolim dictam fuisse.

Athēnæēnsis, adjectivum, Ἀθηναῖος. Cic. pro Flacco: Adhuc Athenienses unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges artæ, atque omnes cultus dispersi sunt. ¶ Athenæi illi incundi & temeritas. Ἀθηναῖοι ἐρεθισταί. Quidam in eos, quibus male consulta veluti nevi. Nam id olim vulgo tributum est Athenienses, quòd ipsi quidem sæpe consilia cautiora, quamq; prospicerent: verum Minerva tamen præses illorum male consulta bene vertere consuevit.

Athenæum, ἀθήναιον. Lucos erat Minervæ dicatus, ad quem Poetæ, aliiq; scriptores Græciæ ipsa sua referebant, quemadmodum Poetæ Latini ad Apollinis templum. Accepimus tamen & aulam regiam, & publicum, ad quæ convenirebant Studiosi, ut aut Poetas recitantes, aut Rhetores declamantes, aut Philosophos, aliarumve disciplinarum Professores audirent. [Ger. Ein gut Haman gots Hauß/darinn studiert vñ gelehrt.] Dictum est autem Athenæum, ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς. hoc est, a Minerva, studiorum antistita. Iulius Capit. Poetica verò ubi adolevit in Athenæo controversis declamare audentibus etiam in prætoribus satis. Lampridius. Ad Athenæum audiendorum & Græcorum & Latinorum Rhetorum vel Poetarum cœtus frequenter processit. ¶ Est & Athenæum promontorium Campaniæ non procul à Pompeiis in extrema fuit parte Minervæ sacellum habens, ab Ulysse conditum. Autor Strabo lib. 5.

Athenæus, Ἀθήναιος, Cilix Peripateticæ sectæ Philosophus fuit tempore Augusti. ¶ Fuit etiam hoc nomine Grammaticus Naucratites, qui sub M. Antonio claruit, cui libros Deipnosophistarum varia eruditione refertos conscripsit: quos Hermolaus Byzantius in Epitomen contraxit. Plura de hoc vide apud Suidam.

Athenion, Ἀθηνίων. Pictor insignis fuit, Glauconis Corinthii discipulus, cujus opera numerantur a Plin. lib. 35 cap. 11.

Athenodorus, Ἀθηνόδωρος, Philosophus fuit, Augusti familiaris, quem enim natura ad iram pro civitorem videret, hoc illum præcepto instruxit: Quòd ira, Cæsar, te ceperit, tibi prius neque duxeris, neque feceris, quàm ipsa quatuor & viginti elementa literarum sicecatum tecum ipse percurreris, & memoria recenseris: ut ita concitatio ilia, quæ momentola est, mente alò tradita, paulò temporis interjectu languescat. Hic fuit discipulus Dionysii Areopagitæ. Composuit opus varium, quod Ἀπορημάτων scripsit. ¶ Fuit & Athenodorus sculptor eximius. Plin. lib. 34 cap. 5.

Athenopolis, Ἀθηνόπολις, Oppidum Massiliensium. Plin. li. 3. c. 4.

Athesinus, pen. prod. Ἄθεσις, Fluvius effluens è lacu, qui in Apennino est, supra Carnos incumbente, & labitur in Ilium. Autor Strabo lib. 4.

Athesis, pen. corr. [Ἄθεσις. Germ. Ein Fluß so von den Trident Gebirg durch Veronam ins Meer laufft/welchen die Italiäner, Adice, Germani, die Etsch nennen.] Fluvius qui ex Tridentinis alpibus Tridentum alluit, & Veronam dividit deinde per latas Padi paludes gradiens, non longe à brundulo portu in Adriaticum mare influit. Plin. lib. 3. cap. 16.

Athilibis. Vrbs Aegypti, & alia Arabiæ, Steph.

Athimodiana, Pars Cecropidis tribus. Steph.

Athochari. Populi sunt Scythiæ in Asia, Herod.

Athōs, [Ἄθως Steph. ano, Vulgo Monte Santo. Germ. Ein hohes spitziges Berg gegen Thracien vnnd Macedonien gelegen.] Mons inter Macedoniam & Thraciam tantæ altitudinis, ut usque ad insulam Lemnon umbram porrigere dicatur. ¶ Vade Xerxes factus proverbio Athos celat latera Lemnia navis, Ἄθως ἐς Λῆμνον σκίαζε λαμπρὸν Μηδικὸν στόλον. Vbi quis odiosi, aut molesti, aut gloriam ea in re jam obscurat, aut eloquio obstitit. Tradunt in Lemno bovis fuisse simulacrum ingens, candido è Dionysiade lapide. Id Athonis montis tam longo distans intervallo animè ob immanem altitudinem obscurat omnia sua. Ita dictus à Gigante ejusdem nominis. Situs est hic mons in Chersonesso, quæ Chalcidicæ regioni angusto illimo annectitur: quæ Xerxes hebum Græciæ inferens, perforavit, monteque quem à continente abscidit. Huc alludit Lucan. lib. 1. Creditur omne Vellicatus Athos. Servius in illud Virg. ea. Aeneid. Quantus Athos, aut quantus Eryx. Athon merito recisitate, non Athos legendum præcipio: existimans nimium palleriorem syllabā corripi. Quæ tamen in re tabitur, quum apud Græcos Ἄθως scribatur per ω magnum.

Athrys, hujus Athrys, fluvius est Thraciæ in Ilium fluens.

Athymbra, Vrbs Cariæ juxta Menandrium, ab Athymbro condita, & Nysa postea dicta. Steph.

Athyras, Portus & devertia juxta Byzantium, & fluvius quidam, & fluvius Asiæ, Steph.

Atīmetus, pen. prod. Ἄτιμητος, Libertus Cæsaris fuit, ut deprehenditur ex inscriptione sarcophagi, quem Homonoea uxor sua defunctæ posuit cum elegantissima Epicharitos cujus exemplum vide eo loco in dictione HOMONOEA.

Atīnās pen. prod. Ἄτινας, Civitas juxta Pontinas paludes: dicta à matre, qui Ἄτις dicebatur, quos paludis victorias ceam Martialis in Quo civis pulcra gloriatur Atina. ¶ Loca Atinates populi, quorum meminit Plin. lib. 3 cap. 5.

Atintania, ἀτιντανία, Pars Macedoniæ, ab Atintane Macedonis filio dicta, Steph.

Atiscori, populi Britanniæ.

Atlantĭcæ Insulæ [ἀτλαντικαὶ νῆσοι. Vulgò Islas Afortunadas. & quas Beatas vocant: septem quidem hæ sunt, paulò minores dimidiæ Maurusiæ, dextrorsum ab Atlantis altissimi lateribus. Incolæ illarum, medio interdiu aëre plurimam flatus ac roris sentiunt. Solum verò pinguis: arcuatis alio modo, plantisve destitutum: sed omnes fere arbores fructu alio humano itidem oleum producit, dulcem quidem & ortotatum multimodum: unde fortasse & ventrem. Aër tyrannus, ac temperatus, & medium annum ferè eodem tempora continens. Nam quæ à terra perflant venti, ac Boreas & Aquilo, propter longinquitatem pervidi & languescentes ipsa fatigantur, & defessi prius quàm ad has insulas perveniunt. Qui verò à mari perflant Argestes & Zephyrus, frigidos quidem & temperatos imbres ex pelago affert. Plurima verò per hominem aerem cum humore fructificantia nutrimus, ut etiam apud Barbaros incredibiles fides, de Elysios campos esse, & beatorum domicilia ab Homero decantata.

Atlas, antis. [Ἄτλας. Germ. Ein Riese in Mauritania/der den Himmel auff seinen Schultern vnd den Himmels lauff soll erfunden haben.] Mauritaniæ rex fuit, qui humeris cœlum sustinuisse dicitur, quòd primus cursum Solis & Lunæ, syderisq; omnium variationum rationes, vigore animi, solertiaque deprehenderit. Hic fuit Promethei frater, qui quum monitus esset oraculo, ut caveret à Jovis filio, nullū hospitio suscipiebat: quòd Perseus Jovis ex Danaë filius indignè ferens, offendit ei caput Gorgonis, cujus conspectu Atlas in montē conversus est tam excelsum, ut ejus cacumen cerni nequeat. Hinc factus est fortis fabulæ, ut Atlas res Mauritaniæ cœli humeris suis fulcire dicatur. Fere à medio monte nubes incipiunt: hyeme & æstate nivem habent. Columnam cœli indigenæ appellant. ¶ Atlas cœlum, Ἄτλας τὸν οὐρανὸν ἀείρει. Subaudiendum ἀείρειν, id est, sustinuit. Dicitur solitum dicis, qui fesso negotiis & molestiis involvunt negotiis, triplicibus humanis accessunt. Nam his Cœlum humano excepto deprehensus autem quòd illi struxisset insidias, præceps datus est in mare Atlanticum. ¶ Ab communi populi incolēs Atlantes dicatur, qui solidum astrorum: hoc est, fine nominibusnam in universum Atlantes nominantur: singulos nullū proprium nomen imponere. Solem arcticum, occidentemq; dira imprecatione cōmentor, et ex natalem ipsis agricolis. Nec; insomnia visum qualia reliqui mortales. Nimbis, Solanis, Eeradatus autores. Ex Atlante ingentes flumina oriuntur, serenique Nubes. Augustin. lib. 18. de Civit. Fuere Promethei Atlas, magnus fuit Astrologus dicitur: unde occasione fabulæ invenit, ut cum cœlo portare contingeretur, quia vis mons ejus nominis nuncupatus, cujus altitudine penitus cœli portario in orientem videri videatur. Diod. lib. 4. Fuit Atlantem Astrologiæ ejus cupiens finem, deq; sphæra primum inter homines disputatione ex revolvis est, quibus humeris sustinere, Jovem orabente fabulis sphæra inventione. Scribunt quidā duos esse montes in Mauritania Atlantes dictos alterum ex-

tumultā

humanis Hesiodi vicinorem: alterum in interiore Libyâ. Remotum ab Atlante rege in eum converso dictas est, quem coelo columnam nominant. Tres autem Atlantes fuisse memorantur. Vnus rex Italiæ, & pater Electræ uxoris Corythi. ¶ Alter rex Arcadiæ & pater Majæ, ex qua natus est Mercurius. ¶ Tertius Mauritaniæ, qui dicitur est Maximus. Hic primus navim cõstruxit, navigavitq; ¶ Sumitur aonnunquã à Poëtis Atlas pro hominis simulacro, sustinente columnas ædium, aut ipsum ædificium, ad similitudinẽ Atlantis cœlum humero torquẽtis, qui etiam Latino vocabulo Telamones appellantur. Ficbant aũt ferè gibbosa figura, more cerũ, qui onera dorso gestantiq; atq; omnino duo, interdum averti, interdum sese invicem spectantes. Martialis: Non aliter ducitur Atlas cum comparе gibbo. ¶ Est & Atlas, teste Herodoto, lib. 4: Fluvius ex Hæmo monte nascens, & Aquilonem versus in Istrum defluens.

Atlanticus, a, um, ἀτλαντικός, sic ut, Atlanticum mare id est, ea pars Oceani, quæ Mauritaniam ab Occidente alluit: dicta ab Atlante monte, qui eam Oceani partem respicit. Cic. de Somnio Scipionis: Omnis terra quę colitur à vobis, parva quædã insula, circumfusa illo mari, quod Atlanticũ, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris. Mare Oceanum.

Atlantĕus, a, um, pen. prod. Horat. 1. Carm. Atlanteus que finis Concurrit. Pleiades Atlanteæ, apud Ovid. 3. Fastor.

Atlantĭădes, ę, & per epenthesim Atlãtiades, ἀτλαντιάδης, ἀτλαντιάδου. Patronymicum masculinum: quo Poëtæ utuntur pro Mercurio Majæ filio & nepote Atlantis. Ovid. 8. Metam. Venit Atlantiades positis cadutiferalis.

Atlantĭs, ĭdis, dive Atlantias, ădis, ἀτλαντίς, ἀτλαντίδος, Patronymicum fœmininum, significans filiam vel neptem Atlantis. Virgilius octavo Aeneid. Electra Atlantide cretus, Iasius: libro 16. Vesque Atlantiadum tabefecerat ora sororum. Vbi Atlantiades sorores vocat Pleiades: de quibus supra. ¶ Atlantides, ἀτλαντίδες, Vergiliæ dictæ sunt: Atlas enim ex Plejone Oceani filia, ut ait Higinus (ut ait, Deucalionis) habuit quindecim filias, quæ uno vocabulo Atlantides dicuntur. Verùm quinque ex his Hyades sunt nominatæ, à fratre Hyante à sororibus plurimùm dilecto: reliquæ Pleiades à matre dictæ. ¶ Vergiliæ dicuntur, quia cũ Vere exoriuntur. Et sunt septem, quarum sex clarissimè apparent: septima verò, quia Silypho nupsit, non videtur. Cicero aut Hyades à pluendo dictas. Nostri Suculas vocant à suibus: quoniam mensi Iunio gaudent. Indicant enim pluvias.

Atŏssa, ἄτοσσα, Filia fuit Cyri, quæ primùm Cambysi, & post ejus mortem Dario nupsit. Herod. lib. 3.

Atrantĭnæ. Populi Arabiæ Felicis. Plin. lib. 6. cap. 28.

Atrani, Populi Hirpinorum in Italia, apud Plin. lib. 3. cap. 11.

Atratinus. Oratoris nomen est, qui Cælium accusavit, defendente Cicerone.

Atrax, ἄτραξ, Fluvius Aetoliæ: à quo Atraces quidam populi cognominati sunt, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 2. ¶ Est item Atrax, Thessaliæ oppidum: à quo Hippodamia Pirithoi uxor Atracis Ovidio dicta est: & Atracia ars, Statio pro Magicâ, quæ apud Thessalos plurimùm viguit.

Atrăcĭs, pen. corr. ἄτρακις, populi sunt Aetoliæ, quibus nomen dedit Atrax fluvius per agrum eorum in mare fluens: ut ille habens, teste Plin. lib. 4. cap. 2.

Atrăcĭs, ĭdis, ἄτραξ, Gentile fœmininum ab Atracibus deductum, Aetoliæ populi: aut etiam ab Atrace Thessaliæ civitate. Vnde Ovidius Hippodamiam Pirithoi uxorem Atracidem vocavit. Atracis (ἄτραξ) jambigua exiit, in arma viros.

Atrăcĭus, a, um, ἀτράκιος, poss. divum: deductum ab Atracia Aetoliæ regione: sive ab Atracia Thessaliæ oppido. Vnde Atraciam arcem Statius appellavit Magicam, quæ apud Thessalos plurimùm viguit. Sic enim habet ille lib. 1. Thebaid. qualis per nubila Phœbe Atracia subeat arte color.

Atræ, ἄτραι, Civitas inter Euphratem & Tigrim, Steph.

Atrebates. [German. Bilder bey den Niderlanden / so gemeiniglich Artois oder Artoys genennet werden.] Appellantur à Cæsare populi inter Belgas, quos hodie Artesienſe vocamus. Vulgò Arras, vel, Artois.

Atreus, disyllabum, ἄτρεύς, Pelopis & Hippodamiæ filius fuit, pater Agamemnonis & Menelai: qui ab ipso Atrides dicti sunt. Fratrem habuit Thyestem, qui fratris uxori stuprum intulit. Atreus verò fratri filium epulandum apposuit. Ob quæ facinora, Sol, ne pollueretur, cursum retrorsum dicitur convertisse. ¶ Hinc proverbialis figura dicimus, Atrei oculi, Ἀτρέως ὄμματα, de corvo truculentoque aspectu. His enim oculis in Tragœdiis indagebatur Atreus.

Atreus, a, um, ἀτρεῖος, Adjectivum est, trium syllabarũ. Statius Theb. 1. presor Atrei: ti quid tibi sanguinis unquam.

Atrĭdes, æ, pen. prod. ἀτρείδης, plurativè Atridæ, arum. Atrei filii, Agamemnon & Menelaus. Virgil. 1. Aeneid. Atridas, Priamumq;, & saevum ambobus Achillem. Atrides minor, & major. Ovidius 12. Metamorph. Non minor Atrides, non bello major, & ævo. ¶ Non soli Atridæ amant uxores. Dici solitum, quoties ignoscimus suam cuique dolere injuriam, communem aut damnum: nec oportere quenquam impune laedi. Homer. Iliad. H' μοῦνοι φίλεουσ' ἄνδρες, μετὰ καὶ ἑτέροισι γένονται. Aut quid est, Num solis hominum Atridis affectus, amorisq; Vxorum est.

Atria, Oppidum fuit insigne Tuscorum, portum habens insignem non procul à Padi ostiis: à quo vicinum mare Atriaticum vocatum est, & postea Adriaticum. Autor Plin. lib. 3. cap. 16.

Atropatia, ἀτροπατία, Stephano, Altera est ex partibus Mediæ dicta ab Atropato duce qui eam à Macedonum vi tutatus est. Media enim in duas distributa est partes: quarum altera Media major appellatur, cujus metropolis sunt Ecbatana. Altera minor, quæ & Atropatia dicitur. Vide Strab. lib. 11.

Atropatus, ti, ἀτροπάτος. Vide ATROPATIA.

Atrŏpŏs, pen. corr. ἄτροπος. Ger. Eine auß den dreyen Göttinnen so den faden des lebens abschneidet.] Vna extitisse Parcis ista dicta quasi immutabilis, quòd ad nullius preces converteretur. Copiosius in dictione PARCAE.

Attæ, ἄτται, Stagnum in Bœotiæ urbe Phrygiæ, salem producens, Steph.

Attalis, Tribus est Attibæ. Steph.

Attăcum, ἄτταγον, Hispaniæ oppidum in tractu Celtiberorum. Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

Attă, ἄττα, Civitas Arabiæ fœlicis, autore Ptol. lib. 6 cap. 8.

Attăbes, & Numenius latrones fuerunt famosissimi. Adeò ut Proverbio locũ ferentes, convenerunt Attabas & Numenius.

Attălĭcus, penult. corr. ἀττάλικος, Nomen Pergami regis, pecuniæ ditissimi, & splendidæ, abundantiq; supellectilis: quo omnia magnifica, Attalica dicta sunt: ut inquit Plin. lib. 8. cap. 48. Propertius: Nec sitis in Attalico mors mea nixa toro. Hic quũ liberos carere, populum Romanum testamento suo hæredem instituit. ¶ Fuit & Attalus nomen medici, cujus meminit Plin. lib. 32. cap. 8.

Attălia, ἀττάλεια, Stephano Oppidum est Aeolidis, apud Plinium libro 5. capite 30. ¶ Item alterum in Pamphylia: cujus meminerunt Ptolemæus libro 5. capite 5. & Strabo libro 14. Vulgò Satalia.

Attalyda, ἀττάλυδα, Vrbs Lydiæ, condita ab Attalide post mortem ejus à filio Lydo. Steph.

Atterĭus Philologus, Libertinus Athenis natus, quem Capito Ateius Jurisconsultus sui ejus patronus, inter Grammaticos rhetorem, & inter rhetores Grammaticum fuisse ait. Rumjuvisse scripta Salustii componendo autor est Pollio. Coluit familiarissimè Salustium, eoque mortuo, Pollionem. Autor Tranquillus.

Attĕlli, ἄτελλοι, Oppidum Campaniæ, inter Capuam, & Neapolim, quam nunc Averſam divimus.

Attellānus, a, um, adjectivum. Cicero Cluvio: Locuturus sum de agro vectigali municipii Atellani. ¶ Atellanæ histriones, ab Atella oppido dicti. Cicero Epist. fam. Quando ita secundum Oenomaum Accii, non ut olim solebas Atellanum, sed ut nunc fit, mimum introduxisti.

Attellĭcus, a, um, aliud adjectivum. Cicero 2. de Divinat. Totum omnino fatum eorum Atellicano versu jure mihi esse irridendum videtur.

Atellānæ, ἀτελλάναι ἀτταγῆνες, Latinę sunt fabulę, quæ ab Atella Oscorum civitate sumptæ fuerunt, in quibus ridiculę personæ inducebantur, & argumentis, dictisq; jocularibus respondebant Satyricis fabulis Graecis. Proprie autem Atellanicum dicebatur exordium. Liv. lib. 7. Juventus histrionibus fabellarum ludum relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare coepit, quæ exodia postea appellata, consertaq; fabellis pomilionum Atellanis suam quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit juventus.

Attĭca, ἀττική, Crana filia, à qua regio Attica fuit quidam existimant; dicta sit, quòd prius Actea ab Actæone diceretur: sive ab Attico rege, ut Favorino & Lycophroni placet: sive ab ἀκτὴ quod litus significat: propterea quòd ea regio, sicut scribit Strabo, magna ex parte littoralis sit. Quæ vocc etiam utuntur Latini. Virg. 5. Aen. At procul in sola secretæ Troades acta Amnem Anchisen flebant. Præcipuæ regionis hujus civitates fuerunt Athenæ, Eleusis, Marathon, & aliæ circumjacentes. ¶ Architidem præterea Poëtæ Latinissimam appellant, ad fabulam nimirum respicientes, quo Philomela Pandionis Atheniensium regis filia in hanc cavem dicitur esse transformata. Martial. Sic ubi multisona fervet lacer Attidis ales.

Attĭcē, ἀττικῆ, Regio est Achaiæ, ab agro Megarensi usque ad Sunium promontorium extenta: olim Actæ appellata, & Attica quòd maxima ex parte littoralis sit, teste Strabone libro 9. Vrbes præcipuas habet Athenas, Eleusinem, Marathonem, & alias nonnullas.

Attĭcus, a, um, ἀττικός. Quod ex Athenis est, vel quod ad Athenas pertinet: ut, Regio Attica. ἀττική. ¶ Atticus advena,

Ἀτταγῖς πολεμικός. In violentos & feroces vicinos dicebatur. Paris apud Xenodocum ait ex Atticorum moribus natum, quod olim finitimos è sedibus fuit exigere consueverint. Crateros tale manalle putat quod Atticenses, qui Samū mutuò fecerant, indigenas expulerint. Atti. lib. Rhet. 1. Proinde propriè quadrabit in eos, qui ita nuper in mœnibus aliquod asotum fuit, ut superiores ejiciat. ¶ Attica bellaria, παίγνια Ἀττικὰ de cupedibus. Transferri potest ad rem quācunque majorem in modum suavem ac jucundam. Plac. Poh. lib. 3. ¶ Lepos Atticus, Attica eloquentia pro summa. Terent. Eunuch. Dixit in hoc Attica esse eloquentiam. ¶ Hinc finitimum est Attica musa, Ἀττικὴ μοῦσα pro vocalta, lepidaq; oratione. Nam inter dicendi genera laudatur imprimis Atticum. ¶ Atticus testis, Ἀττικὸς μάρτυς. Legitur in Collectaneis Diogenianis pro probatissimo atq; incorruptissimo teste. Quod si quis personam torqueat in testem vanum, contra conscientiam dicentem. ¶ Attica fides, Ἀττικὴ πίστις, legitur apud eundem de minimè vanis, maximeq; perjuriis: inde coortū, quòd apud Atticos templum esset, Fidei dedicatum, cujus etiam meminit Plautus in Aulularia. Velleius Paterculus lib. 2: Adeò enim vera Athenæum in Romanos fides fuit, ut tempestivè & in omni re, quicquid syncera fide gerere cœpit, id Romani Atticæ fidei prædicarent. ¶ Atticus impetus, Ἀττικὴ ἐπιδρομή, in eos dicebatur, qui licentiam ostentare soliti sunt ubicunque est, atque ubi nihil opus. Ἀττικὴ πανία Atticis sumptibus, quæ pompam ingredi, ostendendi largitatis magnificè celebrandæ causa instituta est, hoc est, ut prælio navali, non pariter decenti.

Attícé adverb. ἀττικῶς, ut Attice loqui hoc est, Lingua Attica. Cic. de Clar. Orat. Nam si quis eos, qui decimo post anno, non audiet, nec putabit, Attice putat dicere, is retinenti Atticum probat nemo tuo.

Atticissimus, ἀττικώτατος, Et quædam peculiaris Attici sermonis elegantia. Cic. de Clar. Orat. Et ille Latinus Atticissimus existimatur.

Atticízo, as, Atticè loquor, ἀττικίζω. Plautus: Nō Atticissat, sed Siculissat. Nam quemadmodum Athenienses inter Græcos omnes urbanissimè loquebantur: ita Siculi omnium pessimè. Vide etiam Cic. Q. Cæcilium inter, quòd lingua Græcorum nō Athenis, sed in Sicilia didicisset.

Attílius Regulus [German. Ein Burgermeister zu Rom, welcher die Carthaginenser durch list in Africa gefangen.] Consul Romanus, qui primo bello Punico quum Carthaginienses lapè vicisset, tandem per insidias captus, & postea Romam missus est à Carthaginensibus pro permutandis captivis: sed quum Romam venisset, ipse interpermutationem dissuasit, & Carthaginem rediens, crudelissimè est necatus. De hoc multa Cicero lib. 3. Offic.

Atropatía. Vide ATROPATIA.

Artaritum, Ἀρταρίτου Ptol. marg. urbs est inter Tungros, post Tubantum flumen sita. Sunt qui Antuerpiam esse credāt: sed hoc Ptolemæi descriptioni non convenit. Antuerpia enim sita est ad Scaldem fluvium, qui etiam à Cæsare eodem nomine dicitur, Oceanique finu alluitur. Tungri vero in Mediterraneo sunt, multum à Scalde dissiti. Vide Becani Origines.

Atura, Oppidum est Galliæ Aquitanicæ.

Aturia, Ἀτουρία, pars Assyriæ, in qua Ninus civitas est. Strabo ab initio lib. 19.

Aturius, Galliæ fluvius, teste Ptolem. vulgò Le Dor.

Atyda, [Ἄτυδα. Ger. Ein mechtiger und grimmer König der Hunnen. Vng. Hatalmas Attila király.] Hunnorum rex fuit ex Scytharum genere, qui subacta Pannonia, Italiam ingressus, Aquileiam subvertit: & in Germaniam transiens, plurimas vastitates edidit. Indeq; domum reversus, duas novis nuptiis operām dat, vino plenus effuso è naribus multo sanguinis suffocatus est. Hic tot cladibus rem Christianam afflixit, ut apud omnes Dei Flagellum fuerit appellatus.

Atys, ύος, Apud Poëtas pueri formosissimi nomen est, quem Cybele casto amore adamavit, eumq; sacris suis præfecit ea lege, ut perpetuò castitatē conservaret. Sed quum postea vota sui parum memor, Sangaritidem nympham compressisset, abirata dea in furorem acta, teste sibi executa: quumq; etiam manus sibi afferre conaretur, miseratione Cybeles in pinū arborem mutatus est. Vide Ovid. lib. 10. Metam. ¶ Atys alius fuit Croesi, Lydiæ regis filius, qui quum antea semper mutus fuisset, in eo tandem prælio, quod Lydi pro servitutē armis, quā Cyri militem videret sublato ense patri suo eadem illatorum, animā loquēdi cupiditate lingua vinculō abrupit, clarāq; voce patris sui interitum deprecatus est. Auct. Herod. libro 1. ¶ Atys alius fuit ex Hercule & Omphale progenitus, qui filios habuit Lydum, à quo Lydia dicta est: & Tyrrhenū à quo Tyrrheni appellati sunt, de quibus Strab. lib. 5. ¶ Atys alius fuit ex India, ex Limniace Gangis filia progenitus, in Andromedes nuptiis occisus est à Perseo: corripit autem primum. Ovid. lib. 5. Metamorph. - erat Indus Atys, quem flumine Gange Edita Limniace vitreis peperisse subundis. Creditur.

Atys Sylvius. Albæ Sylvii filius, quem Eusebius Aegyptum Sylvium vocat. Hic cùm viginti novem annos regnasset, Capyssio rebito, diem claudit.

A ante V.

Avalites, sinus, Ἀβαλίτης κόλπος, in dextra parte rubri maris. Vide ABALITES, Stephanus.

Avalla, Vide ABELLA.

Avantici, [Ἀουάντικοι. Germ. Ἀβεντῖνer.] Ptolemæo, populi Helvetiæ finitimi, quos Ptolemæus lib. 2. cap. 9. inter Sequanos collocat.

Avaricum. Oppidum fuit Biturigum, flumine & paludibus eadem de quo multa apud Cæsarem de bell. Gal. Sunt qui credant hoc oppidum esse, quod Galli vocant Varron en Berry.

Avasis, Ἄουασις, Urbs Aegypti, quæ & Oasis vocatur. Antiam nominis vide apud Steph.

Avatha, vel Avara, Ἄουαθα, Ἀουάρα, Ἀουαθά, Oppidum Ἀουαθὰ est Arabiæ. Steph.

Auctonus, filius Apollinis & Cyrenes Penei filiæ.

Aucula, Urbs Tuscorum Ptolemæo: alii Aquula.

Avelburgum, Marchiæ Brandenburgensis.

Avella, Urbs est Campaniæ. Vide in APELLATIVIS.

Avenio, onis. [Ἀουένιον Steph. Auenion: Vulgò, Auignon. Ger. Welgenon ist gelegen bey dem Wasser Sorgue.] Oppidum est Narbonēsis Galliæ, ad Rhodanum. Cavarum metropolis: de quo Plin. lib. 3. cap. 4. Hodie Pontificis dominio est. Clemēs enim sexto ejus nominis Pontifex, urbem hanc cū vicino agro vendidit Iohanna Siciliæ regina: ut est videre apud Volaterranum.

Aventinus, a, um. prop. prod. [Ἀουεντῖνος. Ger. Einer auf den Berg Aventin gehörig. Etlich sagen Rom hab dem Tyber anfangs den namen gehabt.] Unus ex septem urbis Romæ montibus, cujus radicem Tybris præterfluit: ita dictus ab avibus (ut est sententia Nævii refert Varro) quarū ob locus opportunitatem, amœnitatēq; vicinitatem maximè ibi copia erat. Vel ab Aventino Albanorū rege, qui in eo extinctus est, & sepultus. ¶ Vel ab adventu hominū, qui ad Dianæ templum, quod ei in monte à communi Latio cōditum fuit, cōmeabant. ¶ Vel ab advectu: quod Varro in magis probat. Erat enim hic mons reliquis paludibus desertus. Vide ritibus ad eum advehebantur, quæ dea tē pro nauto pertolventes. ¶ Fuit item Aventinus, cognomento Sylvius, Albanorum rex, Romulo Sylvii filius, & patre Procæ, à quo nonulli Aventino monti (in quo sepultus est) nomen factū existimant. ¶ Est præterea Aventinus apud Virgil. 7. Aen. nomen filii Herculis ex Rhea, qui Turno adversus Aeneam tuppetias tulit.

Avenīnus, na, num, adjectivum: ut Ara Aventina, apud Ovid. 6. Fast. Et Aventinum jugum apud eundem lib. 3.

Avernus, Ἄορνος, gener. masculi. in plurali Averna, orum. Lacus Campaniæ, prope Baias, quem locum Plutoni dicatum, & inferorum limen esse rudis vetustas credidit. Vulgò Lago de Tripergola. Vide & pro inferorum sede à Poëtis usurpatur. ¶ Dictus Avernus, quasi ἄορνος: hoc est, avibus carens, sive ¶ quòd aves supervolantes gravi ejus odore enecētur sive quòd sulphureæ exhalationes aerem usque adeò exterminent, ut aves sustinere non possit. Lucr. lib. 6. Principio quòd Avernа vocant, non nomen id abest impositum est quia sint avibus contraria cunctis. Strab. lib. 6. Contiguus Baiis Lucrinus abest finus, intra quem Avernus est.

Avernus, a, um, adjectivum. Ovid. 15. Metam. Nec flectar retrò sua lumina, donec Avernas Exierit valles. Virg. 2. Georg. Tyrrhenusq; fretis immittitur æstus Avernis.

Avernalis, le, adjectivum: ut, Aquæ Avernales. Horat. 5. epod. Avernales nymphæ, Ovid. 5. Metam.

Averruncus, ci, Deo nomen erat apud Romanos, qui mala averruncare: hoc est depellere, atq; averrere putabatur. ἀπομυοδίος. Cognomēdi apud Græcos habebantur Hercules & Apollo, quos ideirco ἀλεξίκακον, ἀποτρόπαιον, & ἀπομύιον appellabant. Paconius apud Varr. lib. 6. de ling. Lat. Deus qui mala res prævit Averruncus.

Aufĕ Maxima, Olim dicta fuit, quæ postea Marcia dici cœpit, omnium aquarū toto orbe (Plinio teste) clarissima, frigoris, salubritatisq; laude cæteris prælata. Oritur in altis montibus Pelignorū: transit Marsos & Fucinū lacum, Romā nō dubiè perennis: mox ipsa mersa, in Tyburtina se aperit, novē millium passuū fornicibus perducta. Primus eam in Vrbē ducere auspicatus est Ancus Martius, unus è Regib. postea Qu. Martius rex in Prætura: à quibus Martiæ aquæ nomen accepit, quum antea Aufeia diceretur. Hæc fere Plin. lib. 31. cap. 3.

Aufidēna, æ, penult. prod. Αὐφιδῆνα. Oppidum est in quarta regione Italiæ, sub Ferentano situm, teste Ptolemæo, libro 3. capite 1.

Aufidenates, Αὐφιδηνάται. Populi, quorū Plinius inter Samnites mentionem fit, lib. 3. cap. 12.

Aufidius, Cognomento Lurco, qui primus pavones saginare aggressus

re aggrellus est, ex eo quæstu redijsse ferè gentorum millium sestertiarum percipiens. Autor Plin. lib. 10. cap. 20. ¶ Aufidius Bassus, nobilis historicus fuit Quintiliani ætate, qui de rebus Germanicis historiam conscripsit.

Aulidus, di pen. corr. Ἄυλιδος Strabonis, Fluvius est in Hirpinorum montibus natcus & præter Canusium in mare Adriaticum influens: quem ex Clade Cannensi Romanorum sanguine aliquandiu rubuisse, tradit Livius in tertio bello Punico, Vulgò *Fiume di terra di Bary.*

Augæ, æ, vel Age, es, vel Auge, æ, Αὐγή, ἡ Αὐγῆς. Mater fuit Telephi, quam Euripides dicit ab Alæo patre (quum ab Hercule corrupta deprehenderetur) in urna quadam cum Telepho filio impositam, & in mari deversam esse: sed Palladis providentia urnam ad Cayci ostia transtillam evasisse, & Augem à Teuthrante exceptam, eidē nuptā filiumq; Telephum pro filio educasse, & regni successorē instituisse. Verba sunt Strab. lib. 13. Alter Diodorus lib. 5. Auge (Αὐγὴ) mater Telephi fuit ex Hercule, quæ à patre deprehēsa gravida esse, nauclero cuidam tradita est submergenda. Sed antequam ad mare perveniret, urgente tempore partus, Telephum peperit, quem inter virgulta abdidit, qui postea invētus est à pastoribus Cotytho regi datus est, & Telephi nomine cognominatus, quòd à pastoribus inventus esset pendens ab uberibus cervæ. Augen verò à mercatoribus, qui illam à nauclero dono acceperat, in Cariam ad Teuthrantem regem delata est, ubi postea à Telepho filio fuit agnita.

Augasii, Αὐγάσιοι, Populi sunt inter Massagetas, apud Steph.

Augeas Αὐγέας Suidæ, Athenæus Cumæus fuit, ut citat autor Athenæus. ¶ Fuit & Augeas Eleorum rex, quem Hercules tussit. Vide infra AVGIAS.

Averni Vide AVERNI.

Augia, sive Augea, penult. prod. Αὐγία Stephano. Nomen est duarum urbium, quarum altera in Lycride est, cujus in Catalogo navium meminit Homerus: altera in Laconia.

Augias, sive Augeas, pen. prod. Αὐγίας. Nomen regis Eleorum ab Hercule interfecti. Hunc hujus erat opprobrio ingentium boum nobilia, nunquam repurgatum ante Herculis adventum, undecunque inter Herculis labores connumeratur hujus fabuli repurgatio. ¶ Augiæ fabulum repurgare, proverbialis allegoria in hominem auctoritatem majorem modum in quæstam Græcis esse erunt. Αὐγείου κόπρια. Lucianus in Pseudomante.

Augila, Αὐγίλα, Vrbs Libyæ, Steph.

Augusta Cæsarea, Vrbs est Hispaniæ citerioris.

Augusta Cæsaria, Αὐγουστα, Vrbs Lusitaniæ liberum dicta. Dictat à Numantia ad Rodadam.

Augusta Emerita. [Vulgò *Medina de Merida.* German. Ein Statt in Portugal.] Civitas Lusitaniæ quæ à militibus emeritis conditoribus & Augusto nomen fortita est. Nam ut Dio Mediolanes refert, quo tempore Cæsar Augustus Cantabris & Asturibus devictis in Italiam rediit, reliquit milites qui supra stratio fuerant, ut pro conditis ipsis, ac in Lusitania Augustum Emeritam condirent.

Augusta Vindelicorum, Germaniæ urbs est celeberrima ad Lycum fluvium sita, quam Germani suo lingua Augspurg vocant.

Augusta Trevirorum. [Vulgò Trier à Germanis dicitur à Gallis Treves.] Civitas metropolis Trevirorum ad Mosellam fluvium sita.

Augusta Rauracorum, Germaniæ urbs celebris, ad Rhenum sita, quæ jam Basylea dicitur à Germanis vulgò Basel: à Gallis Basle.

Augustodunum, Heduorū metropolis, quam Galli sua lingua Autun vocant.

Augustonemetum, Αὐγουστονέμητον Ptolemæo, Vrbs est Pictonum, quam Gallice, Poitiers vocamus.

Augustæ. [German. Ein nam der Römischen Keyserinnen.] Conjuges cum Augustæ Imperatorum. Divæ autem post mortem nuncupatæ. Augustarum nomina hæc sunt: Livia Augusti, Agrippina Agrippæ filia, uxor Germanici, Lepida Galbæ, Pompeia Sabina Othonis, Pertonia Vitellii, & reliquæ quas enumerat Volater. lib. 16.

Augustæ Αὐγουστα, Vrbs in Celtica, & in Italia, Steph.

Avia, ex portu Livii, Vrbs Hispaniæ. Ptol. vulgò Villaviz.

Aulæ, Αὐλαί, Navale Cilicum inter Tarsum & Anchialen, Steph.

Auleræi, apud Cæsarem, Galliæ Celticæ populi sunt, ad Oceanum siti, inter civitates Armoricas. Orontius eos ait eos esse, quos hodie vocamus Normans, Vulgò Roüen.

Aulis, idis, Αὐλίς, Regiuncula est sexta à Bœotiæ, è regione Chalcidis oppidi Euboeæ, una cum oppido ejusdem nominis, quod portū habet exiguum, quippe quinquaginta non amplius navium capax. Hue Græcorū classem convenisse ferunt, Troianis bellum illaturam: ibidemq; ventis tempestate retentum Agamemnonem filiam Iphigeniam Dianæ sacrificasse. Strabo tamen lib. 9. placet, nō in hunc portum tam angustum, Græcorum classem coactam fuisse, sed in alterum majorem & profundiorem, qui Panagræorum vico proximior est. Meminit etiam Virgilius 4. inquiens: Nonne ego cū Danais Troianam excindere gentem Aulide juravi, &c. Lucanus genitivum nominativo similem facit, dicens: Euripusq; suum cursum mutantibus nodis Chalcidicas puppes adiniquam classibus Aulim. Cuius etiam meminit Homerus lib. Iliad. 2.

Aulisus. Fuit conditor Sinopis, & comes Iasonis apud Strabonem: tertius athleta nobilis pancratiastes, cujus statuam in foro fuisse autor est Pausanias. Meminit & Plin. hujus artificis lib. 34. cap. 8.

Aulocrene, nes penult. prod. Regiuncula minoris Asiæ, in conventu Apamæo, per quā ab Apamia in Phrygiā itur. Ibi Plistanus oritur, ex quo pependit Marsya victus ab Apolline. Plin. lib. 16. cap. 34, & lib. 35. cap. 29. ¶ Aulon, vide VNGVES.

Aulon, apud Steph. Αὐλών, Vrbs est Laconica, una ex centum: & alia Arcadiæ, & alia civitas, vel locus Cretæ juxta Arabi locus, & alia à Crotoniatis condita. Caulonia etiam dicta. Hæc nimirum est quam in monte Calabriæ esse diximus. Vide infra CAVLVM & CAVLON.

Aulon, Αὐλών. Mons Calabriæ contra Tarentinum regionem, ferax bonarum vici. Mart. libro 13: Nobilis & lanis & Bacchо fertilis Aulon. Item est & oppidum ejusdem nominis. ¶ Est & nomen duarum urbium, quarum una est in Macedonia, alia in Cilicia.

Avo, Pomponio, Avus Ptolemæo, Fluvius est Hispaniæ citerioris, qui Celtiberorum populorū supra Bracatas & Grovias agrum alluit. Vide Melam lib. 3. & Ptol. lib. 2. cap. 6.

Aurās, Αὐρᾶς, Fluvius ab Hemo in Istrū defluens, Herodoto 4.

Aurelia, æ, Αὐρηλία, Nomen uxoris Cæsaris Dictatoris: ut est videre apud Sueton. in Cæsare. ¶ Aurelia familia Romæ in primis celebris fuit, a Sabinis (ut Livio credimus) profecta, cui locus publice designatus erat, in quo Solis sacra facerent. ¶ Ex hac Aurelii prodiēre illa tres Romani originem traxerunt, primùm Aurelii dicti, sicut Papirii, qui postea Papyri. ¶ Lit & Vrbs Galliæ. [Vulgò Orleans in Frankreich.]

Aurigda, Ptol. Vrbs Cyrenes.

Aurora, Vide in APPELLATIVIS.

Aurunci, Latii civitas fuit, Ab Ausone Vlyssi & Calypsus filio condita, à qua Aurunci dicti fuerunt vetustissimi Latii populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Ausa, Civitas est Hispaniæ, Ptolem. ¶ Est etiam parvus amnis Cornicæ Aquitaniæ civitatem circumfluens, olim Alba dictus. Dom. Mar. Niger lib. 3.

Ausci, Populi sunt Aquitaniæ in Gallia. Plinius libro 4. cap. 19. Vulgò Auz.

Auser, vel Auseris, Fluvius est Hetruriæ, non procul à Luca. Strabo lib. 5. Asarem vocat. Vulgò Serchio.

Ausigda, Αὐσιγδα. Vrbs Libyæ, Hecatæo insulam esse ferunt. Steph.

Ausiris, idis, Αὐσίρις, Regio, quæ Hebraicè dicitur יזרעאל seu Dan, à qua natus est Job.

Ausonia, Αὐσονία, Olim pars Italiæ dicebatur in qua sunt Beneventum, & Calor: ita dicta, teste Festo, ab Ausone quodam Vlyssis & Calypsus filio, qui S. Aurunco traditur condidisse. ¶ Hujus regionis incolæ propriè Ausones, Αὐσονες dicebantur, & Ausonia quamquam id nomen postea toti Italiæ fuerit communicatum. Vide Dom. Mar. Nig.

Ausonius, Αὐσόνιος, Sopatri filius, Scripsit epistolas & alia quædā, ad Nonnium, ut ait Suidas. ¶ Fuit & Ausonius poëta Gallus, patria Burdegalensis, cujus extant epigrammata & opuscula quædam.

Ausonium, mare, [Αὐσονιον πελαγος, ὁ, ἢ μέρος τοῦ πελάγους τοῦ Ἰονίου. Ger Das Meer vor Neapolis an Italien gelegen.] Ionii maris pars, est quæ ab Occasu Siciliæ parte usque ad Salentinos extenditur, inter divisa duos, ut ex Polybii sententia tradit Plinius libro 3. cap. 5. & 12. Strabo lib. 5. alio nomine Siculum mare vocat. Autorem autem ejus ait fuisse Ausonem quendam, ab Ausonibus populis, qui eo in tractu primùm habitarunt, autore Plin. lib. 3. cap. 10. quod tamen loco jam citato negat Strabo. Festus ab Ausone quodam Vlyssis & Calypsus filio mari hoc nomen factum existimat.

Austrania, Insula est in Oceano Septentrionali, alias Gleissaria dicta. Plin. lib. 4. cap. 13.

Austria. [Ger Oesterreich. Pol. Rakuska Cesarza.] Regio est Germaniæ ad Danubiū, ut in Pannonia superiore dicta, Metropolim habens Viennam, frequentibus Turcarum oppugnationibus nobilitatam.

Ausuguni. Populi fuere inter Februm & Tridentum, ab Ausugo oppido dicti, cujus valles Segana vulgò appellari solet, ubi lanæ copia est.

Autrander, Αὐτρανδρος, Filium habuit Tagiram. Stephan. in Tauchira.

Autariatæ, Αὐταριᾶται Stephano, populi in Illyrico bellicosissimi, qui

simi: qui quum Thrallos, & Ardiæos vicinos suos debellassent, postea à Scordiscis attriti, & tandem à Romanis penitùs delentur. Autor Strab. lib. 7.

Authe, Alcionei gigantis filia fuisse perhibetur, quæ ob dolorem paternæ necis cum reliquis sororibus se in mare præcipitavit. Sex autem Alcionei tibiæ fuisse creduntur. Pausonia, Authe, Asterie, Alcippe, Methone, & Drimo, quæ ob desiderium patris ab Hercule occisi, quum in mare se dejicere vellent, in Alcyones aves sunt mutatæ. Apud Suidam tamen, unde hæc videntur esse delibata, ἀυθὴ legitur non ἀὐτὼ.

Autini, αὐτῖνοι, Hiberniæ populi sunt Ptolemæo.

Autocanes, Mons ponitur ab Homero in Hymnis.

Autolia (quod hic corrupte legebatur pro matre Ulyssis.) Vide ANTICLEA.

Autolycus, αὐτόλυκος, Fur maximus perhibetur: avus paternus Sinonis & maternus avus Ulyssis. Mart. libro 8. Non fuit Autolyci tam picata manus. ¶ Alter fuit Parrhasii incola, de quo Strabo libro nono scribit, quòd fanto vicinorum bona surripuerit.

Autolitis, Vide AVLIVS.

Autrebules, pen. corr. αὐτρεβοῦλες, populi sunt Africæ ad Atlantem montem. Vide Plin. lib. 5. cap. 1. & 2, & Silium lib. 3. Nec non Autoleïcis lecubus gens ignea plantis, Cui sonipes cursu, cui celerit incitus amnis, Tanta fuga est.

Automalax Ptolemæo, Automala Strabonì, Castellum est in intimo Cyrenaici sinus recessu situm. Sunt, qui hodie Ebsam vocari credant.

Automedon, penultima correpta, Nomen aurigæ Achillis. Virgil. 2. Aeneidos: -& equorum agitator Achilis Armiger Automedon.

Autonoë, ονες, αὐτονόη, Cadmi Thebarũ cõditoris, & Hermiones filia fuit, & Aristæi ex Autonõe mater, qui & ipse à nomine matris, Autonoëius vocatur ab Ovid. lib. 3. Metam.

Autricum, αὐτρικον, Apud Ptol. lib. 2. cap. 8. Galliarum urbs esse creditur, quæ vernacula lingua Chartres appellatur, à Cæsare Carnutum.

Avus, αὔος, Fluvius Thesprotiæ, ad quem Paravei populi habitant, Stephanus.

Auximum, penultima prod. ἄυξιμον, Piceni urbs à qua Auximates populi dicti sunt, quorum meminit Plin. libr. 3. Vulgò Osimum dicitur.

A ante X.

Axantos, Insula est in Occano Septentrionali: post Hyberniam. Plin. lib. 4. cap. 16.

Axenum Mare, ἄξενος πόντος, ἄξενος. German. Das vngeheur Persisch Meer von wegen der grausamkeit der einwohnenden Völckeren.] Olim dicebatur quod hodie Pontus. & Euxinum dictum sic à truculentia colarum barbarie appellatu. ἄξενος enim inhospitalis est Nam, ut Strab. libro 7. tradit, colebant Scythæ, maris hujus accolæ, hospites immolare, eorumque carnibus vesci, calvisque ut loco poculorum. Ovidius de Ponto: Frigida me cohibent Euxini littora Ponti. Dictus ab antiquis Axenus dicebatur.

Axiæ, ἀξίη. Vrbs Locrorum Ozolorum, ab Axia filia Clymeni. Est & alia Italiæ. Steph.

Axiacæ, ἀξιακαὶ, populi sunt Sarmatiæ Europææ, inter Tyram & Borysthenem amnes Peucinis & Carpianis proximi. Dicti ab Axiace fluvio, ex Peucinis jugis nascente, qui Carpatho monti adhærent. Hos autem populos justissimos fuisse tradit Pomp. lib. 2. ut qui furti omnis ignari, nec sua custodirent, nec aliena contingerent. Meminit horum & Plin. lib. 4. cap. 12, & Prol. lib. 3. cap. 5.

Axiaces, ἀξιακης, Fluvius est Sarmatiæ Europææ, in Peucinis jugis nascens, qui Carpatho monti cohæret: à quo vicini populi Axiacæ nominati sunt: ut docent Mela lib. 2, Ptolem. lib. 3. cap. 5, & Plin. lib. 4. cap. 12.

Axiles. Matres dicebantur, sive dii unà agentes, Festus.

Axiochus, ἀξιόχος, Nomen Athenientis quondam clari, quem Plato in libro de Morte contemnenda una cum Socrate disputantem introduxit, fortè quòd Socrates ibi fuerit familiaris.

Axion, ἄξιον, Frater fuit Alphesibœæ, quæ Alcmæoni nupsit, à quo Alcmæon ipse interfectus esse creditur, vel ut sentire videtur Ovidius, à filiis Calirrhoës.

Axium, ἄξιον πόλις, Vrbs in Mysia inferiori, Ptol. vulgò Chilia.

Axius, ἄξιος, Vulgò Vardar, Fluvius Macedoniæ, in sinum Thermaicum influens, de quo Plin. lib. 4. cap. 10: Europus, inquit, ad Axium fluvium, & paulò post: Mox in ora Ichnæ fluvius Axius. Est item alius hujus nominis fluvius Paphlagoniæ pri Mygdoniam dicitur.

Axon, ἄξων, Omnium fluviorum in minore Asia. Plin. lib. 5. cap. 27.

Axona, pen. corr. ἄξονα, Fluvius est in extremis finibus Rhemorum. Ausonius in Mosella: Non tibi se Liger antefert, non Axona præceps.

Axos, Vrbs Chersonesi Thraciæ. Axos etiam Græci crepidines vocant.

Axumites, ἀξωμίτης, Metropolis Aethiopum, Steph.

Axylus, ἄξυλος, Phrygis cuiusdam nomen est, singulari benevolentia, & humanitate erga hospites, quem Diomedes apud Trojam interemit: ut tradit Homer. Iliad. 6.

A ante Z.

Aza, ἀζα, Oppidum est Armeniæ minoris, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 9.

Azan, anis, ἄζαν, Mons est Arcadiæ, Cybele deorum matri sacer, à quo nonnulli vicinã regionem Azaniam vocatam volunt: quam tamen Stephanus ab Arcadica quadam muliere nominatam mavult, cui Azano nomen erat. Statius: Venit & Ideis nlulatibus æmulus Azan.

Azania, ἀζανία, Stephano, Regio est Arcadiæ: dicta à monte editissimo, cui Azan nomẽ est: sive (ut Stephano placet) ab Arcadica quadam muliere, quæ Azano dicebatur, ut ibidem est. ¶ Azaniæ mala, ἀζανίαι μῆλα. Dicti solitum, ubi quis in re perdifficili & intrigitera plurimũ sumere tale aliquid, aut ubi res esset cuipiam cum homine difficili, motolo, intractabili, renati. ¶ Hujus regionis incolæ Azanes dicti sunt, ἄζανες. Arcades enim, eodem Stephano teste, olim in tres præcipuos divisi erãt populos: Parrhasios, Azanes & hisce creditores Trapezuntios. ¶ In hac regione fons fuit, cujus aquam quibusdam tantum deinceps aquarum obortebatur fœtidum, ut ne odorẽ quidem earum ferre possent. Non me latet, plerosq; in ea fuisse sententia. Azanii fontis aquas, vini, non aquæ fœtidum genetare quorum judicio quo minus subscriberem fecit Eudoxi ipsius autoritas, cujus verba ex Strabone de verbo circumlib. refert Stephanus hunc in modum: Ἐν τῇ Ἀζανίᾳ, ἔστι γλυκύπικρος ὕδωρ καὶ ἀποπνικτικὸν ὀσμῆς. Huic fonti contrarium vim obtinet, qui in agro Cnidio est, cujus aquas qui gustaverit, abstemius redditur, ut tradit Plin. lib. 31. cap. 2. & Ovid. 15. Metam.

Azani, norum, ἄζανοι Stephano, Oppidũ est in ea parte Phrygiæ, quæ Epictetica cognominatur: de quo Strabo lib. 12.

Azenia, Pagus Attius Hippotomadis in Attica. Steph.

Azilis, Azaris, Azitus, Locus, vel urbs, vel fluvius Libyæ. Steph.

Azitis, ἄζιτις Ptolemæo, Civitas est Armeniæ minoris.

Azot, Vide AZA.

Azorus, Vrbs Paphlagoniæ Tripolitidis. Steph.

Azotus, ἄζωτος, pen. prod. Vrbs Syriæ inter Ascalonem & Ioppen, quam, ut ait Stephanus, condidit quidam è magi tribu profugus, ex nomine uxoris suæ Azæ. Hæc est una è quinque Philistinorum urbibus, quondam clarissima. ¶ Est & Azotus, urbs Achaiæ, cujus meminit idem Steph.

Azotius, a, um. adjectivum, ἀζώτιος, Vir Azotii, ἄζωτοι, qui Azotum habitant.

B



Baal, [בעל bâal.] βάαλ Suidæ, aut Augustin. nomen apud Tyrios, quod datur Jovi. Nam Baal Punici videntur dicere dominum: unde Baalsamen, quasi dominum cœli dicunt: Samen quippe apud eos cœlum appellatur. Videtur BAHAL.

Baalath, civitas est in tribu Dan, quam Salomon rex splendidis exornavit ædificiis.

Babactes, βαβάκτης, Unum ex nominibus Bacchi, παρὰ τὸ βαβάζειν, quod est vociferari. Bacchæ enim in Liberi patris Orgia incondita quædam ululatus edebant.

Babdd Plinio, βαβδὰ Stephano, Africæ oppidum est, ad Atlantem montem. Hoc ab Augusto colonia translata est, & a nomine avunculi Julia campestris appellata. Plin. lib. 5. cap. 1.

Babitius, animal volatile, quòd vulgò Fledermaus dicitur. De quo Amb. lib. Hex. Ferunt hic corrigi vermis convertì primùm in speciem caulis atque in eam mutari naturam, inde processisse quodam fieri bambilium nec eam tamen formam, figuramq; custodire, sed laxis & latioribus foliis pinnas videtur assumere. Et his foliis mollia illa Seres deprehendunt vellere, quæ ad usus sibi proprios divites vendicarent.

Babrantium, βαβράντιον, Locus circa Chium Steph. videtur aũt etiam Babras dici apud eundem. Babras enim, inquit, pagus est Acolidis prope Chium, à quo gentile Babrantius.

Babylon, pen. prod. [בבל babel. βαβυλὼν. Ger. Die grosse vnd gewaltige hauptstatt Babylon in Chaldea am fluß Euphrates gelegt.] Vrbs nobilissima, ad Euphratem flavium sita, olim Chaldææ totius caput, à qua magna Mesopotamiæ, Assyriæq; pars Babylonia appellata est ut scribit Plin. lib. 6. cap. 26. Hanc Strab. lib. 16. à Semiramide conditam tradidit. Hebræorum vero literæ originem ejus ad Nimbrod gigantem referunt: & à linguarum confusione ita nominatam volunt. Hæc postea a Nino vel Semiramide instaurata, mœnibus ac turribus penè tota, temploq; ac arce maximè fuit admirabilis: campi planitie undiq; con-

diq, conſpicua, natura loci lætiſſima, caſtrorum facie, mœnibus paribus per quadratum diſpoſita. Murorum ejus vix credibilis relatu firmitas, & magnitudo: utpote qui in latitudinem cubitos quinquagenos habuerint: in altitudinem ducenos. Ambitus ejus quadringentorum octoginta ſtadiorum fuiſſe traditur. Eupbrate fluvio mediam eam interfluente. Murus cocta latere atque interfuſo bitumine compactus. Quem tam latum fuiſſe quidam ſcribunt, ut quadrigæ ſibi invicem occurrentes, facile præterire poſſent. Vocc & inter ſeptem ſpectacula orbis numeratur. Foſſa extrinſecus latè patet, vice amnis circumdata. A fronte muri tantum centum portæ æreæ. Hæc urbs quum aliquando defeciſſet, & Semiramis circa cultū corporis occupata eſſet, ſoluta adhuc altera crinium parte, ad eam recuperandam cucurriſſe, priùs decorem capillorum redegit in ordinem, quàm urbem in ſuam poteſtatem reſtituerit. Victa & Babylon Argyptiacum caſtellum, at ait Strabo lib. 17. naturâ munitum, à Babyloniis quibuſdam condítum, qui relicta patria, ſedem ibi permittente Rege, ibi delegerant. Hic poſtea collocata fuit una ex tribus legionibus, quæ Argypto præſidio gratia impoſitæ erant. A Ptolemæo Babylis, βαβυλος appellatum. Non procul diſtat à Delta Nilotula, cam partem ſpectans, in qua ſita eſt Memphis, ampliſſima Argyptiorbs, quæ hodie Cayras appellatur.

Babylonia, βαβυλωνία, Regio eſt maioris Aſiæ à Septentrione Meſopotamiæ partem ſpectans: ab Ortu Suſianam: à Meridie finus Perſici partem: & ab Occaſu Arabiam deſertam: dicta à Babylone urbe ſplendidiſſima, quæ olim Aſſyriorum regia fuit, & Chaldææ totius caput.

Babyloniſcus, a, um, βαβυλωνικός, Poſſeſſivum à Babylone formatum. Dicebantur de Babylonicæ veſtis, & Babylonica ſtragula dicta ſunt, quæ diverſos colores habebant intextos: quod genus Babylone maximè celebratum fuit, teſte Plinio libro 8. capite 48. ¶ Eadem & Babylonica fabulantur vocabant. Plinius locum jam citatus: Metellus Scipio Babylonica triclinaria ſeſtertium octingentis millibus vendidiſſe, in crimen hus Capitonis, poſuit.

Babylonius, βαβυλώνιος, Gentile nomen à Babylone formatū. Cicero 2. de Divin. Nam quod ajunt, quadringenta ſeptuaginta millia annorum in percipiendis experiendisq; notis, quicunque eſſent nati, Babylonios poſuiſſe, fallunt. Babylonius, adjectivum. Lucan. libro 6. Mutata mirentur refugi Babylonia Parthi.

Babyrſa, Caſtellum munitiſſimum Atropatiæ regionis Mediæ, non procul Amaxata urbem, Strabo lib. 11.

Babytace, βαβυτάκη, Vibs Perſica, Steph.

Baccales, (quod hunc ex Herodoto corruptè tranſlatum erat) Vide CANABALES.

Baccarum, βάκκαρον, Hiſpaniæ gens Steph.

Baccha, Villa quædam circa Mæotidem.

Bacchelum, Caſtellum quondam circa Mæotidem.

Bacchemon, teſte Lactantio, Perſei fuit filius, & Andromedæ, ut aiunt, dicit, apud quoſdam populos Orientales imperavit (ex Rocatio) qui poſtea ab Achæmenide Bacchi nominis filio Achæmenides appellati ſunt: hi Apollinem ritus ſe invenſſe profitentur.

Bacchides, penult. correp. βακχίδες, Nomen proprium viri, quod apud nos luctus fortis, vel vetuſtas in vomitu dici poteſt.

Bacchiles, Ducis propriam, qui Sinopen urbem Lucullo prodidit. Autor Strabo lib. 12.

Bacchilius, Flavius qui de Vicentinis moribus deſuit.

Bacchus, βάκχος, Iovis ex Semele filius, putatus eſt deus vini, & propterea vino potui conſevit. Hic multis nominibus fuit: nam primū Dionyſius dicitur: Liber pater à lucis eſt: & poſtremò Bacchus, ut Diodoro placet, à Bacchis mulieribus, quas βάκχας vocabant, id eſt, inſanientes, & immodeſtè ſe gerentes, in Indiam expeditionem parans, multas ſecum habuiſſe fertur. Idē & Oſiris dicitur, & Romulus & Lenæus. A Græcis etiam Διώνυσος, quòd bis natus fuiſſe fingatur. Ferunt enim Semelen ex Iove jam gravidam, quum ab amatore deo (qui ſe illi caverit quicquid peteret, per Stygia paludem juraverat) Iunonis dolo hoc ſibi munus rogaſſet, ut talis ſecum, qualis cum Iunone ſolebat, poſſet una concumbere: fulmine fuiſſe exuſtam, puerumque utero exemptum, Iovis femori fuiſſe inſertum: quem ille poſtea maturo partus tempore, more gravidæ mulieris eſt enixus. Hic orbem ferè terrarum peragravit: multas nationes domuit: Indos debellavit, & primus omnium triumphavit, veſtus Indico elephanto, ut ſcribit Diodorus. Primus Græcos vendere inſtituit, & diadema regum ac triumphū invenit. Deus etiam Bacchus fertur, διὰ τὸ βάζειν: hoc eſt, à vociferando & ululando, adjecta littera κ, quo valtior ille Manadum ſonitus in ipſo Dei nomine redderetur. ¶ Ciceronis Bacchus, Ἐγκώμιον Διονύσου. De re vehementer contempta. Sumptum adagium à potu ex legumnibus confecto, qui vinum imitatur. ¶ Crudelis Bacchus, βάκχος ὠμὸς. Bacchō quondam viros homines ſacrificare mos erat: unde in crudeles convenit, ſive quòd temulenta feroces reddat & imminentes. ¶ Nihil ad Bacchum, οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. Vbi quis ſe abnegat, quæ ad rem præſentem nihil attinet: quæ eleganter dicimus ἀπροσδιόνυσα. ¶ Multi thyrſigeri, pauci Bacchi, πολλοὶ μὲν θυρσοφόροι, παῦροι δὲ βάκχοι: id eſt, plures thyrſigeros, paucos eſſe cernere Bacchos. Carmen hexametrum proverbio Græcis celebratum, quo ſignificatum eſt, complurbus mortalibus adeſſe virtutis indigitā, aut etiam famam, qui tamen vera virtute vacent.

Bacchæ, bacchę, βάκχαι, βάκχης. Bacchi ſacrificula, quæ & Menades, & Thyades, & Baſſaris appellatur. Mulieres etiam certo quoq; anno ad Citheronem montem ceremoniarum cum Thyadis convenientes, uribi Bacchi Orgia magno cum ululatu celebrarent, Bacchæ dicebantur. Ovid. 3. Metam. Vtq; tuo motę, proles Semeleia, Thyrſo Ismarię celebrant repetita triennia Bacchæ. Cicero Fam. lib. 7. Bacchis ve dubi eſt apud me locus? At pulchellæ ſunt: navi optimæ, & ſæpè vidi. ¶ Bacchæ more, βακχεύσας τρόπον. De tetricis ac taciturnis ad lætari ſolitum, quòd eſſent hujuſmodi Menades illæ, Bacchico afflatæ furore: Autor Diogenianus. Ad Iuvenalis retulit ad vitam intemperantem. Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia vivant.

Bacchanal, vel Bacchanale, βακχεῖον, βακχεῖα. Pol. Μισῶ ἐγὼ τὰ βακχεῖα γυναικὸς ἐν οἴκῳ. Ang. I hate meetings of women in my houſe, but chiefly at the feaſts of Bacchus. Locus in quo Bacchi feſta celebrantur. Plaut. in Aulul. Ad Bacchas veni in Bacchanal cognatam. Bacchanalia quæ & Dionyſia, διονύσια, Bacchi feſta, in quibus vini pernoctem fœminis & tenerę ætati turpiter conſecrantur perdola. Vide eſt illud apud Iuven. Sat. 2. Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt. Hæc à multis Græciæ urbibus tricenio quoq; celebrabantur. ¶ Eſt autem hoc nomen pluralis numeri tantum: facitq; genitivum Bacchanalium, vel Bacchanaliorum: quod & in cæteris feſtorum nominibus obſervatur.

Bacchēius, ides, βακχεῖος, Denominativum ſcentia. Vide in APPELLATIVIS.

Bacchēus, a, um, per tres ſyllabas, quarum penultima producitur βακχεῖος, poſſeſſivum à Bacchō deductum. Colum libro 10. ſic: omiſſa filebitis Muſis Pieri nemoris Bacchea voce frementem. Virgilius ejiciendo longam dividens, per quatuor ſyllabas ceciniſſe, lib. 1. Georg. Quid memorandum æquę Bacchela dona tulerunt?

Bacchēus, a, um, βακχεῖος. Poſſeſſiv. Vide in APPELL.

Bacchides, pen. corr. βακχίδες. Patronymic. Vide in APPELLATIVIS.

Bacchides nomen unius ex ſatrapis Aſſyriorum, qui à Demetrio Seleuci filio novettus Machabæos miſſus, ab iis eſt interfectus.

Bacchium, ſive Baccheum penult. prod. βακχεῖον, Vide in APPELLATIVIS.

Bacchiadæ, βακχιάδαι. Diſſentiunt qui è Corintho exules in Siciliam devenerunt, & urbem inter Pachynum & Pelorum ædificantes Siculi facti ſunt. ¶ Ilia Bacchia Dionyſii filia, originem duxerunt. Strabo lib. 8. de Corintho loquens: Bacchiadæ, inquit, annis fermè DC. urbem dominatione tenuerunt, & tyrannide complectiſſimi, & numero plurimi, & genere clari evadentes, emporium ipſum à dempto metu fructuoſum poſſidere, &c. Ovidius ſecundo Metamorph. Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.

Bacis, Vates quidam Boeotius, cujus meminit Cicero in lib. de Divinat.

Bactēs, βάκτης, Bacchi nomen, quemadmodum & Babaſtes, ἀπὸ τοῦ βάζειν: id eſt, clamo, vociferor. Solent enim Bacchæ: hoc eſt, vino madidi, & mulieres Liberi patris Orgia celebrantes, omnia tumultuario quodam, & jucundo clamore replere.

Bĕtharmōnĕs, Βεθαρμωνης, Ab Homero Corybantes vocantur, Odyss. κ.

Bethariaram, Vicus inter Hierosolymā & Thecuam in monte situs. Compositum nomen ex lingua Syriaca & Hebræa. Immò ut videtur est ex [בית-הכרם beth-hacharem.] merè Hebraicum est.

Bethania, [בית-עניא beth-haniá, Βηθανία.] Villa secundo milliario ab Hierosolymis, in latere montis Olivæi, Martheæ, ac Mariæ memoria insignis. ¶ Est & altera Bethania trans Iordanē, ubi Ioannes quondam baptizabat. Volaterr.

Bethel, [בית אל beth el.] Vicus Samariæ, quam Iebusæi condiderunt, quæ prius vocabatur Luza.

Bethlema, Vide BETHLEHEM.

Bethlehem. [בית לחם beth lehem. Βηθλεεμ. Ger. Die Statt Bethlehem. Vng Bērlehew.] Nomen civitatis David, quæ alio vocabulo dicitur Ephrata, Christi servatoris nostri natalibus insignis. Nūc vicolus esse dicitur, qui ab Ioppe quadraginta millibus distat. Ex hac civitate ortus, atq; ibidem in regem unctus est David. Ibi Rachel occubuit: & sepulchrum fuisse patris David ostenditur. Est autem hic locus in tribu Iuda, sexto ab Hierusalem milliario positus, contra Metidiem in tumore quodam Hebron. Quando autē Iacob ibi pecora tua pavit, loco Bethlehem nomen imposuit, quod domus panis interpretatur: propter eū panem qui ibi de cœlo descendit. A Stephano Βηθλεεμις appellatur neutro genere, & plurali numero. ¶ Hinc Bethlehemitæ, pen. prod. dicti sunt ejus incolæ.

Bethphagē, pen. prod. [בית פגי beth-phagi, Βηθφαγη. Ger. Ein Dorff nahe bey Jerusalem am Oelberg gegē Vn. Bethfage.] Vici nomē est in Iudea, nō procul ab Hierosolymis, quod Syris dominorum, vel maxillæ sonat.

Bethsaida, [בית-צידא beth-tzaida, Βηθσαιδα.] Galilææ civitas, Petri, Andreæ & Philippi patria, ad Lacum Tyberiadis sita.

Bethsames, [בית-שמש beth shemesh.] Nomen urbis Galilææ, ubi Domino percutiente multa signa fecerunt quia Bethsamites populi.

Bethsura, & Bethsuræ, tantùm plurale, pen. prod. [בית צור beth-tzur.] Munitissimum fuit Iudæorum præsidium: de quo multa lib. 2. Machabæorum.

Beris, fluvius Hispaniæ ulteriores. Vide BAETIS.

Betulo, Hispaniæ fluvius est in tractu Tarraconensi, Barcinonensem agrum irrigans. Rectius scribitur Batulo per diphthongum. Vide suprà suo loco. Vulgò Becon.

Βεύη βεύης, Vrbs Macedoniæ. Steph.

Bevus, βεύος, Fluvius. Steph.

B ante I.

Bianor, Βιανωρ. Nomen viri qui & Ocnus dictus est, filius Manthûs fatidicæ, & Tusci flaminis, qui Mantuam urbem à nomine matris appellavit. Virgil. Aeglog. 9. nanq; sepulchrū Incipit apparere Bianoris, sacrubi dicata, &c. ¶ Fuit itē unus ex Trojanis principibus, qui cum Otreo auriga ab Agamemnone interemptus celebratur Homer. lib. 13. Iliad. 11.

Bias Biantis, [Βίας. Ger. Einer aus den sieben Weisen des Griechenlandts.] Nomen Philosophi Prienensis, qui fuit unus ex septē Græciæ sapientibus. Hic (Laërtio teste) vir fuit totus regius, & civium suorum princeps, quos diu adversus pericula tutatus est. Sed tandem capta patria, quum omnes fugerent rerum pretiosissimarum sarcinulas onusti, ipseq; interea gaudens, cui ex bonis suis solus nihil eorum ferret, respondit: Omnia bona mea mecum porto: fortuita enim inter bona sua non numerabat.

Bisalta Ptolemæo, Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, forte idem cum eo, quod hodie Besso nominatur.

Bibaculus, Patria Cremonensis, ut scribit Eusebius, qui simul & Catullus inter poetas Iambotum Latinorum ponuntur Quintiliano. Est & Bibaculus alter, cujus meminit Cæsar in Commentariis.

Bibaga, insula est Indiæ, ostreis & conchylijs referta, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 21.

Bibastus, Βίβαστος, Vrbs Thraciæ. Steph.

Biberius, Tiberii agnomen per derisum, propter nimiam vini aviditatem.

Bibiana, Virgo Romana & martyr sub Iuliano, quæ unà cum parentibus martyrum corpora sepeliebat, sepulta est apud patrium Lucinianum. Autor est Volat. lib. 5.

Bibliā, sive (ut alij vocāt) Bilia, Vxor Duellii Romani, qui primus Romæ ex navali certamine triumphavit: quæ tantæ pudicitiæ fuit, ut illo seculo pro exemplo fieret, quo impudentia monstrum erat, non vitium. De hac memoriæ proditum est, quòd quū Duellio in jurgio quodam otij gravolentia objecta esset, eoq; nomine à viro illo accusaretur, quòd ebrii cum ipsam nunquam monuisset, Bibiam respondisse: Id quidem se factūram fuisse, nisi vicos omnes credidisset ita olere.

Biblina, æ, Βιβλινα, Thraciæ regio, vino generoso insignis, quod Biblinum ab ea appellatum: tametsi alii à biblia vitæ appellatū malint. Demus sāne Delius Biblinum vinum, Naxium interpretatur, eò quòd Biblus Naxi insulæ fluvius sit. Vide Stephanum.

Biblus, Βίβλος, Naxi insulæ fluvius, à quo nōnulli, Biblinū vinum nominatum putant. Vide suprà in additione BIBLINA.

Bibracte. Heduorum oppidum est apud Gallos, autore Cæsare. Hodie Sequanis hoc est, Burgundis annumeratur. Vulgò Autun.

Bibracum. Vrbs Sueviæ, Vulgò Biberach.

Bibrēvis, pes, Pyrrhichius, Diomedes Grammaticus lib. 3.

Biburcum, Daniæ urbs. Vulgò Biberig.

Bibulus, Collega Cæsaris fuit in consulatu, nomine potiùs quàm re: Cæsar enim solus quicquid visum erat, inconsulto collega, pro suo arbitrio gerebat. Vnde quicquid illo anno factum erat, homines urbani Cajo & Cæsare Coss. gestum dicebant. Vide Erasmum in Apoph. Extat enā apud Tranquillum in vita Cæsaris ea de re distichon hujusmodi: Non Bibulo quicquam nuper, sed Cæsare factum est: Nam Bibulo fieri Consule nil memini.

Bicurgium, Βικουργιον Ptolemæo, Germaniæ urbs est, quam Bopfingen, Vulgò Vrefatt vocant.

Bidini, Populi sunt Siciliæ, Ciratis, & Cactinis vicini: ut autor est Plin. lib. 3. cap. 8.

Bidios, Βιδιος, Castellum in agro Tauromenitano. Steph.

Bidos, βιδος, τό, invenitur & cum diphthongo, achus castellanus Siciliæ. Stephan.

Biennus, Vrbs Cretæ, Vide historiam apud Stephanum, ubi ait de Vienna Galliæ.

Biendium, Citerioris Hispaniæ portus est, apud Plin. lib. 4. in descriptione citerioris Hispaniæ.

Bigargitani, Populi sunt Hispaniæ in tractu Tarraconensi. Vide Plin. lib. 3. cap. 3.

Bigerones, Aquitaniæ populi sunt, apud Cæsarem, Tarbellis & Sontiatibus vicini.

Bigerra, Βιγερρα, Ptolemæo, Hispaniæ civitas est, Setabis contermina, quæ hodie Sorer ab incolis vocatur.

Bilieus, βιλιεύς, Fluvius est Ponti, in finibus Paphlagoniæ, nō procul ab Heraclea. Vide Plin. lib. 6. cap. 1.

Bilbilis, Βίλβιλις, Oppidum Celtiberorum in Hispania Tarraconensi, ad Salonem fluvium, optimo sensu temperatus & nobilem. Ex hoc oppido Martialis poëta originem traxit, ut ipse multis in locis testatur. Vulgò Calatayut.

Bilbina, Vrbs Persica. Steph.

Bion, Βιων, Borysthenites philosophus fuit, & sophista callidus, qui philosophiam vario orationis flore vestivit. Hic primùm Crateta Cynici Philosophi auditor fuit: à quo fcie ad Theodorū concilit. Fertur hic dixisse ad eum qui fundos suos ingluvie voravetat, Terra Amphiaraum absorbuit, sed tertam tu. ¶ Fuerunt & alii ejusdem nominis Philosophi, quos vide apud Laërtium.

Biperdimui, Galliæ in Aquitania populi, de quibus vide Plin. lib. 4. cap. 19.

Biracelium, Thusciæ oppidum est Ptolemæo, hodie Viterbium.

Bisendium, Citerioris Hispaniæ portus Plin. lib. 4.

Bimātēr, Agnomen Bacchi, quòd duas matres habuerit, Semelen & Iovem, matris fungentē officio, διμητωρ. Vide suprà in nomine BACCHVS.

Bingium, Vrbs in littore Gallico ad Rhenum sita, eo loco ubi Naus fluvius in Rhenum exit. [Vulgò Bingen.]

Bisaltes, Vide BISALTIA.

Bisaltia, Βισαλτια Stephan. Regio Macedoniæ libera, ad Strymonem amnem sita dicta à Bisalte Solis & terræ filio, aut à Bisalte vicino fluvio.

Bisaltæ, Βισαλται Stephan. Populi liberi Macedoniæ ad Strymonem amnem, teste Plin. lib. 4. cap. 11. qui famem in bello lacte concreto, & sanguine equino toleraut. Virgil. 3. Georg. Bisaltæ quo more solent, acerq; Gelonus. Quū fugit in Rhodopen, aut in deserta Getarum, Et lac concretum cum sanguine potat equino.

Bisaltis, idis Βισαλτις, Gentile femininū à Bisaltia Macedoniæ regione formatum. Ovid. 6 Metam. -tu visas Eripeus Gignis & Aloidas, aries Bisaltida fallit.

Bisanthe, Βισανθη Steph. Oppidum est Macedoniæ, nō procul à Melane fluvio, eoq; oppido, cui χωρος τῆς Θρᾴκης hoc est, longus murus nomen est. Vide Plin. lib. 4. cap. 11.

Bisargis, Βισαργις, Oppidum Hispaniæ in tractu Tarraconensi, ad Iberum fluvium: cujus meminit Ptol. lib. 2. cap. 6.

Bistonis, idis, Βιστωνις. Regio Thraciæ, inter Nessum & Hebrum fluvios: ita dicta à vicino lacu, quem Bistonidem appellant: sive (ut quibusdam placet) à Bistone rege. ¶ Bistonia præterea Stephano oppidum est ejusdem regionis non procul ab Abderis.

Bistŏnēs,

Bistŏnēs, Gabier, Populi Thraciæ inter Nestum, & Hebrum flu-vios: ita dicti a Bistonide lacu, hvc (ut Stephano placet) à Bistone rege. ¶ Inde Bistonis, patronymicum foeminini generis, quod aptissime tamen accipitur adjectivè & possessivè. Ovid. in Epistola Paridis ad Helenam. Tuta tamen ab hoste Bistonis ora fuit.

Bistŏnĭus, a, um, Βιστώνιος, possessivum: quod Poëtæ (eo more accipiunt pro Thracio, Ovidius: Strabat hinc Bistonia candidus ara nive. Idem Pellaq; Bistonia mœnia lavabis aqua.

Bistŏnis, Βιστωνὶς, hvc Bistonius lacus, in Bistonia Thraciæ regione est, nō procul ab Abderis oppido: in quo natantia omnia demerguntur: unde & nomē accepit, à verbo teutonico Græco, βυθίζω, quod est demergo. Vide & Bythonis per y Græcum scribendum videtur. Stephanus tamen & Suidas Βιστὼν, Βιστωνὶς, & Βιστώνιος scribunt, per quartam Græcorum vocalem.

Bitburgis, [Ger. Ein Stat in Trierschland/ bey der Weser genennet/ helt durch Madisen und das Land Braunschweig.] Strabonis lib. 7. Germaniæ est fluvius, sexcentis à Rheno stadiis distans. Pompon. Virgium appellat lib. 3.

Bithaibe, Βιθαΐβη, vide Helenopolim apud Steph.

Bithia, Pharaonis filia, quæ Mosen adoptavit.

Bithŭs & Bacchius, Vide in APPELLATIVIS.

Bithyæ, Βιθύες, Populi sunt Thraciæ, apud Stephanum, quorū autor fuit Bithys Martis, & Scæ sororis Rhesi filius. ¶ Bithyæ quoq; mulieres fuerūt in Scythia, in singulis oculis binas habentes pupillas, ideoq; vitæ efficacissimæ: ut ex sententia Apollonidæ tradit Plin. lib. 7. cap. 2.

Bithynĭa, Βιθυνία. Ger. Ein Landschafft des minderen Asiæ.] Regio minoris Asiæ, adjecta Thraciæ, & proxima Troadi, quæ (ut Solinus scribit & Servius) primùm Bebrycia: postea Mygdonia: deindè à Bithyno Bithynia dicta fuit. In Bithynia Libyssa est, ubi Annibal sepultus est. Sunt qui scribant Thynos populos transisse ex Thracia, qui deinde Bithyni dicti sunt, & regio ipsa Bithynia. Claud. Thyni Thraces erant, quæ nūc Bithynia fertur. ¶ Ex Bithynia fuerunt viri in disciplinis memorabiles, Xenocrates philosophus, & Dionysius dialecticus, & Hipparchus, & Theodosius, & filii ejus mathematici, & Cleophanes orator ex Myrlea, & Asclepiades medicus Prusiensis.

Bithynĭcŭs, a, um, Βιθυνικὸς. Quod Romanorum quibusdam in cognomen cessit à devicta omnium Bithynia. Martial. Iam tenem factam Bithynicam tredis habere. De origine Bithynorū vide latius apud Strabonem lib. 12. Herodotum lib. 7. & Dionysium Alum de Situ orbis.

Bithynĭus, a, um, aliud adject. Βιθύνιος Stephano. Iuven. Quamquā & Cappadoces faciant, equosq; Bithyni. Vbi illud animadvertendū est, à Iuvenale corripi primam nominis hujus syllabam, cum à cæteris omnibus producatur.

Bithynium, Βιθύνιον Stephano. Civitas in Bithynia, à qua Bithyniatæ & Bithynienses populi dicti sunt.

Bithynopolis, Vibs à Bithye dicta Steph.

Bithynus, Iovis & Thraces filius. Stephano Βιθύνος, fratrē habet Dolonem, à quo Dolones Thraciæ populi dicti sunt.

Bithys, Βίθυς, nomen viri, de quo Steph. in Βιθυΐα & Bithyniæ, & Bithynopolis.

Bitias, fuit unus ex Carthaginensium principibus. Serv. in illud Virg. 1. Aen. Tum Bitiæ dedit increpitans, etc. ait Bitiam fuisse præfectum classis Punicæ. Meminit enim Bitiæ eiusdā Virg. li. 9. qui frater Pandari fuit ex Alcanore Troiano, & Hiera Hicum Aenea post Trojæ excidium in Italiam venerunt, & quum aperto etiā portis aust essent Rutulos, abstinet Aeneā, lacessere, ab illis tum iuncti trucidati.

Biton, Βίτων, Alter fuit ex filiis Argiæ sacerdotis, & frater Cleobis: de quibus sic scribit Cic. 3. Tusc. Primùm Argiæ sacerdotis Cleobis & Biton filii prædicantur. Nota fabula est. Quū enim illam ad tolenae & flaturum sacrificium curru vehi jam esset, satis longè ab oppido ad fanum, morarenturq; jumenta: tum ei juvenes ii, quos modò nominavi, vestē postea, corpora oleo perunxerunt, ad jugum accesserunt. Ita sacerdos advecta in fanum, precata à Dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari possit à Deo. Post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse, mane inventos esse mortuos. Hæc ille.

Bituitus, Arvernorum rex in Gallia, specie colloquii comiter hospitio invitatus à Cn. Domitio, & vinctus est, & Romam deportatus.

Bitŭrgĭa, ae, Βιτύργια, Oppidum fuit Tusciæ, teste Ptolemæo, libro 3. capite 1, non procul à Manciana, hodie Pontecorum villa.

Bitŭrĭges, Populi sunt Galliæ Aquitanicæ, teste Plin. lib. 4. cap. 19. quorum frequens etiā mentio apud Cæsarem. Hi uno die vigiles oppida incendebant, ut Cæsarem pabulatione & commeatu prohiberent. Horum metropolis Avaricum erat: hodie Bourge en Berry. Singularis nominativus est Biturix; quo usus est Lucan. libro 1: Et Biturix, longisq; leves Axones in armis.

Bizen, Civitas Thraciæ. Steph. Βίζη, πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Βίζου βασιλέως. Plinius libro 4. capite 11. Bizam vocavit: Byza, inquit, arx regum Thraciæ, Terei nefasto crimine invisa hirundinibus.

Bizyē, [Ger. Ein Gebirg der Königen Thraciæ, zu welchem drey schöne Flüss fliessen.] Arx celebris regū Thraciæ, cuius Plin. lib. 4. cap. 11. ad quam hirundines non advolant. Ejus rei causa ac Terei incestū, & Prognes Hagitum referuntur à Græcis scriptoribus. Vide PHYLLIS.

Bizon, Thraciæ oppidum fuit, inter Apollioniam, & Calaticē situm, magna ex parte terræ motibus haustum. Plin. lib. 4. cap. 11. & Strabo 7.

B ante I.

Blaberura, Βλαβέρουρα, Oppidum est Tarraconensis Hispaniæ non procul à Pyrenæis montibus: cujus meminit Stephanus in voce Βάσκωνες.

Blacna, τὸ Βλάκαβον, Ponti regio ferax, per quam Amnias flumen labitur. Hac in loco Mithridates cognomento Eupator, Nicomedis Bithyni copias fundit is delevit, hauc quidē præsens, sed per legatos: unde ille cum paucis domum fugiens servatus est, & inde in Italiam navigavit. Verba tantū interpretis Strab. lib. 12.

Blandā, Italiæ oppidum in agro Brutio, nō procul à Rato flumine, & Parthenio ponto. Plin. lib. 3. cap. 5. ¶ Et & Blandæ, hvc Blandæ, oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in agro Barcinonensi, juxta Latronum flumen. Vulgō, Blanes.

Blandæ, fluvius est Hispaniæ Tarraconensis, in agro Barcinonensi juxta oppidum hujus nominis. Auctor Plin. lib. 3. cap. 3.

Blandusiā, In agro Sabino regio est, in qua Horatius habuit villam, & in ea fontem, quem celebrat elegāti carmine, cujus principium est: O fons Blandusiæ splendidior vitro, &c.

Blascon, [Βλάσκων. Ger. Ein Insel im Arschauff bey der Stat Rhodis.] Insula in Rhodanotallio, prope Metinam. Plin. lib. 3. cap. 5. & Strab. lib. 4.

Blemmyes, [Ger. Völcker im hessen Morenland/ welche kein Haupt/ sondern die Augen und Mund an der Brust haben.] Plin. lib. 5. cap. 8. sive Blemyes unico m. Βλέμυες Stephano, Populi sunt in Aethiopia versus Austrum, capitibus carentes, ore & oculis pectori affixis. Ita ad ēn. Stephano teste) à Blemye quodam, uno ex tribus ducibus, qui sub Dionysio in his regionibus militarunt. Hi alio nomine Blemyæ vocantur.

Blenăi, narum. [Ger. Völcker in Africa die by ungefehr an der Wasserhaben.] Populi sunt Africæ, faciem in pectore habentes. Claudianus: errat Per Meroën Blenaasq; ferox, attamq; Syene. Quo tamen in loco Blemyas legendum crediderim. Videtur præcedenti dictione.

Blĕpiæ, Βλέπιαι, Populi Africæ, sine capitibus, habentes oculos in pectore. Eosdem & Blemyas vocat Pomp. lib. 1.

Blerani, Italiæ populi in tractu Hetruriæ Corytonensibus, & Capenatibus vicini. Auctor Plin. lib. 3. cap. 5.

Blitĕræ, Oppidum provinciæ Narbonensis, de quo Plin. lib. 3. cap. 5. In Mediterraneo (inquit) colonia Arelate Sextanorum, Blitera Septimanorum, Arausio Secundanorum.

B ante O.

Bŏagrĭus, Βοάγριος, Locrensium amnis, sive potiùs torrens, qui Thesbiorum urbem præterfluit: interdum tam exiguus, ut ne pedes quidem transeuntis tingat: interdum tam latus, ut ad bina effundatur jugera. Strabo lib. 9.

Bŏarthia, Βοάρθια. Vibs Scythiæ Steph.

Bobium, Oppidum est Apennini jugi situm, ubi cænobium, auctore Theolinda regina Longobardorum extructum: quo in loco nuper hujusmodi libri reperti sunt, Rutilius Numatianus, Heroicum Sulpitii carmen, LXX epigrammata Terentiani Maurici de literis, syllabis, & metris omnis generis: Cæsius Bassus: Velius Longus de Orthographia: Adamantius Martyrius de littera nuda B. & V. vocali: Probi Catholica: Cornelii Frontonis Elegiæ de Laudibus Orationis: Servius grammaticus de literarum Liber perlitus: Julio Pollucis de vocabulis rerum: Paraphrasis super sex Virgilii libros: Trium Aeglogarū Virgilii enarrationes: & alia præterea multa, quæ Volaterranus enumerat.

Bobōnĭa, Βοβώνια. Vibs Italiæ Steph.

Bocalium, Arcadiæ oppidum est, juxta Megalopolim & Catinam, teste Plin. lib. 4. cap. 6.

Bocatius, Scriptor Italus fuit, sua lingua quàm Latina tersior. Scripsit Latinè Genealogiam deorum: de illustribus mulieribus: item de fluminibus & montibus, & plerisq; aliis tuæ linguæ.

Bŏcchĭus, Rex Mauritaniæ fuit & Getuliæ, qui Jugurtham Syllæ tradidit. Vide Sallustium in Jugur.

Bocchyrĭs, pro Βοκχόρις, Rex quidam fuit Aegyptiorū, qui stolidè, syncereq; judicasse fertur, adeò ut ejus nomen in proverbium venerit justissimè judicantium.

Boccari,

Boccori, qui & Concordienſes, Populi ſunt Luſitaniæ, teſte Plin. lib. 4 cap. 22.

Boccenſes, Sardiniæ populi, teſte Plin. lib. 3. cap. 7.

Bochiana, Oppidi nomen Troglodytarum. Apud Plin. lib. 6. cap. 29, in deſcriptione ſinus Maris rubri, Troglodytici & Arabici.

Bodicia, Ptolemæo. Acſtuarium maris Britannici, Tacito Bodotria dictum in Vita Agricolæ.

Bodincomagum, Oppidum eſt ad Padum, alio nomine Induſtria: ita dictum a Pado, qui ligurum lingua Bodincus fuit appellatus, quaſi fundo carens. Plin. lib. 3 cap. 16.

Bodincus. [Ger. Der Bodincus ſey in Italien die Po genañt.] Ligurum lingua dictus fuit Padus fluvius, propter immenſam altitudinem quaſi fundo carens. Vide in præcedenti dictione.

Bodonarus, Vide Dodonæus in Steph.

Bodona, Βόδωνα, Vrbs Perrhebiæ, vel potiùs Theſſaliæ. Steph.

Bodotria, Vide BODICIA.

Boeæ, Oppidum eſt Peloponneſi in ſinu Argolico, non procul ab Epidauro, ut ſcribit Plinius libro 4 capite 5, in deſcriptione Achaiæ.

Boebe, es, Βοήβη, Oppidum eſt Cretæ, nō procul à Gortyne. Stephanus. ¶ Eſt & Boebe Theſſaliæ oppidum, lacui adjacens, qui ab eo Boëbis appellatur. Strabo lib. 9.

Boëbis, idis, ſive Boebias, adis ſive Boëbeis, idis, Βοήβις, ἰάδος, ἡ, Βοηβηΐς, ἴδος, ἡ, Stephano, Lacus in Theſſalia ad radices Oſſæ. Lucanus lib. 6. Ire per Oſſæam rapidus Bœbeida ſanguis, Valer. Flac. Perderet & pingui miſeros in Bœbide cruoris.

Boëmia, Regio Germaniæ, trium ferè dierum longitudine, & totidem latitudine, Hercynia ſylva undiq; cincta, & Albi fluvio irrigata, ab Oriente ſpectans Moraviam ab Arcto Saxoniæ ab Occidente Noricum, à Meridie inferiorē Pannoniam, quæ Auſtria hodie dicitur. [Gal. Boheme. Ital. & Hiſp. Boemia. Ger. Böhm. Pol. Czechowſka. Vng. Tſéh országh.] Ang. Bohemia, the meaſe of bohemia.] ¶ Hujus incolæ Boëmi appellantur, lingua & moribus à Germanis omnib. diſtincti. Vide plura de his apud Aeneam Sylvium, qui Boëmorum hiſtoriam conſcripſit.

Boëotia, Βοιωτία. Ger. Ein Landſchafft in Griechenland / iſt bey den Alten Bœotien / ſo jetzt Negropont heiſſet / gelegen.] Regio eſt in finibus Græciæ, Rubeæ inſulæ objecta: ab Attica autem Cithæronis monte diſcreta: ita dicta (ut nonnulli putant) à bove, cujus ductu Cadmus pervenit ad eum locum, ubi poſtea Thebas Bœotias condidit. Ad quam nominis rationem alludit Ovid. 3 Metamorph. quum ait, Bos tibi, Phœbus ait, ſolus occurret in arvis. Nullum paſſa jugum, curvique immunis aratri. Hanc duce carpe vias, & qua requieverit herba, Mœnia fac condas, Bœotiaq; illa vocato. ¶ Alii alias affirmant nominis hujus rationes, quas vide apud Stephanum. ¶ Olim etiam Aonia dicta eſt, & Ogygia, & Hyantis, & Meſſapia, & Cadmeis. Thucydides. ¶ Hinc Bœoti, Βοιωτοί, dicti ſunt regionis hujus incolæ, qui ſtupiditatis, & craſſi ingenii nomine male audierūt. Hinc eſt illud Horat. lib 2. Epiſt. Bœotūm in craſſo jurares aëre natum.

Bœōtĭus, a, um, adjectivum, Cic. 1. de Divin. Quod & ſomniantibus ſæpe contingit, & nonnunquam cantionantibus per furorem, ut Bactis Bœotiis, & Epimenidis Cres. ¶ Bœotia aura, Βοιωτία &c. In pingui judicio hominem quadrat. Bœotorum ſoliditas complurib. proverbiis locum fecit. Similimum illi, Auctis Batava. Diogenianus meminit Adagii. ¶ Bœoticum ingenium, Βοιωτικὸν ἦθος, pro ſtupido & ſtolido. Quicquid enim inſultum eſſet ac ſtolidum, id Bœotio à dicebatur. Lucian. in Jove Tragœdo: Ἀγροικότατον ἀφῖκται καὶ Βοιωτικώτατον, id eſt, Illud quod dixiſti, prorſus agreſte eſt & veheementer Bœoticum. Horat. in Epiſt. Bœotūm in craſſo jurares aëre natum. ¶ Eundem ſenſum habet, Bœotica ſus, Βοιωτικὸς ὗς. Vetuſtiſſimum adagium. Qui enim priſcis temporibus Bœotiā regionem incolebant, ὕες appellabantur, gens barbara & agreſtis: proinde quidam depravata voce, pro, ὕες, hoc eſt, ſues appellabant. Idq; ſcomma eſſet in proverbiis. ¶ Bœotica cāntilena, Βοιωτικὸν ᾆσμα, dicebatur ſi quibus rerum initia tranquilla ac proſpera fuiſſent, poſteriora turbulenta ac triſta. Natum ex hiſtoria: nam Bœoti primùm liberam ac paratam agebant vitam, deinde mortuo Lajo in varias calamitates inciderunt, ut illorum cantilena à læto initio in luctum deſiſſe videatur. Citatur à Zenodoto. ¶ Bœotica ænigmata, Βοιωτικὰ αἰνίγματα, dicebantur obliquè atq; obſcurè dicta, quæq; perdifficilè percipi poſſent.

Bœotĭus, a, um, aliud adjectivum. Ovid. 13. Metam. Bœotiaque tellus Antide piſcoſa puppes tenuiſſet in undas.

Boëthius Zenone imperante ob affectatæ libertatis ſuſpicionem à Theodorico rege exilio damnatus: deinde cuſtodiæ traditus, plura conſcripſit. Tandem ſimul cum Symmacho ſenatore, ſocero ſuo, aliiſq; præſtantibus viris interficitur, ut ait Euſebius.

Boëtius, Inceptus quidā poëta fuit Tarſenſis, qui Philippenſem Antonii victoriā carmine cōſcripſit: quo nomine præter alios ſummos honores, quibus abundè eſt affectus, gymnaſii etiam Tarſenſis præfecturam eſt aſſequutus. Vide Strab. lib. 14.

Boëtus, ut inquit Strabo, Hiſpaniæ fluvius, ex eodem naſcens lacu, ex quibus Anas, & Tagus.

Bogadium, Ptolemæo oppidum eſt Germaniæ, quod hodie Friſtetel vocatur.

Boges. Fortiſſimi cujuſdam Perſæ nomē eſt, qui ab Atheniēſibus obſeſſus, quū nihil commeatus ſupereſſe, maluit uxorē primùm & liberos, deinde ſeipſum interficere, quam vivus in hoſtium manus pervenire. Herod. lib 7.

Bogud, dis, pen. genitivi conſepta, Rex fuit Mauritaniæ Tingitanæ, quæ ab eo Boguddana vocata eſt. teſte Plin. lib. 5 cap. 2. ¶ Fuerunt aūt plures eiuſdem nominis, ex quibus poſtremus fuit, qui in Actiaco bello Antonii partes ſequutus, ab Agrippa ſupplicio affectus eſt. A Strabone Bogus dictus lib. 8. barbara voce in ſuaviorem ſonum, & terminationem declinationi ejus aptiorem tranſmutata.

Bogus, Vide BOGUD.

Bolanum, Hodie Bovianum, Oppidi nomen eſt inter Samnites. Ptolemæo.

Boïi, Βόιοι Strabonі, populi fuerunt Galliæ Lugdunenſis, teſte Plin. lib. 4 cap. 18, qui putantur ago Burbonenſi tractum incoluiſſe. Ei poſtea Alpes tranſgreſſi, juxta Padum conſederunt, ubi & Laudam Pompejam urbem condiderunt, teſte eodem lib. 3. cap. 17. Iidem poſtea a Romanis expulſi, in Germaniam ſe contulerunt, teſte Strabone lib. 7, ubi Hercyniæ ſylvæ partē incolucrunt, quæ Pannoniæ proxima eſt quæ regio ab eis primùm Boiohemia, & poſtea abjectis aliquot Literis Boëmia appellata eſt, quod ſonat nihil aliud quam Boiorum patria.

Boïon, Oppidum Africæ, in tractu Cyrenaico, Plinius libro 5. capite 5.

Bojon Βοΐων Stephano, Dotidis oppidum in Græcia, teſte Plin. lib. 4. cap. 7. Dotis (inquit) in qua Spercheos, Erineon, Bojon, Pindus, Cytinum.

Bolā, Βόλα Stephano, Oppidum agri Campani in Italia: cujus meminit T. Livius. Unde Bolani, Coriolanus & Fidenatibus vicini, apud Plin. lib 3. cap 9. Virgil. 6. Aeneid. Fumosque, caſtraque, Bolanæ Coriolæ.

Bolbitina, Βολβῖτινα, Vrbs Aegypti.

Bolina, Insulæ nomen in mari Aegæo, non procul à Tenedo reſert Plinius in deſcriptione inſularum ante Aſiam, libro 5. capite 31.

Bolbitinum, à Plin. lib. 5. cap. 10. numeratur inter oſtia Nili.

Bolentinum, Pannoniæ ſuperioris oppidum eſt, apud Ptolemæum, quod illi ſua lingua Stadelſpurg vocant.

Boline, Βολίνη, Vrbs Aeolidæ Steph.

Bolingæ, Populi ſunt Indiæ. Plin. lib. 6 cap. 19.

Bolitius, Βολίτιος, Vrbs Aeolicam edito ſita, prope Chium. Stephanus.

Bolgeſſi, Βολγήσιοι, Vrbs juxta Euphratē, à Bolgeſſo rege condita. Steph. Byzantius.

Bologeſphora, Βολογήσφορα, Vrbs Perſica. Steph.

Bolutus, Βόλυτος, Vrbs Teucrorum in Illyria, & alia Theſprotiæ. Steph.

Bomarci, Aſiæ populi ſunt à Caſpiis mōtibus Orientem verſus incolentes, ut auctor eſt Plinius lib. 6.

Bombina, Lege UMBRINA.

Bombōs, Ciliciæ fluvius. Plin. lib. 5. cap. 27: Præterea intus fluminа Liparis, Bombos, Paradiſus.

Bōmi, Βῶμοι, Aetoliæ colles ſunt, quorum incolæ Bomii, Βωμιεῖς, commemorantur à Thucydide lib. 3.

Bomilcar, Carthaginenſis fuit, Amilcaris filius, qui quum apud ſuos in ſuſpicionem venuiſſet, quòd cum Agathocle ſentiret, in crucem ſublatus eſt. Vide Iuſtinum Trogi abbreviatorem lib. 22.

Bomitæ, Oppidi nomen eſt in Amano monte, qui Syriā à Cilicia dirimit. Plin. lib. 5. cap. 22.

Bonandria, Hodie dicitur Syriæ civitas, quę olim Apollonia.

Bonaventura, Fraciſcanus theologus, ex oppido Bagico regio, ob virtutem & commentarios editos, in Cardinalium numerum ex generali (quo nomine, ut peculiari, utuntur Franciſcani) à Gregorio X. relatus eſt. Habitum quo nunc utuntur Franciſcani cardinales inſtituit, quum priùs alterum cardinalium modo incederent. Dum privatus eſſet, ne gratis victitaret, ſacros aliquot libros ſcripſitare ſolebat, cultodi tradere mercedis loco vendendos. Poſtremo à Xyſto IIII. in catalogum relatus eſt. Hujus poſtea libros in Epitomen redegit Goliehnus Fulginas ejuſdem ordinis. Autor Volaterranus. ¶ Fuit & Bonaventura alter ejuſdem ordinis Patavinus Cardinalis S. Cæciliæ factus, ſub Ioanne XXII. doctrinæ ſanctitatem adjecit, ut qui pro martyre ferè colatur, à Carrarēſi principe ſagitta peremptus, dum Eccleſiæ libertatem cōtra tyrannos tueretur. Vtriuſq; autor Volaterranus.

Bōnchæ,

Bōnchæ βόγχαι. Populi Carthenes vicini, inter Euphratem & Cyrum fluvium. Steph.

Bonchis, βόγχις, Civitas Aethiopiæ juxta rectum cataractem. Stephanus.

Bonifacius, Praefal Avernensis, vir sanctitate clarus, cujus tunica etiam Sodalitium asservatur, qua à diva genitrice fuit donatus in excelsi montis, eidemq; primum sacrificavit. Autor Volaterranus.

Bonifacius, Romanus, apud Tarsum Aglaes divitis viduæ res procurabat, cum qua rem habebat, ebrietate, aleæq; aliorumq; malorum infamis. Factus repentè alius, martyrium sub Diocletiano subiit, relatusq; deinde à fetis Romā, eq; templum in Aventino dicatum, quod & Alexio postea commune fuit. ¶ Alius fuit Britannicus episcopus, praesul Magontinus, apud Physios & ipse martyr, quòd in suo Stephani II. Pontificis, Pipinū Caroli patrem regem olea sacro perunxerit. ¶ Alius ejus nominis praesul Carthaginiensis Zenone imperante. ¶ Alius item praesul Ferentinas ambo confessores. Quintus præterea martyr Bononiensis, Othonis tertii consanguineus. Autor Eutichius, Ilis additur à Volaterr. Bonifacius Africæ comes, sub Honorio Aetii ducis æmulus, Augustino amicissimus.

Bōnnī, (quod hic corruptè legebatur) Vide BOMI.

Bōnomia βόννα, Princeps Hetruriæ colonia, bellina olim vocitata, in octava Italiæ regione: ut tradit Plin. li. 3. cap. 15. Vulgò Bologna.

Bonosus, Romanorum tyrannus miræ bibacitatis: de quo Aurelianus illud celebratur, non ut viveret illum esse natum, sed ut biberet. Hic quantumlibet bibisset, semper securus erat & sobrius, & nunquam non vino prudentior: & quantum bibisset, tantundem reddebat velica ad æquilibrium. Hunc ad laqueū quum coegisset Probus imperator, jactatū est militari joco: Amphoram pendere, non hominem.

Bonus, Presbyter Romanus, simul cū Basso & Mauro diaconis, Romæ sub Valerio pene passus, sepulti omnes in via Lavicana. Autor Volaterranus.

Bōos Coetæ, Βοὸς κοίτη, Hellespontī urbs est, quæ Helgas & Germanicopolis postea dicta est. Plin. lib. 5. cap. ult.

Bous Vrbs, βοὸς ἄγρα, quasi Latinè Bubulā quandam dicas, Vrbs est Cypriniliæ, cui vicina est Treta & Palæpaphus, quæ antiquum Veneris templum habet. Autor est Strabo lib. 14.

Bōōtēs, tis, vel Bootes, æ, βοώτης, à bove deductum nomen, Latinè Bubulcus, cœleste sydus, quod Arctophylax vocatur, & more bubulci plaustrum sequi dicitur. ¶ Fuit autem Bootes (ut refert Hyginus) Iovis ex Calisto filius, nepos Lycaonis, regis Arcadiæ, qui unà cum matre in cœlum est translatus, & illi veluti custos appositus. Cicero de Natura deor. Septentrionem autem sequitur Arctophylax, vulgo qui dicitur esse Bootes. Quod quali temone cæjunctā peric quæsit Arctos. Ovid. Arctophylax formam tergo sequentis habet. Juven. Frigida circumagunt pigri triones. Bootæ. Habet quatuor stellas in dextra manu, quæ non occidunt. Gell. lib. 2. cap. 21.

Borama, Phœnices oppidum est, non procul à Beryto & Byblo. Autor Strabo lib. 16.

Borcani, Populi Hirpinorum in Italia, non procul à Collatinis, ut autor est Plin. lib. 3. cap. 11.

Borcalbe, Thraciæ oppidum, Enneæ & Parthenopoli vicinum, ut autor est Plin. lib. 4. cap. 11.

Bōrcōōt Smā, pen. corr. [Βορεόθεν. Ger. Eine auß den Enginſch Meer.] Vnum est ex ostiis Danubii fluminis. Plin. lib. 4. cap. 12. de Danubii ostiis: Primum ostium Peucestinon ipsa Peuce Insula: à qua proximus alveus appellatus, X. L. M. passuum magna palude fluitatur. Ex eodem alveo & super litrepolin lacus gignitur, X. III. M. passuum ambitu: Hamirin vocant. Secundum ostium, Naracostoma appellatur. Tertium, Calostoma juxta insulam Sarmaticam. Quartum, Pseudostoma & insula Conopon diabatis. Pollea Borcostoma & Spireostoma. Singula autem ora & ostia tam tenuia sunt, ut prodatur in XL. M. passuum longitudinis vicem mare, dulcemq; intelligi haustu.

Borgodi, Asiæ populi, in insula Asgilia, teste Plin. lib. 6. cap. 28. in descriptione Arabiæ.

Bōrīon, sive Boreon, pen. prod. Βόριον Ptolemæo, Africæ promontorium est, quod majorem Syrtim includit, dicente Plin. lib. 5. cap. 4. Promontorium quod majorem includit (Syrtim intelligit) Borion appellatur. Hujus etiā meminit Strabo lib. 17. Vicus Berenices est parvum quoddam promontorium nomine Borion, quod est Syrtis ostium.

Bormiscis, Βορμίσκος, Regio Macedoniæ: unde canes Euripidem lacerarunt. Steph.

Boron, Est Troglodytarū oppidū, ut tradit Plin. lib. 6. cap. 29.

Borsippa, Βορσίππα, Civitas est Mesopotamiæ, Dianę & Apollini sacra, in qua præcipue vigent sanctissima. Circa hoc oppidum maxima est vel pestilentium copia, quæ ad cibum conditur. Strab. lib. 16.

Borysthenes, pen. corr. [Βορυσθένης. Vulgò Neper. Ger. Ein groſſer Fluß im nähern Scythia / wird genent Neper.] Fluvius Scythiæ secundum Istrum omnium maximus, cujus aquæ ad potandum sunt suavissimæ, & magnos pisces alunt nulla habentes ossa. ¶ Est item Borysthenes oppidum, quod Borysthene amne alluitur, unde & nomen accepit. ¶ Alio nomine Olbia dicitur, teste Strab. libro 7. & Ptolem. libro 3. capite 5. Pomponius Mela Borysthenidem appellat libro 2. ¶ Est & insula eadem nominis, ante dictæ adjacens, cujus etiam meminit Ptolemæus loco jam citato. ¶ Lacus quoque est ejusdem regionis, qui & ipse Borysthenes appellatur, teste Plin. li. 4. cap. 12.

Bōrysthenīdæ, Βορυσθενῖται Stephano, Populi ad Borysthenem amnem, Olbiam urbem incolentes, quæ & ipsi Borysthenes, sive Borysthenis, appellantur. Propert. Gloria ad hybernos lata Borysthenidas.

Bōrysthenīus, a, um, adjectivū, Ovid. 4. de Pont. Eleg. 10. Cūq; Borysthenio liquit diversus amne Dyaspes.

Boryza, Βόρυζα, Vrbs Paeoniæ. Steph.

Bovillæ, arum. Βοβίλλαι Stephano, Oppidū fuit in Latio, haud procul ab urbe Roma, via quæ Ariciam ducebat, ut inquit Asconius. Nam ad Bovillas interfectus est Clodius, Aricia recipiens. Dicta Bovillæ, quasi bovis villa, quòd eò vulnerata à bove sua traiecta tuisse dicantur. Vnde populus Bovillanus dictus est.

Bolgiardariza, Locus est in confinibus majoris Armeniæ situs. Autor Strabo lib. 12.

Bolbitina, Vrbs Aegypti, Steph.

Bōsphōrus, pen. corr. βόσπορος Græcè, sine aspiratione: & ita ratio vera postulat, Angustus maris fauces significet, à meabili bovis transitu imposito nomine, ut refertur Plin. li. 6. cap. 8. quasi βοὸς πόρος. Sunt autem duo Bosphori, Thracius & Cimmerius, tanta utrique angustia ut & alitum cantus, & canum latratus ab ulteriore litore invicem audiantur: manifestè etiam humanæ vocis inter duos orbes commercio, si quid id auferunt venti. ¶ Thracius Bosphorus juxta Byzantium est, quo ingentem non amplius passuum tredo, Asiam à Europa quā Darius pater Xerxis copias ponte transvexit. Valerius Maximus fabulatur Io puellam in vaccam commutatam, per hanc angustias in Asiam tranavisse: indeq; fretum illud Bosphori nomen traxisse. Sic enim scribit lib. 4. Argonautæ, limq; circumvecti, atque aura vocati, ratibusq; capessiti. Aequora, quà regnos eructat Bosphorus amnes. Illos. Nec tuis notidū deā gentibus Io Caulicis e fluctus: unde hāc data nomina Ponto. Vulgò Eſtroite de Conſtantinople. [Ger. Der reg ſtrand des Meres bey Conſtantinopel: weiſt eigentlich ein Rind durchgeſchwommen hat.] ¶ Alter cognominatur est Maeoticus paludis juxta Tauricam Chersonesum, duarum millium passuum latitudine, per quem palus Maotica in Ponticum defluit. Hic Cimmerius Bosphorus dicitur à Cimmeriis populis, qui partem ejus frequentissimam incolunt. Vi deinde terræ motibus occupatus habitant, Cimmerii appellantur. ¶ Inter Bosphorum Thracium & Cimmerium, ut ex Polybii sententia scribit Plin. lib. 4. cap. 12. interjacent millia quingenta. ¶ Est & Bosphorus urbs Franconiæ in Germania, vulgò Döſtorf.

Bōsphōrānī, & Bosphorini. Cic. pro Lege Manil. Bosphoranum finitimos suis bellum inferre finxisse. Ovid. 2. Trist. Egerit Ionio, Bosphoranoq; mari. ¶ Est item Bosphorius Stephano duarum urbium nomen: quarum electum ad finem Cimmerium, & secundum ejusdem omnis collocat: quæ & Bosphoropolis dicitur alterum in Indis constituit.

Bosrā, [בָּצְרָה Βόσορρα.] Non est altera civitas, ut multi putāt, sed Idumææ, juxta illud. Quis est iste qui venit ex Edom tinctis vestibus de Bosra? Esa. 63. ¶ Alterum oppidū terræ Moab hoc nomine, Jerem. 48.

Bōstra, Βόστρα, Phœnices civitas est, ad mare sita. Strabo, lib. 16.

Bostrata, Vicus Aegypti, Steph.

Botachidæ, Latus Arcadiæ in Tegea, Steph.

Bōttiæa, sive Bottiæi duplicato i, Βοττιαία, Populi sunt Thraciæ, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Bōtrum, Βότρυς Stephano, Oppidum Phrygiæ, Attalum habens paludem salsedinem.

Botrodius, Vicus non longè à Segobriga quondā oppidum, sed à Tiberio Graccho eversum, ut refert Polybius.

Botrys, Βότρυς Stephano, Oppidum est Phœnices, cujus mentionem facit Plinius libro 5. capite 20. in descriptione montis Libani.

Bovianum, Samnitium colonia vetus, dicente Plin. li. 3. cap. 12. Samnitum, quos Sabellos, & Græci Samnitas dixēre, colonia Bovianum vetus, etc.

R ante R.

Brabantienes, Mons, quem Liv. lib. 4. de Bell. Mac. decem millibus passuum à Larissa demonte distare ait.

Bracari, sive Bracares, Populi Hispaniæ Tarraconensis, ad

ſtium fluvium, qui unum conſtituit ex ſeptem Hiſpaniæ citerioris conventibus, quem Bracarum cõventum vocat Plin. lib. 3 cap. item 3. Nunc, inquit, univerſa provincia dividitur in conventus ſeptem, Carthaginenſem, Tarraconenſem, Cæſarauguſtanum, Clunienſem, Asturum, Lucenſem, Bracarã Prol. lib. 2. cap. 6, Bracaros appellat, eosq; inter Gallecos annumerat eorumq; metropolim Bracaram Auguſtam vocat.

Brachmanes, vel Brachmanæ, [Βραχμᾶνες Stephano. Ger. Dermon der Weiſen und Hochgelehrten in Indien.] Indiæ ſapientes diligentiſſimi: eorum observatores Horum vitam deſcribit Bardeſanes Babyloniæ (ut ſuprà admonuimus) qui Gymnoſophiſtarum duo tradit genera: quorum alii, qui ex generis ſucceſſione vel ſimili hæreditariam ſapientiæ poſſeſſionem ampléctebantur, Brachmanes dictitant: qui vero electione ad philoſophiæ profeſſionem aſſumebantur, Samanei. Ad hos profectus eſt Apollonius Thyaneus, ut ſuprà in ſolio aureo ſedentem deſiderum morta audiret diſſerentem, ut teſtatur Hieronymus in præfatione Bibliorum. Vide Strab. li. 15. Plin. lib. 6. cap. 7.

Brachodis, Βραχώδης, Promontorium eſt Africæ propè Ide, in extimo Syrtis parvæ cornu. Autor Ptolem. lib. 4. cap. 3.

Brachybii, [Ger. Die Platt haben dieſen namen / darumb daß ſie ſo kurtze köpffe ſind. Pol. Morbiemvelkrokekoyao. Vng. Kleed ſtomp gezeeſoldk.] Jà Dionyſio vocantur Actiopes à vitæ brevitate. Siquidem quadrageſimum annum non excedunt.

Brachyle, Βραχύλη, Vrbs Cretæ, qui ſibeus vicina fuit. Steph.

Bracilla, Inſula. Vide BRATTIA.

Bracara Auguſta, Oppidũ Tarraconenſis Hiſpaniæ, non procul à Minio flavio. Vide Ptolem. lib. 2. cap. 6. & quæ ſuprà annotavimus in dictione BRACARI.

Bracæi, Βρακαῖοι, Populi Macedoniæ, Steph.

Bragada, pen. corr. Βραγάδας, Fluvius, qui juxta Vticam labitur, apud quem ab Attilio Regulo, & à toto exercitu ea ballista & catapultis terpens centum & viginti pedes longus occisus eſt. In caligatis tamen coditibus Bagrada nominatur hic fluvius, non Bragada.

Bragæ, Inſulæ quædam ſunt deſertæ, ut tradit Plinius libro 6. cap. 22.

Brima, Turdulorũ oppidum eſt in Hiſpania, in conventu Cordubenſi. Plin. lib. 3. cap. 1.

Branchidæ, Βραγχίδαι, Apollinis Didymæi ſacerdotes ſunt apud Poticeum, oppidum & promontorium Ioniæ, qui locus, teſte Plin. lib. 5. cap. 29. prius Branchidarum oraculum dicebatur, deinde Didymæi Apollinis à Ionere ciſtam Iliadis, 20. vide Strab. lib. 14.

Branchus, ut ſcribit Lactantius, Filius fuit Apollinis, ex filia Iamidis & Autonoes conjuge ſuſceptus, qui quũ Apollinis matris deoſculatus eſſet, ab eo captus, coronam & virgam accepit, cœpitq; vaticinari, & ſubitò nuſquam apparuit: poſt hoc ingens templum ei ædificatum, quod Branchiaden nominarunt. Idem autor alibi de eo Branchum, quendam Theſſalũ fuiſſe, ab Apolline maximè dilectum, cui poſt mortem in ſuo templo ſacra fieri idem juſſit. ¶ Hinc Apollo Branchiades dictus eſt, & Branchidæ communes Apollinis & Branchi ſacerdotes, qui Apollinis Didymæi oraculo præfuerũt. ¶ Branchi meminit Strab. lib. 13. Herc. & Strabo lib. 14. & alii.

Brancoli. Populi ſunt Indiæ, quorum meminit Plinius lib. 6. capite 20.

Brandũ à Pœnis brevitatis cauſa appellatur Apuliæ urbs Brũdiſium. Vide ſuo loco.

Brandeburgum, Vrbs celebris Germaniæ inferioris.

Brasidas, Βρασίδας, Lacedæmoniorum dux fuit, qui circa Amphipolim cum paucioribus cæſus ab Atheniẽſibus, quæ hoſtium copiæ tardiſſimæ erant, ſibi ferro iter aperuit. Vide Suidam.

Braſiæ, Βρασίαι, Vrbs Laconica. Steph.

Brattia, Inſula eſt una ex iis quæ Illyricæ adjacẽt. Scribit enim Plin. lib. 3. cap. ult. diverſi oram, quòd vadoſum ibi ſit mare, mille amplius inſulas ſequentatam eſſe: inter quas enumerat Brattiam, bobus & capris laudatam.

Brauron, Βραυρών, Atticæ oppidum, ubi Dianæ Brauroniæ ſacellum eſt. Autor Strabo lib. 9. & Plin. lib. 4. cap. 7.

Braunum, Βραῦνον, Vrbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, ſub Cantabris ſita, autore Ptolemæo, quæ eadem eſſe creditur cum ea quam Gallica lingua Surgo vocant.

Brea, Βρέα, Civitas in quam Athenienſes coloniam miſerunt, Stephan.

Bregi, & Breges, & Phrygæ, idem ſunt. Strabo lib. 12.

Bregmentani, Alia populi in Tyrrhen. Autor Plinius libro 3. capite 16.

Bremis, Vrbs Saxoniæ, vulgò Bremen.

Bremon, Vide PHASIBARVS.

Brennus, vel (ut aliis placet) Brenno, [Βρέννος. Ger. Ein Fürſt und Hauptmann der Gallier / der Italiam verheeret hat / vnd Dietrichen gefangen.] Dux Gallorum, qui Bononiam Venetiæ urbem ædificavit, quæ poſtea literarum mutatione Verona dicta eſt. Hic quum ducentis armatorũ millibus in Italiam irrumpens, primum Romanos apud Alliam fluvium profligavit: deinde ab urbem pergens, eandem cepit, totamq; exuſſit, præter Capitolium: in quo nobiliot juventus confugerat. Sed quum & illud aggrederetur, Romani cum illo convenerũt, ut acceptis aliquot auri talentis, obſidionem relinqueret. Quum igitur aurum penderetur, ipſe dux Gallicum ſuum vagina reducens, & ante penſari imperavit: ſed qui hoc Romani, ut rem injuſtam, recuſarent, atq; ita invicem cõtenderent, Camillus exul, qui abſens Dictator creatus erat, collectis iis, qui Roma profugerant, Gallos ex improviſo adortus eſt, qui reliqua auri, eſt maximo ſuorum detrimento ſagadibi conſulere coacti ſunt. Camillus verò eos continuò perſequutus, ex Italia expulit. Poſtremò Brennus Apollinis Delphici templum prædæ cauſa ingreſſus, ira numinis ſe interfecit. Propertius: Torrida ſacrilegũ ſentiunt limina Brennum. Vide quoq; Proverbium: Quid vidiſti, nili côlon?

Brenthã, Βρενθία, Vrbs Arcadiæ, & fluvius Bremhiates. Steph.

Brentũs, Βρέντος, Herculis filius, à quo Brundiſiũ, Βρεντήσιον, dictum. Steph. Eſt & Brentus Herculis filius.

Brepium, Promontorium eſt Arabiæ, teſte Plin. lib. 4.

Bretena, Vrbs Italiæ ſub Venetia, Ptolemæo, Brixiam hodie.

Brætolæum, Ptolemæo, Lusitaniæ oppidum eſt, quod hodie Setubal dicitur.

Brettanis, Inſula Βρεττανίς, Vide BRITTOTIA.

Brettius, Vide BRETTOTIA.

Brettoriã, Βρεττορία, Inſula in Adriatico mari.

Breuci, teſte Plin. lib. 4. cap. 25. ſunt Pannoniæ populi ad Saum fluvium. [Vng. Szawa folyok.]

Breuni, Plinio inter Alpinas gentes numerãtur. Sic enim ſcribit lib. 3. cap. 20. Gentes Alpinæ devictæ, atq; ſub imperiũ populi Romani redactæ, Triumpilini, Camuni, Vennonetes, Venonetes, Hiſarci, Breuni, &c.

Briareus, Βριάρεως, Gigas, Cœli & Terræ filius, quem Poëtæ finxerunt centum habuiſſe brachia, & quinquaginta ventres. Hunc ſingit Homerus, quum Pallas, Iuno, Neptunus, aliiq; ex Dijs nõnulli, adverſus Jovem conjuraſſent, periuſum à Thetide in cœlum aſcendiſſe, ut Jovi ſuppetias ferret, deosq; conjuratos Jovis adventu territos à cœptis deſtitiſſe, & cum Jove in gratiam rediiſſe. Hæc Homerus. Diodorus ibi tamen hoc addit, à ſuperis quidem Briareum dictum fuiſſe: ab hominibus autem Ægæonem. Alii Briareum inter eos numerant gigantes, qui adverſus Jovem conſpiraverunt: unde à Virgilio lib. 6. cum aliis monſtris in veſtibulo inferorum collocatur. Dicitur Briareus à corporis robore. Nam βρίαρος Græci pro forti dicunt, & robuſto.

Brias, adis, Βριάς, Vrbs eſt Piſidiæ regionis in Aſia. Autor Strabo lib. 12. Artemidorum antiquum interpretem citans.

Bricinnia, Βρικίννια, Vrbs Ciliciæ, Steph. Vide BVCINA.

Brigantes, Βρίγαντες, Hyberniæ populi ſunt, teſte Ptolem. lib. 2. cap. 2. Horum civitas hodie Ganeſeda vocatur.

Brigantium, Oppidum eſt Rhetiæ, ad lacum Acronium, ſive Podamicum, qui & Brigantius ab oppidi hujus nomine appellatur. Vulgò Bregentz am Bodenſee.

Brigiani, Populi inter Alpinas gentes Plin. enumerãtur lib. 3. capite 12.

Brigida, Mulier vitæ ſanctitate inſignis. Romam venit à Suecia, Urbano V. Pontifici maximo, quatuor liberos mares, totidem fœminas omnes ſanctos habuit, inter quos Catharinam quæ cùm viduam Romam commigraſſet, cujus etiam cura atq; opera in patriam relata eſt. Autor Volaterranus.

Brilellus, Atticæ mons eſt, Plin. lib. 4. cap. 7.

Brilerus, Atticæ mons, è quo olea lepõibus ſunt ſecundo, ſecundis reditus quaterni: pernatis autem & ſquamotis nulli, ut ſcribit Plin. lib. 16. cap. 37. Suſpicor eundem eſſe cum eo, quem idem lib. 4. cap. 7. Brilellum vocat: unde & Brilerus ſcribendũ videtur Atticorum more, qui diſſidentes ea, quæ ſonãs per duplex ſcribi ſolent, geminato ſ efferunt.

Brimo, [Βριμώ. Ger. Ein Schrecklichs Weib.] Verum eſt ex Hecate, ſive Proſerpina nominibus: ἀπὸ τοῦ βρόμου: hoc eſt, à terendo impoſitum: eo quòd nocturna terricolamenta ab ea immitti credebantur. Ac ex Apollonii interpretibus annotavit Caelius Rhodig. lib. 11. cap. 16. ¶ Brinthus, Βρίνθος. Ariſtot. Hiſtor. libro 9. capite 11. Avis canora, quæ in montibus ſylvisque verſatur.

Briſa, Βρίσα, Promontorium Lesbi, in quo Dionyſius colitur, qui ab eo Briſeus appellatur, ut autor eſt Stephanus. Conſtat autem in Pyrrh. Sect. 1, Briſæum appellatũ eſſe ſcribit vel à mellis uſu, quòd ipſe primùm mel invenerit, & ex favis exprimere, vel ab uva, quòd uvam invenerit & expreſſerit, quũ Britare Et exprimere: vel à nympha quæ eum nutriſſe dicitur. Briſæus etiam poëtarũ epitheton eſt, quòd ſit à Liberi

patre

patris tutela esse credantur. Pest. Sat. 1: Est nunc, Brisæi quem venosus liber Arci.

Brisabritæ, Indiæ populi trans Indum fluvium, quorum mentionem facit Plin. lib. 6 cap. 20, in descriptione Indi fluminis.

Brisēis, pen. prod. Βρισηΐς, Lyrnessia puella fuit, à patre Brise ita appellata: quum vero nomine Hippodamia vocaretur. Hæc, capta Lyrnesso urbe, Achilli v. Thersin sortem cessit, & postea ab Agamemnone erepta, implacabilis dissidii causa fuit inter Agamemnonē, & Achillem. Detrectabat enim Achilles Agamemnonis imperium, neq; unquam adduci potuit ut armâ sumeret, donec Patrocli mors nunciata eum ad vindictā extimulavit. Extat hujus Briseidos ad Achillē epistola apud Ovidium in Epistolis Heroidum.

Britannia. [Βρεττανία Strabonis. Gall. Angleterre. Ital. Inghilterra. Ger. Engelland. Hisp. Inglaterra. Pol. Anglia. Hung. Angolia. An. Inglaud and Scotland.] per duplicem, insula in Oceano Septentrionali, omnium, quæ Europæ adjacent, maximas unde & orbem alterum quidam ex poetis appellavēre: à Britone rege Britannia dicta, quum prius Albion diceretur, ab albis montibus, qui ad eam navigantibus primò apparēt. Hodie in duas divisa est partes: quarum alteram, quæ in Septentrionem vergit, Scoti incolunt, Caledoniæ sylvæ nomine cognitam: alterā, quæ cultior est, & Belgis vicinior, Anglitenēt, Savoniæ populi, prioribus incolis, qui Britones dicebantur, inde expulsis. Hæc ab Ortu Germanico: ab Occasu Hybernico: à Septentrione Caledonio Oceano abluitur: ad Meridiem verò angusto freto à Belgis dirimitur. Porrigitur in longum octingentis millibus passuum. In ea Gagates lapis invenitur, qui ardet in aqua, & oleo restinguitur. Urbem habet Londinum, nulli Londinum, copia negotiatorum celebrem. Inter Septentrionē & Occidentē (ut celebres Geographi tradūt) duæ sitæ sunt insulæ, Britannia & Hybernia paulò minor Britannia, ultra quas sunt quadraginta insulæ Orcades appellatæ, modicis spatiis interse distinctæ. Apud Britannos longissimus dies septemdecim horarū deprehenditur, & æstate lucidæ sunt noctes, autore Plinio. q Britanniæ, arum, ut Galliæ etiam dicuntur multitudinis numero. Catullus in Cæsarem: Hæc Galliæ timent, timent Britanniæ. Plin. lib. 33: Galliæ Britanniæq; inde modico discretæ.

Britannicus, a, um. Quod ad Britanniam pertinet, quod ex Britannia est. [Βρεττανικός. Ital. Di Inghilterra, Inglese. Ger. Engellendisch. Pol. Angielski. Hung. Angolian. Ang. Belonging to England or Scotland.] Iuven. Sat. 7: Quantum delphinus balena Britannica major. Cic. 3. de Nat. deor. Qui ostia maritimi, vel Hispaniensis vel Britannici, eōrumq; certis temporibus vel accessus, vel recessus, hunc Deo fieri animo pollunt?

Britannus, Βρεττανός, Gentile à Britannia insula deductū. Virg. Aegl. 1: Ille procul tutò divisos orbe Britannos.

Britannicus, Nomen fuit filii Claudii Cæsaris, ex Messalina, quem primò Germanicum, & mox Britannicū appellavit qui quanvis à fratre infans à patre in castris sæpè circumlatus fuit ser, & militibus commendatus: Neronis tamen opera veneno sublatus est: ut est videre apud Tacitum lib. 13.

Brittium, Lusitaniæ oppidum, apud Plin. lib. 4. cap. 22.

Britomartis, Puella fuit ex Gortynæ Cretæ civitate, Iovis & Charmes filia, Dianæ in primis charam: alio nomine Dictynna appellata, Βάκτυς γὰρ δίκτυον: hoc est, à rentbus, quorum usum in venatione traditur invenisse. Hanc Minos Cretensis ferus adamasse, cujus vim quum alioqui effugere non posset, ex alta sese rupe in mare præcipitavit. Vide Virgilium in Cir, & Diodorum lib. 5.

Britona, Puella Cretensis fuit insigni forma, & Dianæ in primis dilecta, quæ quum Minois vim alioqui declinare non posset, in fluvium se præcipitavit: ex vius rata vitæ, quàm pudicitiæ jactaram facere. Hæc à Diodoro lib. 5, & Virgilio in Cir, Britomartis dicitur.

Britones, Vulgò Bretons, Populi sunt minoris Britanniæ, quæ est Galliæ Celticæ regio, ad mare Oceanu situ, Northmannis ac Pictavis contermina. Hi olim Britanniam insulam dicūtur incoluisse, indeq; ab Anglis Saxoniæ populis expulsi, in adversō littore sedes fixisse, Iuvenalis: Quis nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam.

Brivates, Lugdunensis Galliæ portus apud Ptolem. libro 2. capite 8.

Brixellum. Oppidum inter Mantuam & Cremonam. Volaterranus.

Brixentes, Populi Alpini, Lepontiis finitimi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 20.

Brixia. [Vulgò Brescia. Ger. Brixien, in Welschland. Ital. Brescia.] Vrbs est Transpadanæ regionis, opus Cenomanorum, qui post Insubres in Italiam venerunt, Livio & Polybio testibus. q Est itē Brixia fluvius Elymaïdis, quæ est regio Persidi finitima.

Brixillum. Vulgò Bersolo, Oppidum Hetruriæ apud Mutinā, Plin. lib. 3. cap. 15 in descriptione octavæ regionis Italiæ.

Brizo, Βριζώ. Apud Delios vaticinatorum, quæ ex somniis fiumuntur. Dea habita est: erāq; Saphas omni genere honorum plenas, solis piscibus exceptis offerebant. Dicta autem putatur Brizo, ab eo quòd Βρίζειν priscí Græci pro dormire dicebant. Vide Cæl. Rhodig. lib. 27 cap. 10.

Brōmius, Βρόμιος, Bacchi cognomen, ἀπὸ τοῦ βρόμου, id est, à fremendo: vel ἀπὸ τοῦ βροντᾶν: hoc est, à tonitru, eò quòd natus sit cum tonitru, ejus genitrice fulmine percussa.

Brongus, gi, Βρόγγος. Fluvius est ex Illyrico Iberā versus fluēs, & excepto Angro, in Istrum influens. Herod. lib. 4.

Brontes, Βρόντης. Ger. Einer auß den Schmidknechten Vulcani so dem Jupiter die Straln schmiden.] Vnus ex ministris Vulcani, qui Iovi cudit fulmina, παρὰ τὸ βρόντη: hoc est à tonitru. Alius, Tres autem præcipuè à Virgilio numerantur Vulcani ministri, Brontes, Steropes, & Pyracmon: quem Ovid. 4. Fastor. Armonidem appellat. Hos Hesiodus in Theogonia Cœli & Terræ filios facit: quanquā alii ex Neptuno & Amphitrite natos mā-] nt. Virg. 8. Aen. Ferrum exercebant: vasto Cyclopes in antro, Brontesq;, Steropesq;, & nudus membra Pyracmon.

Bronteus. Dictus est Iupiter, à βροντή, quod est tonitru.

Brōtēas, & Ammon. Gemini fratres fuerunt, cæsibus clari, qui ab Ioneo occisi sunt in aula regis Cephenorum. Ovid. in lib. 5. Metamorph. Hinc gemini fratres Broteasq; & cæsibus Ammon Invicti, vinci li possent cælibus enses, Phrygia cecidēre manu.

Brōtheus, [Ger. Ein Gesell Vulcani der sich von seiner ungeschickligkeit wegen selbs verbrennt hat.] per duas sylabas, Vulcani filius fuit, qui irrisus propter oris deformitatem, conjecit se in ignem, & vitam incendio finire maluit, quàm omnia ludibrio esse exposita. Ovid. in Ibin: Quodq; ferunt Brotheū: ille cupidine mortis, Dextra succensæ membra recumbit aquæ.

Brullitæ, Populi Asiæ, quos Ephesiorum conventui attribuit Plin. lib. 5. cap. 29: Ephesum (inquit) alterum iuncta Asiæ remotiores conveniunt Cæsarienses, Metropolytæ, Cyllani, inferiores & superiores, Mysi Macedontes, Masurenses, Brullitæ, Hypæpeni, Dioshieritæ.

Brumus. Vide BAVMALTA.

Brundulum, Portus, quem Athesis amnis ex Tridentinis Alpibus fluens facit. Autor Plin. lib. 3. cap. 16. Vulgò Brondolo.

Brundusium, Vrbs Bavariæ, vulgò Brixanon.

Brundisium. [Βρεντέσιον. Ger. Ein Statt in Calabria an Adriatischen Meer gelegen / heisset Brandiz, Brandizo.] Vrbs Calabriæ, ad mare Adriaticum sita, via Appiā consq; perducta, & portu insigni nobilis, ex qua Romanis tritissimus olim fuit in Græciā: antiquius ita dicta à cervini capitis similitudine, quod Brundusium Messapii sua lingua appellabāt. Græci Βρεντέσιον appellant, à Brento quodam (ut Stephano credimus) Herculis filio. Ex hac urbe Pacuvius pœta ortum traxit.

Brusa. Lege PRVSA.

Brusis Pars Macedoniæ, ἀπὸ Βρύσεως Emathi filii, Steph.

Brunsuicum. [Ger. Braunschweig.] Vrbs Germaniæ.

Bruti, [Βροῦτοι. Ger. Welche zu zeiten vor in Italien am Gestade Mar gesessen. Italiæ populus in eo tractu qui hodie Calabria dicitur, post Lamum fluvium incipientes, & in terram Siciliam in modum peninsulæ procurrentes: dicti quasi bruti & obscœni. Fuerūt enim Bruti, servi & pastores Lucanorum, qui de aufugēre, & furtim in regione consederunt, ubi Consentia est, quæ fuit eorum metropolis: quam regionem prius Ausones habitaverunt. Hi multo pòst tempore, & ab Annibale & à Romanis propter eorum perfidiam pleriq; deleti fuēre, sine dignitate, sine honore, ad servilia opera semper coacti. Hæc regio (ut auctor est Strabo lib. 6.) Oenotria quondam dicta fuit. Supra Consentinum est Pandosia, ubi Molossorum rex Alexander trucidatus est. q Est & Rhegium civitas olim potentissima, in extrema agri Brutii parte sita, ubi Sicilham ab Italia tradunt fretu abscindi.

Brutiæ parmæ, dicta sunt scuta quibus Bruti utebantur.

Brutiani. [Pol. Wasoi, item slugi wiesiscy. Vng. Parasie.] à Romanis dicebantur, qui officia servilia magistratibus præstabant, nomine tracto à Brutiis: qui quòd primi Annibali adhæsissent, & eū eo perseverassent, donec ex Italia discederet, hæc ignominia à Romanis notati sunt, ut vilissima quæq; munia perfidos obirent. Vide Alex. Genial. dier. lib. 1.

Brutina, Vrbs Hispaniæ, Ptolemæo. Vide SAVTOBRIA.

Brutius, s, a, um, aliàs adjectivum, à Brutiis Italiæ populis: unde Brutia pix, secundus liquor qui ex æda excoquitur, & acero coagulatur: dolijs, aliisq; vasis lineis uncis, ab alia pice lentore differens. Primus autem tædæ liquor Cedrium appellatur, quo Aegyptii defunctorum corpora incorrupta conservabant. Vide Plin. lib. 16. cap. 11. Hujusmodi pix optima in agro Brutio excoquebatur: unde & nomen accepit.

Brutium, Promontorium Italiæ extimum: ubi Sicilia olim agro Brutio adhæsit. Plin. lib. 3. cap. 5. Primus Europæ finis à Calpe extimo Hispaniæ monte Loetus Brutium usq; promon-

corium immenſo umbra reſtituit. Ptolemæus Scylæum appellat. Vulgò Sanſcara, vel Caſtoria.

Brutobria, æ. Βρυτόβριξ Stephano. Oppidum eſt Hiſpaniæ in tractu Bæticæ, quod & Brutica appellatur. Dicta Brutobria quaſi Bootia civitas: ea forma, qua Selymbria, & Pontyobria: in quibus Bria civitatem ſignificat.

Brutus, Cognomen familiæ Iuniæ, quod primus tulit L. Iunius Brutus, propter ſtultitiam, quam Tarquinii metu ſimulabat. Hic exactis regibus, civitatéq; in libertatem vindicata, primus Romæ cũ L. Tarquinio factus eſt Conſul: rebuſq; multis præclarè geſtis, tandem cum in gratiã, quod ad Regillum lacum commiſſum eſt, occubuit, eumq; matronæ, ut ſortis Lucũ muliebris pudicitiæ vindicem, annum integrum luxerunt. ¶ M. Brutus, unus fuit ex Cæſaris dictatoris perculſoribus, qui in campis Philippicis ab Octavio & Antonio victus, necem ſibi conſcivit. ¶ D. Brutus, acerrimus publicæ libertatis propugnator fuit, qui Mutinæ aliquãdiu ab Antonio obſeſſus, eaq; obſidione Hirtio & Panſæ opera liberatus, tandem à ſuis fictitiis fuit deſertus eſt, & ab hoſtibus occiſus.

Brutus, & Brut, & Scævæ, & Bubulci, cognomina gentis fuerunt. Brutorum præcipuè nominatur Lucius ille Brutus, qui reges ejecit, & M. Brutus, qui Cæſarẽ occidit. Lucius patricius fuit: ex Marco, patricius fuerit an plebeius, poteſt ambigi: patricium fuiſſe, Poſidonius philoſophus, cumq; ſecutus Plutarchus affirmat: Brutum eum eum, qui reges expulit, tres filios habuiſſe, duos quos participes conjurationis in reſtitut. ultimo ſupplicio, parte conſulis ſpectante, affectos, hiſtoriæ narrant: certũ, unde tanta gens propagata ſit, & à quo M. Brutus originẽ duxit. Contrà, plebeiũ ut fuiſſe credamus, Dionyſii Halicarnaſſi facit autoritas: nam, etſi Plutarchum, ut ſolet, ea de re plurimi facio: tamen Halicarnaſſum, qui nititur argumentis, libentiùs hac quidem in re authorem ſequor. Plutarchi eſt ſimplex & rudis narratio: nam illud nescio quod quando affert ex Poſidonio: ipſius Poſidonii ætate fuiſſe Romæ præſtantes ex ea gente viros, quorum formæ ad ſimilitudinem imaginis accederet illius Bruti, qui civitatem donatum regia liberavit: ita plane mihi eſt, ut refellendum nõ existimem. Noſter autem Cicero, quum in Philippicis ostendat, & in libro de Claris oratoribus dixit idem, quod poſtea Poſidonius & Plutarchus, potuiſſe Bruto gratificari, quòd ei decus generat, tum ad ſuam libertatis recuperandæ facilius impetu poſſe eſſi. mabat, ſi abſque Bruto, qui primus Romæ jugum ſervitutis virtute depulerat, progenitum offenderet. Dionyſii ratio hæc eſt, eaque, ut mihi videtur, admodum firma. Si Lucius ille Brutus, qui libertatem Romæ conſtituit, virilem ſtirpem reliquiſſet: ejus poſteri patricii fuiſſent: quòd ſi Patricii, conſulatum ſine dubio multi geſſiſſent: at per annos CC. quod ſolli declarant, conſul Romæ Iunius nemo fuit: nam quod, Scævas & Bubulcos, qui, ut diximus, Iunii ſiere, conſules videas, CC. poſt reges exactos annis, hoc potius decernunt argumento, plebeios fuiſſe, quàm patricios: quum in conſulatu collegas habuerint de gente patricia: eo quòd eo tempore conſules facrificiorum cum magiſtratum duobus patriciis mandari, lex Licinia vetaret. Præterea, in eiſdem Dionyſii hiſtoria tribunũ pl. video Brutum quendam, plebeia patris defenſarem acerrimũ: item alterum in oratione pro Quinctio alios etiam alibi, quos, ut opinor, de gente Iunia fuiſſe, nemo negabit. & plebeios fuiſſe ideò putandum eſt, quòd tribunatum pl. plebeius tantùm hominibus deferri leges jubebant. Livius ſanè duos tantùm nominat Bruti filios: in quos, conjurationis crimine convictos, animadverſum eſt: ſed verbum addit nullum, unde ullum poſtea Bruti filium fuiſſe, poſſit intelligi. Apud Dionem eadem ferè, quæ apud Livium leguntur: ut non facilè, utrum ſenſerit, dijudicare liceat: itaq; dubitatio ex Dionyſio, Plutarcho, Poſidonio tota naſcitur, quanquã ego quidem, quum argumenta illa duo, quæ potui, æquo animo meo conſidero, unum de nullo Iunio per CC. annos, poſt reges ejectos, conſule, alterum, de Bruto tribunus pl. quos Dionyſius, & Cicero nominant: non admodum eſſe video, cur dubitem, & ab eo Bruto, quem contra patres multa pro plebe geſſiſſe Dionyſius memorat, potuiſſe M. Brutus, Servilię filius, cæcidi, Bruti ejus ætatis ortu trahere: ex patrũ ab aliquo L. Bruti patricii libertino: nam libertina familiæ nomen aſſumebant, ut patricii, licet ab homine patricio manumiſſi, tamen eſſe non poſſent. Ex noſtro commentario ad Quintum.

Bruxella, Brabantiæ urbs celebris. [Ger. Brüſſel.]

Bryanion, Βρυάνιον, Thebarotiæ civitas. Stephano.

Bryaxis, ſculptor ſtatuarius fuit, qui cum Leochare, & Timotheo, Mauſoleum de Caria ex marmore excidit. Plinius lib. 36. capite 5.

Bryazon, Amnis Aſiæ in Bithynia. Plin. lib. 5. cap. 32.

Bryges, Βρύγες, Populi Thraciæ fuerũt: qui poſtea Phryges dicti ſunt, à quibus Phryges Aſiæ populi originem traxerunt. Auctor Strab. lib. 7. Stephanus Bygas in Macedonia collocat.

Brygion, Inter urbes Macedoniæ Plin. ponitur lib. 4. cap. 10.

Bryllium, Βρύλλιον, Propontidis oppidum, Stephano.

Bryſarion, Vicus Parthiæ, Steph.

Bryſæ, Thraciæ populi, apud Plin. lib. 4. cap. 11, in deſcriptione Thraciæ.

Bryſani, Cyconum vicini inter Scythicas gentes Plinio referuntur. lib. 6. cap. 17.

Bryſea, Vicus Laconiæ, à quo Bacchus Bryſeus cognominatus eſt, quòd in eo coleretur. Quidam tamen Bacchum Bryſeum deſcribunt ab antiquo verbo Βρύω, quod eſt fluctuo: quoniam ex alvearibus mella, vel ex uvis muſta exprimere primus docuit. Alii Bryſeum potius quàm Bryleum volunt cognominatum, à bryſa: hoc eſt, pelle, quam in bello induebat. Nam teſte Diod. lib. 3. Bacchum in prælio pardalium pellibus uſum conſtat. Bryſa autem corium ac tergus ſignificat.

Bryleus, Βρυλεύς, Unum ex agnominatis Bacchi, ἀπὸ τοῦ βρύειν, quod ſignificat inundare & madefacere: vel ſic ab eo manum: à Bryſea Laconiæ civitate. Vide diſtinctionem præcedentem, & ſupra BRISA.

Bryſæ, Βρυσαί, Vicus Elidis, Stephano.

Bryſtacia, Βρυστακία, Vicus Ortygiorum, Stephan.

Bryx, & Bryges, Gens Macedoniæ Illyrios finitima, Steph.

B

Bubalus, Pro pictoris comite, vide VPALVS.

Bubaltis, Βούβαλτις Herodoto, five Bubaſtus, Βούβαστος Stephano, Ægyptiurbs, in qua quotannis conventus celebrabatur in honorem Dianæ: quam & ipſa Bubaltis aboribus hujus nomine fuit appellata. Ovid. 9. Metam. - cum qua latrator Anubis, Sanctaq; bubaſtis. ¶ Hinc Bubaltites nomos, appellabatur quædam ex Ægypti præfecturis, ut hinc proximus, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 9.

Bubaſtis, Cum e regio eſt, cujus mulieres ab Ovidio vocantur Bubaſtides, quum loquitur lib. 4. Metam. Bubaſtides videre nurus.

Bubetum. Natio eſt, vel oppidum Cyrenes, teſte Plinio, libro 5. capite 5.

Bubetani, Campaniæ populi Corionalis vicini. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

Bubinda, Fluvius eſt in Orientali latere Hyberniæ apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 2.

Bubon, Βοῦβον, Civitas eſt Cabaliæ, quæ Lycia eſt regiuncula, ex tribus oppidis habitata. Onoanda, Balbura, & Bubone, Autor Plin. lib. 5. cap. 27. Stephanus Bubonem à Bubone latrone appellatam tradit, quemadmodum & Balburam ab alio latrone, nomine Balburo.

Bubona, Bovum dea habita eſt, quemadmodum Pomona pomorum.

Bubula (quod hic pro Lybiæ Cyrenaicæ oppido malè legebatur) vide VTICA.

Bucinna, Inſula eſt exigua, Siciliæ adjecta, à Libyæo promontorio in Africam vergens. Vide Plin. lib. 5. cap. 8.

Bucolion, Βουκολίων, Labomedontis filius natu maximus, qui ex Abarbarea Nympha Pedaſum & Aeſepum ſuſcepit. Autor Hom. 6. Iliad.

Buda, [Vng. Hevvegyio.] Vngariæ, ſive Pannoniæ metropolis eſt, non ita procul à Danubii ripa diſſita: olim munitiſſimum totius Germaniæ propugnaculum: nunc Turcarũ dominio paret, ut penè tota Pannonia, Germani vocant. Ofen. Fuit ſedes & inhabitatio Regum Vngariæ longè pulcherrima & munitiſſima, unde dicterio locus in tota Europa: tres omnium pulchermas eſſe urbes, Venetias in aquis: Budam in monte: Florentiam in planitie.

Buddã, Gymnoſophiſtarum apud Indos princeps exſtitit, quã ali ex virginis latere natũ fuiſſe, fœdi volucrum. Celius Rhodiginus lib. 14. cap. 1.

Buddã,

Būdēz, penultima longa, Βοῦδος, Stephano Magnæ civitas, à Budeo quodam conditore dictâ quæ etiam Minerva, quę in ea civitate colebatur, Budea dicta est. Homerus Βουδήεσσαν appellat. ¶ Est & Budea Phrygiæ oppidum, Stephano.

Budēi, Βοῦδοι, Medæ populi, Stephano.

Budīni, Βουδῖνοι, Scythiæ Europæ populi, non procùl à Borysthene amne, Gelonis, Thussagetis, & Basilidis finitimi: quorū meminit Plin. lib. 4 cap. 12.

Budoros, [Ger. Das Inſel mache bey Candia gelegen.] Insulæ duæ propè Cretam insulam, ut scribit Plin. lib. 4 cap. 12.

Budorgis, A Ptolemæo dicta creditur Germaniæ civitas in Silesiæ tractu, quæ hodie Vratislavia dicitur: Vulgò Breslaw in der Schlesy.

Budoris, Germaniæ urbs est, sub ditione Comitis Palatini: Vulgò Hyperberg.

Būdorum, Βούδορον, Promontorium est apud Salaminem, Stephan.

Buges, Amnis est Scythiæ Europæ, qui flexum Mæotidis secat, ut autor est Pomponius Mela. Supra Bugen verò, amnes sunt Agarus (quem Sagaris Ovidius nominat) & Lycus, clarissimi, Ptolemæo, Plin. autore li 4 cap. 12: Buges lacus est, nō fluvius, à Cercto Mæotidis sinu petroso ditículus dorso, & fossa in mare emissus.

Bulgaria, à recentioribus appellatur Europę regio supra Thraciam, inter Danubiū & Pontum Euxinum sita, Daciæ & Mœsiæ contermina. ¶ Hinc Bulgari dicti, qui eam incolunt.

Bulini, Βούλινοι, Gens circa Illyriam. Artemidorus non gentem, sed Βουλινίδα, Bulinen civitatem esse dicit, Steph.

Bullis, βοῦλις, Phocidis oppidum, inter Parnassum & Heliconē situm: a dictum à Bulone conditore. Hinc Bulli & Bullenses. Cic. in Pisonem. Parthenii & Bullenses illuti.

Bullā Regiā, Liberum est Numidiæ oppidum, teste Plin. lib. 5. cap. 3.

Bullēnses, Oppidum & Populi Locrorum apud Plin. lib. 4. capite 3.

Būllēum, βοῦλλαιον, Britanniæ insulæ oppidum, apud Ptol. lib. 2 cap. 3.

Bulliones. Barbari incolæ Macedoniæ, dicente Plin. lib. 4. cap. 23: Apollonia quondam Corinthiorū colonia, VII. M. passuū à mari recedens. Cujus in finibus celebre Nymphæum accolunt Barbari, Amantes, & Bullliones. Hæc Plinius.

Bullis, idis, Βουλλίς, Oppidum in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico adjacet, nō procul ab Apollonia, teste Ptolem. lib. 3. cap. 13. Plin. Bullidensem coloniam vocat, lib. 4. cap. 10. & populos ipsos Bullliones, lib. 5. cap. 23.

Bullū [Βόλλαι. Vulgò Bodva.] Oppidum Liburniæ, non procul a Drilone fluvio, Ptol. lib. 2. cap. 17.

Bulūba, Libyæ Cyrenaicæ oppidum, apud Plin. lib. 5 cap. 5.

Bunæ Nomē loci. Plin. in libello Vitæ plus sapientiæ ... Forte eadem quæ Brunus.

Bunartis, Βουναρτις, Vrbs Libyæ, Steph.

Bunema, Βούνεμα, τὸ, Vrbs Epiri ab Ulysse condita, Steph.

Bunicium, Βούνικον, Vrbs Germaniæ in climate magis Septentrionali: de qua Ptol. lib. 2. cap. 11. [Ger. Brnb.] ut quibusdam videtur.

Bunomus, Βούνομος, ὁ Βουνόμιος, Macedoniæ civitas, Pella postea dicta, Steph.

Bunnis, Βούννις, Elymdis oppidum est: cujus gentile est Bunnius, Βουννεύς, Steph.

Būpălis, i. [Βούπαλος. Ger. Ein ſurbündiger Mahler.] Pictoris insignis nomen, qui quum Hipponactem Poëtam deformi figura pictum omnium risui exposuisset, tam mordaci ab eo carmine fuit perstrictus, ut laqueo vitam finierit. Hor. in Epod. Qualis Lycambæ spretor infido genet, Aut acer hostis Bupalo. Bupali hujus meminit & Plin. lib. 36. cap. 5.

Buphis, Βοῦφις, Sicyoniæ vicus apud Steph.

Bupratium, Βουπράτιον, Epæorum oppidum, Elidi finitimum: cujus meminit Homerus in Catalogo navium. Plin. li 4 cap. 5: Achaiæ propriè dictæ annumerat.

Burā, Βοῦρα, Achaiæ propriè dictæ urbs, ad sinum Corinthium sita, olim florentissima: nunc una cum Elice vicina urbe, maris impetu hausta: de qua Ovid. 15. Metam. Sequeraes Elicen, & Buran, Achaidas urbes. Invenies sub aquis & adhuc ostendere nautæ: Inclinata silent cum mœnibus oppida merlis. Plin. lib. 2. cap. 92: Pyrrham & Antissam circa Mœotim Pontus abluit: Elicen & Buran in sinu Corinthio, quarum in alto vestigia apparent.

Burchana, Insula (ut lib. 4. cap. 13. Plinius docet) in Oceano Germanico: à Romanis Fabaria, à rugis similitudine sponte provenientis appellata.

Burchanis, ἐρεβεννὸς, Insula in Celtica, Steph. ex Strabone.

Burdegala, sive (ut apud Suidam legitur) Burdigala, Βουρδιγάλα, Gallię Aquitanicæ urbs clarissima, Ausonii Poëtæ patria. Strabo Burdigallam appellat. Vulgò Bordeaux.

Burgi, Vide in APPELL.

Burea, Vrbs Italiæ à Burco condita, Steph.

Burea, Burrhas, vel Burrhina, βοῦρεα, βοῦρις, ἡ βοῦρινα. Fons est in loco quodam insulæ Coi dicto, quod hovis naribus similem habeat meatum unde fratres, interpres Theocriti. Meminit enim ejus Theocritus Idyllio 7.

Burgundiā, Galliæ provincia Ducis, ducatus titulo insignis, quam antea sub Regibus fuerat: à quo Burgundi, & Burgundiones. Eam olim Sequani ac Hedui tenuerant. Burgundiones. Plin. lib. 4 cap. 14, inter genera Germanorum ponit: ficenim scribit: Genera Germanorum quinq; Vandilici, quorum pars Burgundiones. Varini, Carini, Guttones. Vulgò Bourgongne. [Ger. Das Herzogthumb Burgund. Pol. Burgundya.]

Burgundiōnes, unde dicti, Vide supra in dictione BVRGI.

Būrnitæ, Plin. lib 3. cap 21: Populi Illyriæ sunt. Scultenna & Alhoutenionæ finitimi.

Bursaonenses, es, Hispaniæ citerioris populi sunt, Calagurritanis, & Complutensibus vicini. Vide Plin. lib. 3. cap. 3.

Burrina, apud Ptol. lib. 2. cap. 6: Ilergetum civitas est in Hispania Tarraconensi. Vulgò, Barbastro.

Busæ Βῦσαι, Herod. lib. 1, Populi sunt Medorum, quos subegit Dioces.

Buscum, Ducis Brabantiæ urbs: vulgò Hertogenbosch.

Busiris, pen. prod. Βούσιρις, Neptuni & Lysiges filiæ Epaphi filius, crudelissimus Ægyptiorum tyrannus fuit, quo tempore Danaus Argivis imperavit. His quum hospites omnes Jovi immolaret, ab Hercule in Ægypto dehito quum caldem illi insidias pararet, una cum Amphidamante filio, & præcone Chalbe & ministris ara interfectus est. ¶ Hujus dictionis media syllaba producitur Virg. 3 Georg. -quis aut Busyrim durum, Aut Lycium nescit: Busiridis aras Ovid. in Epist. Heroid. Si tu vidisses cultos Busiride ritus. Statius tamen Lib. 12. Theb. (si modò emendata ut lectio) corruptissimè enim ubi legitur. Nō truci vos monstris Busiride, mitiores dedisti Cereropa. ¶ Est & Busiris nomen urbis in Ægypto ad Nilum Bubastum, a Busiride condita: in qua fuit templum magnum Isidis. Hinc Busiritica præfectura, apud Strab. lib. 17.

Būsiradæ, βουσιράδαι, Populi Attici ex Aegeride tribu. apud Steph.

Būtes, βούτης, Filius fuit Amycis, Bebrycorum regis, qui ob ejectatam patriæ ab Argonautis cædem, regno pulsus, parvo navigio Dicæarchiam in Sicilliam confugit, ubi a Lycasto nobili mercatore hospitio susceptus est, a qua quum ob formæ, morumq; & ætatis elegantiam diligeretur, ejus concubitu usus, Eryca filium ex ea suscepit: & quoniam Lycasto ob eximiā pulchritudinem Veneris sacerdotium, datus est locus: bubulæ, Butes ex Venere filium Erycem suscepisse. Contrà Virg. Lib. 5. Aen. Butem à Darete juxta tumulū Hectoris occisum tradit, in quem Idem, ad tumulum, quo Amycus occubuit Hector, victorē Butem immanem corpore, qui se Boryciæ veteris Anyte de gente ferebat: Percutit, sctu va mortibundū extendit arena. ¶ Alius fuit Butes Trojanus, à Camilla necatus, ut est idem autor lib. 11. ¶ Commentarius Apollonii, alterius quoq; Butæ meminit. Eli Cercopis cujusdam. ¶ Est & Butes, Scythiarum fluvius, cui propinqui sunt Agathyrsi & Sycambræ.

Būthiā, βοῦθια, Ioniæ oppidū, teste Stephano, aut certè regionis, ut idem refert extentum a Theopompo.

Būthōn, βοῦθων, vel βούθων, ut rectè scribit apud Steph. Vrbs Illyriæ, &c. Quæ à βοῦς hæc putant legendum, Solanus in analogia.

Buthrotum, sive Buthrotus, penultima producta. Romanorum colonia est, teste Plin. lib. 4. cap. 1. in finibus Epiri, ad sinum Ambracium. Apud Græcos nomen activum est βουθρώτης. Stephanus de Urbibus: ἔστι δὲ καὶ βουθρώτης ἐθνικὸν, ὁ πολίτης. Sic etiam Ovid. lib. 13. Metam. Epiros adhuc, regnataq; vati Buthroti Phrygio. Cic. ad Titum Sept. Imperium Cæsaris tenebamus: Quantas autem Frater & filius Buthroti Serviam explicans illud Virg. 3. Aeneid. -portuq; subimus Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus arcem: Arcem, inquit, Buthroti dicit. Buthrotum (a quo loco si emendare esset lectio) videremur Buthroti, genitivum esse cogitum per synæresin à nominativo Buthrotius: quem tamen nusquam adhuc reperiri, Quò fit, ut apud Servium Buthroto legendum putem: & ita in vetustissimis quibusdam exemplaribus scriptum invenimus.

Būthōs, Vide SVTOS.

Būtis, βοῦτις, Syriæ civitas, Pella postea dicta, Steph.

Būtōs, βοῦτω, Oppidum est Aegypti, apud Ptolemæum lib. 4. cap. 5, & Plin. lib. 5. cap. 10. Stephanus alterum ejusdem nominis oppidum in Gedrosia collocat.

Butra, Insula est maris Mediterranei propè Cretam insulam. Auctor Plin. lib. 4. cap. 5.

Butrium, tri, βούτριον, Oppidum Italiæ, non procul à Ravenna, cujus meminit Strabo lib. 5.

Butua, Plinio inter oppida Liburniæ recenſetur, libro 4. capite 22.

Butuntinenſes, Populi ſunt Calabriæ in Italia, quorũ meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

Butus, βοῦτος, Pandionis filius: unde Butadæ partibus Aegeidis, Stephan. Eſt & Argyppi civitas. Vide ſuprà BVTIOS. Herodianus vicum eſſe ſcribitur Buto, βοῦτο dictum, ubi oraculum fuerit: unde & Latona Buto, Eſt & alia Gedroſiæ, Stephan.

Buxẽtum, οὖσις. Oppidum Lucaniæ, quod Græci Pyxunta vocant, à buxo arbore, quæ copioſa illic provenit. Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò, Buxedine.

Buzæ, Plinio inter Indicas gentes ponuntur. libro 6. capite 22.

Buzeri, Gens Themiſcyræ regionis in Aſia. Plin. lib. 6. cap. 4. Vide VZERES.

Buzigetus, Mons eſt Theſſaliæ, Plin. lib. 4. cap. 8.

B ante V.

Byballus ἐβύβαλλος, Cariæ oppidum Stephano, ita appellatũ à Byballo paſtore, qui Aeſculapium mãtis tempeſtate in Cariam delatum ſervavit.

Bybe βύβη, Thraciæ oppidum apud Stephanum, cujus incolæ Βύβηοι, appellantur à Stephano.

Byblefia, Cariæ regio, ab illimo Coridiorum initium ſumens: de qua ſic ſcribit Herodot. libro 1: Namquum initium montis de quo ſic ſcribit Herodot. libro 1: Namquum initium Byblefiæ ex peninſula ſuſpicetur, ſintque Cnidii propemodum circumſiti, eam partem, qua Boream ſpectat, Cerauninus claudit ſinus: Auſtralem verò Symanum. Rhodiumque mare: reliquam frontem: hæc eſt, illimo, qui percurrit, ſed quinque Cnidiorum, Cnidii tentaverunt perfodere.

Byblis, idis, βυβλὶς Saidæ, Filia Miletiſuiſſe fertur ex Cyanee Nympha, Fratre Cauno, cujus amore deperibat, repulſa, impatiens amoris inſontem ſui nominis eſt mutata. Vide latius totam fabulam apud Ouid. 9 Metam.

Byblus, βύβλος, Nan, Parva maris mediterranei inſula eſt cum oppido, alio nomine Malos dicta. Ariſtocles Zephyrium: Callimachus Minaida: Herachides Siphnum & Acyton vocant. Hæc inſularum rotundiſſima eſt. Verba ſunt Plin. lib. 4. capite 12.

Byblus, Vel Phœnices urbs, Beryto vicina, in qua Adonidis olim inſigne fuit templum. Iam tyranno oppreſſam Pompeius liberavit, illo ſecuri percuſſo. Sita eſt in excelſo quondam loco, non procul à mari. Hæc ex Strab. libro 16. Hodie Gebal.

Bycus, Sarmatiæ Europæ fluvius eſt apud Ptolemæum, qui Pomponio Bugus dicitur.

Byle, βύλη, Vrbs, Vide ELEA.

Byllis, βύλλις, apud Stephanum, Illyrici oppidum eſt, quod à Ptolemæo βύλλιον appellatur: & in ea parte collocatur Macedoniæ, quæ Adriatico mari immineat, in Illyrici confinio: ubi & Plin. Byllidenſium meminit.

Bymazus, βύμαζος, Vrbs Paeoniæ, Steph.

Byrſã, Vide CAPPELL.

Byſſhæi, Genus Bebrycum, Steph.

Byſſalus, Sonnãtius, Regio juxtà Syrtes, Vide Byzantes in Stephan.

Byſſus, vel Byſſas, Gens quædam, Steph.

Byzacium Africæ regio. Plin. lib. 4. cap. 5. in deſcriptione Africæ. Vide BYZANTIVM.

Byzantes, Populi Aſiæ. Vide BYZANTIVM. De Byzante & Strabone ejus fratre, vide Steph. in Binæ copolis.

Byzãtium. [βυζάντιον. Vulgo Conſtantinopolis. Ger. Conſtantinopel. Turcis, Cegrandam. Pol. Conſtantinopolis. Vng. Kuſtantzinápoly.] Vrbs Thraciæ, adjectum ſitu Boſphorum: primùm à Pauſania Spartanorum rege condita: poſteà à Conſtantino in manus ducta, & ſacri Imperii ſede eò translata, ab illius nomine Conſtantinopolis dicta eſt. Hodie non ſine gravißima orbis Chriſtiani ignominia, crudeliſſimi Turcarum tyranni paret imperio. ¶ Eſt item Byzantium, Libyphœnicum regio in Africa: quam ſic deſcribit Plinius libro 4. capite 5: Libyphœnices appellantur, qui Byzantium incolunt. Ita appellatur regio ducentorum quinquaginta millium paſſuum per circuitum, ferbilitatis eximiæ, cum centeſima fruge agricolis fœnus reddente terra. Hic oppida libera Leptis, Adrumetum, Ruſpina, Taptus, Hecatle.

Byzãtius, a, um, adjectivũ: ut Littora Byzantia, Ovid. 1. Triſt. Byzantii exules, Cic. pro Domo ſua.

Byzeres, pen. prod. Βύζηρες Stephano, Populi in Ponto, qui Straboni Byzares vocantur, olim Chalybes, & deinde Chaldæi dicti. Valer. Flac. 5. Argon. Byzeresq; vag, Phityeq; à nomine cicla Littora Plin. lib. 6. cap. 4. Buzeros vocat. ¶ Abhis portus quidam Ponti, Buzericus βυζηρικὸς λιμὴν appellatur: cujus meminit & Steph.

C

Abalaca, Albaniæ in Aſia oppidum. Plin. lib. 6. cap. 10: Prævalent oppida Albaniæ, Canalaca: Iuetie, Harmathis juxta flumen, &c.

Cabales, κάβαλες, Populi ſunt Lyciæ regionis, quorum regio Cabalia appellatur: in qua ſunt urbes, Oenoanda ſquam Strabo Oenoandrem vocat, Balbura, & Bubon. Vide Plin. lib. 5. cap. 27. & Herodotum lib. 4.

Caballo marinus, Vide HIPPOCAMPVS.

Caballus, κάβαλλος, Oppidum eſt Caballæ regionis Aſiæ, cujus meminit Stephanus. ¶ Eſt autem Caballia Lyciæ pars.

Caballus, κάβαλλος, vel Caballar, κάβαλλαρ, Homero, Oppidũ Cappadociæ: quod tamen alii trans Hæmum montem collocant. ¶ Appian verò vicum eſſe ait inter Tarſum, & Macaram. Vide Steph.

Cabellio, Narbonenſis provinciæ oppidum eſt, prope Druentiam fluvium, & Carpentoratẽ. A Strabone Caballio vocatur. Vulgò Cavaillon.

Cabera, Proti filia fuiſſe fertur, quæ ex Vulcano tres Caberos genuit, totidemq; nymphas Caberides: quibus omnibus ædicata fuiſſe templa, auctor eſt Strabo lib. 10.

Caberon, Aſiæ fluvius eſt, ut ſcribit Plin. lib. 6. cap. 23. in deſcriptione Carmaniæ.

Cabiria, æ, κάβειρα, Oppidum citerioris Aſiæ, quod Cabiri inhabitabant. Sunt & Cabiri Bœotii populi. Vtriuſque autor Stephan.

Cabul, Galilææ regio eſt, quæ Joſeph. lib. 2. Lingua Phœnica à diſpliceo domibus verò à terra tenaci, ob copiam argillæ, qua figulantur, nomen accepit.

Cabullinum, κάβουλλινον Ptolemæo, Sequanorum oppidum eſt ad Ararim, quod alio nomine Catalaunũ, Gallicè Chalons ſur Saone dicitur.

Cabura, æ, Fons Meſopotamiæ, præter aquarum omnium naturam, egregiè odoratus: cujus fabuloſam rationem reddunt, quòd Iuno eo aliquando lucrit perfuſa. Vide Plin. libro 31. capite 3.

Cabyle, κάβυλε, Vrbs in Thracia, ut inquit Polybius.

Cacã, Soror fuit Caci, quam quidam volunt ſacris furum Herculi indicaſſe, & ob id, mercede bidentem duarata, facto; ejus generati. Sed longè aliter Virgilius libro 8. & Ovid. libro 1. Faſtorum.

Caccabe, es, κάκκαβη, Olim appellata fuit urbs totius Africæ celeberrima, quæ notiore nomine Carthago dicitur. Vide Stephanum in dictione κάκκαβη.

Caeciliri, Inter celeberrimas Scytharum gẽtes Plinio ponuntur lib. 6. cap. 17.

Caecilini, Siciliæ populi Latinæ conditionis, ut ſcribit Plinius lib. 3. cap. 8.

Cacus, κάκος, Filius fuit Vulcani, qui Latium undique latrociniis & incendiis infeſtabat: demum Herculis quoque ex Hiſpania, occiſo Geryone, redeuntis, & apud Evandrum hoſpitantis boves nocte cauda traxit in antrum ſuum, quos quum mane diminutas cerneret Hercules, nec quotum eſſet, ſcire poſſet, ſonè fortuna ad hoc antrum pervenit: ſed quum veſtigia omnia foràs verſa videret, cum reliquis abiit. Abeũtibus autem ejectis, ejectæ boves aliarum deſyderio mugierunt. Hercules igitur audito mugitu, Cacum ſtatim cognovit, raptaq; clava in eum recurrit. ſed Cacus ſpelunca fretus, in eadem ſe abſcondit, claußa foribus ingenti ſaxo. Quod Hercules videns, ad montis cacumen tendit, & ad extremum deſectio luce, qua antra ſummo incumbebat, intrepidè deſilliens, Cacum ſtrangulavit, bovesq; inde ejecit, ut copiosè deſcribit Virgil. lib. 8. Aeneid. [Ger. Ein Sohn Vulcani der dem Hercule ſeine Stutter geſtolen hat.] ¶ Sunt qui aſſirment hunc Cacum Evandri fuiſſe ſervum, qui in eo loco latrocinio & incendio vaſtaverit, & ob id Vulcani filium appellatum. Ovidius fabulatur illum triplicem fuiſſe, quũ inquit Maro, Ille jacet fulvo tria tempora ramo Cacus, &c. Veritas autem ſecundùm philologos & hiſtoricos hoc habet, hunc fuiſſe Evandri nequiſſimum ſervum, ac furem. Novum autem malum à Græcis μῆλον dici, quem ita illo tempore Græcades appellabant, poſtea translato accentu Cacus dictus eſt, ut Helene Helena. Ignem autem dictus eſt vomere, quòd agros igne populabatur. Hunc ſoror ſua ejuſdem nominis procidit. Vnde etiam ſacrum meruit, in quo caput virginis Veſtæ ſacrificabatur. Hæc Servius enarrans cum Virgilii locum ita. Aeneid. 8. Hic ſpelunca fuit vaſto ſubmota recellu, Semihominis Caci, &c.

Caddiſii, Strab. libro 11, populi ſunt Mediæ, prope Albanos, & Caſpias.

Cadena, Regio fuit, in urbis modũ inſtructa in montibus Lycaoniæ, ut autor eſt Strabo lib. 12.

Cadi,

Cadi, orum, apud Strab. lib. 12, Phrygiæ urbs est: quam tamen nonnulli ad Mysiam pertinere dicunt.

Cadiscus, Vide in APPIUS.

Cadmea, κάδμεια, autore Plutarcho in vita Pelopidæ, Arx fuit Thebana: licet nonnunquam pro ipsa sumatur urbe.

Cadmēus, a, um, per tres syllabas, & pen. prod. κάδμειος. Idem est quod Thebanus. Statius 8. Thebaid. -pudeat Cadmea juventus. ¶ Cadmea victoria κάδμεια νίκη. hoc est, Thebanorū victoria: quod proverbium habet, quoties significare volumus, tam magno constitisse victoriam, ut non tam multum interfuerit inter victoris sortē, & vict. Tractum est adagium à bello Thebano inter duos fratres gesto. Vide Erasmum in Adagiis. Stephanus autor est, ipsam etiam Carthaginem, olim Cadmeam fuisse appellatam.

Cadmēis, adis, pen. prod. κάδμειος, Regio est Achaiæ, è regione Euboeæ sita, quæ postea dicta est Bœotia. Autor Thucydides Belli Peloponnesiaci lib. 1.

Cadmus, [κάδμος. Ger. Ein Sohn Agenoris des Königs in Phœnicia, so der ermeldte Europa Jhrem Bruder erbawet hat.] Agenoris Phœnicii regis filius fuit, qui à patre missus ad quærendā Europam sororem, jussusq; hinc ea non reverti, desperato reditu, Thebas in Bœotia cōdidit. Ab hujus nomine ipsæ etiam Thebæ Cadmeæ dicuntur à Cadmo conditore. Propertius: Quū tibi Cadmeæ dicuntur Pontice Thebæ. Postea autem à Jerbo, & Amphione regno pulsus, ad Illyrios fese cōtulit: ubi deorum miseratione, & ipse, & uxor in serpentes mutati sunt. Filias habuit Semelem, Agaven, Ino, & Autonoēn. ¶ Ferunt Cadmum decem & sex literas è Phœnicia in Græciam detulisse, α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο π. His Palamedem Trojano bello quatuor adiecisse, ϕ χ ψ ω, & totidem post eum Simonidem Melicum, ζ η ξ ψ. Ajunt quoque Cadmum historiam invenisse, & primùm professam orationem instituisse. Paulò junior fuit Orpheo. Hæc Suidas. Apuleius verò hoc adscribit Pherecydi. Ferunt item invenisse aurum metalla, atque conflaturam. ¶ Fuit & Cadmus mons qui Laodiceæ imminet, ex quo Lycus fluvius fluit. Autor Strabo lib. 12. & Plin. lib. 5. cap. 26.

Cādmēis, idis, fœm. gener. patronymicum à Cadmo. κάδμηις. Ovid. 4. Metamorph. Æquora distinguunt summis Cadmeidas alis.

Cādmēius, a, um, per quatuor syllabas, κάδμηϊος, ut Atrīdēs Cadmeius. Stat. Theb. 3. levius Cadmeïus Actæon Tela rotat.

Cadmitis fluvius Cretensium, vide in CAMMANIA.

Cadmus, item Milesius fuit, teste Suida. Orpheo aliquanto recentior, qui de Medis origine, & rebus Ionicis lib. 4. cōscripsit. Hic primus fuisse creditur, teste Plin. lib. 5. cap. 26. qui prolam orationem scribendo aggressus fertur jam fultus dictum est.

Cadrema, κάδρημα, urbs Lyciæ. Olbiorum colonia, ἐρείπιον ἦν τὸ πάλαι Ὀλβιωτῶν κτίσμα, Stephanus.

Caduceifer, numen Mercurii. Vide in Appellativis CADVCEVM & CADVCIFER.

Caduci, apud Strab. lib. 12, Phrygiæ urbs est: quam tamen nonnulli ad Mysiam pertinere dicunt.

Cadiscus, Vide in APPIUS.

Cadmea, κάδμεια, autore Plutarcho in vita Pelopidæ, Arx fuit Thebana: licet nonnunquam pro ipsa sumatur urbe.

Cadmēus, a, um, per tres syllabas, & pen. prod. κάδμειος. Idem est quod Thebanus. Statius 8. Thebaid. -pudeat Cadmea juventus. ¶ Cadmea victoria κάδμεια νίκη. hoc est, Thebanorū victoria: quod proverbium habet, quoties significare volumus, tam magno constitisse victoriam, ut non tam multum interfuerit inter victoris sortē, & victi. Tractum est adagium à bello Thebano inter duos fratres gesto. Vide Erasmum in Adagiis. Stephanus autor est, ipsam etiam Carthaginem, olim Cadmeam fuisse appellatam.

Cadmēis, adis, pen. prod. κάδμειος, Regio est Achaiæ, è regione Euboeæ sita, quæ postea dicta est Bœotia. Autor Thucydides Belli Peloponnesiaci lib. 1.

Cadmus, [κάδμος. Ger. Ein Sohn Agenoris des Königs in Phœnicia, so der ermeldte Europa Jhrem Bruder erbawet hat.] Agenoris Phœnicii regis filius fuit, qui à patre missus ad quærendā Europam sororem, jussusq; hinc ea non reverti, desperato reditu, Thebas in Bœotia cōdidit. Ab hujus nomine ipsæ etiam Thebæ Cadmeæ dicuntur à Cadmo conditore. Propertius: Quū tibi Cadmeæ dicuntur Pontice Thebæ. Postea autem à Jerbo, & Amphione regno pulsus, ad Illyrios fese cōtulit: ubi deorum miseratione, & ipse, & uxor in serpentes mutati sunt. Filias habuit Semelem, Agaven, Ino, & Autonoēn. ¶ Ferunt Cadmum decem & sex literas è Phœnicia in Græciam detulisse, α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο π. His Palamedem Trojano bello quatuor adiecisse, ϕ χ ψ ω, & totidem post eum Simonidem Melicum, ζ η ξ ψ. Ajunt quoque Cadmum historiam invenisse, & primùm professam orationem instituisse. Paulò junior fuit Orpheo. Hæc Suidas. Apuleius verò hoc adscribit Pherecydi. Ferunt item invenisse aurum metalla, atque conflaturam. ¶ Fuit & Cadmus mons qui Laodiceæ imminet, ex quo Lycus fluvius fluit. Autor Strabo lib. 12. & Plin. lib. 5. cap. 26.

Cādmēis, idis, fœm. gener. patronymicum à Cadmo. κάδμηις. Ovid. 4. Metamorph. Æquora distinguunt summis Cadmeidas alis.

Cādmēius, a, um, per quatuor syllabas, κάδμηϊος, ut Atrīdēs Cadmeius. Stat. Theb. 3. levius Cadmeïus Actæon Tela rotat.

Cadmitis fluvius Cretensium, vide in CAMMANIA.

Cadmus, item Milesius fuit, teste Suida. Orpheo aliquanto recentior, qui de Medis origine, & rebus Ionicis lib. 4. cōscripsit. Hic primus fuisse creditur, teste Plin. lib. 5. cap. 26. qui prolam orationem scribendo aggressus fertur jam fultus dictum est.

Cadrema, κάδρημα, urbs Lyciæ. Olbiorum colonia, ἐρείπιον ἦν τὸ πάλαι Ὀλβιωτῶν κτίσμα, Stephanus.

Caduceifer, numen Mercurii. Vide in Appellativis CADVCEVM & CADVCIFER.

Caduci, Sardaniæ jurisdictionis in Caria populi: autor est Plin. lib. 5. cap. 29.

Caduri, κάδουροι, Galliæ Aquitanicæ populi, Plin. lib. 4. cap. 19. Vulgò Cahors.

Caduſii, κάδουσιοι, Asiæ populi, inter mare Caspium, & Ponticum. Strab. lib. 11.

Cadytis Vrbs Syriæ maxima, Herod. lib. 2.

Cær, quod hic pro insulæ nomine corruptè legebatur, Vide CEA.

Cæcilia, prænomine Caia, Tarquinii Prisci uxor, maximi animi mulier, & familiæ perantiquæ, quæ prius Tanaquil dicebatur. Vide Plin. lib. 8 cap 48, & Liv. lib. 1. ab Vrbe.

Cæcilius, Epirota, liberti Attici equitis Romani, Iudum Grammaticum Romæ aperuit, Primus dicitur Virgilium, & alios poëtas nuvos prælegere cœpisse: quod etiam Domitii Marsi versiculus indicat: Epirota tenellorum nutricula vatum. Ex Tranquillo. Hujus etiam meminit Macrobius. ¶ Cæcilius Gallus, in disciplina juris, atq; legibus pop. Rom. noscendis, interpretandisq; scientia, usu, auctoritateq; illustris fuit, tempore Gellii cujus etiam ipse meminit: dictatq; librum scripsisse de verborum significatione, quæ ad jus civile pertinerent. ¶ Cæcilius item Claudius Isidorus, qui C. Alfeno Gallo, & Martio Censorino COSS. ad VI. Calend. Febr. testamento suo edixit, quanto is nuda civili bello perdidisset, tamen relinquere servorū quatuor millia CXVI. juga boūm tria millia D. & reliquū pecoris CCCLVI. Emisit in nummato HS. DCM. Autor Plin. lib. 33. cap. 10. ¶ Fuit & Cæcilius Callactianus (Callactis autem civitas Siciliæ est) Judæorum religionis sectator, qui Romæ docuit sub Augusto olq; ad Adrianū. Scripsit libros contra Phrygas: Differentiarum ex ordine literarū, Comparationem Demosthenis & Ciceronis, & alia. Autor Suidas. ¶ Præter hos Cæcilius Argivus, versificator fuit, qui scripsit de piscibus. Autor Suidas. ¶ Cæcilius item Statius, poëta Comicus, quem Cic. ad Atticū, malum Latinitatis au-

torem vocat. Volcatius tamen Comicorum palmam ei concedit. Fuit natione Gallus, & Ennii contubernalis: quidā Mediolanensem faciunt. Decessit anno post Ennium sepultus in Janiculo. Autor Eutropius.

Cæcinum, καικῖνον. Stephano. Oppidum in finibus Italiæ, inter Locros & Rhegium, à Cæcino vicino amœnitate appellatum.

Cæcinus, καικῖνος, Fluvius in finibus Italiæ, qui Rhegium agrum à Locrensi dividit. Plin. lib. 3. cap. 10.

Cæleſtes, populi Umbriæ sunt, qui à Plin. lib. 3 cap. 14, in sexta Italiæ regione collocantur.

Cælium, Oppidum Calabriæ, non procul à Brundusio, apud Plin. lib. 3 cap. 11.

Cæliſius, [Ger. S. Johañs post to d. Stat Rom.] Mons urbis Romæ ex septem à Cælio Vibenno nobilissimo duce Tusco dictus: quòd Romulo adversus Latinum regem cum auxiliaribus venerit: à quo Cælimontana, aut Cælimontana porta. Hunc montem Tullus Hostilius urbi addidit, ibiq; ipse habitavit: quò frequentius habitaretur, ut inquit Livius. In eo habitavit Ennius poëta. ¶ Fuit & Cælius nomen patris Saturni.

Cæliſius, [Ger. Ein schatzfressiger Rehter / von Lehrungen Cicerone.] Orator acerrimo ingenio fuit, discipulus Ciceronis, de quo extat illud Quintiliani elogium, longrote olim vita, & meliore mente dignum fuisse. Hic postea ab Atratino quodā accusatus, quòd cum Catilina conspirasset in perniciem Reip. quodq; aurum à Clodia Clodii sorore extorsisset, eiq; venenū propinasset, defensus est à Cicerone elegantissima illa Oratione, quæ hodie quoq; habetur in manibus. ¶ Alius fuit Cælius Pontius, Prætor urbanus, cui jus dicenti, quum pictus capiti ejus insedisset, ab Aruspice relpōsum est: dimissa ave, hostium victoriam fore: occisa, Reipublicæ: cum tamen incertaquum, quietam occidisset: intrepidè tamen avem occidit: unde non ita multò pòst cum quadraginta suæ familiæ hominibus cæsus interfectus.

Cælos, Thraciæ portus apud Plin. lib. 4. cap. 11.

Cælus, κοῖλος, Cognomen indigenæ fuit, qui exserta sorore in matrimonium ducta, Saturnum, Betilum, Dogana, & Atlanta genuit. A cujus nomine mira varietate, formaliſſimum fuprēmum corpus Cœlum dictum fuisse appellarunt.

Cæmargia, κοιμαργία, regio quædam. Vide alia in THYREA.

Cæne, κοιὴ Ptolemæo, Sinus Laconici oppidum, non procul à Tænaro promontorio. ¶ Hunc Cretenses portus, apud Plin. libro 4. capite 5. & Cæneus Jupiter dictus est. Ovid. Victos ab Occhalia Cæneo sacra parabat Vota Jovi. ¶ Cæne item parva quædam insula in mari Siculo in Africam versa, cui vicina est Gaulos & Melite Plicia scribitur lib. 3. cap. 8.

Cænum, κοινὸν, Promontorium cū Euboea ad Septentrionem, de quo Plin. lib. 4. cap. 12.

Cæneus, Elati filius, à prima ætate pulchra fuit forma venustissima, adeò ut Neptunus illius forma tactus, cum ea cōcubuerit: mercedem autem concubitus petiisse illa, ut in virū mutaretur, & esset invulnerabilis, quòd factum est. ¶ Vide ortus fabulæ proverbio: Invulnerabilis es, ut Cæneus. κοινεὺς ἀτρωτότερος ἢ Καινεὺς de iis qui læsi nō possunt. Cæterum quum postea Cæneus superbia elatus, contemptis diis, juberet Lapithas, quibus imperabat, per hastam suam jurare. Jupiter illius superbiam ultus est. Nam pugnans cum Centauris, quum ferro violari non posset, tanta arborum mole oppressus est, ut vivus sub terram detruderetur, atq; hoc modo interiret. Post mortem autem in avem mutatum dicit Ovid. lib. 12. Metam. -salve Maxime vir quondam, sed avis nūc unica Cæneu. Virg. verò lib. 6. Aen. post mortem in sexum rediisse dicit: Ir comes & juvenis quondam, nunc femina Cæneus, Rursus & in veterem fato revoluta figuram. ¶ Fuit & alius Cæneus philosophus, cujus mentio est apud Laertiū & Aristotelē in Organo.

Cænica, Thraciæ regio. Plinio autore lib. 4. cap. 11.

Cænina, à Plinio inter Latii oppida nominatur lib. 3. cap. 5. Hinc Caninenses populi à Romulo victi, ut est videre apud Liv. lib. 1. ab Vrbe.

Cænis, (ut fabulatur Ovid. lib. 12. Metam.) Thessalica puella fuit, quæ à Neptuno compressa, ab eo muneris loco impetravit, ut in virum transformaretur, nullisq; unquam vulneribus posset lædi. Mutato itaq; sexu etiam nomen mutavit, & ex Cænide factus est Cæneus. Hic in præsio Lapitharum, quum nullo telo generi id. posset, cōjecta arborum mole, obrutus est, & in Cænidem avem transformatus.

Cæsarēs, pen. prod. Achaiæ portus fuit, non procul à Saronico sinu, quem nomine exornato. Plin. lib. 4. cap. 5.

Cæsys, κοῖσυς, Insulæ promontorium est, quod adversum habet Pelorum in Sicilia, XII. stadiorum intervallo. Autor Plin. lib. 3. cap. 6.

Cæsori. Hispaniæ citerioris populi fuere. Plin. lib. 4. cap. 20.

Cæsus, facie Satyro similis, cætera inter canem & ovium, nascitur in Aethiopia. Strabo lib. 17.

Cære, κοῖρε aut κοῖρα Stephano, neutro genere, & indeclinabile. Vibis

le, Vibis insignis nomẽ in Hetruria, quæ olim regionis totius caput fuit. Hãc quondam Agyllam nominatã, à Pelasgis è Thessalia profectis condita ferunt. Deinde verò Lydis, quos postea Tyrrhenos nominavere, adversus Apyllinos bellum gerentibus, quũ quidam murũ fabricis, urbs ejus nome percõtantes audiret, eiq; à Thessalo quodã demum σᾶρε respondisset esse, eo velut omine à Tuscis accepto, cæpta postea urbem mutato priori nomine, Cære vocavere. Verum tam spectandæ, tamq; gloriosæ civitatis, Strabo Lib. 5 asserit, vix ulla sua ætate extitisse vestigia: & solo victorum haleorum nomine, quæ Cæretana dicebantur, fuisse celebratam. Festus Cæremoniarum causam aliquas ab oppidi Cære dictam existimant. ¶ Declinatur & Cæres, ris, pen. obl. quorum corr. Virg. Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem. ¶ Legitur & absolutus Cærere, pen. prod. tanquam à nominativo Cæres, ris. Virg. lib. 10. Aeneid. Qui Cærere domo, quæ sunt Minianis in arvis. Quanquam non desunt, qui Cærere tibi adjectivum esse contendant. ¶ Ab hoc oppido Cæres tabulæ appellatæ sunt, in quas Censores relati jubebant, quos notæ causa suffragii & reliqua civitatis jure privabant, præterquam quod ut cives tributum conferre cogebantur. Nam urbe à Gallis capta, quũ Cæretani eos, qui una cum sacris, æternum Vestæ ignem ad se profugerant, comiter hospitio suscepissent: Romani deinde restituta in statum meliorem urbe, suis meritis gratiã retulerunt. Nam civitate quidem eos donavere: suffragii autem jus eis non concessere unt. Hinc factum est, ut quam aliquẽ ignominiã & contumeliã dignum volumus significare, Cæritem verè eum dignum esse dicamus.

Cærete, Vide CÆRE.

Cæretum. Umbriæ oppidum inter Spoletum ac Nursiam, à quo Cæretani appellantur: totũ oppidum vano quodam ac turpi superstitionis genere ludificantes: ob quã causam ferè continuè peregrinantur, familia atq; omnibus domi relictis.

Cæsar, [κομᾶτ. Vng. ῥάϊδιος.] Cognomen fuit eorum est. Ille enim qui primus Cæsaris nomẽ adeptus est, ab eo dictus fertur, quòd cæso matris utero fuerit natus. Vel ab elephanto interfecto, qui lingua Maurorum Cæsar appellatur. Vel quod oculis cæsis: hoc est, glaucis fuerit. Vel à Cæsarie, cum qua natus prodiit. Hoc cognomen posteri deinde ex Iulia familia nati tanquã suæ familiæ proprium gessere. Nam Iulius Cæsar, à quo omnes Imperatores postea Cæsares appellati sunt, nõ est natus cæso utero matrono, qui matrẽ Aureliã habuit, quã amisit quũ in Gallia bellũ gereret: cujus etiam pater fuit, quã amisit quũ in Gallia bellũ gereret: cujus etiam pater Iulius Cæsar omnem Galliã, quæ à Pyrenæo, Alpibusq; & monte Gebenno, flumine hercynio, Rhodano & Rheno continetur, novem annis in provinciæ formã redegit. Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorũ ponte fabricato aggressus est. Aggressus est & Britannos, ignotos antea superatisq; peditatu & obsidibus imperavit. Deinde quum obtinere non potuisset, ut sui absentis in Consulatibus comitiis ratio haberetur, animam patriam convertit: nemineq; repugnante Galliam Cisalpinam, Picenum, Umbriam, & Hetruriam occupavit: Pompejumq; Italia expulit. Post hæc in Hispaniã transgressus, validissimas Pompeii copias, quæ sub tribus legatis, L. Petreio, L. Afranio, & M. Varrone erant, superavit. Pompejum funestissimo in campis Pharsalicis prælio superavit. Ptolemæum in Ægypto subegit. In Africa devicit Scipionem & Iubam, in Hispania libertos Pompeii. Triumphavit quinquies: primùm de Gallia: postea de Alexandria: deinde de Ponto: & Africa: & de Hispaniã. Liberalissimus fuit omnium, & maximè post hos triumphos, de quibus Suetonius. ¶ Cæsares præterea duo alii fuerunt, C. & L. quorũ C. Poëta tragicus fuit, & Orator, (ut celebratur Plautianus) frater uterinus Catuli Oratoris: cujus & Cicero sic meminit in Bruto: C. Julius, L. F. & superioribus & æqualibus suis omnibus præstitit, oratorq; fuit minimè ille quidem vehemens, sed nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo suavitate conditior. Sunt ejus aliquot orationes, ex quibus, sicut ex ejusdem Tragœdiis, lenitas ejus sine nervis perspici potest. Hactenus Cicero. ¶ Lucius verò, hujus frater, Prætor & Consul fuit tempore Sullani sequuti, jussu Marii interfectus est, quo tempore item M. Antonius Orator, Crassi æqualis, simili fato periit. ¶ Cæsar præterea alius fuit, prænomine L. M. Antonii Triumviri avunculus, Pompejanarum partium, missus utrinque aliquoties Orator de pace: Postremò inter proscriptos ab Octavio relatus est, & interfectus in cujus locum obtinuit Antonius, ut M. Cicero item proscriberetur. Vide Plutar. in Augusto, Cicerone, & Antonio.

Cæsarea, pen. prod. [κομᾶτ. Stephano. Ger. Die Stadt Gross Gott lande am Meer gelegen.] Vrbs Palæstinæ in litore maris magni, quæ turris Stratonis vocabatur: sed postea ab Herode in honorem Cæsaris nobilius ædificata, Cæsarea est appellata: in qua idem Herodes in honorem Cæsaris magnificam domum albo marmore construxit. Vbi negotiis ejus Herodes ab Angelo percussus, eò quòd non dedisset honorẽ Deo, consumptus à vermibus expiravit. In hac Cornelius Centurio à Petro baptizatus est. ¶ Altera Cæsarea Philippi, à Philippo Herodis filio, in honorem Cæsaris ad radices montis Libani ædificata, ubi duo fontes, Iur scilicet, & Dan oriuntur. ¶ Tertia Cappadociæ, sic à Tiberio nominata, pulso Archelao, quũ antè Mazaca diceretur. Autor Eusebius. ¶ Quarta Mauritaniæ, nobili portu insignis, antè longè vetustatis quam quum Iuba Ptolemæi pater muniret, Cæsaream appellavit. Autor Strabo libro 17.

Cæsaraugusta, κομᾶτ. Vrbs Hispaniæ Tarraconensis: quam Strabo Augustam Cæsaream nominat: antea Numantia dicta, teste Pomponio. Vulgus Hispanorum Seragossam vocat.

Cæsăreus, a, um, ut Domus Cæsarea. [Vng. ῥάϊδιος.] Ovid. 1. Trist. el. 1. Vultus Cæsarei. Idem 2. de Ponto, eleg. 8.

Cæsărianus, a, um. [Vng. ῥάϊδιος.] Cic. ad Attic. li. 16. Facilè me ille effecturum affirmavit: ajunt enim eum Cæsarianis uti celeritate. ¶ Cæsariani, in Codice sublimiani & Theod. dicuntur servi procuratores Cæsaris, ut in l. 5. De jure fisci lib. 10.

Cæsariẽses, Ionicæ populi, in Ephesiorum conventu. Plin. lib. 5. cap. 29. Ephesum verò, alterum Asiæ lumẽ remotiores conveniunt Cæsarienses, Metropolitæ, Cybiani.

Cæsariensis Mauritania, Vide infra in dictione MAVRITANIA.

Cæsarium, Ægypti emporium est, & secessus quidam. Strab. libro 17.

Cæsarobricenses, Lusitanicæ Hispaniæ populi, apud Plin. lib. 4. cap. 22.

Cæsennã, Vrbs Flaminiæ provinciæ, à cædendo, quòd exiguo amne cæsa fluat est, sive fossa sit vel quòd ager ejus duobus fluminibus, Sapi, & Rubicone sit divisus. ¶ Hinc Cæsennates dicti sunt, Cæsennam habitantes: & Cæsennaria vina, quæ inter generosa numerabantur, Vulpè Cæsena.

Cæsobrix, κομᾶτ. Lusitaniæ urbs est, alio nomine dicta Cæsimbria. Ptol. lib. 2. cap. 5. Vulgò Cezimbra.

Cæsius, κομᾶτ. pen. prod. Fuvius est Mysiæ, in Thenthrania nascens, & per campum sui nominis in Bætiscũ sinum defluens. Virgilius 4. Georgic. Saxosumq; sonans Hypanis, Mysusq; Caicus.

Caieta, Nomen mulieris Trojanæ, quam alii Aeneæ, alii Ascanii, alii Creusæ nutricem faciunt. Hanc Aeneas ab inferis reversus fato cessisse inveniens, eam non longè à Baiano sinu sepelivit: hujq; & urbem condidit, quam una cũ adjacenti portu Cajetam dixit. Virg. lib. 7. Tu quoque litoribus nostris Aeneia nutrix, Aeternam moriens famam Caieta dedisti. Strabo autem lib. 5: Cajetam à sinus ejusdem nutrice appellatam existimat, Laconum idiomate, qui curvam omnem Cajettas solent nominare. Vulgò Gaeta.

Caïnas, Indiæ fluvius navigabilis, Brachmanarum agrũ irrigans. Autor Plin. lib. 6. cap. 17.

Cairus, vel Acarinon, Ægypti civitas. Vide in BABYLON.

Cæsius, κομᾶτ. Pronomen à parentum gaudio sumptum. Et est dictio disyllaba, nisi per diæresim exeat, consonante facias vocalem, ut apud Martialẽ: Pervigil in pluma Cæsius ecce jacet. Proferatur per G, & notatur per C, quæ inversa sit, ut hæc Cæsius declarat. Quinctiliano autore lib. 1. cap. 13. Cic. pro Murena. Parabant omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Cajas vocari. Apud priscos autem pro domina ponebatur, sicut & Cato pater pro domina. Vide Plutarch.

Caiundus, a, um. Statius lib. 4. Sylv. emptum plus minus assc Cajano.

Calabrĭa, pen. corr. [κομᾶτ. Ger. Die alte Stadt der Landschafft Italien zu andeuten Mest pfeff.] Extrema Italiæ regio est, peninsulæ formam referens, cujus Isthmus est, unius circiter viæ, quæ à Tarento Brundusium ducit. Alijs nominibus Messapia, & Salentina, & Peucetia dicta est, teste Strab. lib. 6. & Plin. lib. 3. cap. 11. Oppida ejus præcipua sunt Brundusium, & Hydrus totius Italiæ extremum. Horat. 1. Carm. Ode 31. Non adhuc satis grata Calabriæ Arcetæ.

Calăber, bri, Calabrem incolens. ¶ Et Calaber, bra, brum. Ovidius lib. 3. de Arte: Innius emerum Calabris in montibus hortos. Dictus ἀπὸ τοῦ καλοῦ, καὶ βόσκω, quòd sit regio in primis fertilis, in qua arbores fructibus mirum in modum onerantur.

Calăbrĭcus, a, um, ut Calabrica oliva. Colum. lib. 12. cap. 49. Veruntamen habetur præcipua in hos usus oliva Calabrica, quã quidam propter timiditatem, oleastrum vocant.

Calabri, κομᾶτ. Calabriæ populi in finibus Italiæ, quorum regio Calabria est, fructibus in primis abundans: quos quoniam hospitibus obtrudebant, tibi alioqui nullis usui futuros: factum est ut Dona Calabri hospitis in proverbium cesserint, pro nullius pretii muneribus, quæ donanti omen magis sunt, quàm usui.

Cale,

Călē, arum, τὰ Κάλη, Civitas in Indie.

Calcemus, ὁ Κάλκημος, Fons Lyciæ, apud Stephan. qui & Calbius dicitur.

Calaguritani, Hiſpaniæ citerioris populi in conventu Cæſarauguſtano: quorum alii Naſici, alii Fibularenſes cognominati ſunt. Virorumque oppidum Calagurrum dictum eſt. Plin. lib. 3. cap. 3.

Calais, ὁ Κάλαϊς, Boreę ex Orithya coniuge filius alatus, qui unà cum Zethe fratre ſimiliter alato cū Argonautis Colchos profectus eſt. Quo in expeditione, quum à Phineo rege humaniter eſſent accepti, Harpyias, quæ regnū illius infeſtabant, perſequi conſtituerunt: quas quum & alarum auxilio, & ſagittarū peritia in Plotas usq; inſulas fugaſſent, ab Iride admoniti ſunt, ne Iovis canes ultrò ſe perſequerentur. Inde ita, retrorſum converſi, duas illas inſulas, in quibus Harpyias reliquerunt, à converſione ſua Strophadas appellarunt, quam antea Plotæ dicerentur. Poſtremò ab Hercule occiſi dicuntur, & in ventos comutati, qui Canicule exortum dicebant oriri. Propterea dum unde ἀπὸ τοῦ πνεῖν quid eſt, præcurſores appellantur. ¶ Eſt eorū Calais gemma ſaphyro ſimilis, candidior tamen, & litoreis maritimis. Hanc plerique candē eſſe exiſtimant cum Augite.

Calamæ, ὁ Κάλαμαι, Vrbs Peloponneſi, Steph.

Calamenthe, ὁ Καλαμήνθη vel Καλαμίνθη, Vrbs Lydię vel Phœnicum, melius per iota in penultima.

Călămis, idis, Nomen ſtatuarii, qui equos ablolutos & perfectos effinxit. Ovidius: Vendicat ut Calamis laudem, cuos fecit equorum. Hujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8, & Quintil. lib. 12. cap. 10.

Calamiſſus, Locrorum oppidum, Plin. lib. 4. cap. 3.

Calamos, Phœnicię oppidum in ora ſubiecta Libano monti. Plin. lib. 5. cap. 20.

Calanus, pen. pro l. Κάλλανος, Fuit philoſophus ex Gymnoſophiſtis Indis, qui ſecutus Alexandrum Magnum extra Indiæ fines, quū apud Perſigardas ægrotare cœpiſſet, ſacta pyra, & aurea lectica ſuperimpoſita, ut ex cubans combuſtus eſt, ſtramentis opertus. Fertur, quū Alexander Magnus rogaret eum, ſi quid vellet, dixiſſe: Propediem te videro. Quod non multo poſt contigit nam in Babylone paucis poſt diebus Alexander mortuus eſt. Lege Arrianum de geſtis Alexandri. Iadi autem quenque ſapientem Calanum vocatum ſcribit Suidas.

Calapis, Pannoniæ amnis eſt, in Savio in Eurem juxta Siſciam, duobus alveis inſulam efficiens, quę Segeſtica vocatur. Plinius lib. 3. cap. 25.

Calaris. [Ger. Die Gauetſtan in der Inſel Sardinia.] Civitas in Sardinia apud Plin. lib. 2. cap. 190, cujus meminit & Claudianus de Bello Gildonico. Vide in dictione SARDINIA.

Calaritani, Sardiniæ populi, ad Meridiem ſiti: quibus Calaris oppidum nomen fecit, cujus meminit Plinius lib. 2. cap. 108. Vulgò Cadz.

Calaritanum, Sardiniæ promontorium Africam ſpectans: apud Plin. lib. 3. cap. 7.

Calarna, τὰ Κάλαρνα, Vrbs Macedoniæ, Steph.

Calarus, ὁ Κάλαρος, Inſula, aliàs dicta Alopecia, vel Alopeconeſus, quòd vulpes catulos ſuos ferre & deponere vidiſſent: deinde Calarus à Calero (Κάλλερος) rege. Alii civitatem Calerum dictam volunt. Steph.

Calaſiris, ἡ Καλασιρίς, pars Aegypti, incolæ Calaſirii, & Calaſiriæ, Steph ex Herodoto lib. 2.

Calathe, ἡ Καλάθη quam alii Calathuſam vocant. Nomen urbis ad Herculis columnas ſitę. Autor Stephanus. Plinius verò lib. 4. cap. 12. Calathuſam inſulam eſſe aſſerit in mari Aegæo, non procul à Cherſonęſo ſitam.

Calathus, filius Iovis & Antiopes, ut autor eſt Hom. in Odyſſ.

Calathuſia, ἡ Καλαθοῦσα, à Plin. libro 4. capite 12, numeratur inter inſulas deſertas, quæ inter Cherſonęſum, & Samothracen interjacent.

Calatis, ἡ Κάλατις Stephano, Thraciæ civitas, non procul à Tomis, Ponto Euxino imminens: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 11, & Strab. lib. 7. ¶ Ex hac civitate ortus fuit Iſter Poëta, qui de tatiane ſcribendæ Tragœdiæ opus inſigne conſcripſit.

Calatiæ, ἡ Καλατία, Indiæ populi apud Stephanum. ¶ Calatiæ præterea inter urbes Italię pronuntiat Plin. libro 3. cap. 5. non procul à Bovillis, & Gabino.

Calarybius, ὁ Καλαρύβιος, Vrbs Libyæ. Steph.

Calaurea, ſive Calauria, ἡ Καλαύρεια Stephano, Inſula eſt in ſinu Argolico, contra Troezenem, nulla alia re, quā morte Demoſthenis nobilior. In hac etenim inſula templum erat Neptuni, quò Demoſthenes, audito Archię ſatellitis Antipatri adventu, confugit, & ne vivus in Antipatri poteſtatē perveniret, hauſto veneno ex calamo, vitam finivit. Hanc nonnullis in locis Calabriam appellatam invenimus, ſed mendoſè. Vulgò Sore.

Calauria, inſula eſt juxta Cretam, à Calauro Neptuni filio denominata. ¶ Eſt etiam urbs Locrorum, in qua Latonæ maximè celebratur. Vide Ovid. lib. 7. Metam.

Călbis, Cariæ amnis, ut ſcribit Pompon. Mela lib. 1.

Călbius. Vide CALENVS.

Calce. A Strabone lib. 5. numeratur inter Campaniæ civitates, non procul à Theano Sidicino.

Călchas, antis, [Ger. Germain. Es Gurdiſt ein mañ geweſt/ welcher im jag vor Troia erworben iſt.] Proprium nomen Græci augurii, Theſtoris filii (à quo Theſtorides à Poëtis appellatur) qui cum Græcis ad expeditionem Troiæ profectus eſt: & quoniam divinandi arte plurimum præſtabat, ejus conſilio multa geſta ſunt. Nam in Aulide oſtendit quomodo placata Diana, venti ſedari poſſent: & apud Troiam in variis locis docuit quæ ratio Apollinis placandi, ut peſtilens ceſſaret, fuerit: & exponere, quæ cum novem pullis à Draconе vorabatur, indicavit decennalem obſidionem Troiæ futuram. Qua propter inter cæteros Achilli acceptiſſimus erat, adeò ut ejus præſidio plerumque defenderetur: præſertim verò quum ſuaderet Chryſeidem patri reddendam eſſe. Tum enim Agamemnon non ſolùm in ſatem, ſed etiam in ipſum Achillem incenſus ferebatur. Diuturā autem Troja rejectus cum Amphilocho Amphiarai filio reverſus venire, Colophonem (quæ urbs eſt Ioniæ) quum in luco Apollinis Clarii extra urbem apud fanum in Mopſum præſtantiſſimum Augurem incidiſſet, armis peritia illo ſuperatus, dolore conſumbuit, quòd propoſita ſibi à Mopſo ænigmatica (ut refert Heſiodus) autiſſet Pherecydes malit) fuerit gravida, conjecturā non poſſet quot in illa ficus eſſent, quotve hæ uterò ſuculas gereret: quod tamē Mopſus ſine ullo errore divinavit. De Calchante vide multa apud Homer. lib. 1. Iliad. & Virg. 2. Aen.

Călchŏli, (quod hic corruptè legebatur) Vide CARTHOLI, & CARSEOLI.

Călchŏpē, ἡ Καλκόπη, Filia Aeetæ Colchorū regis fuerat Medeæ & Abſyrti, & conjunx Phryxi, ex quo Cytorum peperit. Ovid. in Epiſt. Helenę ad Paridem: Non erat Aeetes, ad quem deſpecta rediret. Nunc ipſa parens, Calciopeq; ſoror.

Călĭdius, militari joco dictus eſt Claudius Cæſar, pro Claudio, quemadmodū & Biberius pro Tiberio, & Mero pro Nerone. Suetonius in Tiberio: Ioculariter etiam cognominatum propter nimiam vini aviditatem pro Tiberio Biberium, pro Claudio Caldium, pro Nerone Mero dictus eſt.

Cale, Cales civitas Campaniæ. Nam eſt in via Flaminia, quæ Calę dicitur. ¶ Eſt & in Gallia hoc nomine, quam Salluſtius captum à Perſenna commemorat. Hæc Serv. lib. 7. Aeneid.

Călĕdŏnĭa ſylva, in ea parte Britanniæ fuiſſe putatur, quę hodie Scotia dicitur, dæviſſimis olim urbis nobilitata. Martialis: Nuda Caledonio nec viſcera præbuit urſo. Inde etiam Britanni peculiari epitheto Caledoni dicuntur à poëtis. Idem: Quinte Caledonios Ovidi vifure Britannos. Corripitur autem hoc nomen in hac ſignificatione antepenultimam ſyllabam: ſecundam verò producit. Apud Græcos enim ſcribitur per ε. Contrà quum Aetoliæ ſylvam ſignificamus, ſecunda ſyllaba ſcribitur per η Græcum, & ubique corripitur: ſequente autem producitur, eò quòd apud Græcos ſcribatur per ε. Vide plura de hac re loco.

Calegia, Ptolemæo Germaniæ civitas putatur inter Saxones, quam Vulgò Wittenberg vocant.

Calena. [Germ. Dranfurt in Stax in Engelland.] apud Ptolemæum civitas in Anglia eſſe creditur, quæ hodie Oxonia appellatur.

Călēnum, τὸ Καλῆνον, teſte Plinio, Campaniæ oppidum eſt, non procul à Capua, in cujus agro mitē & generoſum vinum nascitur. ¶ Inde Calēni populi dicti, qui hanc urbem, aut aprum vinum incolunt. Horum meminit Plin. lib. 3. cap. 5. ¶ Hoc etiam oppidum Cales, Calium, in numero plurali appellatū invenitur. Virgil. 7. Aen. -quidque Cales liquunt, amnisque vadoſi Accola Vulturni. Idem Horat. lib. 4 Carm. Sed preſſum Calibus ducere Liberum Siguetis. Vulgò Carinola.

Călēnus, a, um, τὸ Καλῆνον, poſſeſſivum, à Calibus ſive Calено Campaniæ urbe deductum. Horat. lib. 1. Carm. Ode 20. Cecubum, & pocillo domitam Calено Tuborbes uvam.

Calepīnum, τὸ Καλεπῖνον, Oppidum in Cenomanis, ad xviii. lapidē à Bergomo Brixiam verſus, ad colles in ſiniſtra parte poſitum: à bonitate vini denominatum, καλὸς bonus, & πῖνω bibo.

Cales, τὰ Κάλης, Oppidum in Gallia: aliud in Campania, à quo Cales populi juxta Falernos & Maſſicos, de quibus Virg. lib. 7. Aeneidos quiq; Cales liquere. Hinc Calenum vinum.

Caleſia, ἡ Καλησία, Vrbs Italiæ, Steph.

Caleſtra. Oppidum eſt Thraciæ ad mare ſitum, juxta quod Axius fluvius in mare Aegæum defluit. Herod. lib. 7.

Calete, Ignobilis inſula inter Samothracem & Cherſonęſum, Plin. lib. 4. cap. 12.

Caleti, vel (ut alii volunt) Caletes, Populi ſunt Galliæ Belgicæ ad mare, contra Britanniam, quorum urbs à Ptolemæo Geſſoriacum navale vocatur, hodie Calez. Plinius libro 19. capite 1: Cadurci, Caleti, Rutheni, Bituriges, ultimique hominum

existimati Morini: imò verò Galliæ universæ, vela texunt. ¶ Is, unde hoc erat Iulius portus, ex quo brevissimus erat in Britanniam trajectus, cujus frequens est mentio in Commentariis Cæsaris.

Calerranus ager, non longè à Vadis Volaterranis in Thuscia. Plinius: In eadem parte oppidorum veterum nomina retinent agri Crustumius, Calerranus.

Caliamalla, & Calienera, Vide CALLIANASSA & CALLIANIRA.

Calicadnus, Vide CALYCADNVS.

Calicula, Vrbs Hispaniæ, Ptol. Calpurnia à Plin. dicta.

Caligula, Dictus fuit Cajus Imperator à caligis, quas margaritis refertas primus portavit, vel potius à caliga militari, qua frequenter in exercitu utebatur ad conciliandos tibi militum animos. Id enim militibus gratissimum fore credebat, si Imperatorem vestibus nihil à gregario milite differre viderent. Ausonius: Cajus cognomen caligæ cui castra dederunt. In exercitu enim natus erat. Caligulas Carnutus in Persium idè esse vult quod Crepidas, quibus Græci utebantur: sed dubitandum non est quin diminutivum sit à caliga, qua quum Imperator uteretur, mironi fortassè quàm militi, dictus est Caligula.

Calingæ, Populi sunt Indiæ maritimæ, quorum fœminæ quinquennes feruntur concipere: octavum autem vitæ annum nò excedere. Autor est Plin. lib. 6. cap. 17.

Calingii, Arabiæ populi, quorum oppidum est Mariaba. Autor Plin. lib. 6. cap. 26.

Calingon, Indiæ promontorium. Plin. lib. 6. cap. 20.

Calinipaxa, Indorum oppidum, non procul à Gange fluvio. Plin. lib. 6. cap. 17.

Calinus, Statuarius, cujus meminit Quintil.

Callaici, à Ptol. lib. 2 cap. 6 appellatur Hispaniæ Tarraconensis populi, ad Occidentalem Oceanum siti, Artabris & Asturibus finitimi: quos à Plinio Gallæci appellantur.

Caller. Oppidum ulterioris Hispaniæ, in conventu Gaditano. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

Callia, Vna ex tribus Actoliæ urbibus, teste Steph.

Callianassa, & Callianira, duo Nympharum marinarum nomina: alterum à bene imprecando: alterum à viris honestandis dictum.

Calliarus, ri, Locrorum oppidum: sita dictum à Calliaro Oedipodi, & Laonomes filio: ut ex sententia Hellanici tradit Stephanus. Meminit hujus oppidi & Strabo lib. 9.

Callias, Atheniensis poëta fuit, Comœdiarum scriptor, quem Schœnion appellatum fuisse Suidas narrat, quòd ob paupertatem funes torqueret. ¶ Callias item Lacedæmonius cognominatus, dux Atheniensium nobilis, contra Artaxerxem missus. Autor utriusq; Suidas. ¶ Callias Methymnæus Grammaticus, quem Strabo dicit Alcæum, Sapphoq; poëtas enarrasse.

Callicrates, Sculptor fuit, qui formicas, & id genus minora animalcula, tam parva fecit ex ebore, ut earum partes cerni non possent. Vide Plin. lib. 36 cap. 5.

Callidotus, Viri proprium nomen, quasi munus pulchritudinis.

Callidromus, Mons est juxta Thermopylas. Plinius libro 4. capite 7.

Callimachus, penultima correpta, Nomen poëtæ Cyrenensis, qui apud Græcos princeps inter Elegiacos habetur. ¶ Fuit & alius historicus Aegyptius, filius Battæ & Mesatmæ: discipulus Hermocratis: lasci Grammatico. Vixit apud Ptolemæum Philadelphum usque ad Evergetem, bibliothecæ regiæ præfectus. Omoe poematis genus attigit. In adversarium poëma acerbissimum scripsit, quem ficto nomine Ibin appellat: unde Ovidius poëta nomen, & argumentum mutuatus est. Edidit elegias quoque & epigrammata, & hymnos, aliaque complura. Ex Suida. Horum omnium nihil extat præter elegiam unam, in lavacrum Palladis, & quosdam hymnos in deos. ¶ Callimachus alius sculptor fuit, qui se nominari voluit, quasi artis interpolatorem, & qui eam in tenuiorem, exquisitioremq; disciplinam reduxisse videtur. Ejus enim opus fuere, condiarcq; est. Nam ipse primus lapidem perforavit, minutarumq; tractavit. Autor Pausanias.

Callinicus, Sophista Syrius, vel Arabs, qui Athenis professus est. Scripsit de cacozelia: de Rhetorica ad Cicoparam: de rebus gestis Alexandri, & alia quædam. Autor Suidas.

Callipe, penult. corr. [German. Eine auß den neun Musis, hat den Nammen von der guten und feinen Stim.] Vna Musarum, & quidè præstantissima, quæ etiam Calliopeia, dicitur: sicut Penelope Penelopeia: à pulchra voce dicta. Præest heroicis versibus. ¶ Est item Calliope, oppidum Parthorum, Stephan.

Callipia, Fons est Ephesiorum, apud Plinium lib. 5. capite 29.

Callipidæ, Populi Scythici, Hypanim fluvium accolentes, ut autor est Herodotus.

Callipolis, Vrbs Thraciæ in extremo Hellesponti, è regione Lampsaci, à quo quadragiata tantùm distat stadiis, ut scribit Strabo libro 13. ¶ Est item Callipolis Peloponnesi civitas, in tractu Occidentali, non procul ab Araxo promontorio, inter Cyllenen & Patras: cujus meminit Pomponius Mela libro 2. ¶ Callipolis præterea insula est maris Aegei, una Cycladum, quæ notiore nomine Naxus appellatur. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Callippos, Philosophus, qui honestati voluptatem adjunxit. Eius & Dinomachus.

Callippus, Atheniensis, Platonis auditor, interfectus à Syracusanis, quòd tyrannidem post Dionysium aggredi erat, Dionemque patriæ liberatorem prodidisset. Plutarchus in Dione.

Callirrhoë, Fons apud Athenas. Papinius lib. 12. Thebaid. Et quos Callirrhoë novies errantibus undis implicat. Hic postea à tyrannis repurgatus, dictus est: Valla ex Thucydide, Novem fistulas vertit. Marianus de hoc fonte: Fontes multi Atticæ, inter quos Callirrhoë prædicatur.

Callirrhoë, item Lyci crudelissimi tyranni filia fuit, quæ Diomedem liberavit ab insidiis patris, qui hospites omnes immolabat, à quo quum se desertam videret, vitam laqueo finivit. ¶ Fuit item Callirrhoë, Achelois fluminis filia, quæ Alcmæoni nupsit, ut suprà docuimus in dictione ALCMAEON.

Callista, Insula maris Aegæi, una Sporadum, alio nomine Thera appellata. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Callisthenes, pen. corr. Nomen Philosophi Olynthii Alexandro Magno familiaris, ejusdemque sub Aristotele condiscipulus, quem ille postea in Asiam accersivit, ut res suas memoriæ proderet. Huic nocuit immodica libertas, gravisque invisa Regi, quum laudaquam assentationi accommodatus ingenio esset. Nam quum Alexander ex Persico bello arrogantior factus, regio more adorari vellet, asseruit inter recusantes Callisthenes fuit, palam dictitans. Alexandrum non adorandum esse: quæ res & illi, & multis principibus Macedonum exitio fuit. ¶ Siquidem Alexander Callisthenem propter adorationis Persicæ interpellatum morem, conjurationis conscium fuisse criminatus est, eumq; truncatis membris, naribusque auribus, ac naso, labiisq; deformatum, cum cane in cavea circumferri jussit: duoque tortum tandem necavit. Vide hæc latius apud Quintum Curtium de Gestis Alexandri.

Callisto, ûs, Lycaonis Arcadiæ regis filia, quæ à Jove compressa, gravidaq; effecta, quum una cum Pallade lavaretur, rumore uteri prodita, & ab ea repulsa, Arcadem filium in sylvis peperit: à quo postea Arcadia dicta est. Hæc postea à Junone in ursam commutata, & Jovis sermatione in cœlo collocata, majorem efficit ursam: quæ & Arctos à Græcis dicitur. Propert. lib. 2: Callisto Arcadios erraverat usta per agros: Hæc nocturna suo lustrare vela regit.

Callistratus, pen. cor. Nomen statuarii, cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

Callistus, Libertus fuit Claudii Cæsaris potentissimus, qui ipsum eum Crassum opibus longè superavit. Hic ferunt Romæ ædificavit, triginta solidis ex onyche columnis falsam. Vide Plin. lib. 36. cap. 7. & lib. 33. cap. 10.

Callistus, Vnus inter comites Iuliani principis expeditionis, heroico versu ejus historiam conscripsit Volaterr.

Calenum, Vide CALENVM & CALENI.

Calocæcites, Vide.

Callon, Statuarius nobilis fuit, qui 87. Olympiade floruisse dicitur. Plin. lib. 34. cap. 8. & Quint. lib. 12 cap. 10.

Calostoma, vel, commemoratur à Plin. lib. 4. cap. 12. inter Danubii flavii ostia. Vide suprà in dictione BOREOSTOMA.

Calpas, Stephano, Bithyniæ portus est prope Rhesum fluvium, & Sangarium. Autor Plin. lib. 6 cap. 1. ¶ Straboni tamen amnis est hic enim lectio libro 12: inter Calcedonem & Heracleam multi amnes fluunt, è quibus est Pillis, & Calpas, & Sangarius.

Calpe, Vulgò Monte Gibelter. Germ. Ein hoher spitziger Berg nimet auf den Seulen Herculis.] Hispaniæ mons, circuitu nò magnus, altitudine ingens, oppositus Abylæ monti Africæ, altera ex columnis Herculis: in cujus radicibus urbs est nomine Calpe, ut inquit Strabo: quo etiam nomine dicta est insula in occasu post Gades, angusto discreta freto.

Calpurnia, Mulier fuit impudentissima, cujus sexus sibi verecundiæ oblita, per scipsam causas egit, adeoq; molestam se judicibus præbuit, ut cessationem decreti editi, quo cautum est, ne mulieri in posterum causas agere liceret. Vide Iustin.

Calpurnius Bestia, Nobilis fuit Romanus, qui pecunia corruptus, rem adversus Jugurtham malè gessit. Hunc à M. Cæcilio re-

cilio accusatore objectum est, quòd uxores suas domi entes intromisset. Vide Plin. lib. 17. cap. 2.

Calucula, Oppidum est Hispaniæ Bæticæ ex stipendiariis. Plin. lib. 3. cap. 1. Vulgò Cabra.

Calydium, Italiæ oppidum est in via Appia, qua Brundusium itur. Strabo lib. 5.

Calyba, καλύβη, Thraciæ urbs est, à Philippo Alexandri patre condita, ex Strabon. lib. 7.

Calycadnus, καλυκάδνος, Ciliciæ fluvius est, Seleucium præterfluens, juxta Sarpedonium promonterium. Strabo lib. 14.

Calydna καλύδνα, Insula est una Sporadum, Calymnis proxima, teste Plin. li. 4. cap. 12. Homer. Iliad. 2. duas facit Calydnas insulas. Vide Strabonē ad finem lib. 10. ¶ Est etiam, teste Stephano, Calydna oppidum Cariæ, cujus meminit & Plin. lib. 5. cap. 27. Vnde Calydnæus, καλυδνεύς, nomen Gentile.

Calydon, pen. corr. καλυδών Stephano, Aetolorum civitas, regia Oenei patris Meleagri: à qua regio vicina Calydonia, καλυδωνία, dicitur. Distat à mari septem millia quingentorūm passuum spatio, per quam Evenus fluit. Lucanus: Et Meleagream maculatus sanguine Nessi Evenos Calydona secat. ¶ Ab hac etiam urbe vicina sylva Calydonia dicta est, in qua Meleager miræ magnitudinis aprum interfecit, quem & ipsi poetæ Calydonium aprum vocant. ¶ Fuit præterea in ea Britanniæ parte, quam hodie Scotiam vocant, Caledonia sylva. Sed hoc ferè observant poetæ, ut quum Aetoliæ sylvam denotare velint, secundam nominis hujus syllabam per y Græcum scribant, eandemq; corripiant producāt autem antepenultimā. Contrà quom Britanniæ sylvam sunt declaraturi, secundam syllabam per e scribāt, eāmdemq; producant, correpta antepenultima. De quo plura tuo loco.

Cālydōnĭus, a, um, & Calydonis, dis. Ovid. lib. 8. Metam. Plangunt se matres Calydonides.

Calymna, κάλυμνα, Insularum duarum nomen est inter Sporadas, non procul à Calydna. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Cālypsō, κάλυψω Nympha Oceani & Tethyos filia, vel (ut aliquibus placet) Atlantis. Regnavit in Ogygia insula, Lacinio promontorio adjacente, quam postea à nomine ipsius Calypsus insulam nominarunt: ubi Ulyssem naufragum humaniter excepit, & in septimum usque annum apud se retinuit, cōjugium illi suum & immortalitatem offerens: quæ tamen ille patriæ, & Penelopes suæ amori omnia posthabuit. Vide Homerum Odyss. lib. 5.

Camacæ, Populi inter Scythicas gentes Plin. commemorantur lib. 6 cap. 17.

Camæ, Populi inter Scythicas gentes, Plin. lib. 6. cap. 17.

Camaldunum, Plinio oppidum est Britanniæ, lib. 2. cap. 75. Vulgò Dancaster.

Camara, καμάρα Stephano, Vrbs Cretæ est, Lato priùs dicta. Vulgò Canea.

Camareni, καμαρηνοί, Insulæ Arabum & earum incolæ, Steph.

Camaria, καμάρια, Vrbs in Italia ab Albanis condita. Vide CAMERINVM.

Camarica, Ptolemæo, est urbs Hispaniæ, quam alio nomine Victoriam vocant.

Cămărīnă. [καμαρίνη. Ger. Ein stifftiger vberstinckender Weyer/ oder See. Gmnd. Pol. ἀλυσῶδες/ ἀναθολῶδες/ καὶ πηλῶδες.] Stephano, Palus est Siciliæ (teste Servio) juxta oppidū ejusdem nominis, cujus aqua quū fœtore suo pestem generaret, consuluerunt Apollinem, qui edixit ne ipsis Camarinam exiccarent: quibus ab Apolline repōntum est, Camarinam nō esse movendam. Neglecto tamen oracolo siccaverant paludem, per quam mox ingressis hostibus, contempti oraculi pœnas dederunt. Hinc manavit proverbiū: Camarinam movere, pro eo quod est, sibi malum accersere. ¶ Alii dicunt Camarinam fruticem esse, cujus ramos si quis commoveat, quotiescunq; tetrum quendam edere odorem. Vide Erasm. Adagia. Vulgò Camarana.

Cambades, Vide CHAMBADES.

Cambala, Cambalorum, Asiæ locus est in Cyspiretide regione, ubi auri metalla effodiuntur. Strabo lib. 11.

Cambalidus, Mons, Caucali ramus in Susianis, Plin. libro 6. capite 25.

Cambodunum, Vindelicorum urbs est in Germania. Hodie Manchem. Vulgò Munchen in Bayerlant.

Cambolectri, populi, inter Galliæ Narbonēsis gentes Plinio commemorantur lib. 3. cap. 4. & lib. 4. cap. 19.

Cambusis, Aethiopiæ Vrbs est. Plin. lib. 6. cap. 23.

Cambyses, pen. prod. καμβύσης, Mediocris dignitatis Persa fuit, cui Astyages Persarū & Medorū rex, Mandanen filiā suā collocavit: ex qua natus est Cyrus, q postea victo avo, regnū invasit. ¶ Cambyses item alius fuit, Persarum & Medorū rex, Cyri filius, & superiorris Cambysæ nepos: qui patriis regnis Aegyptum adjecit: sed offensus illorum superstitionibus, Apidis, cæterorumq; deorum ædes dirui jussit. Ad Ammonis quoque templum expugnandum exercitum misit, qui in Libya deserta arenis obrutus, universus interiit. Vide Herod. lib. 1. & 2. ¶ Est etiam hoc nomine flavius Hyrcaniæ, ortum habens in montibus Caucasis, Septentrionē versus perfluens & Alanos defluens. Autor Plin. lib. 6. cap. 13.

Cametani, Italiæ populi sunt, qui à Plin. libro 3. cap. 14. in terra Italiæ regione collocantur, Narnientibus, & Nucerinis vicini.

Camelides, Insulæ duæ sunt, Ioniæ adjacentes, non procul à Milcto. Autor Plin. lib. 5. cap. 32.

Camelocomi, καμηλοκόμοι, populi Arabiæ Stephan. in Charrametites.

Camesene, καμεσήνη Suidæ, καμεσήνη Straboni, regio in qua regnavit Camesis.

Cameracum, oppidum Galliæ Belgicæ, in finibus Picardiæ. Vulgò Cambray.

Camurrinum, pen. prod. καμερῖνον Ptolemæo, Vulgò Camerino, Vmbriæ urbs præclara, à curvitate situs ita appellata: quam Livius scribit P. Scipioni in Africam trajecturo, cohortem unā trecentorum militum præbuisse.

Cameropis, Civitas est Indiæ, Straboni.

Cămertes appellati sunt Vmbriæ populi, in montibus Piceno contermini: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14. & Strab. lib. 5. Cic. pro Cornel. Balbo: Neq; Fulginatium, nec Camertium fœdere esse exceptum. Rectus singularis est Camers. Silius lib. 8. Et armis vel cultris laudandæ Camers. Adjectivum est. Cic. pro Syll. In agro Camerti, Piceno, vel Gallico.

Camertīnus, a, um, Cic. pro Corn. Balb. Jegitur M. Antium Appium fortissimum virum, singulari virtute præditum, civitate donavit, cum Camertinum fœdus sanctissimum, atque æquissimum duxisset esse.

Camerium, Latii oppidum juxta Collatiam apud Plin. libro 3. capite 5.

Cameses, sive Camesis, Italiæ indigena fuit, contors Iani qui cum illo bonam Italiæ partem Tyberi vicinam possedit, potentiā ita participata, ut regio Camesene, oppidum Janiculum vocaretur.

Camicus, κάμικος, Vrbs Siciliæ, in qua Colaeus Dædali filius imperavit. Charax hanc urbem Inycum vocat, Steph. Vide INYX.

Cămillă, καμίλλη. Regina Volscorum, Metabi & Casmillæ filia, cujus pater Metabus, propter invidiam suorum potens, Dianæ eam vovit: quum autem jam adolescere et, telis armis suetudit; atq; in omni armorum genere instructissima, Turno & Latinis adversus Aeneam in auxilium venit, & post multas res præclarè gestas, ab Arunte occisa est, ut copiosè describit Virg. lib. 11. -marisque vocavit Nomine Casmillæ mutilata parte Camillam.

Cămillŭs. [Ger. Ein beständiger vnd rechtschaffener Mann zu Rom.] Qui & alter Romulus dictus est, Romanorum suæ ætatis clarissimus fuit, qui Veios toto decennio obsessos per cuniculos cepit. Nec multò pòst, quum camillo datetur, quòd ab his equis triumphasset, & prædam iniquè divisisset, ille dicta ab Apulcio Saturnino Tribuno plebis, damnatus Ardeam concessit. Mox quum Galli Senones urbem diripuissent, ipsumq; Capitolium arctissima premerent obsidione, ab eis Dictator factus, collectis ex fuga Romanorum reliquiis, Gallos pendendo auro intentos, incautos oppressit. Post hæc populum Romanum Veios migrare volentem. Elegantissima illa, quæ apud Livium legitur, oratione retinuit: in qua omnes urbis dotes laudesque licet agnoscere. Tertium deinde Dictator creatus, Sacrum in socium Pop. Romani urbem, ac imperio Latinorum tutatus est. Quartum Dictator ad sedandam populi seditionem factus, valetudinem excusavit, alumq; sibi subrogandum curavit. Quintum Dictator Gallos iterum Romam petentes, & ad flumen Anienem castrametatos, superavit. Postremò Romæ octogenarius pestilentia interiit (ex Livio, & Plutarcho) qui Gallos, qui capta urbe Capitolium obsidebant, hostia expulit, patriamq; in libertatem vindicavit. Vitam ejus vide apud Plutarchum.

Camirus, κάμιρος, Vrbs fuit in Rhodo, ita dicta à Camiro Herculis filio, quē ex sole Eurycē regis filia susceperat: cujus meminit Hom. in Catalogo navium.

Cammania, καμμανία, Pars Thesprotiæ quæ Cestrinia postea dicta est, ex qua Cadmus fluvius Cestrinus) condita à Cestrino Heleni Priamidis filio: populi Cammani, Steph.

Cămœnæ, cum de pathetico ingenio, Musæ, Iovis & Memoriæ filiæ, carus amœnitatem ita dictæ, Varro autor est, ab antiquis Camœnas, & Casmœnas dictas fuisse, quæ pulcra objecto r, vel si, Carmina appellatę sunt. Aliter Festus: Camœnæ (inquit) à carminibus sunt dictæ, vel quòd canunt antiquorum laudes, vel quòd sint valde modestis præsides. Virgilius Aeglen Alternis di-

vernis dicetis, amant alterna Camœnæ. ¶ Dicimus etiam Camœna numero singulari. Persius Satyr. 5: -tibi nunc hortante Camœna Excutienda damus præcordia. Seneca in Med. Ille vocali genitus Camœna.

Cāmpanſiī, [*Germain.* Die Franckfurter Landtſchafft in Teutſchland in mittler Teutſchen Nyder.] Regio Italiæ fertilissima, in qua summum est Liberi patris (ut vocasse à Plinio dictum est) & Cereris certamen: sic dicta, quòd campestris sit. Iuvenalis: Provida Pompeio dederat Campania febres. A' qua Campani, qui in ea habitant. Vrbes præcipuas olim habuit Capuam, Neapolim, Cumas, Puteolos, Nolam, aliasq; complures.

Cāmpānis, a, um, a hedi vocant. Vrbs Campana. Virgilius 10. Aeneid. Et Capys hinc nomen Campanæ ducitur urbi. Littus Campanum, Statius 3. Syl. Morbus Campanus. Horat. 1. Serm. Campanum ob morbum in faciem pronulta iocatus. ¶ Campana superbia, dicitur pro insolenti & arrogantia. Cicero in oratione pro Rull. aliisque locis ubi Colonos Capuæ in comessatione superbiæ atque in sedibus luxuriæ ac rei collocatos.

Cāmpi Diomedis, in Apulia sunt: & est regio quæ Diomedi cessit in Apuliæ divisione.

Campidona. Vrbs Germaniæ in Alegonia, Vulgò Kempten.

Camponi, Populi inter Aquitanicas gentes Plinio commemorantur lib. 4. cap. 19.

Cāmpsiānī, Germaniæ populi indigentia laborantes, commemorantur Strabonis lib. 7: Sunt (inquit) alii Germaniæ populi indigentia magis laborantes: Sugambri, Chauci, Bructeri, Cimbri, Cauci, Caulci, Campsiani cæteriq; complures.

Cāmpus lapideus. [*Steinfeld.* Das Steinfeld in Delphinat, deßhalben grosse Teuffel ziehen wird.] Galliæ Narbonensis campus est, centum fere stadiorum diametrum habens, lapidibus qui singuli manum implent plenissimus: sub quibus gramen exoritur, à quo pecoribus pabuli copia dicitur subesse. In medio Salliæ fontes aquæ salisque vis magna. Vniversa circum adjacentia ossa, ventis expoli asserunt: validissimè autem Mistralem ventum procellis infesti tranquillissimè autem Mistralem ventum procellis infesti tranquillissimè autem. Mistralem ventum procellis infesti tranquillissimè autem. Mistralem ventum procellis infesti tranquillissimè autem.

tius lib. 3. Cannensis calamitas, Cicero de Clar. Orat.

Cannenufates, Populi sunt insulani, Batavis finitimi, apud Plin. lib. 4. cap. 15.

Cannobus & Cannobitæ. Vide ¶ CANOPVS.

Cānopīcum. Zeugitanæ regionis, quę propriè Africa, & Minor Africa Plinio dicitur, oppidū est, eodem autore lib. 5. cap. 4. ¶ Est item Canopicum unum ex Nili ostiis Africæ proximum, quo Aegyptus à Libya Marcotica dirimitur. Plin. lib. 5. ca. 10. [Germ. Eins aus den ausgegrabenen Nili.]

Cānopītānum. Oppidum liberum Zeugitanę regionis, sive Africæ minoris. Plin. lib. 5. cap. 4.

Cānopus, penult. prod. Ὑγιεινὸν & Suidæ. German. Ein Verrumpete Statt in Aegypten wird gemeldet von Alexandrien gelegen.] Civitas Aegypti, dicitans ab Alexandria CXX. stadiis, ex cuius ortum ferunt Claudianum poëtam dictā, quasi Canobus, à Canobo, Amyclæo Menelai navis gubernatore, ibi sepulto. Nam devicta Troja in Aegyptum vivectorum delatus cum Helena, gubernatorem ictu serpentis, quem Hæmorrhoidā vocant, amisit, in ejusque memoriam urbem condidit, relictis iis locis, qui ad navigandum inutiles erant. Hæc Iuvenalis sēcris benignitate homines allicit. Iuvenal. Satyr. 15. sed luxuria quantum ipse notavi, Barbaricæ famosa non cedit turba Canopo. Virgil. 4. Georg. Nam qui Pelusi gens formata Canopi Accolit effuso stagnantem flumine Nilum. Vulgo Damiete. ¶ Est ibi Nili ostium, quod Canopicum, ὁ Κανωπικὸς, vocāt, cujus meminit Strabo lib. ult. Plin. li. 5. cap. 10. Pomponius lib. 1. Ammianus libro 22. Sunt exemplaria quædam, in quibus Canobum & Canobitas legimus. ¶ Est præterea Canopus sydēris nomen, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 22. in descriptione Taprobanæ insulæ.

Cānopītæ, pen. prod. Qui Canopum habitant.

Cānopīcus, a, um, possessivum à Canopo. Varro. Nobis Sardeis sidet, quam simus Canopici.

Cantabri, penult. correp. Οὐασκωνες, Vulgò, Vizcaye, y Lepuzcoa. Hispaniæ Tarraconensis populi sunt Asturibus finitimi: à quibus proximus Oceanus Cantabricus appellatur. Hi efferi sunt, & nullam vitam sine armis esse existimant. Silius Ital. lib. 3. Cantaber ante omnes hyemisque, æstuque, famisq; Invictus. Et mox. Nec citam sine Marte pati quippe omnis in armis Lucis rausa fera est, damnatum vivere paci. ¶ Cantabrorum regio Cantabria, ἡ Καντάβρια dicitur. Memoriæ proditum est, Cantabros lotos cinere pœana lætitiæ fusos cum ab hostibus.

Cāntabrĭcus, a, um ut Cantabria gens.

Cāntabrĭcus, a, um ut, Cantabricum bellum, & Cantabrica herba de qua Plin. lib. 25. cap. 8.

Cantanus, ὁ Κάντανος, Vrbs Cretæ, Steph.

Cantanus, Poëta comicus Atheniensis, cujus feruntur fabulæ nonnullæ positæ à Suida.

Cānthărus. Comicus Atheniensis fuit, cujus scripta memorantur à Suida. ¶ Est item cantharus cœlestis signum, in Aquario, exiguis constans stellis.

Cantharolethros, ὁ Καθαρόληθρος, Locus Thraciæ exiguus, à cantharo exitio dictus, quòd ibi ex omni animalium genere solus pereatur cantharus.

Cānthele, ἡ Κάνθηλος, Vrbs Libophœnicum, Steph.

Cantheleia, ἡ Καντήλεια, Vrbs juxta Carthaginem.

Cantherius, ut author est Varro, mons in Sabinis.

Cānthus, Abantis filius fuit, quarabilis, qui Argonautica scripserunt, numerarur inter Argonautas.

Cantiā. Regio ubi civitas est Cantuaria.

Cāntĭarbis, ἡ Καντιάρβις Ptol. lib. 2. cap. 11. Vrbs est Germaniæ ad Albim fluvium quæ Vulgò Lemburgum, Hamburgum Saxonum dicitur.

Cantium, τὸ Κάντιον, Vulgò Kent apud Ptol. lib. 2. cap. 3. Britanniæ est promontorium, à quo regio ipsa Cantia dicta est, & civitas Cantuaria. Vulgò Canterbury.

Cantuaria. Angliæ Vrbs.

C. Canuleius, Tribunus plebis, rogationes duas tulit. Ut cōnubia plebis cū patribus essent communia: & ut alter Consul de plebe crearetur. Orationem ejus adversus Coruncanium vide apud Liv. lib. 4.

Cānŭsĭum, τὸ Κανούσιον, Apuliæ oppidum ad Aufidum fluvium, laudatissimæ lanæ ferax, quæ Canusina dicitur, cujus color rutilus. Vulgò Canossa.

Canytis, ἡ Κανύτις, Vrbs Syrorum magna. Steph.

Capæ, ἡ Κάπη, Vrbe Hellespontī. Steph.

Cāpăneus, per tres syllabas, pen. corr. Ἄργειος ἦν, Argivus fuit, qui ad eum Polynice ad bellum Thebanū profectus, quum scalas muris admovere vellet, à Thebanis lapidibus fuit obrutus. Hinc factus est locus fabulæ, Capaneum, quū deorum ebrem jocor esset, à Jove fulmine esse percussum. Vegetius li. 4. de re militari: Qui scalis (equus) in obsidione urbium ruuntur, frequenter periculum sustinent, exemplo Capaneus qui primum scalarum oppugnatio perhibetur inventa: qui tanta mole lapidum fuit obrutus à Thebanis, ut fulminibus dicatur ex ictus. Vnde Ovid. lib. 4. Tristium: Quum cecidit Capaneus fabrite temeratus ictu.

Cāpănēus, a, um, adjectivum terræ syllabarum, & pen. prod. Καπανεύς, Capanea pinus apud Statium 8. Theb. Capaneæque pinus tam procul Aonias volet agnoscenda carinas.

Cāpănēus, a, um, aliud adjectivum. Statius 12. Thebaid. causa ante alias Capaneia conjunx.

Capara, Καπάρα. Vrbs est Hispaniæ, in tractu Lusitaniæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 5.

Capasitæ, à Plin. lib. 5. cap. 9. numerantur inter Aegypti præfecturas, quas vocant Nomas.

Cāpēnā, penult. prod. Oppidum vicinum Romæ, juxta fontem Aegeriæ. ¶ Capena porta Romæ, à Capena loco, quam Italus rex addidicavit, ut inquit Solinus. Hæc etiam porta Appia dicta est per quam Capuam itur. ut Frontinus lib. de Aquæduct. ¶ Dicta est & triumphalis, quod triumphantes per eam pomparum in urbem invehi soleant. Hodie etiam D. Sebastiani vocant.

Capēna, æ, penult. prod. Fluvius qui Feroniam præterlabitur. Silius lib. 13.

Caper, Strabone lib. 12. Fluvius est qui Laodiceam Cariæ urbem, & Lycum, & Asopum alluit. Plinio Caprus dicitur.

Cāpĕtus, penultima correpta, Albæ rex fuit, Capyos filius, & Tyberini pater.

Cāphārĕus, tris syllabū, pen. prod. Καφηρεύς, Euboeæ mons altissimus, versus Hellespontū, ad quem Græcorū classis à Troja rediens Nauplii dolo magna ex parte abrita, naufragium fecit. Nam quum ab Vlysse Palamedes ejus filius proditionis falsò accusatus, injqua Græcorum judicio esset interemptus. Nauplius, ut injustam filii necem ulciscerur, obscuris auctis redeuntibus Græcis, ex Caphareo promontorio quem ostendit: unde illi portum arbitrantes, impegerant in scopulos.

Cāphārĕus, a, um, adjectivum tetrasyllabum ut, Saxa Caphareа. Propertius libro 3. Saxa triumphales fregere Caphareа puppes, Naufraga quum valto Græcia tracta lavo est.

Caphārnaum seu potiùs Capernaum, Καφαρναοὺμ, tutius Galilææ metropolis fuit, multis Christi Servatoris miraculis nobilitata.

Capherēs, Inter desertas insulas, quæ inter Chersonesum & Samothracen sunt, numeratur à Plin. lib. 4. cap. 12.

Cāphȳa, Καφύα, Vrbs Arcadiæ, à Capy parte Anchisis, vel à Cepheo Gentile Καφεάτης, Caphyates, Steph.

Cāpillāri, Populi circa Alpinas gentes Plin. lib. 3. cap. 20. Capillatorum plura genera ad confinium Ligusticī maris.

Capinna, ἡ Κάπιννα, in singul. vel plural. Vrbs Tyrrheniæ. Gentile Capinnates, collectivum Capinnatus, Steph.

Capillenæ. Asiæ populi, Capillam urbem habent, quā dicuit Cyrus. Hæc Plin. lib. 6. cap. 23.

Cāpĭrĕ. Mons est totus lapidosus Isauriæ. Plin. lib. 6. cap. 24.

Capiro Lycius compositor historiæ Italicæ libris octo. Epitomas Livii & Eutropii in Græcum vertit sermonem. Scripsit & res Lyciæ & Pamphyliæ. Volater. lib. 14.

Cāpĭtōlīnus. M. Manlii fuit cognomen, qui urbe à Gallis capta, assumptis in se juventibus, arcem Capitolinam in bellū injecta declivitate defendit. Hic quum pulsa in suspicionem affectati regni venisset ab ea ipsa rupe Capitolina, quam servaverat, præcipitatus est. ¶ Hunc etiam Historici cognomen, qui Cæsarum vitas conscripsit.

Cāpĭtōlĭum. [Germ. Ein Tempel Jovis mit samt einer Veste zu Rom auff dem Berge also genennet. Templum erat Jovis in clivo Tarpeio. Dictum à capite hominis ibi reperto, cum fodarent fundamenta. Antè enim Tarpeia mons dicebatur, à Virgine Vestali Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata, atque sepulta fuit.

Capitulum. Italiæ Vrbs prope Bovillas & Colatias.

Cappobārī, penult. corr. Μυσῶν populi dicti sunt, quasi fures & latrones, quòd tranquillam agant vitam, sacrificiis, & deorum cultibus intenti. Vide Strab. lib. 7.

Capute. Asiæ mons est, ex quo aliqui Euphratem ortū credidere. Plin. lib. 5. cap. 24.

Cāppădŏcĭa, הכפדוקיא Chaldaïcè, Καππαδοκία. Cappadocia.] Ponticæ regio est, ut scribit Solinus, quæ à vo latere utraque Armenia, Comagenen qui tangens, dextro plurimis Alpe populis circumfusa, ad Tauri juga & Solis ortus attollitur. Cappadoces eam ab Armenia majore dividit. Appianus minoris Armeniæ partem: Ponticum verò minorem Armeniam esse scribit. [Germ. Ein Landschafft in mittlerer Asia gegen Armenien.] ¶ Dicta Cappadocia à Cappadoce quodam, antè Leucosyria vocata. ¶ Vnde Cappadoces Leucosyri. Hinc Cappadox, cis, pen. corr. Καππάδοξ, pro eo, qui est ex Cappadocia. Lucan. lib. 2. Cappadoces noca tigna timent Pers. nec sic præstantior alter Cappadocas rigida pingues dauisse catasta.

Cāppădŏ-

Cappădŏcus, a, um, poſſeſſivum. Mart. lib. 10: Nec de Cappadŏcis eques catallis.

Cappădŏcĭus, cia, cium, apud Apul.

Cappăgnata, Hiſpaniæ oppidum eſt in Bætica provincia, Gaditanum conventus, Plin. lib. 3. cap. 1.

Căprārĭa, Inſula in mari Tuſco ſeu Liguſtico capris abundans, quam Græci Aegilon dicunt. Plinius libro 3. cap. 6. Vulgò Vada de capre.

Caprāſia, apud Plinium libro 3. capite 28: Vnum eſt ex oſtiis Padi fluvii.

Caprĕæ, καπρέαι, καπρέαις Stephano, Inſula ultra Surrentum Campaniæ urbem circiter octo millia paſſuum, teſte Plinio, lib. 3. cap. 6. Fuit arce nobilis, & abundans cotarnicũ multitudine, q̃ ex Italia volãtes, illic principio autumni capiuntur.

Capria, Lacus eſt apud Strabonem in deſcriptione Pamphyliæ, libro 14.

Caprīnæ, καπρίαι, Inſula Italiæ. Dicuntur & Capriæ. Capriana erat Bieſus poëta καπριγενὴς: id eſt, natus in hac inſula.

Caprotīnam Junonem veteres dixerũt, quòd illi Nonis Caprotinis ſub arbore caprifico ſacra fierent ab ancillis ſimul & liberis. Nam poſt urbem captam, quum ſedatus eſſet Gallicus tumultus, exhauſta Republ. ſortitus opportunitatem invaſerãt Romani Imperii aucupati, præfecerũt ſibi Poſthumium Livium Fidenatum Dictatorem: qui feciale ad Senatum miſſo poſtulavit, ut ſi vellent reliquias ſuæ urbis non deleri, matres familiàs & virgines omnes ſibi dederentur. Quumque patres eſſent in anxipiti deliberatione, ancilla nomine Philotis, vel (ut alii malũt) Tutela, aſſumptis ceteris omnibus ancillis, matrumfamiliàs, virginumq; habitu ſumpto, nomine dominarũ ad hoſtes tranſiit, proſequentibus cæteris ad rei fidem. Quæ quum à Livio in caſtris dilitioræ eſſent, hoſtes plurimo vino provocaverunt: diemq; feſtum apud ſe eſſe ſimulantes: quibus ſomno obrutis, ex caprifico dato ſigno hoſtes trucidati ſunt. Memores itaq; populus Romanus accepti ab ancillis beneficii, omnes juſſit manumitti, dotemque eis ex publico aſſignavit: diemq; ipſum Nonas Caprotinas appellavit, ab illa caprifico, ex qua ſignum acceperat: ſacrificiumq; annuum Junoni Caprotinæ ſub caprifico inſtituit: cui etiam lar, ex caprifico ad rei memoriam adhibebatur.

Caprŭlleti, Provincia eſt prope montem Athon, Pomponio Melæ lib. 2.

Capſa, κάψα, Vrbs Chalcidicæ regionis juxta Pellenem, Thermæo ſinui vicina. Steph.

Capſitani, Populi ſunt Zeugitanæ regionis, quæ Africa minor dicitur. Plin. lib. 5. cap. 4.

Căpŭa, κάπυη Stephano, Cetera. Totius olim Campaniæ urbs præſantiſſima, quam Vulturnus amnis interfluit: à camporũ latitudine, in quos ſita eſt, ita dicta, ut inquit Cic. Livius à Capy Samnitium duce dictam exiſtimat. Alii à falcone, ſub cujus augurio condita eſt, qui priſca Thuſcorum lingua Capys dicebatur. Virgilius à Capy Ancæ commutatione, qui eam condidit. Strabo, quòd eſſet xii. urbium caput hoc eſt, ipſa duodecima reliquis undecim præeſſet, dictam exiſtimat. Quidam à capacitate, quòd omnem vitæ fructum capiat. Sallarbius etiam ab arbe, cui nomẽ campus eſſet: vel à camporum pinguitie & abundantia, ut Diodorus, qui M. Genutio & Agrippa Cottio Chilone COS. 9. exædificatam eam tradit. Suet. certè in Cæſare Dictatore, cap. 81, urbs hujus originẽ & nomenclaturam ad Capyn conditorẽ refertin cujus ſepulchro æneã tabulam inventam tradit, quæ Cæſari necem denuntiabat.

Capўs, κάπυς, Nomen Trojani cujuſdã, qui Capuam ædificavit. Virg. lib. 10. Aen. Et Capys, hinc nomẽ Campaniæ dicitur urbi. Hujus meminerũt Dictys Cretenſis, & Dares Phrygius. Item interpres Quinti Calabri poëtæ in lib. 12. qui cum majeſtate Homeri videtur quaſi contendere. ¶ Fuit item Capys, filius Aſſaraci, & pater Anchiſæ. Ovidius Faſtis: Tros eſt generatus ab illo: Aſſaracum creat hic, Aſſaracus q̃ue Capyn. ¶ Capys item Sylvius, Albanorum rex, & Capeti pater.

Carabis, κάραβις, Fluvius eſt apud Scras, Scythiæ populos, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 17.

Caracra, Oppidum eſſe in Hiſpania creditur, quod hodie vulgò Guadalaxara dicitur.

Caralitanum, & Caralitani, (quæ hac perperam ingeſta erant) vide CALARITANVM, & CALARITANI.

Carambis, κάραμβις, Campo πρῶτον, Promontorium magnum Paphlagoniæ ad Septentrionem porrectum, anticinæ frontis habens formam, quod longo ſpatio pelago incumbens, Scythicæ objectum peninſulæ, Euxinum Pontum bimarem videtur efficere.

Carambucis, Fluvius eſt Scythiæ ad montes Riphæos. Plin. lib. 6. cap. 13.

Carana, Ponti oppidum, à quo Caranenſis regio dicitur ut ſcribit Strabo lib. 12. Geographiæ.

Caranitis, Præfectura eſt Armeniæ majoris. Plin. lib. 5. cap. 24.

Caranus, Macedoniæ rex, cujus hiſtoriam pluribus perſequitur Juſt. lib. 7. Ejus etiã meminit Solinus cap. 12. ¶ Eſt item Caranus Aradiorum portus in Phœnice prope Paltum urbem. Vide Strab. lib. 16.

Caraſeni, Populi Tauricæ regionis. Plin. lib. 4. cap. 12.

Caraltaſci, Plin. lib. 6. cap. 7. Populi ſunt circa Mæotin.

Caraxus, quod hactenus hic vitioſè ſcriptum, ita alicubi loco collocatum fuit: Vide CHARAXVS.

Cărhã, Vide CARRAS.

Carbana, Κάρβανα, Vrbs Lyciæ eſt, apud Stephanum.

Carbanta, Pomponio Melæ lib. 2. commemorantur inter parvas inſulas Tyrrheni maris, Italiæ adjacentes.

Carbileti, Thraciæ populi. Plin. lib. 4. cap. 11.

Carbilius, cui Spurius prænomen fuit, primus Romæ Grammaticam mercede docuit. Hujus autem primus Carbilius, cognomẽto Rufa, primus Romæ uxorem, quòd ſterilis eſſet, repudiavit, præſtito ante juramento, de uxorem liberorum causa quærere. Autor Gellius.

Cărbo, κάρβων, Prænomine Cneus, ter Conſul fuit, & in tertio Conſulatu juſſu Pompeii, quòd Marianas partes ſequeretur, dum alveum exonerabat, in Sicilia fuit interfectus. ¶ Fuit & C. Carbo hujus frater ſummus Orator, cujus meminit Cicer. in Bruto; quòd voluntaria morte ſe à judicum ſeveritate vindicãrit. ¶ Fuit & alius Carbo, hujus filius, quem Cicero Oratorem non ſatis acutum fuiſſe ait: verborum tamen gravitatem ei tribuit, & naturalem quandam orationis autoritatem. Hic ab exercitu ſuo interfectus fuit, quem bellis civilibus ſolarium ad diſciplinam revocare conabatur.

Carbulõ, Autore Plin. lib. 3. cap. 3: Oppidum eſt Bæticæ prope Cordubam.

Carcaſes, Populi ſunt Narbonenſis Galliæ, quorum oppida ſunt Anatilia, Aëria, Bormannico, Macina, & Cabello. Autor Plin. lib. 3. cap. 4.

Carcaſium, à Plin. lib. 3. cap. 4. vocatur oppidum Galliæ Narbonenſis, quod hodie Carraſſonam vocant.

Carcarhiocerta, Armeniæ majoris Vrbs Tigri proxima, ut autor eſt Plin. lib. 6. cap. 11.

Carchedŏn, pen. prod. [Καρχηδών. Ger. Die ander Statt Carthago in Africa.] A Græcis appellata eſt urbs Africæ totius olim potentiſſima, nobiliſſimaq; Romani imperii æmula. Vide Carthaginienſes ipſi abitũ Carchedonem, καρχηδόνα, appellantur. Hinc etiam Plautus Comœdiam ſuam Pœnulum Carchedonium nominavit, q̃ Carbunculas quoq; Garamanticos Plinius autor eſt lib. 37. cap. 7. ab hujus urbis opulentia Carchedonios fuiſſe vocatos, non quòd circa Carthaginem inveniantur, ſed quòd à Pœnis negotiatoribus Romã afferentur. Dicta Carchedon à Carchedone conditore, cujus meminit Appianes. Sed vulgatior fama eſt, cõditam fuiſſe à Didone. Dr hac multi Euſtathium in Dionyſium.

Carchēſia, Inſula una Cycladum, aliàs Amorgus, Steph.

Carcina, καρκίνα, Civitas eſt Scythiæ Europeæ, à qua finus Carcinites. Plin. lib. 4. cap. 12. & Pomp. lib. 2. ubi & Carcinites amnis, eam civitatem perfluens, ut autor eſt Ptol. lib. 3. cap. 5.

Cardamyla, καρδάμυλα, Vrbs fuit Peloponneſi propinqua Pylo, ſub dominio Agamemnonis: una earum quæ ad conciliationis ergo Achillis ab Agamemnone offeruntur, apud Homer. lib. 9. Iliad.

Cardamyleſius, καρδαμυλεύς, Virtus quidam Steph.

Cardix, καρδίξ, Saltator obſcœnæ & Comicæ, inquit Rudens.

Cărdĭa, five Cardinea, Dea apud Romanos, quæ cardinibus præeſſe, quaſi Cardina. Vide CARNA.

Cardĭnēa, Dea, quæ & Cardina dicta eſt: cardinibus præeſſe dicebatur.

Cardūchi, καρδοῦχοι, Stephano, Parthorum populi, ad Tigrim fluvium: quorum meminit Strab. lib. 16.

Cardytus, καρδυτὸς, Vrbs magna Syrorum, Steph.

Carene, καρήνη, Vrbs Myſiæ. Steph.

Carenſes, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi ſunt, Complutenſibus vicini. Plin. lib. 3. cap. 3.

Carentani, Italiæ populi ſunt, in quarta regione à Plin. lib. 3. cap. 22. locati prope Venetanos.

Cares, pro ſtatuarii nomine, Vide CHARES.

Cārēs, numero plurali, κᾶρες, Populi Cariæ, qui ſub Minoë Legeæ dicebantur, & inſulas habitabant. Poſtea Aſiæ minoris partem meridionalem occupaverunt, quæ Rhodum ſpectat, ab eoque Cares appellati ſunt. Ea enim regio Caria dicebatur, à Carasius ejus rege. Deſpectiſſimam olim fuiſſe hanc nationem clariſſimè oſtendit Cicero Orat. pro L. Flacco: Veſtra, inquit, Aſia, ut opinor, cõtatres Phrygia, Mylia, Caria, Lydia. Virum igitur noſtrum eſt, an veſtrum hoc vetus proverbium? Phrygem plagis fieri ſolere meliorem? Quid de tota Caria, nonne hoc veſtra voce vulgatum eſt, Si quid cum periculo experiri velis, in Caria id potiſſimùm eſſe faciendum? ¶ Hujus itaque populi mores proverbio aliquot ſecula locum tu-

tur,

cum ut, Cum Caria rixas, κάρας ἀγρίως ἀγαλλόμενος: Hoc est, rusticè agis cum rustico, barbarè loqueris cum barbaro, crudè cum crudo. ¶ In Caria periculum, κάρα ἐπὶ κάρᾳ, subaudi facito. Hoc est, primo omnium arrepto itinere fas periculosam experientiam, in qua, si parum feliciter cesserit, non modicum sit dispendii faciendum.

Cārĭă, [χώρα. Vulgò Lego. Germ. Ein landtschafft oder des Mans deren Asia nicht fern Lego genennet.] Regio minoris Asiæ inter Lyciam & Ionium Strabo Cariam a Dorea Maandro fluvio claudit ab Occidēte Icario, & Myrtoo pelagiis: a Meridie Rhodiensi tab Ortu Lycio, & aliis gentibus, magnamque Tauri montis partem in Caria concludit, omnem oram Rhodiani ei attribuunt, quæ Meridionalis est. Dicta Caria a Cara rege, qui primus auguria avium dicitur invenisse. Hujus populi Cares, κᾶρες dicti, de quibus sic loquitur. ¶ Multitudo Imperatorum Cariam perdit, πολλοὶ στρατηγοὶ χώραν ἀπώλεσαν, Multi duces perdidēre Cariam. Admonet Ionatus, nihil tale permittendum licentia multitudinis, dum nulli parcitur, sed profusa quisque libidine rem gerit.

Cārĭcŭs, a, um, pen. corr. κάρικος. Quod est ex Caria aut Carica charta. Statius 4. Syl. Chartæ Thebaicæve, Caricæve. ¶ Caricas linxit, κάρικας ἔγραψε. Diogenianus indicat de literarum de viribus & contemptis. Plato κάρικα κάρικα, Caricum hominem, dixit pro vili, nihilique. ¶ Sic More Carico, κατὰ τὸν κάρικα τρόπον, sic dicebatur quod sordidè, incompositeque fiebat; præsertim in rebus obscœnis. ¶ Carica mula κάρικη μοῖσα, De lugubri aut rustica, atque molesta seu molesta cantione dicitur. Quæ habita in poëtam aut oratorem indoctum. ¶ Caricum sepulchrum, κάρικος τάφος. De re magnifica, sumptuosaque, Sumptum a Mausoli sepulchro, quod est apud Caras.

Cārĕsŭs, κάρησος, Fluvius est Troadis. Homer. 12. Iliad. celebratus: cujus Plinius ait nulla tua ætate extitisse vestigia, libro 5. capite 30.

Carethia, Insula circa mari Lycio, quæ postea Dionysia dicta est. Autor Plin. lib. 5. cap. 30

Cārĭcon, κάρικον. Locus est in Memphide, a reliquis separatus, in quo Cares habitarunt, qui a Psammitico cum Memphitis contracto, Carunmemphitæ appellati sunt. Autor Steph.

Cārĭllæ, arum, Picentum oppidum fuit, ab Annibale circumdato bello Punico celebratum. Meminit hujus oppidi Silius libro 12. exhaustæ mox Prenio Marte Carillæ.

Cārīnæ, arum, Nomen fuit Romam ad pedem civi Capitolini, in quo fuit domus Pompeii. Virgil. 8. Aeneid. Pallantisque arcem viderant Romanique foro, & lautis mugire Carinis. Varro Carinas dici putat ab eo, quod hinc oriatur caput fucatum, κάρη, Latinè caput dicitur.

Carini, Germaniæ populi. Plin. libro 4. cap. 14. forsan dennoch hodie Vorpommern.

Cariosvelites, Galliæ Lugdunensis populi sunt apud Plin. lib 4. cap. 18.

Caris, olim vocabatur Cos insula, κωρὶς, Steph.

Carīsa, Cognomine Aurelia, civitas est Hispaniæ, ad Bætim fluvium, in Gaditano conventu. Plin. lib. 3. cap. 1.

Cārĭus, κάριος. Nomen fuit Iovis & Toribolus, qui circa Torbiciam locum oberrans, Nymphārum cantum dicitur audivisse, & ab eis Musicam didicisse, eamque apud Lydos propagasse. Quapropter divinos honores apud suos meruit, templo illi magnificè exstructo in monte, qui & ipse Carius a nomine ejus appellatus est. Autor Steph.

Carmacæ, Asiæ populi circa Mœotim. Autor Plinius libro 6. capite 7.

Carmanĭa, [χωρὰ καρμανία, Vulgò Nasinga. Germ. Ein Landtschafft gegen Persien / welche Nasinga genennet.] Regio est Indis contermina, quam duplicem esse Ptolemæus tradit: cultam alteram, alteram desertam. Hujus regionis incolæ Carmani dicuntur, Ichthyophagi cognominati, quòd solis piscibus vescantur, quorum etiam coria vestiuntur. Pomp. lib. 3. Carmani sine vestis, & fruge, sine pecore, ac fœtibus, piscium cute se vestiunt, carne vescuntur, præter capita toto corpore horum.

Carmēlĭs, penult. prod. & antic. l. [הַכַּרְמֶל Hacarmel, κάρμηλος.] Quorumdam montium nomen, recte Hieroglyphe, quorum alter est in Galilæa, ad Australe plagam, in quo habitavit Nabal Carmelus maritus Abigail, alter Phœnices, juxta Ptolemaïdem maritimus, in quo Elias Propheta flexis genibus pluviam impetravit. Posterioris hujus meminit & Plin. libr. 5. cap. 19. Promontorium, inquit, Carmelum, & in monte oppidum eadem nomine, quondam Eleutheros dictum.

Carmentā, κάρμενα, & Carmentis, Evandri matertera cognominata a carminibus, quibus dabat responsa (erat enim fatidica mulier) quam propter Nicostrata vocaretur. ¶ Hinc Carmentalis porta, cui postea Scelerata dicta est, quòd per eam fex & trecenti Fabii cum cicutum quinque millibus egressi, adversus Hetruscos ad amnem Cremetam omnes interfecti sint. Virg. 8 Aeneid. Et Carmentalem Romano nomine portam. Ovid. 2. Fast.

Carmentis portæ dextro est via proxima Iano,
Ire per hanc cui fas, quisquis es, omen habet.
Illa fama refert Fabios exisse trecentos:
Porta vacat culpa, sed tamen omen habet.

Carmĭna, κάρμινα, Insula India, inhabitata. Carmini & Carminati, Stephan.

Carnĭon, κάρνιον, Est locus in Messenia, & templum Apollinis in Laconia, & in Achaia flumen, & mons in Peloponneso.

Cārnĕa, κάρνεα, sive Cardinea. Dea quæ vitalibus humanis seu cruribus præesse existimabatur. Ovid. libro 6. Fastor. Prima dies tibi Carna datur: dea cardinis hæc est. Hæc thoracis noctumas, puerorum (ut dicebant) cunas infestantes, a limine submovebat.

Carnāta, κάρναια, Vibs Minæorum: & populi juxta mare rubrum civis Carnatæ. Simus Carnaïcus & Carnaïtes gentium nominum usurpat. Steph.

Carnāpæ, Populi sunt circa Mœotin. Plinius libro sexto, capite septimo.

Carne, κάρνη. Phœnices oppidum est ad montem Libanum, a Carno Phœnicis chorea appellatum: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 20. ¶ Est item Carne Stephano, Acoitidis civitas: a qua gentile Carnites, a superiori vero Carnites.

Carnĕădēs, κορνεάδης, Cyrenæus novæ Academiæ princeps fuit, qui a Chrysippo Zenonem Stoïcæ sectæ principem sectatus, cerebrum helleboro candido purgavit, ne quid ex corruptis stomachi humoribus ad cerebrum redundaret, & constantiam, vigorem q; mentis labefactaret. Hic tanta eloquētia præditus fuisse perhibetur, ut quum Romam cum Diogene Stoïco, & Critolao Peripatetico legatus venisset, M. Catoni reddidēt legationem: sui per eam quid eorum Senatui moveri, ut abillorum eloquentia caveret: quæ quid velint etiam ab invitis posse extorquere. Autor est Gell. lib. 16. Idē etiam pene dicit Quintil. lib. 12. cap. 1. ¶ Fuit & alter Carneades, Philosophus Atheniensis, Anaxagoræ discipulus, cujus meminit Suidas.

Carnī. [χώρα. German. Die Kernter.] Populi sunt Istris finitimi, ad ea parte qua Alpes Iuliæ Aquileiæ incumbunt, qui a Plinio collocantur in decima regione Italiæ ad Tergestū fluvium, qui in Venetarum ora sinum Adriaticum influit.

Carnŏdūnum, κορνόδουνον, Oppidum est Vindeliciæ, ad Danubium, teste Ptol. lib. 2. cap. 13.

Carnorum, Regio est Troadis Galli-Græciæ, κορνῶν. Druidum sedes, de quibus in dictione DRVIDES.

Carnus, κάρνος, Vide Carne. Est etiā insula Acarnaniæ. Steph.

Carnuntī, Populi Germaniæ inter Danubium & Sylvam Hercyniam, in confinio Pannoniæ. Plin. lib. 4. Superiora inter Danubium & Hercynium saltum usque ad Pannonica hyberna Carnuntī tenent, Germanorumque ibi confinium est.

Carnuntum, Oppidum in confinio Germaniæ & Pannoniæ, inter Danubium & Hercynium saltum. Plin. lib. ult. Abest centum & passuum a Carnunto Istri Pannoniæ, quò a Germania succinum importatur.

Carnūtes, sive Carnuti, κάρνουτοι, Galliæ Lugdunensis populi, Andegavensibus, & Turonensibus finitimi: apud quos Druydes suas habebant sedes, teste Cæsare libro 6. commentar. Horum oppidum est Carnutum, quod Gallica lingua Chartres appellatur.

Carodūnum, Vide CARNODVNVM.

Carōta, κάροτα, Vide CARTA.

Carolobergamum, Vibs Bavariæ, Vulgò Kattspeck.

Carolofeldium, Franconiæ Vibs. Vulgò Carolsthin.

Caronium, κάρωνιον, Oppidum est Tarraconensis Hispaniæ, in tractu Callaicorum, non procul a Nerio promontorio. Autor Ptolem. lib. 2. cap. 6. Vulgò Cariga.

Caropolis, κάροπολις, Vibs Cariæ. Steph.

Carōs Cepi, κάρος κήπιον est, Caros hortus, palma regio Thraciæ. Stephan.

Carpăsĭum Cypri insulæ oppidum est, apud Plin. libro 5. capite 31. Stephanus Carpasium, κάρπασσον, vocat, & a Pygmalione conditam affirmat. ¶ Carpasium etiam nonnulli appellatum insulam inter Cretam & Rhodum sitam, quæ eodem nomine Carpathus appellatur. Demetrius Salaminius Carpasium malum appellavit, quòd ad vectum κάρπασος hoc est, Atticum Cravederatur.

Carpăthus, pen. corr. [κάρπαθος, Vulgò Scarpanto. Germ. Ein Insel gegen Aegypten über gelegen / zwischen Rhodos vnnd Candia / wird heut genennet Scarpanto.] Insula contra Aegyptum, media inter Rhodum & Cretam, curentorum stadiorum circuitum habens, quatuor insignis urbibus: a qua vicinum mare ad Aegyptum vergens Carpathium, [τὸ καρπάθιον πέλαγος. Ital. Il mare de Scarpanto. Germ. Das Carpathisch Meer.] dictū est. Homer. 2. Iliad. duabus literis transpositis, κρήτη appellat Nē-

ους Κάρηκες Ἔθνος, Ἐρυθραίου τινός, Βασιλεύσαντος. ἢ Carpathius Iupiter, Καρπάθιος Ζεύς. Dicebatur in eos, qui Cretenses mendacii accerserent. Illius dictum Adagium, quòd quum in Carpathiorum insula legatos non admitteret, illi tacerent importunéque ab eo orarent, Veniam, ubi eius animantis magna vis nata esset, ut ei mitra tot modios, fruges metere populari cœpere. Refertur & interpretatur Iulius Pollux 5. lib. de rerum vocab. & Aristoteles 10. Rhetor. 1.

Carpatus, sine aspiratione, Καρπατος, Mons est Iazygibus, Metanastis, & Dacis immunes, & in Mytium infestos, ad ripam Danubii ostia excurrens. Vide Ptolemæum in tabula nonæ Europæ. Vulgò Crapack.

Carpeia, vel Carpeo. Vide CARPETANI.

Carpentoracte, Plin. lib. 3. cap. 4. Civitas est Galliæ Narbonensis. Vulgò Carpentras.

Carpēsii, Καρπήσιοι, Gens Iberica intra Iberum & Oxy. Steph.

Carpētani, Καρπητανοί, Populi, quos Plin. lib. 3. cap. 1. in Hispania collocat ad Tagum fluvium, iuxta Vaccæos.

Cārpi, Populi sunt Africæ in Zeugitana regione, quæ mucet Africa dicitur. Plin. lib. 5.

Carpis, Καρπις, Scythiæ fluvius est. Herod. lib. 4.

Carpocrates, Καρποκρατης, Nomen cuidam hæretici, qui negabat mundum à Deo factum.

Carraca, Italiæ Vrbs sub Ventimi, Ptolemæo.

Cārrhæ, Καρραι, Civitas Arabiæ ad rubrum mare, à qua Carrhæi dicti sunt populi. Plin. lib. 6. cap. 28. Carrhæis latissimos & fertilissimos agros. ἢ Sed Carræ, ut ait Καρραι Stephanus, Civitas Mesopotamiæ trans Euphratem, Crassi & Romani exercitus cruore nobilis. Lucanus lib. 1. Assyrias Latio maculavit sanguine Carrhas.

Carsĕŏli, Oppidum est in via Valeria, non procul à Pelignis à quo ut etiam incolæ Carseoli dicuntur. Horatius memini Ovid. 4. Fastor. Fingica Carseolis, nec olivis apta Sabinis Terra, sed ad fruges ingeniosa seges.

Carsĕŏlānus, a, um. Ovid. 4. Fastor. Carseolana dicere certam Nunc quoq; lex vulpem Carseolana vetat.

Carsa, Carsis, nomen nummi ex Dario Satrapis, apud Curtium.

Carteia, Καρτεια Ptolemæo, Oppidum est Hispaniæ Bæticæ in tractu Bastulorum, ad radicem Calpes promontorium. Tartessos, Στραβωνι à Graviis dicitur. Vulgò Tarifa.

Cārtĕrĭus, a, um. ut Latus Carterium, in quo freti angustè est.

Carteiā, Magnum columnæ in Mauritania Tingitana. Plinius lib. 5. cap. 1.

Cartilea, Καρτιλεια Steph. Vrbs in Cea insula. Hæc apud Plin. lib. 4. cap. 12. corruptè (ut suspicor) Carthæa appellatum erat apud Stephanum per δ. de plebiscitum scribitur.

Cārthæĭus, a, um, Ovid. lib. 12. Metamorph. Transit & antiquæ Carthæa mœnia Cææ.

Cārthæus, adjectivum. Idem 10. Metam. Nunc facer Nymphis Carthæa tenentibus atva Ingens cervus erat.

Cārthāgo, [Καρχηδων Ger. Die gemeine Etim Carthago & Nitria ein Meer gegen Guinea über gelegen.] Vrbs Africæ totius celeberrima, quæ post Troianum bellum (ut docet Eusebius) à Didone condita fuit, & tertio bello Punico à Scipione Æmiliano penitùs eversa. ἢ Est & alia Carthago in Hispania, quã Asdrubal condidit, quæ Nova perpetuò epitheto distincta ad differentiam Carthaginis Libyæ. Vulgò Carthagena. Hæc etia à sparti copia, quod in eius agro copiosissimè provenit, Spartaria appellata est. Carthaginem autem nomen quidam a Carthaginensi oppido haud procul a Tyro diripuerant. Cicero verò lib. 2. de Nat. deor. scribit dictam à Carthagine Herculis filia, cui Byrsa prius dicerentur.

Carthaginiēnsis, Καρχηδονιος, Pro hoc sex syllabarum est, nam autore Priciano, inter n & c, interponi debet e, unde lib. 2. Si Tertiæ fuit declinationis, abiit una extrema genitivi & assumpsit tres, ut Pæon, Pœonis, Pœonensis: Carthago, Carthaginis, Carthaginiensis. Ennius: Hostem qui ferret, orbi erant Carthaginienses.

Cārtĭi, Populi Persiæ, ut scribit Strabo lib. Geograph. 11.

Cartis, Cimbrorum peninsula, dicente Plinio lib. 4. cap. 13. promontorium Cimbrorum excurrens in maria longè peninsulam efficit, quæ Cartis appellatur.

Carthennus, Καρθεννος, alias Καρθενος, Vrbs Latinorũ, gentile Carthennæus, Steph.

Cārnĭi, Populi sunt Troglodytis finitimi partim & Aethiopibus in finibus Africæ, ad latus meridiem spectans inhabitantes. Sipontius.

Caryæ, Καρυαι, Civitas Peloponnesi, quæ cum Persis hostibus contra Græciam consensit, unde postea à Græcis deleta fuit. Vitruvius lib. 1.

Caryanda, Καρυανδα, Lacus est & insula eadem nomine Cariæ regionis, non procul à Myndo. Ex Strab. Geog. lib. 14.

Cārystos, sive Cārystus, Καρυστος, Eubœæ insulæ oppidum, in littore situm, ad radicem Ochæ montis, è regione Andri situ jus meminerunt Plinius lib. 4. cap. 12. & Pompon. lib. 2. Circa hoc oppidum gignitur Amiantus lapis textilis, ex quo olim mantilia fiebant, quæ igni purgabantur. Item marmor nobilissimum, & maculatum varietate in primis commendatum, quod à loco Carystium appellabant: de quo vide Strab. lib. 10. & Plin. lib. 36. cap. 6. Lucan. lib. 5. Quã matris angustat fauces saxosa Carystos. Sita est ad pelagus Myrtoum sub Ocha monte, cui à Iovis & Iunonis concubitu nomen inditum est, aut quod oves illic pulchræ conspiant, ἀπὸ τοῦ καλὰ κτήνη. ἐστὶ enim Achæi pabulum & cibum vocant. Dicitur etiam ἀσβεστος. Lapis in hac civitate mirabilis gignitur, ex quo pannus contextus, ut sordes absergat, in ignem rejicitur. Vocantur etiam Aegæa ab Aegone loci domino, à quo & mare Aegæum. ἢ Est item Carystus locus τῆς Ἀρκαδίας juxta Arcadiam, ubi columnæ Carystiæ excisæ sunt, & vinum Carystium celebrantur, Stephanus.

Cārystēĭus, a, um. pen. prod. Ovid. 3. Fast. Quaq; Carysteis frangitur unda vadis.

Cārystĭus, a, um. Plin. Epistol. 1. 10. Vitem quatuor columellæ Carystiæ sustinent.

Cassandra, Insula in Oceano meridionali, contra Persidem. Plin. lib. 6. cap. 23. Contra Persidem, ἀφαὶ, insulæ, Philos, Cassandra, Aracia, &c.

Cassandrus, Inquit Plin. lib. 6. cap. 25. Insula est deserta in Oceano Indiam versus.

Casilini, Italiæ populi sunt in agro Campano, quorum oppidum etiam Casilinum appellabatur, quod Plinii temporibus interciderat, ut ipse testatur lib. 9. cap. 3.

Casina, pen. cor. Plaut. fabula est, nomẽ habens à Casina ancilla, quam Stalino senex, ejusq; filius, certatim depenbant. Scribitur autem nomen hoc facilè colligi potest ex fabulæ ejus argumento, in quo versum literæ capitales. Casinæ nomen exprimunt.

Casinum, penult. prod. Campaniæ oppidum est in Italia. Silius lib. 4. Mirebant fera & nebulosi rura Casini. Hujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Cassiotis, Κασσιωτις Ptolemæo, Regiuncula est Arabiæ Petrææ, Peluso ostio ab Aegypto divisa: in qua Casius mons est, Pompeii Magni tumulo insignis: à quo & Regio ipsa nomen accepit.

Cāsĭus mons [Κασιος ὀρος. Germ. Ein Berg in der Syrischen Landschafft vber Seleucien.] Trans Pelusium est, extremum Nili ostium, in ea Arabiæ Petrææ parte, quæ ab hoc monte Casiotis Ptolemæo appellatur: in quo & Iovis Casii templum erat, & Magni Pompeii tumulus ab Adriano instauratus, ut in Adriano est apud Capitolinum. ἢ Est & in Syria Antiochena Casius mons supra Seleuciam, cognomine Pieriam, ut auctor est Plinius libro 5. cap. 22. cujus altitudo in directum est quatuor millium passuum. ἢ Ptolemæus præterea lib. 5. cap. 18. Casium quendam montem collocat in Mesopotamia, non procul à Singra antro ejusdem regionis monte: cujus meminit & Suidas.

Cāsĭus, a, um. Lucan. lib. 10. Lucifer Casia prospexit rupe.

Casmene, Κασμενη, Vrbs Siciliæ. Steph.

Casos, pen. cor. Κασος, Vulgò Caso, Insula juxta mare Carpathium ambitu octogenaria stadiorum, in qua est oppidum ejusdem nominis, à Caso Cleomachi patre dicta, qui eò colonos deduxit: à quo & Casius mons in Syria nomen traxisse creditur. Meminit hujus insulæ Plin. lib. 4. cap. 12. & lib. 5. cap. 31.

Caspapyrus, Κασπαπυρος, Vrbs Gandaricæ Scythiarum versùs ortum est, inus. Steph.

Caspĕrĭa, Rhœti regis Marrubiarum uxor fuit, quæ cum Anchemola privigno corpus commiscuit. Vide ANCHEMOLVS. ἢ Est item Casperia oppidum in Sabinis, fortasse idem cum eo, quod Silius Casperiolum vocat. Virgil. 7. Aeneid. Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Severum, Casperiamque colunt.

Casperula, Sabinorum oppidũ est apud Silium, ut dictũ est.

Caspiæ portæ. [Κασπιαι πυλαι. Ger. Die enge Clus durch den Berg Taurum in Media, welche jetzo gemeiner Teutscher art weis lang ist sie sol das Thum im Wagen Tadarch heissen ziehen.] Angustiæ sunt circa mare Caspium, quod alio nomine Hyrcanum dicitur, ad octo millia passuum, esse Solin. in longitudinem existentes: latitudine tam exigua, ut vix plaustro sint pervia. Ne sententia eorum conveniat inter autores, ad quam maris partem conjungantur. Quidam Amazones portis Caspis egressas, ad Alexandrum venisse in Hyrcaniam prodiderunt: sed illæ Caucasiæ fuerunt, per quas transitus est ex Hyberia in Scythiam. Neronis quoque principis commatio ad Caspias portas (ut inquit Plinius) ad eam transitu respiciebat. Verùm mons Taurus tribus insulis interruptus, quasi portis quibusdã pertũditur in Armeniam, in Ciliciam, & in Mediam. Sed hæ tantum Caspiæ portæ appellantur, quæ apud Medos existunt, sicut ex Ptolemæo, Plinio & Strabone licet intelligere. Per has transitus est

us est ex Babylone, & Persidæ ad mare Caspium. Vnde etiam Caspiæ dictæ sunt. ¶ Iuga verò Caspia procul hinc absunt, & Armenios, ulteriores q; populos premunt.

Caspii. Populi Scythiæ ad Caspium mare, ut auctor est Pomponius Mela, apud quos fœcundissimi sunt canes, ut scribit Valer. Flaccus lib. 6.

Caspium mare. [θάλασσα Κασπία. Ital. Mar Caspio. Germ. Das Caspiſch Meer in Aſia.] Immensæ magnitudinis lacus est iuxta Caspios & Hyrcanos montes, à cuibus nomẽ accepit. Huius maris accolæ Turcæ fuisse creduntur, qui deinde cœli cupidine desiderio adducti, primùm Armenios: deinde reliquas Asiæ populis sua sede pulsis, & bona Europæ parte occupata, à sum Persico adusq; mare Adriaticum imperium suũ extendêrunt.

Caspirus, pen. prod. Κάσπειρος, Vrbs Parthorum, finitima Indiæ, cuius incolæ cursu velocissimi sunt, ut ex Dionysii Basilicis annotavit Stephanus.

Cassandane, Filia fuit Pharnaspis, uxor Cyri, & mater Cambysis, teste Herodoto histor. lib. 3. quam immaturâ morte sublatam & Cyrus ipse deflevit, & publico regnorum suorum luctu decorari voluit.

Cassandra, Κασσάνδρα, Priami & Hecubæ Filia, quæ quum ob formæ elegantiam ab Apolline amaretur, eidem corporis sui copiam promisit, si vates ab illo fieret: quod Apollo se facturum juramento firmavit. Sed quum ida promissis non staret, iratus deus fecit ut ejusdem vaticiniis nulla fides adhiberetur, quum ex Helenæ raptu futura incommoda prædiceret. Postea desponsata fuit Choræbo, ut ait Maro (Homerus verò Othryon eum nominat) qui in auxilia Trojanis veniens, in postrema nocte periit. Hanc quoq; Ajax Oileus in Minervæ templo vitiavit, ut superius auditum est. Tandem devastata Troja, Agamemnoni in sortem contigit, cui omnia fata, quæ à conjuge servarentur, prædixit: sed more solito nihil ei creditum est. Veniens igitur cum Agamemnone domum cum eodem in convivio tussa Clytæmnestræ ovisa est. Vid. Virgil. 3. Aeneid. Sola mihi tales casus Cassandra canebat. ¶ Alia fuit Cassandra Sabatis Elia, quam Bellerophonti nupsisse Homerus autor est. ¶ Est & Cassandria oppidum, & Cassandria volumina, de quibus infrà in POTIDÆA.

Cassaniteæ, Κασσανιτέαι, Populi sancti in littore maris rubri incolentes, Stephanus.

Cassera, Macedoniæ oppidum, apud Plin. lib. 4. cap. 10. in descriptione Macedoniæ.

Cassinorus, Κασσίνορος, Vrbs Aegyptia, Steph.

Cassienus, martyr apud forum Cornelii, ubi & jacet, & quid venerat peregrinationis gratiâ & Bessianæ fieri mandat, cujus erat civis & præsul: quarum apud forum Cornelii docuerat, jussu Iuliani Imperatoris, qui prohibuerat Christianos docere, thelis discipulorum contortus est. ¶ Alius ejusdem nominis Alexandrinus sub Iovinano in Italiam venit ex, apud Ortanum templum construxit, cujus & præsul electus inde peregrinando Augustodunum venit, & episcopo Simplicio, viro sancto successit. ¶ Alius monachus Honorii tempore à Hierosolymitana Ecclesia ab Hæreticis ejectus, Massiliam venit, ubi duo condidit cœnobia: scripsit & de monachorum institutis, ubi docet, cibi abstinentiam omnium virtutum esse fundamentum. Volaterranus.

Cassipea, Vide CASSIOPÊ.

Cassilfirm, Vulgò Cassel. Vrbs Hassiæ, Vide Sterenbergium.

Cassinuta, Teste Varrone lib. 6. de ling. Lat. Oppidũ Samnitium fuit, qui à Samnis orti traxerant: id oppidum à vetusto nomine Casci, quod Sabinorũ lingua antiquum significabat, unde & Farum vetus Cassinum appellatum est.

Cassiodorus, Κασσιόδωρος, Ravennas fuit, Theodorici Gothorum regis præceptor, qui ex Senatore factus monachus, Psalterium Davidis explanavit. Extant & ejus ad Theodoricũ Epistolæ. Volaterranus.

Cassiope, sive Cassiopea. [Κασσιόπη. Germ. Die Königin der Mohren / oder Mutter Andromedæ.] Cephei regis Aethiopum uxor, & Andromedæ mater, quòd gloriaretur Nereidibus se se corporis pulchritudine præstare, illarum indignationem incurrit. Nympharum enim jactantia ejus irritatæ, incredibilis magnitudinis cetum submiserunt, filiamque ejus pulcram, nomine Andromedam, Ioco alligarunt, cetoque devorandam proposuerunt: quæ tamen Persi virtute liberata, eidem nupsit. Cassiope verò à Deo inter sidera relata, inter Cassiopen translata traditur, & ut aliquantò secùs, vertente se cœlo, retrorsum capite ferri, pedibus ipsius in ipsa Arctici circuli circumductione positis, dextram cubiti partem, & dextra manu tangit, & prope Medeam circuli facies dividitur, non procul à Cepheo genu. Occidit cum Scorpione, exoritur cum Sagittario. In capite ejus stella est ardentium una, in ore quinque insignes, in mamilla dextra clara una, in humero una, in sinistro femore duæ, in genu una, in pede ipsius dextro una, in quadrato, quo figuram ejus circumscribunt, una, in utriusq; angulis singulæ, cæteris clarius lucentes. ¶ Fuit item Cassiope, oppidum Epiri mediterraneum, à quo Cassiopæi populi dicti sunt, quorum meminit Plinius in proœmio lib. 4. Stephanus Cassiopam, Κασσιόπη, appellat. ¶ Item oppidi nomen in Corcyra insula, apud eundem lib. 4. cap. 12. quod Ptolemæo Cassiopolis dicitur.

Cassius, Κάσσιος, &c. Viri proprium, qui magister equitum fuit. ¶ Sp. Cassius regni affectati crimine damnatus, cui plus suspicio cõcupitæ dominationis nocuit, quàm res magnificè Cõsulatus, ac duo spectatissimi triumphi profuerunt. Senatus enim, Populusq; Rom. non contentus capitali cum supplicio afficere, interempto domum superjecit. In solo autem ædem Telluris fecit. Auct. Valerius lib. 6. cap. 3. ¶ Cassius CONSUL Tigurinis Galliæ pago Helvetiorum, qui à civitate decesserat, in finibus Allobrogum cum exercitu victus est: milites, qui ex ea clade superessent, obsidibus datis & dimidia rerum omnium parte, ut eos ulmes dimitterentur, cum hostibus pacti sunt, tempore quo fugatus est à Mario. Liv. libro 65. Cæsar Belli Gall. lib. 1. Tigurinus pagus quum domo exisset, patrum nostrorum memoria, L. Cassium Consulem interfecerat, & ejus exercitum sub jugum miserat. ¶ Item Cassius Tribun. plebis C. Mario, L. Flacco COSS. plures leges ad diminuendam nobilitatis potentiam tulit: in quibus, ut quem populus Rom. damnasset, eive imperium abrogasset, is Senatu non esset. Fuit & inter competitores Ciceronis in Consulatu. Autor Pædianus Cicero pro Roscio Amerino. L. Cassius ille, quem populus Rom. ventilissimum & sapientissimum judicem putabat, &c. ¶ L. Cassius, dux Pompejanus, cum decem navibus, ardente bello civili, transiit ad Cæsarẽ. ¶ Cassius item Longinus Iurisconsultus, quòd C. Cassii pernitiosi Cæsaris nomẽ ac flammata haberet, jussus est à Nerone mori: princeps fuit Sereni Salpitii, ac Eques Romanus, ut scribunt Tranquillus & Pomponius. ¶ Fuit & Cassius Severus, de quo Quintilianus sic scribit lib. 12. cap. 1. Cassius Severus, si sacceris virtutibus colorem & gravitatem orationis adjecisset, pœnendus inter præcipuos foret. Nã & ingenii plurimum in eo, & acerbitas in ira, & urbanitas, & vis summa: sed plus stomacho, quàm cuilibet dederat. Hæc ille. Hujus Cassii libri ex Senatusconsulto, abolitæ sunt, ut autor est Tranquillus. ¶ M. Avidius Cassius, præfectus exercitus Antonini principis in Oriente, dum Imperator ipse res in Germania gereret contrà Marcomannos, defecit. Iraq; relicto bello, Imperator eum cũ exercitu petit ac superat. Caput ei ablatum videre nolunt, recordatus antiquæ amicitiæ. ¶ Cassius præsul Narnensis sæpe Turonicis Gallorum, cui occurrens, animum placavit, ne civitatem everteret. Memorat hujus Gregor. 3. Dialogo. ¶ Cassius poëta Parmensis fuit, cujus ingenium in scribendo carmine mirè concitatum & promptum prædicat Horat. 1. Serm. Sat. 10:

at siquis pedibus quid claudere senis
Hoc tantum contentus, amet scripsisse ducentos
Ante cibum versus totidem cœnatus, Heroïci
Qualis fuit Cassi rapido fervente furore
Ingenium capsis quem fama est esse librisque
Ambustum propriis. Hic aliquot generibus stylum exercuit, inter quæ opera elegiaca & epigrammata ejus laudantur. Hic est qui in partibus Cassii & Bruti Tribunus militum militavit: quibus victis Athenas se cõtulit. Quintus Varus ab Augusto missus ut eum interficeret, studentem reperit, & perempto eo scrinium cum libris tulit: unde multi credidêrunt Tragœdiam Cassii Parmensis fuisse. Scripserat enim nullas alias tragœdias. Acron in illud Hor. 1. Epist. 4. Scribere quod Cassii Parmensis opuscula vitat.

Cassianus, pen. prod. adjectivum. Cic. pro Mil. Itaque illud Cassianum.

Cassius, aliud adjectivũ est, Cassia via. Cic. 12. Philip. Tres erigo, ut dixi, viæ: à supero mari, Flaminia: ab infero, Aurelia media. Cassia Ibidẽ Etruriam discriminat. Cassia. Item: Potest Cassam vitare, tenere Flaminiam.

Cassopa, pen. pro. Κασσώπη, Stephano, Oppidum est Molossorum, quod à Pyrrho Cassopen vocari suprà ostendimus.

Cassubala, Κασσούβαλα, Stephano, Ciliciæ oppidum, apud Plin. lib. 5. cap. 26.

Castalius, [Κασταλία. Germ. Ein Brunn unden am Berg Parnaſſo beim Apollone und den Muſis gelegen.] In Phocide, ad radices Parnassi montis, fons non procul à Delphis, unde & Apollinei & Musis sacer creditur: ita dictus à virgine Castalia, quæ Apollinem fugiens, præceps lapsa, & in fonte versa dicta cujus nomine Musæ ipsæ Castalides appellantur.

Castalo, Κασταλών. Maxima civitas Britanniæ (nimirum Britanniæ legendum) gentile Castalonites. Steph.

Castax, Κάστακος, Vrbs Iberiæ, gentile Castaræus, Steph.

Castanea, Κασταναία, Eudoxus perétibit. Καὶ κασταναίαν κατὰ

γραφει δε ὁ ἐξηγητης, Gentile Caltancor, Steph. nec aliud addidit.

Caltania, καλτανια, Vibs prope Taracum, gentile Caltaniates. Stephan.

Calthemes, Thraciæ ficus juxta Byzantium. Plin. lib. 4 in descriptione THRACIÆ.

Castianira, καστιανειρα, Uxor Priami pulcherrima, quam ex Asfemo Thraciæ urbe duxit uxorem, & Gorgythionem ex ea genuit. Homerus lib. Iliad. 8.

Castinum, καστινον, Mons in Aspendo Pamphyliæ, gentile Caltinus.

Castologi, A Plinio numerantur inter Belgas, lib. 4. cap. 17.

Castolus, penult. prod. καστωλος, Lydiæ urbs ita dicta à Dutiana condonatoribus, quos Lydi καστωλους appellant. ¶ Hinc Castoli campus, καστωλου πεδιον, apud Xenophontem. Vide Stephan.

Castor, & Pollux, καστωρ & πολυδευκης, Fratres gemini fuerũt, Iovis ex Leda filii, qui & Tyndaridæ passim à poetis appellantur, quemadmodum & Helena sororipotrima, Tyndaris. Hi, ubi primum adoleverunt, mare piratis liberaverunt, & obid diu matris hanti sunt, quos in repellatæ natare solent cupiocare. Post hæc Colchos cum Argonautis profecti sunt: qui in expeditione Pollux Amycum Bebrycorum regem, insidias sibi struentem interfecit. Deinde domum reverti, Helenam ut sororem à Thesco raptam, receperunt, Aphidna urbe, Thesco absente, expugnata. Tandem quum Castor diem suum obiisset, ferunt Pollucem (qui eodem cum Helena ovo natus, immortalis erat) fratris desiderio à Iove petisse ut immortalitatem suam cum fratre posset partiri: quæ ei impetrata, alternis eos & mortem oppetisse, & revixisse. Cui fabulæ occasionem dedit Geminorum natura, quorũ altero oriente, alter occidit, & conversò. A Græcis διοσκουροι, hoc est, Iovis filii, ἀπο του διος appellati sunt, & inter deos σωτηρες, hoc est, salutiferi numerati: quibus etiam Romæ insigne delubrum erat templum in foro, quòd Romani adversus Latinos periculosissimo in prælio supernas sibi fuisse crederentur. Nam (ut Dionysius lib. 6. Antiquitatum Latinarum) in pugna ad lacum Regillum apparuerunt forma augustiore, ducentes equitatum Romanũ adversus Latinos, hastisq. ferebant, propellebantq. adversarios: socios verò cohortabantur. Quæ postea ipsorum causa fuit, ut Latini fugarentur, & castra expugnarentur. Idem mox citi sunt fidorem equorum abluere juxta fontẽ Iuturnæ: deinde è conspectu mortalibus se subduxerunt. Hinc Aecastor adverbium natum, quasi per eadem Castoris, quo fœminæ uterentur, quemadmodum viri soli per Hercle jurabant. Ædepol verò erat jusjurandum tẽ vitra quàm muliebribus commune.

Castor, καστωρ, Medicus antiquissimus, docuit piperis tum herbæ (quam alio nomine Siliquastrũ nominant) bibi contra morbos comitiales. Autor Plin. lib. 20. cap. 15.

Castrã Cornelia, Locus Zeugitanæ Africæ. Plinius libro 5. capite 4.

Castrimonienses, Italiæ populi, apud Plin. lib. 3. cap. 5. Cubulterni, Castrimonienses, Cingulani, &c.

Castritius, Stellam fachonis vir fuit, qui quum Placentiæ magistratum gereret, Cn. Carbonã à Placentinis obsidẽ petenti, neque Syllam deserere, constanter denegavit, nonante hæc Carbone trucidatos gladios haberet. Ergo, inquit, antequã Carbone trucidatos gladios habeat, ego, inquit, animo. q Fuit & T. Castricius Rhetorices professor Romæ, Adriani temporibus, cui credibile, moriens, nominis primus erat charus. Vide Gell. lib. 13 cap. 10.

Castrum Novum. [Ger. Ein Statt in Italien nahe bey der Enbre auffhalb Petrara / heisset jetzt Corneto.] Italiæ oppidum est, nõ procul ab ostiis Tyberis, apud Pomp. Lib. 2, & Plin. lib. 3. ca. 5. Vulgò Corneto.

Castulones, Populi sunt Hispaniæ in cõventu Carthaginiensi, apud Plin. lib. 3 cap. 1. Quorum oppidum Castulo in Bætica est regione ad Anam fluvium. Vulgò Cestona la vieja.

Castventillan? Italiæ populi in extra regione, apud Plin. lib. 3. cap. 14.

Castvertunus, Fluvius est in sinu Tarentino, apud Plinium lib. 3. cap. 11.

Casurgis. Ptolem. libro 2. cap. 11, Oppidum est in Septentrionali parte Germaniæ. Quidam longitudinis & latitudinis cõjectura ducti arbitrantur regem esse cum Praga, Boemiæ urbe, ortus caput.

Casus. Vide CASOS.

Carthabanes, Populi sunt Arabiæ desertæ, apud Plinium lib. 5. cap. 11. quorum meminit & Strabo lib. 16. quos tamen Catabanentes vocat.

Catabathmus, καταβαθμος, Vallis est & oppidum in finibus Cyrenaicæ regionis, ea in parte qua Cyrenaica à Marmarica discriminatur, LXXXVIII. passuum à Paretonio distans. Catabathmi autem à re ipsa nomen accepit, eò quòd ea in parte, qua Mareotidem contingit, admodum declivis sit, quodque nonnisi præcipiti descensu adeatur. Nam καταβαινειν, descendere etiam unde καταβασις, & καταβατης, idem quod descensus. Plin. lib. 5. cap. 5: Finis Cyrenaicus Catabathmus appellatur, oppidum, & vallis repente concava.

Catacecaumene, καταικεκαυμενη, Mæoniæ regio, non procul ab Ephesto, arboribus carens, vite excepta, quæ generosissimũ fert vinum, quod καταικεκαυμενον appellant. Vide Strab. libro 13.

Cataceti, Asiæ populi circa Mæotin, ut docet Plinius lib. 6. capite 7.

Catadupi, Aethiopum populi ad fluvium Nilum cataractã, ubi inter occursantes scopulos tanto fragore Nilus aquæ ruunt, ut minima loci vehementia auditus instrumentum vitient, & accolas planè surdos reddant. Plin. lib. 5. cap. 9. de Nilo flavio: Sunt ibi nullis impactus, tonitrui incitatus instrumentis, potiorẽ inclutus montibus, nec alibi torrentior, vectus aquis properantibus ad locum Aethiopum, qui Catadupi vocantur, novissimo cataractæ inter occursantes scopulos non sine immenso fragore creditur, sed ruere. Vulgò Monter de Nile.

Catalaunum. Vide CASVLLINVM.

Catalon, Vide CHALA.

Catanã, pen. corr. [καταινη Stephano. Germ. Ein Statt in Sicilien unden am Berg Aetna gelegen, heisset jetzt Catania.] Siciliæ oppidum, ad radicem Aetnæ montis situm, patria Charondæ, inter Atheniensium legislatores in primis celebrati. Catanæ lituus in sepulchrum fuit Cereris, teste Cicerone 7. Ver. quod à vitio non admodum longe, sed nec alpici quidem tolerabile. Legitur & Catina per tertium vocalem in secunda syllaba. Silius libro 14. Tum Catina ardenti sinitima vicina Typhœo. Vulgò Catanea.

Caranira, καρανειρα, Insula ad Cumbis è regione Lesbi, Steph.

Catarini, καταρινοι, Populi ad mare Caspium, Steph.

Cataronia, καταρωνια, Cappadociæ pars Comagenæ prætenta, Hasymene oriunda. Autor Plin. lib. 6 cap. 2. & 3.

Cataphrygæ, Hæretici qui in Phrygia fuerunt, ut Montanus, Priscilla, & Maximilla. Hi spiritus sancti donũ non Apostolis, sed ibi tradium allegabant.

Catari, Pannoniæ populi sunt. Plin. lib. 4. cap. 25.

Catarrhus, (quod corripitur hic legebatur) Vide CATAONIA.

Catarrexen. Vide CAMBYSEN.

Cathæa, καθαια, Vitis Indica, ubi formosissimum deferunt, ut formosissimum regem eligant. Steph.

Cathalaunum. Vibs Galliæ Belgicæ, Vulgò Chalons.

Cathareus, Vide CATHANEVS.

Catmalotus, καθμαλωτος, Nicanor nominatur apud Stephanum in Mitza.

Cathi, Pro Germaniæ populis. Lege CHATTI.

Cathon, Insula à Pomponio inter Cycladas numeratur. Plinio tamen præterita nihil quis Cathonem, quam Plinius in Laconico sinu esse ait, intelligere velit. Ex Vadiano.

Cati lacus. Dicebatur ex quo aqua Petronia in Tyberim Eucharistia in agro erat cujus fecit Cam. Autor Festus.

Catilina, [Germ. Ein Gesell zu Rom / der wolte das Stat ein mal verterben angerichtet haben / worüber Durch Ciceronem entdeckt ward.] Civis Romanus fuit, conjurationis contra patriam inita auctissimus: cujus impii conatus Ciceronis prudentia oppressi sunt. Lucanus lib. 7: Pacificas fævus sensit Catilina tecutas. Vide Salustium de bello Catilinario.

Catillus. Tiburis fuit Amphiarai, qui cum fratribus Cora & Tiburto in Italiam venit, unde reliquis adjuvantibus Tibur cõdidit, & à nomine fratris nomen imposuit. Virg. 7. Æn. Catillus q; acerq. Coras, Argiva juventus. Silius lib. 8. & Tibur Catillo tum. Interpretationibus tamen Virgilii exemplaribus Catillus legitur per y.

Catina, Vide CATTINA.

Catinia, Vulgo dicitur urbs Siciliæ quæ olim Catana.

Catizi, teste Plinio, lib. 4 cap. 11 Pygmæi dicti sunt, qui circa Germaniæ Thraciæ urbem incolussent, à grubus (ut creditur) fugati.

Catre, κατρα, Civitas, gentile Catreus, Steph.

Catrabanta, καταβανα, κατραβανα, Iuxta Arabiæ, Steph.

Cato, Cognomen Porciæ familiæ fuit, quæ ex Tusculano municipio ortum traxerit. Quo primus Romam se contulit M. Porcius Cato, postea Censorius appellatus, persuasione, atq; amicitia Valerii Flacci adductus. Hic tribunus militum in Sicilia fuit. Prætor Sardiniam subegit, ubi ab Ennio fuit Græcis literis institutus, quum jam natu grandior esset. Consul deinde cum eodẽ Flacco creatus, citeriorem Hispaniam fortius est, ubi rebus feliciter gestis, urbium omnium muros, quæ ictæ sexum erant, uno die solo æquari iussit. Autor Polybius. Hunc Plinius lib. 7. cap. 27, summis laudibus extollit, absolutum eum imperatorem, Senatorem, & Oratorem appellans.

Scriptis

Scriptorum de Rerust. item alium de Origin. bus urbium Latii, & Orationes quasdam. Horum duo fuerunt Filii, quorũ alter lib. Paulo Aemylio magnã cum laude in Macedoniam misit. Alter, qui ex nomine matris Salomine tuit cognominatus, parem adhuc superstite, ijs Praetor designatus, extinctus est, egregiis de Iure civili volumin bus relictis. Autor Gel. lib. 2. cap. 14. ¶ M. Cato Vticensis, M. Porcii nepos fuit, quem & vitae, Stoicæq; disciplinae severitate referebat. Hic nudis interdum pedibus, breviq; toga in publicum prodibat, dicte adfuc facienda, non nisi turpibus rebus erubescere. Consul atum frustra petiit, quod virtuti suae fidens, populo non nimium submissè voluerit supplicare. Martiam coniugem roganti Hortensio amico liberorum causa concessit eandemq; post Hortensii mortem recepit. Id quod Cęsar avaritiae causa ab eo factum fuisse, calumniatus est. Dimisit, inquit, inopem, ut locupletem reciperet. Toto civilis belli tempore intonsus fuit. Post Pharsalicam pugnam, Vticam tele recepitq; à Scipione infeliciter gesta, perlecto Platonis de animę immortalitate Dialogo, qui Phędon inscribitur, necem sibi consciv. ¶ Hic tantae fuit apud populum autoritatis ac fidei, ut de rebus incredibilibus proverbio diceretur, ut inquit Plutarchus: νῦν μὲν ἐστὶ Κάτωνος ἀξιόπιστα, Illud incredibile est, etiamsi dicat Cato. Et orator quidam quum hyperbolicãs diceret minus non esse credendum, adjecit. Ne Catoni quidem. Cicer. Epist. ad Attic. lib. 2: Quid Caro ille noster, qui mihi unus est pro centum millibus? ¶ Tertius Cato, proverbialis est ironia in vivos, impedio tetricos, atq; alienae vitae cęlores. Iuvenal. habebat jam Roma pudorem Tertius è coelo cecidit Cato.

¶ Fuit & Cato quidam Grammaticus Syllae temporibus, cujus meminit Tranquillus.

Catoni, Plinio populi sunt Scythiae, circa Mæotin agentes, lib. 6 cap. 8.

Catopterium, κατοπτήριον. Locus excelsus supra Anemoriã Phocidis urbem, ut in Anemoria diximus.

Catria, Vide AEGVSSA.

Catti. Vide CHATTI.

Cattiterides, Vide CASSITEROS.

Cattuca, Vide CATIZI.

Caudiana Porta Romae dicta est, quia nõ longè ab ea ad planitiem Caudinae fyeus, fragibus inimicum, rusticanos immanitatem, ut fruges flavescentes ad maturitatem perducerent. Festus.

Caullus, Poëta Veronensis, natus anno ante Sallustium, Sylla, Mariq; temporibus, in poëmatis cum lascivus, tum mordax, quippe qui Cæsari maximo conservo minimè peperci t, Iambis eum criminatus: reconciliatus nihilominus, ac eodẽ die ab eo coenae admissus est, ut autor est Tranquillus. Scripsit de passere suae Lesbiae: celebravit nuptias Manlii: amavit Iuventium, & Clodiam, quam ficto nomine Lesbiam vocat. Scripsit & alia inculta. Mortuus est Romae. Ovid. lib. 2. de Trist. Sic fuit lasciva castitate est saepè Catullo Femina, &c.

Catulus, Cognomen nobilissimae familiae Lutatiae, à Catoni ob calidum ingenium ita additum. Ex hac familia fuit Quintus Lutatius Catulus, qui Poenos apud Aegates insulas navali praelio superavit, lexcentis eorum navibus aut captis, aut depressis. ¶ Fuit & alter Catulus, C. Marii in quarto Consulatu collega, & in Cimbris profligandis adjutor: à quo postea regnante Sylla mortis jussus, hausto vivis carbonibus se praefocavit. Hic est ille Catulus, cujus postea manes Sylla Marii luctuosis manibus placavit.

Catuscionium. [κατυσκευώνιον. Germ. Ein Stam in England/ heist jetzt Cardal, alias Cardelia.] Britanniae insulae oppidum est Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Caturiges, Ital. populi sunt, trans Padum à Plin. lib. 3. cap. 16. in undecima Italiae regione collocati.

Cavares, Narbonensis Galliae populi sunt, quorum metropolis est Avenio Autores Plin. lib. 3 cap. 4 & Mela lib. 2.

Caucasus, pen. corr. [Καύκασος. Germ. Ein hoher und hoher Berg in Asia, so gegen Mitternacht an Scythien stosst.] Mons in India editissimus ad Septentrionem versus Scythas, Indiam à Scythia dimens, asper & inhospitalis. Virg. 4. Aen. Sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus. Hic feritatem adeo studiis esse, ut ab eo altera majora visantur, & eorum ortus, occasusq; diligenter perspectentur, quòd fieri Scythae, cum mõtis accolae, ferro nonnisi permutationis causa habuerit.

Caucãsius, a, um, καυκάσιος. Virgilius Aeglog. 6 Caucasiasq; refert volucres.

Cauchae, Campi sunt, quos Tigris fluvius Septentrionẽ versus flexus ferat. Plin. lib. 6 cap. 27.

Caucon, Vide in APPELL.

Cauconea, καυκωνία, Regio à Caucane rege aut fluvio dicta, Steph. Vide MACISTVS.

Caudis vel Caudium, Oppidum Samnitium: unde Caudinae furcae, & Caudinae fauces, nobilitate insigni clade & ignominia, quam Romani exercitus sub Sp. Postumio à Samnitibus acceperunt. Lucan. lib. 2: Virtus Caudinas speravit vincere furcas. Caudinae fauces apud Solinum lib. 8.

Caulici, καυλικοί. (Apollonio Cauliaci) populi juxta Ionium sinum, à monte sic dicti.

Cavindana, Vide CANINDANA.

Caulon, onis, καυλών, Oppidum est in prima Italiae fronte apud Locros, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 10. Virg. 3. Aeneid. Caulonisq; arces, & navifragum Scylaceum. Quanquam ibi Poëta non tam de oppido, quàm de promontorio loqui videtur. Hanc urbem Strabo lib. 6. Pomponius lib. 2. & Stephanus de Vrbibus Cauloniam appellant, καυλωνίαν.

Caumas, Vnus è Centauris, Ixionis filius, Boccat. lib. 9.

Caunus, καῦνος, Vulgò Kaune, Cariae oppidum maritimum, è regione Rhodi, nõ procul ab ostiis Calbis fluvii, ęstate & autumno ad inhabitandum grave, ob calorem & pomorum copiam, ut scribit Strabo lib. 14. Ob id Caunis pestilenti coelo esse dicebatur. Hos quum intutus esset Straconicus citharoedus, hamo salibus plenus illum ex 6. Iliad. versiculum in eos protulit: Οἵη περ φύλλων γενεή, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν, id est, Tale quidem genus est hominum, qualis est foliorum. Colorem videlicet quo omnes pallebant, foggillans. Caunii verò quum hominem incessissent acrius, quod urbem ut morbidam carperet. Ego, inquit, non morbidam dicere ausim, sed mortui ambulant urbanius multò sermoq; quam prius illudens. Ab hac civitate advehebantur fici, Caunicae dictae. Cicero libro 2. de Divinat. Quum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret, quidã in portu caricas Caunio advectas videns, Cauneas dimittabat. ¶ Est etiam CAVNVS, nomen proprium viri, cujus soror Byblis impotenter illum adamavit, à quo quum esset repulsa, sibi nectet mortem conscivit. Ovid. 9. Metam. Hinc locus adagio: Caunius amor, καυνίου ἔρως. De fœdo amore dicebatur, aut ubi quis ea delideraret, quae nec; fas esset concupiscere, utq; liceret assequi. Diogenianus & Eustathius.

Cauris fum Ptolemaeo, Lusitaniae oppidum: alio nomine Caura, vulgò Cora.

Caurus, καῦρος, Insula erat, quae postea dicta est Andros: deinde Autandros, Plin. lib. 4 cap. 12. Vulgò Andro.

Caurus, [ἀφηλιώτης. Ital. Ponente maestro. Germ. Der Wind so von dem Sommerlichen niedergang der Sonnen herwehet. Flandr. Noordwest west. Vol. Wind zwischen Nord und West. Vng. Napnyugat/ Zephyrus. Ang. The south west wind.] Ventus ab Occasu hibernus flans, qui & Corus dicitur. Virgilius 3. Georg. Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.

Cauris, auris, καῦρις, Vrbs Thelphusiae vicina in Arcadia, ubi Cauris tribus fylaris, Aesculapius colebatur, Steph.

Cayeus, Vide CATOVS.

Cayster, [Καΰστρος. Stephano. Germ. Ein fluß in Lydia/ im mittelsten viel Schwanen hat/ so auch in der Stadt Ephesi herumb fleußt.] Fluvius Lydiae, Smyrnae proximus, cygnis abundans: cui multos annos fere à defectu Ephesum abluit. Dicitur κάϋστρος, quod est ἄμαυρος, quodammodo propinquus sit Caracecaumenae, quae pars est Ephesiae praetorridae & deusta fertilis nulla, praeter vitem, arbore fed vino praestantissimo, quod Virruvius & Plin. Catarecaumenen ex hac origine denominant.

Caystri campi, κάϋστρου πεδίον, Stephano, campi sunt foecundissimi sub Sardibus: Lydorum urbe, Cori & Hermi campis contigua: dicti à Caystro vicino fluvio. Virg. Caystria prata virent, lib. 1. Georg. Vide plura apud Strabonem, lib. 13.

Caystrus, κάϋστρος, Oppidum est Ciliciae mediterraneum, teste Ptolemaeo, lib. 5. cap. 8.

C ante E.

Ceã, sive Ceos (utroq; enim modo appellari autor est Plin. lib. 4. cap. 12.) Insula est sub Euboea, bombycinarum vestium textrinis olim nobilitata. ¶ Hae enim insula Pamphila Latoi filia prima adorta est bombycum telas retorquere, texq; rursus texere, ut refert autor idem Plin. lib. 11. cap. 22. Hinc Ceae vestes dictae sunt, quae in hac insula ex bombyce tenuissimae texebantur in usum fœminarum. Propertius: Et tenues Ceae vestis onus leve. ¶ Ptolemaeus nunc insulam Cian appellat, ut hodie quoque vigilis nauticis. Vrbes olim habuit tres, Carthaeam, Iulidem, & Coressum.

Cecrops, κέκροψ, Cecropis rex fuit, pater Erechthei, & avus Euphemae, cujus meminit Homerus Iliad.

Cebes, etis, ὁ Κέβης, Thebanus fuit Philosophus, cujus etiam hodie extant Dialogi, quibus tale duplicem humanae vitae speciẽ in tabula quadam ob oculos ponit. Vide Suidam & Lactetium.

Cebrēnsis, κεβρηνίς, Regio nuncupata est Troadis ea oppidi ejusdem nominis, non procul à Scepsi: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 30. ¶ Fuit & Cebrene in Thracia, diœcesi Straboni lib. 13. Et fluvius quidam Artisous in Thracia, propè quem Cebrenii Thraces habitant. Multa enim apud Thraces, & Thraces eisdem nominibus appellantur, ut Scae Thraces quidam, & Scaeus amnis, & Scaeus murus, & Scaeae Trojanae portae. Item Xanthi

Thraces, & Xanthus Trojæ fluvius. Arisbus quoque in Hellesponto mentitur. Aris da Troję civitas est. Ité Rhetus apud Trojam fuit, Rhebas etiam Thracum rex fuit. Dicta est autem Cebrenia vel ab amne Cebrene (ut ex sententia Herodiani refert Steph.) vel, ut alii malunt, à Cebrione Priami nothо, quàquam Strabonі magis placet Cebrionem potiùs à Cebrenia, vel (ut apud eum legitur) Cemmia urbe nomen accepisse.

Cebrēnis, hujus Cebrenidis, fœm. patronymicū, κεβρηνίς. Ovid. 1. Metam. Aspicit Hesperien patria Cebrenida rupe. Statius in Sylv. Viduæ Cebrenidos arida fletu Flumina.

Cebrēnis, pen. prod. κεβρήνιος, Nomen gentile Aufonium:

Sic qui vænalis tam longa ætate Cebrenus
Non habet emptorem, fit tibi pro pretio.

Cebrica Chersonesus, κεβρικὴ χερσόνησος, nominatur apud Steph. in mentione Saxanum fortè Cimmerica legendum.

Cebriōnes, κεβρίονες, Filius fuit Priami, sed illegitimo toro natus, qui à Patroclo saxo ictus, interiit. Iliad. ν.

Κεβριόνην ὃς τόν γε κασιγνήτοιο νόθοιο: id est,
Cebrionem haud propria Priamo de conjuge natum.

Cecina, Fluvius est Thraciæ, ad Volaterras, autore Pomponio lib. 2. & Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò Cecina.

Cecinna, Prænomine Aulus, Eques Romanus fuit, ex municipio Volaterrano: Ciceronis familiaris, & ab eo in causa quadam hæreditatis defensus: de quare etiam nunc extat Ciceronis oratio. Hic tempore belli civilis non contentus Pompeii partes sequi, edito etiam in Cæsarem libro, acerrimè eū infectatus est, ut est videre apud Ciceronem in Epist. Famil. ¶ Scripsit & librum de fulminum procreatione, quem Seneca se fatetur imitari. ¶ Fuit etiam Cecinna quidam ex Octavii Cæsaris scribis, cujus meminit Cic. in Epist. ad Atticum. ¶ Cecinna item alius fuit, ex Vitellii ducibus, qui apud Bebriacū cum Othonianis feliciter dimicavit. ¶ Memorat & Suetonius in Tito cujusdam Cecinnæ, qui ob suspitionem conjurationis ab Imperatore ad cœnam invitatus, perfidiosè interfectus est.

Cecrops, [κέκροψ. Germ. Der erste König in Athen.] Primus Atheniensium rex, qui annis quinquaginta regnavit. Hic Athenas instauravit.

Cecrōpidēs, æ, um, pro Festivum, κεκροπικός. Virg. lib. 4. Georgic. Cecropias (sanatus apes) amor urget habendi.

Cecrōpia, Oppidum à Cecrope condituse: nunc est arx Athenarum. Plin. lib. 5. cap. 30. Oppidum, inquit, Cecrops à se appellavit Cecropiam, quæ nunc est arx Athenis.

Cecrōpis, idis, κεκροπὶς, Patronymicum fœmininum.

Cecrōpidæ, κεκροπίδαι, Athenienses dicti sunt, à Cecrope rege. Ovid. 7. Metam. Phocus in arctius spatium, pulchrosque recessus Cecropidas duxit.

Cecryphalea, κεκρυφάλεια, Promontorium, seu insula Peloponneti, juxta quam Athenienses ab Aegyptiis prælio superari fecerunt, Steph.

Cēdar. [קֵדָר kedhár, κεδάρ.] Regio Arabiæ, ut apud Isaiam: Auferetur omnis gloria Cedar. Nam (ut inquit Hieronymus) ex Ismaële Cedar & Agareni, qui perverso nomine Sarraceni vocantur, genesim ducunt.

Cedrea, κέδρεα, Cariæ oppidū, cujus incolæ Cedreatæ, & Cedrei appellantur. Steph.

Cedrei. [יִשְׁבֵי קֵדָר yishbéi kedhár.] Arabiæ populi sunt, Candeis & Nabathæis finitimi: quorum meminit Plin. libr. 5. cap. 11.

Cedropolis, κεδροπόλις, Oppidū in Caria: à quo Cedropolitæ.

Cedros, Insula est in Germaniæ finibus: cedri genere silvosa, inde electrum in petras defluere dicitur. Perottus.

Cedrosia, κεδροσία, Populi prope mare rubrum. Steph.

Cēlādon, pen. corr. κελάδων, Amnis est ignobilis, in Alpheum influens, apud Strab. lib. 7. Georg. ¶ Est etiam Celadon nomen unius ex iis, qui una cum Phineo in aula Cephei regis Aethiopum, Perseo vim inferre conati, perierunt. Ovid. 5. Metamor. Occidit & Celadon Mendesius, occidit Alcteus.

Celadonte, ues, pen. prod. κελαδόντη, Oppidum Locridis, apud Steph. unum quo Gentile, Celadonensis, is, um.

Cēlādūsa, κελάδουσα, Insigne est insula maris Aegæi, Delo proxima, cum angusto freto ab ea divisa, ut catena aliquando ei fuerit annexa. Aliis nominibus Rhene, & Artemite dicitur. In hac Delii mortuos suos sepelichāt, religione scilicet prohibente, ne quenquam in Delo humarent. Vide Thucydidem Belli Peloponnesiaci lib. 4. & Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Sunt item Celadusæ parvæ aliquot maris Adriatici insulæ, Liburniæ adjacentes: quarum meminit Plin. lib. 4. cap. 26.

Cēlænæ, κελαιναί, Collis est Asiæ propriè dictæ, in quo urbs fuit ejusdem nominis, ex qua Antiochus Soter incolas transtulit in eam, quam à nomine matris Apamiam appellavit. Auctor Strabo lib. 12. Plin. verò lib. 5. cap. 29. Celenas eadem facit cum Apamia. Ternus (inquit) convenarum Apamiam vadit, ante appellatam Celenas. Circa hanc urbem fluit Marsyas amnis: ibiq; volunt poetæ Marsyam tibiarum cantu cum Apolline certasse. ¶ Celænas item alias collocat Plin. lib. 5. cap. 31. in ea parte Asiæ, quæ Phrygiæ superjecta est, juxta Andrii, Anceyram, & Calatias.

Cēlæno, κελαινώ, cum diphthongo. Fuit una ex Harpiis, ἀπὸ τοῦ κελαινοῦ τοῦ ὄρους: hoc est, à nigredine aëris appellata. Virgil. 3. Aen. Una in præcelsa consedit rupe Celæno Infelix vates.

Cēlænō, κελαινώ, una ex Pleiadibus Atlantis & Pleiones nymphæ filia, cum qua Jupiter consuluit. Ovid.

& te formosa Celæno,
Majam & Electram, Taygetamq; Iovisfelicet cōcubuisse ferunt. Vide infrà de Pleiadibus.

Celegeri, Mœtiæ, quę Pannoniæ jungitur, populi autor Plin. lib. 4. cap. 18. an deceptione Mœtiæ.

Cēlēndræ, arum, Oppidum Ciliciæ, cum porto ejusdem nominis apud Strabonem lib. 14. & Pomponium Melam, lib. 1. in Ciliciæ descriptione. Lucan. lib. 8. sequitur pars magna senatus Ad profugum: collecta ducem, parvisque Celendris, Quo portu mittit, quas, recipitq; Selinus.

Celeia, Norici oppidum. Plin. lib. 3. cap. 24. Vulgò Cilia.

Celerini, Citerioris Hispaniæ populi sunt, supra Vettcaras & Gronios: quorum ager Ana fluvio irrigatur, ut radicat Ptolemæus lib. 2. cap. 6. & Pomponius lib. 3.

Cēlærūs, κελαιρὸς, Populi Thesprotiæ, vicini Thessaliæ, Steph.

Cēlærūs, pen. prod. Locus Campaniæ sunomen luxit.

Cēlærizō, κελαρύζω, Vox Boeotiæ prope Aonian à Celerino quodam. Stephanus.

Cēleus, Duarum syllabarum, κελεός, Rex erat Eleusinæ, pater Triptolemi, cui Ceres, quòd eductam illo excepta hospitio, cōmonstravit omnium agriculturæ rationem. Hinc locus factus proverbio: Ceres tua fellex, pro vili & rusticana supellectile. Virg. 1. Georg. Virgea præterea Celei vilisq; supellex. Ovidius item lib. 4. Fast. Plautos eum vocat Celionem: Quale, inquit, supellex Celionis.

Celmis, κελμὶς, Nutrix fuit Jovis, quem & parvulus adhuc Jupiter plurimum amavit. Cæterùm quòs aliquando mortalem esse Jovem dixisset, Jupiter injuriæ memor, quem expulso Saturno cœlum impetrasset, in adamantem lapidem commutavit illam. Ovid. 4. Metam. Te quoq; nunc adamas quondam fidissime parvo Celmi Jovi. Ab hoc dicti Adamantes. Celmis in ferro κελμὶς ἐν σιδήρῳ. Dii confacrent deis, qui præter modum suis fidentes viribus, tanquàm nec pugnantes, nec vitia cæteris.

Celsenses, Populi sunt citerioris Hispaniæ apud Plinium Firo 3. cap. 4.

Celsus, Plagiarius fuit Horatii temporibus, qui veterum poëtarum scripta suppilabatur: quem sic notat lib. 1. Epist. ad Iulium Florum scribens:

Quid mihi Celsus agit monitus, multumq; monendus
Privatas ut quærat opes, & tangere vitet
Scripta Palatinus quæcunq; recepit Apollo:
Ne, si forte suis repetitum venerit olim
Grex avium plumas, moveat cornicula risum
Furtivis nudata coloribus.

¶ Fuit & Cornelius Celsus, cæteræ eruditionis nomine à Quintiliano commendatus: qui & Rhetoricam multò quàm antea diligentius explicavit, & de re militari diligentissime scripsit: nostrique pene disciplinæ genus in artem redigit: ex quibus ad nostra tempora nihil pervenit præter octo elegantissimos de Re medica libros, qui omnium manibus teruntur.

Celtæ, Κελτοὶ. Germ. Die Kelten oder Gallier, so zwischen den Wassern Garunda, Rhodano und der Seinar alter Sequana gesessen.] Populi Galliæ Comatæ, inter Garumnam & Sequanam fluvios: ita dicti à Celto Polyphemi filio, si Appiano credimus. Pomponius Mela, lib. 3. Populorū Comatæ Galliæ ita famosa nomina sunt: terminantur q; fluviis ingentibus. Nam à Pyrenæo ad Garumnam Aquitania, ab eo ad Sequanam Celtæ: inde ad Rhenum pertinent Belgæ. ¶ A Celtis etiam Celtiberi Hispaniæ populi origine traxisse creduntur, qui quā venissent ab Iberum Hispaniæ fluvium, ibiq; cōsedissent, assumpto ad nomen suum fluvii nomine, juncta quem consederant, Celtiberi, κελτίβηρες, dicti sunt: & regio eorum Celtiberia. Vulgò, Aragon. Lucan. lib. 3. profugiq; à gente vetusta Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberi.

Celtibērĭcus, a, um, κελτιβηρικός. Nomen possessivum: ut, Bellum Celtibericum.

Celtĭcā, Oppidum est Hispaniæ Baticæ, in conventu Hispalensi, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 1.

Celtĭca, κελτική, Tertia pars Galliæ Comatæ, inter Sequanā & Garumnā fluvios sita. Plin. lib. 4. ca. 19. Gallia, inquit, Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur, armis, moribus, linguā distincta. A Scalde, ad Sequanā, Belgica, ab eo ad Garumnā Celtica, eademq; Lugdunensis. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitania. A remotica ante dicta.

Celticum,

Celticum, κελτικὸν, Promontorium est Hispaniæ exteriοris in Gallicarum tractu, in Occasum. Occidentē versus, quàm longissimè excurrens: idem cum eo, quod Ptolemæus Nerium, & vulgus nautarū hodie from terre appellat. Vide Pomponium Melam lib. 3.

Cema. Narbonensis provinciæ fluvius, ex Alpium monte Cemmeno profusus Plin. lib. 3. cap. 4.

Cemellon. Oppidum Ligusticæ, non procul à portu Herculis Monœci, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Cemmenus, κεμμηνὸς ὄρος, Mons Narbonensis Galliæ, non procul à Varo fluvio, ex quo Cemmenis profunditur: unde & montī nomen factum videtur. Vide Plin. lib. 3. cap. 4.

Cenchreæ, arum, κεγχρεαὶ, Portus est Corinthiorum, ad finū Saronicum, quem adjacentem Lecheæ alter portus ad sinum Crissæum, sive Corinthiacū. Spatium autem inter duos hosce portus medium, Isthmus appellatur. Plin. lib. 4. cap. 4. Angustiæ, unde procedit Peloponnesus, Isthmus appellatur. In eo loco contrumpentia è diverso, quæ dicta sunt maria, omnem ibi latitudinem vocant, donec contrario incursu æquorem tantorum, in quinque M. pass. intervallo, excisis utrinque lateribus, angusta cervice Peloponnesum contingat Hellas. Corinthiacus sinus, illinc Saronicus appellatur sinus. Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc, angustatum termini, longo & ancipiti navium ambitu, quas magnitudo plaustris transvehi prohibet.

Cenchrius, κεγχρεὺς, Fluvius est Ioniæ, non procul ab Ephesο, unum Ortygiam irrigans, ubi Latona Dianam & Apollinem creditur peperisse. Tacitus lib. 3. de Ephesiorum legationibus ad senatum missis. Primum, inquit, omnium Ephesii adiere, memorantes, non ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos, esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygium, ubi Latonam partu gravidam, & oleæ, quæ tum etiam manat, adnisam, edidisse numina, deorumq; monitis sacratum nemus.

Centrum, Vide CAENEVM.

Centrus. Vide CAENEVS.

Centina. Latī oppidum fuit, à Romulo deletum: cujus meminit Plin. lib. 9. cap. 5. Rectius Cænina.

Cenomani, κενωμανοὶ, Fuerunt Populi Galliæ Cisalpinæ, teste Plin. lib. 3. cap. 19. quorum caput Brixia fuit. ¶ Sunt etiā Galliæ Celticæ populi, Andegavis finitimi: quorum etiam meminit Plin. lib. 4. cap. 18. Vulgò Le Mansuois: & regio ipsa Cenomania. Vulgo Le Maine.

Centaurectus. Galata quidā fuit, qui Antiocho rege occiso, equo ejus portus, eum ovans confrendit. Quod ille indigne ferens, præceps ex abrupta desiit, unaq; cū stellare est examinatus, ut ex Phylarchi sententia refert Plin. lib. 2. cap. 42.

Centauri, [illegible]. Ger. Böcker in Thessalia so die Ross sollen erstlich gezeuget und geboren haben.] Thessaliæ populi, secus Pelium montē habitantes, qui primi equos domare, & ex iis pugnare cœperunt: quo factum est, ut à vicinis populis primùm conspecti, membra partim humana, partim equina habuisse crederentur. De harum origine sic fabulantur Poetæ: Ixionem à Jove deorum immortalium mensæ admissum, Junonis amore captum fuisse, eamq; de stupro interpellasse. Quod cum illa viro suo indicasset, Jovem Ixionī nubem subjecisse in uxoris imaginem transformatā, eamq; Ixionem pro Junone oppressisse, & ex ea Centauros generasse: qui inde Nubigenæ dicti sunt. Cui fabulæ ansam præbuisse videtur castellum nomine νεφέλη, Centaurorum sedes. νεφέλη enim Latinè nubem tonat. Hi quū in nuptiis Pirithoi vino madentes sponsam rapere conarentur, à Theseo & Lapithis partim cæsi, partim in fugā acti sunt. ¶ Unde locus factus Adagio: Μετὰ μὲν οὐκ ἐσθλὸν Κενταύροις, οὐδὲ δὶς οἰνοβαρέσσιν. In vinolentos & insultus dicebatur, & qui conarētur, quod effici nō posset. Adagiū à Diogeniano refertur, isq; convenire putat in cōtentiosos & alieni appetentes: propterea quòd Centauris eximiū amor erga rerum alienarū appetentia. Idem & Hippocentauri dicti sunt, quòd equis insidentes, boves ceteris agitatos, stimulis ad recta revocarint. Est enim κεντρίζειν stimulare & pungere. Centaurorū nomina, qui magis insignes fuerunt, hæc sunt: Chiron, Eurytus, Amycus, Grineus, Rhoetus, Arneus, Lycidas, Medō, Nessus, Caumas, Mermeros, Pholus. Hic Herculem susceptile dicitur hospitio. Lucr. lib. 6. Hospes & Alcidæ magni Phole. ¶ Et etiā Centaurus navis nomine apud Virg. Aen. Centauro insuper invehitur magna.

Centauris, Κένταυρις, Fluvius Arcadiæ est, qui prius Evenus dicebatur, post Nessi Centauri mortem ab Hercule interfecti, à poëtis Centaurus vocatus.

Centumum, κεντοῦμον, Umbriæ oppidō, apud Ptolem. lib. 3. ca. 1. Alii Sentinum scribunt per I, quorum etiam Plinius suffragatur, qui in Umbriæ descriptione Sentinatium meminit.

Centrones. Populi sunt qui inter alpinas gentes Plin. commemorantur lib. 3. cap. 20.

Centumperanea, insula est in agro Sentinatum, Nicolai Perotti patria.

Centuripe, es, sive Centuripæ, arum, κεντοριπη Ptolemæo. Oppidū est Siciliæ sub Ætnæ monte, Symæthi fluvio, & Catanæ urbi proximum, ut tradit Strabo libro 6. ¶ Hinc Centuripini populi, quorum meminit Plinius libro 3. capite 8. Et Crocum Centuripinum, apud eundem lib. 21. cap. 6. Vulgò Centorbe.

Cephalas, κεφαλᾶς, Promontorium altum & sylvosum majoris Syrtis initium. Strab. lib. ult.

Cephaledium, Sraboni, Cephaledis Plinio, Oppidū est Siciliæ, non procul ab Himera fluvio. Vide Plin. lib. 3. cap. 8. & Strab. lib. 6. Vulgò Cefalù.

Cephalotomi, κεφαλοτόμοι, Colchicæ regionis populi. Autor Plinius libro sexto, capite quinto, in descriptione regionis COLCHICÆ.

Cephalene, κεφαλὴ, vel Cephalenia, κεφαλλωνία, tum ex longo post. Insula fons matris, à Cephalo Amphitryonis socio, vel à Cephalo Dejonei filio dicta. De hac Strab. lib. 10. Non dubitavēre pleriq; Cephalenam eandem, & Dulichium appellare, & Taphium. Ait Taphios & Cephalenios colluvie exēre Telebœas, & advectus illos Amphitryonem exercitū ducentē, assumpto socio Dejonei filio Cephalo, ex Athenis profugo. Insula deinde Amphitryonem potitum, cum Cephalo tradidisse, ab eoq; nomen habuisse similum. Hinc populi Cephalenes, κεφαλλῆνες, qui Ulyssem ad bellum Trojanū sequuti fuisse, ut est videre apud Hom. in Catalogo navium.

Cephalœdis, Siciliæ fluvius, cujus meminit Plin. lib. 3. ca. 8. in descriptione Siciliæ. Hodie Cephaledum.

Cephalis, κεφαλὶς, Æoli filius, sive (ut alii tradunt) Deionei & Æolī nepos. Hic Procum Erechthei, vel secundùm Servium, Hyphi regis filiam uxorem habuit: eō non minùs etiam diligebatur ab Aurora, quæ illi cantum Lælapem, & duo hastilia, omnia quæ vellet, contingentia (erat enim venator insignis) dederat. Quapropter uxor suspicans maritum sum alterius mulieris amore captū, furtim cum in silvam secuta est: & ut experiretur an alterā adamaret, inter virgulta se abscondit. Lassus itaq; æstu, laboreq; Cephalus, quòd se ad virgulta recepisset, sub arboris cujusdam umbra recumbens, Auroram invocabat. Quæ propter suspicata Procris, pellicem illic eo nomine, quam alio vocaret, quò rem omnē melius cognoscere, propiùs voluit accedere. Videns itaq; Cephalus virgultā commoveri, feram ratus, jaculum immittit, atq; ita infelicem uxorem interfecit. Vicelatius hanc fabulam apud Ovid. lib. 7. Metam. Hunc postea ab Aurora raptum, idem Ovid. autor est lib. 3. de Arte amandi: Lunamq; Endymion non est tibi Luna pudori. Nec Cephalus rosea præda pudenda deæ. Neq; tamē desunt, qui à Jove in lapidem convertum tradunt. ¶ Alter fuit Cephalus, Atheniensis orator, qui primus prooemia & epilogos induxit. Autor Suidas. Hujus Cephali Aeschines & Demosthenes in orationibus adversariis meminerunt.

Cepheus, [illegible]. Germ. Ein König der Moren vnd ein vater Andromede.] teste Dyctis, Aethiopū rex fuit, Andromedæ pater, quam Perseus periculo liberatam uxorem duxit. Hic postea unà cum uxore Cassiopea & Andromeda filia, & genero Perse, in cœlum translatus dicitur. ¶ Oritur Cepheus in 15. parte Capricorni.

Cephēis, Ovid. 4. Meram. Cephēia conspexit arva.

Cephis Stratonos nobilis, cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

Cephisia, [illegible]. Ger. Die stadt offt Cephisa in Attica.] Attica regio quam Cecrops Athenarum cōditor omnem ejus regionis multitudinem in XII. urbes digessit. Sed Theseus postea has omnes in unam Athenarum civitatē congregavit. Dicta Cephisia à Cephiso amne. ¶ Est & Cephisia fons Atticæ. Ecus Latine, Caballinō.

Cephisis, κεφισὶς, Lacus est juxta Atlanticum mare quē Mauri Æthiopum vocant, quod sole fervefactum electrū e limo dare creditus. Erat ex Alexandri sententia, tradit Plin. lib. 37. ca. 2.

Cephisiodorus, κεφισιόδωρος, Atheniensis Tragicus, antiquæ tragœdiæ scriptor, cujus fabulas enumerat Suidas. ¶ Cephisiodorus item statuarius, Praxitelis filius. ¶ Alius præterea inter præcipuos pictores. Plin. lib. 35. cap. 9.

Cephisodorus, κεφισόδωρος, Scriptor apud Plutarchum lib. 3. περὶ τύχης. Cephisodorus Atheniensium dux, qui rei malè gestæ damnatus in ejus Editione Alopeconnesii quinq; talentis multatus est. Autor Suidas.

Cephisis, pen. prod. κηφισὶς, Fluvius est per Bœotiam fluens, magna ex parte torrentis instar humare Phlegræum se cōfert. Ortus habet in radicibus Parnassi montis. Tarainus lib. 3. Eccui confer duces quos impiger amnis Faticida Cephisus aquat. Cephisi aquas fatidicas dixit, propter Themidis oraculum, fluvio hunc vicinum: à quo Deucalioni & Pyrrhæ ratio ostensa est, qua genus humanū posset repetari. ¶ Cephisides & Cephisia ora, apud Ovidium. Hujus etiam meminit Plin. lib. 4. cap. 7.

Cepio, Nomen Romani civis, qui cum Druso inimicitias habuit;

buit unde origo socialis belli, & exitia rerum, ut Asconius & Valerius Maximus testantur. ¶ Fuere & alii Cepiones: nam & Catonis Vticensis frater Cepio dictus est. ¶ Et Cepio Servilius, is cujus culpa Romanus exercitus à Cimbris deletus est, quo nomine accusatus, damnatus q; in exilio periit. ¶ Fuit & Q. Cepio Servilius, qui de Cilicibus triumphavit: sed postea reus, damnatus q; in Gemoniis scalis manu carnifices laceratus traditur, ut refert Valer. Maxim.

Cepæ Plinio, κήπαι. Suidæ. Vrbs est ad Bosphorum Cimmerium, Milesiorum colonia: cujus meminit & Pompon. lib. 1.

Cerambycas, κεραμβύκας. Fluvius & insulani Cerambyce, Vide CARAMBYCIS.

Cĕrămicus, κεραμεικός, Cariæ Genus est non longè ab Halicarnasso nobilissima urbe. Autor Pomp. libro 1 In Cariæ descriptione, & Plin. lib. 5 cap. 29. ¶ Ceramici item duo fuerunt Athenis, de quibus Suidas tenbit ista verbis: Athenis Ceramici, loci duo erant: unus in civitate, alter extra civitatem in quo qui in bello cecidissent, publico sumptu sepeliebantur, funebriq; oratione ornabantur. Qui verò in urbe erat, locus erat, & ecclesia, constituta; sedes meretricibus. ¶ Fuit præterea Ceramicus, Attiæ regionis locus præaltus, eodem Suida autore, in quo lampadum certamina peragebantur, de quibus vide Erasmum in Proverbio: Lampadem tibi curtu trado. ¶ Ceramici meminit etiam Plinius, cujus ex trigesimo sexto verba hæc sunt: Opera Praxitelis sunt Athenis in Ceramico. Potest autem videri ex eo derivatum, quòd κεραμὸς tegulam significat.

Cerasmus, κέρασμος. Oppidum Cariæ in conventu Alabandico: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Cerasiæ, Insulæ sunt in Sarere Arabiæ prope Syenen, quæ in fine est Aethiopiæ. Autor Plin. lib 5. cap. 9.

Cerastis, κεράστης & κεράστις Stephano, Victus est Cyprus: quoniam homines cerastas cornibus insignes eam olim tenuisse quidam ferunt. Alii quòd procurrentibus promontoriis, velut infectis cornibus assurgat Vulgò Cõjare.

Cĕrăstis, suntis, [κεράστης. Germ. Ein Stock in Pfeffer, von welchem man jhm erstlich die Hörner in Italien gebrochen hat.] Vulgò Zerfano. Vrbs Ponti à Lucullo expugnata: unde cerasa primùm in Italiam translata sunt. Hieronymus ad Marcel. Accepimus & canillum cerasis refectum talibus, & iam virginali verecundia rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata exilimarent: tiquidẽ hoc genus pomi, Ponto & Armenia subjugatis, de Cerasunte primus Romam pertulit: unde de patria arbor nomen accepit Pompon. Ratæ urbes, Cerasus & Trapezus maximè illustres.

Cerathus, fluvius Cretæ, Gnosium urbẽ præterlabens: à quo & Gnossias ipsa aliquando Cerathus vocata fuit, teste Strabone, lib. 10.

Cĕrăthĕus, a, um, Virgilius in Cyri: Carpathium fugiens & Iumina Cerathea.

Cĕraunĭi. Live Ceraunii, [κεραύνια. Ger. Das Rauhe Gebirg so durch Epirum gegen Mitternacht an das Adriatische Meer stosset, heist jetzt Monte de Chimera.] Montes sunt Epiri, in mare usque extenti, ubi Ionium mare ab Adriatico separatur: ita dicti ἀπὸ τῶν κεραυνῶν: hoc est, à fulminibus, quibus sæpe impetuntur Ovid. de Ponto, cleg. 6: Quum poteram rectò tractus Ceraunia velo, Vt fera vitarem saxa, monẽdus eram Lucan. lib. 5: orzeq; malignos Ambracie portus, scopulosa Ceraunia nautæ Summa timent. ¶ Proximi eidem etiam Acroceraunia, vel Acroceraunios montes dicimus. Horat. lib. 1. Carm. Ode 3. Qui vidit mare turgidum, & infames scopulos Acroceraunia. Plinius in Prœmio libr. 4: Tertius Europæ finus Acroceraunis incipit montibus. ¶ Sunt & Ceraunii mõtes in Asia, in Caspium pelagus obversi, ut est autor Pomp. lib. 1. Quos & Taurus mons in universum Ceraunus appellatus fuit, teste Plinio lib. 5. ca. 27.

Cĕraunĭ, Populi sunt Dalmatiæ apud Plin. lib. 3. cap. 22.

Cĕrăuntĭus, κεραύντιος, Cognomen unius ex Ptolemæis Aegyptiorum, ab audacia & ingenii velocitate impositum. Autor Pausanias. ¶ Est item Ceraunus Cappadociæ fluvius: ita dictus, quòd fulminis velocitatem imitari videatur. Nam κεραυνὸς Græci fulmen appellant. Meminit hujus fluvii Plinius lib. 6. cap. 3.

Cerbălĭus, Apuliæ amnis Plin. lib. 3. cap. 11.

Cerbenia, apud Steph. pro Cebrenia malè scribitur.

Cerbĕrus, pen. corr. [κέρβερος. Germ. Ein Hund mit dreyen Köpffen; so vermeint Hesiodus sige und daran hütet.] A Poëtis fingitur esse canis triceps, inferorum custos: quem ab Hercule catena ab inferis tractum esse iidem fabulantur. Mythologici terrã interpretantur: dictumq; volunt Cerberum, quasi κρεοβόρος hoc est, carnem vorantem: quod terræ proprium est, quæ sibi credita corpora omnia consumit. ¶ Anguem serpentem fuisse volunt in Tænaro Laconiæ promontorio, cujus veneno mortales extinguebantur. Et quoniam in Tænaro ad inferos dicatur esse aditus, Ditis canem dixerunt: quem quum Hercules trucidasset, nata est fabula, Cane tricipitem interemisse quanquam hoc alii ad virtutem eius, & animi magnitudinem malint referre, qua omnes cupiditates, & cuncta vitia terrena cõtemsit ac domuit. ¶ Cerberus etiam dictus est canis Alexãdri Epirotæ, leonibus congrediens.

Cercaphus, κέρκαφος, Filius Polemõ; Steph. in Camiro: à quo Rhodiæ mulieres Cercaphides. Meminit eius etiã in Lindo.

Cercasi Aegypti populi, juxta quos tenditur Nilus, in Prasiacum fluens, & Canopum. Autor Herod. lib. 2.

Cercĕis, κερκεὶς, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, teste Hesiodo in Theogonia: ita dicta à texendo. κερκὶς enim radium textorium significat.

Cercetæ, Populi sunt ad Pontum Euxinum, Heniochis & Colchis finitimi, teste Plin. lib. 6. cap. 5. & Strabone lib. 11. Pomp. lib. 1. Cercetitos vocat.

Cerceti, Montes sunt Thessaliæ. Plin. lib. 4 cap 8: In Thessalia sunt quatuor atq; triginta montes, quorum nobilissimi Cerceti, Olympus, Ericus, Ossa, &c.

Cercidas, κερκίδας, Optimus legislator Megalopolitæ fuit. Stephanus.

Cercina, Insula est maris Libyci cum urbe ejusdem nominis, ex adverso minoris Syrtis sita. Autores Pomp. & Plinius lib. 5. capite 7.

Cercinĭtis, Parva insula maris Libyci, quæ Cercinæ Carthaginem versus proximè jungitur. Autor Plin. lib. 5 in descriptione insularum, quæ sunt ex adverso Africæ.

Cercopĕs, penult. prod. κερκώπες. Populi fuerunt Pithecusæ insulæ, qui quum nullo flagitii genere abstinerent, à Iove veterimas mutati sunt, ut fabulatur Ovid. 14 Metam. ¶ Cercopes, Item fratres duo fuerunt, Passalus & Achemon, sive (ut apud Suidam legitur) Acmon de quibus vide suprà in dictione ACHEMON. ¶ Cercopum cœtus, κέρκωπος κύκλος, De conciliabulo, conventuq; versutorum & improborum hominum dicebatur.

Cercyon, [κέρκυων. Germ. Ein grosser Mörder und Strassenräuber in Griechenland: welchen Theseus zuhbracht hat.] Latro fuit insignis, quem Theseus totam Atticam regionem latrocinijs infestantem, immanis ferocia & membrorũ robore cervicantem trabes, & altissimas pinus ad terram trahentis, ut hoc modo homines discerperet, apud Eleusim Atticæ urbem interemit. Ovid. lib. 7: Cercyonis lethum vidit Cerealis Eleusis. ¶ Fuit & Cercyon Thessaliæ rex, qui Alopen urbem ab Alopes filiæ suæ nomine appellavit.

Cercyra, κέρκυρα, Insula est maris Ionii, quæ à Latinis literarum immutata Corcyra dicitur. Vulgò Cerpho.

Cerdanitæ, κερδανῖται. Populi felicis Arabiæ, Stephano.

Cerdonia, Oppidum est in via Appia, quæ iter erat Brundusium. Strabo lib. 6.

Cere, Vide CAERE.

Cerealis, quæ alio nomine Ebura dicitur, Plinio commemoratus inter Hispaniæ Baticæ urbes, lib. 3. cap. 1.

Cĕrĕs, [Ger. Die Göttin des Getreids.] Dea frugum putabatur ab antiquo verbo Cereo dicta: Saturni & Opis filia, quæ peculiari epitheto Alma dicta: quia nos alit vel (ut Cicero lib. 2. de Nat. deor. scribit) dicta est, quòd quam gerat, à gerendis frugibus, prima littera immutata. A Græcis δημήτηρ quasi γημήτηρ dicitur: hoc est, terra mater, quòd cunctarum frugum creatrix sit, & altrix. Græci Cererem etiam Thesmophorum vocant: hoc est, legum auctricem: quia antequam illa agriculturæ usum docuisset, homines nulla lege vivebant: postea Cereris beneficio monstrato usu frugum, cœptum est de agrorum finibus, qui antea nulli erant usui, disceptari: quam primùm volunt fuisse legum & juris originẽ. ¶ Hæc quandoq; Luna dicitur, sicut Liber pro Sole ponitur. Virg. lib. 1. Georg.: vos ô clarissima mundi Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum, Liber & alma Ceres. ¶ Ponitur interdum Ceres pro ipso pane, sicut Liber pro vino. Terent. in Eunuch. Sine Cerere & Baccho friget Venus. ¶ Cereri sacrificant. Dici solitum, si quando in convivio deesset vinum: propterea quòd in hujus sacris nefas esset inferre vinum. Plaut. in Aulul.

Cĕrĕālis, e, Quod ad Cererem pertinet, δημήτριος. ¶ Cerealles autem ædiles duo dicti fuerunt, qui rei frumentariæ apud Romanos præerant: quorum creandorum autor fuit C. Iulius Cæsar. ¶ Cerealis ludi, in honorem Cereris facti. Liv. 10. bel. Pun. ¶ Cœna Cerealis. Plaut. Menæch. Cereales cœnas dat, ita me dis extrui, &c. Cerealia papaver. Virg. 1. Georg. Nec non & lini segetem, & Cerealia papaver. Vbi Servius Cerealia papaver, vel quod est ejus, Cereris frumentum: vel quo Ceres usa est ad oblivionem doloris.

Cĕrĕālĭa, orum, δημήτρια, τά, Dicuntur sacra Cereris à Triptolemo instituta, quæ Plin. etiam lib. 24. Thesmophoria vocat, à Cerere Thesmophora hoc est, legumlatrice. Plutarchus quoque Adonia vocat. Hæc autem festa tanta religione celebrabantur, ut fœdæ poluræ crederentur, siquis eo tempore cum uxore

uxore concubuisset. Vnde extat elegans elegia apud Ouidiũ, qua cum Cerere expostulat, quòd eius festo die cum amica concumbere non liceret. Præterea in sacrificiis Cereris vinum non adhibebatur. Vide Plaut. in Aulol. jocandi causam simpli, Megadorum Cereri nuptias esse factarum, quod nihil ad nuptias vnicè esset allatum.

Ceretum, & Ceretani. Vide CAERETVM.

Ceriada, κεριάδα. Vicus in Hippothoontide tribu, Steph.

Cērinthus, κέρινθος. Oppidum in Euboea insula. Plin. lib. 4. capite 12.

Cerinthus, Hæreticus. [Germ. Ein Ketzer zu der zeit S. Johannis des Euangelisten, welcher die Christi Gottheit Christi verlaugnet.] cuius meminit Dionysius, quum de Iohannis revelatione differit. Cerinthus, inquit, affirmabat futurum regnũ CHRISTI voluptarium, mortes suos tutas, quòd gula & luxuriæ q; deditus esset. Irenæus etiã secretiora ipsius in primo sui operis manifestat. Ex Euseb. lib. 3.

Cerites, pen. corr. Vide captã in dictione CAERE.

Cermorium. Oppidum Macedoniæ apud Plin. lib. 4. ca. 10. in descriptione Macedoniæ.

Cērnē, vel Cerne, Insula est Aethiopici maris, de qua sic Plin. scribit lib. 6. cap. 31: Contra sinum Persicũ Cerne nominatur insula adversa Aethiopiæ, cujus neque magnitudo, neque intervallum à continente constat. Aethiopas tantùm populos habere traditur.

Cernetani, qui & Mariani dicti sunt, Italiæ populi sunt, juxta Casinum & Bovillas sita dicti à Cernelo oppido, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Cervariã. Locus est in Galliæ & Hispaniæ confinio, nõ procul à templo Veneris Pomp. lib. 2.

Cesēs, κεσσός. Pamphyliæ, seu, ut Suidæ videtur, Ciliciæ urbs, cujus cives ob vecordiam, thalassiam q; vulgò malè audiebãt. Iuxta Cesum urbẽ fluvius erat, cui nomen κῆσος, id est, amens. Vnde tractum proverbiũ: Ceson habitas, ἔκεσε ἔλεγε, Io stupidum & bardum dicebatur. Quidrabit & in cœtum aut conciliabulum hominum stultorum.

Cesena. Oppidum est Piceni non procul à Cliterna, etiam hodie nomen retinens. Plin. lib. 3. cap. 13.

Cesperia, sive Casperia. Vrbs fuit Sabinorum, ex qua Turnũ auxilium habuisse contra Aeneam. Maro autor est, lib. 7. Cesperiamq; colunt. Melius per a in prima syllaba.

Cesserо, Narbonensis Galliæ oppidum, in tractu Memorum, non procul à Carpentoracte. Plin. libro 3. capite 4. Vulgò Cassas.

Cestriã. Epiri oppidum. Plin. lib. 4. cap. 1. & Cestrini. Cestriæ incolæ eodem autore, in Præmio lib. 4.

Cēstrus, κέστρος. Fluvius est Pamphyliæ, apud Strab. lib. 14.

Cethēgus, Orator fuit facundissimus. Adeo in majoris ætate, quem Ennius (ut Quintilianus refert) Suadæ medullam vocat. Meminit ejus & Cicero in Bruto. Fuit etiam Cethegus unus ex principibus Catilinariæ conjurationis: cujus frequens est mentio apud Ciceronem in Catilinam.

Cetii, Populi tunc Asiæ, Cilicibus finitimi, à Cetio agri illius Phrygio nominati. Strabo lib. 13.

Cetius, Mons est in Norico, Germaniæ regione. Ptol. lib. 2. ca. 14. Vulgò Katemberg.

Cetiri, Populi exterioris Hispaniæ in cõventu Lucensi: de quibus Plin. lib. 3. cap. 3.

Cetis. Vide COETVS per æ diphthongum.

Cēyx, ycis, pen. geminavi prod. κήυξ Suidæ, rex fuit Thraciæ, Lucifero filius, & maritus Alcyones filiæ Aeoli, qui quum ob causam fratris in accipitrem mutari, ad Clarii oraculum consulendum navigaret, tempestate deprehensus est & tuorum rerum. Quare quum statuto tempore non rediret, Alcione multa quotidie vota pro viri salute suscipiebat. Tandem in somnis monita, naufragio cum periisse, quum ad deflendum miserabilem viri casum manè ad littus venisset, unde ille solverat, cadaver quoddam fluctibus ad littus vidit expelli: quod quum viri sui esse cognovisset, ac per undas ad illud exilire vellet, deorum misericordia in Alcyonem conversa, ad os mariti advolavit: quæ ipse oscula uxoris sentiens, in Alcyonem commutatus est. Fabulam hanc refert Ovid. 11. Metam.

C ante H.

Chia. Peloponnesi urbs est, Lepreo proxima, ad campum Ephesium: cujus causa bellum inter Arcades & Pylios conflatum est. Vide Strabonem lib. 8.

Chaasla. Vicus est Aegypti apud Strab. lib. 16.

Chabareni, χαβαρηνοί. Populi Scythici ad Chalybem fluvium habitantes, qui peregrinarum mulierum, quas nanciscì poterant, mammas crudas edebant, & pueros devorabãt. Stephanus ex fonte nescio Eudoxi.

Chabria. Vicus est Aegypti in ea parte, quæ Arabiæ est confermina. Strabo lib. 17.

Chabrias, χαβρίας. Atheniensis philosophus, & Imperator inclytus. Hic dicere solebat terribiliorem esse exercitum, cervorum duce leonẽ, quàm leonũ duce cervo. Hujus res gestæ recensentur à Demosthene in oratione adversus Leptinem.

Chadisia, χαδισία. Hujus est, & oppidum ejusdem nominis in Cappadocia, sive Leucosyria, in finibus Themiscyræ, non procul à Lycastro. Autor Plin. lib. 6. cap. 3.

Chadramotitæ, χαδραμωτῖται. Populi tunc Arabiæ Troglodytis proximi. Plin. lib. 6. cap. 28.

Chæreæ, χαιρέα in genitandi casu, subaudiendum urbs in Aegypto est Strabonis Chæreates.

Chærémon, onis, χαιρήμων, poëta Comicus, cujus fabulas enumerat Suidas. Alius & alter ejusdem nominis, qui Hieroglyphica scripsit: cujus etiam meminit Suidas.

Chærephon, [χαιρεφῶν. Germ. Ein Philosophus zu Athen / der sich Krum gesoffen hat.] Athenensis philosophus fuit, discipulus Socratis: qui tam pertinaciter philosophiæ incubuit, ut maximum inde pallorem & macrem contraxerit. Inde ortum est proverbium: ἔστιν ἔστιν χαιρεφῶν ὧδε ἐστί. Hoc est, Nihil à Chærephonte differ: quoties hominẽ pallore & macie confectum volumus indicare. Autor Suidas.

Chærīs, χαρίς. Citharœdus ineptus fuit, cujus meminit Aristophanes in Comœdia, quæ inscribitur κωμῳδία, Suidas.

Chærōnēa. χαιρώνεια. Vicus est Bœotiæ. Plutarchi patria, Athenensium clade nobilitatus. Hujus meminit Plin. lib. 4. ca. 7. Stephano urbs est in confinio Phocidis, à Chærone conditore dicta. Apollinis & Therũs filio. Hellanicus scribit Athenienses post Orchomenus Chæroneam quoq; Orchomenioru urbẽ cepisse. Olim etiam Arne vocabatur, quo nomine Homerus utitur. Hinc Chæroneus, & fœminino Chæronis, possessivum Chæronicus. Steph.

Chalæon. teste Plin. lib. 4. cap. 3: Locrorum portus, VII. M. passuum distans à Delphis.

Chalambrii, χαλαμβρῖοι, qui à loco Libyæ sic appellantur. Hetychius.

Chalame, Civitas Persidis, quæ nũc appellatur Arbelitis.

Chalastra, χαλάστρα. Vrbs Macedoniæ juxta quam Axius influit in Thermæum sinum, inquit Strabo, à Chalastra proximo portu dicta.

Chalastricus, stica, um, adjectivum: ut, Chalastricum nitrum. Plin. lib. 31. cap. 10.

Chālcē, χάλκη. Insula est cum oppido, arca Rhodũ. Plin. lib. 5. capite 31.

Chalcea, χαλκέα, æ, Lybiæ urbs Polybio Rhetori, quem valdè reprehendit Polybius, non civitatem esse celebres, sed χαλκεῖα: id est, aerarias officinas. Chalcea verò, χαλκαία, in Caria est. Gentile Chalcæates, Stephanus.

Chalcedōn, χαλκηδών. Vulgò Calcedonia. Germ. Ein Stat an Bithynia Asiæ gelegen / gegen Constantinopel über.] Vrbs Bithyniæ, juxta Sophorum Thracium, ex oppositio Byzantii. Hanc Megarenses condidere. Cæci dicti sunt appellati, quòd non portas oppositum sinus elegissent, in quo postea conditum est Byzantium, tanto fœliciore modo cum bonis fide. Hic olim magna synodus celebrata est, quæ inter octo numeratur, quibus Ecclesia principiò imperitus honorem. Vide Plin. lib. 5. cap. ult. Ejus meminit Pomponius lib. 2. Europam, inquit, ab Asia tadius quinq; distermiat Tanaïs (ut dictum est) Bosphorus. Ipsis in faucibus oppidum, in ore templum est, oppidi nomen Chalcedon: autor Argias Megarensium pontifex, templi numen Iupiter, conditore Iasone.

Chalcedon. Stephano, Vrbs Bithyniæ, juxta fauces Ponti: [Germ. Ein Frawenname Griechischer Nation.] civis Chalcedonius & Chalcedonis fœminini generis. Strabo lib. 12: Dextra pars Ponti, inquit, Chalcedonius vocatur, à templo Iovis Vrii & faciosus Ponti, inquit Menippus: ad Chalcedonem urbem naviganti, & continentem ad hanc habenti, stadia sunt centũ & viginti à Chalcedone verò ulteriùs ad Acritam tria stadia exigunta Nominata est à Chalcido nomine fluvio.

Chalcetās, ātis, χαλκήτης, Insula quædam, cujus meminit Menippus Stephanus.

Chalcetorium, χαλκητόριον, Vrbs Cretæ, Civis Chalcetorius vel Chalcetor. Steph.

Chalceritis, idis, insula est in Ponto Martis sacra. Vide etiam Arimaticum Plin. lib. 6. cap. 7.

Chalcīa, insula maris Aegæi, quam inter Sporadas Plin. enumerat, lib. 4. cap. 12.

Chalcidene, Syriæ fertilissima regio, ut scribit Plin. in descriptione Coeles Syriæ lib. 5.

Chalciŏpe, χαλκιόπη. Aeetæ regis Colchorum filia fuit, soror Medeæ, & uxor Phryxi. Hujus meminit Flaccus lib. 9. Argonaut.

Chalcis, idis. [χαλκίς. Vulgò Negroponte. Germ. Die Hauptstatt in der Insel Euboea, Griechisch weiß sie genennet Negroponte.] Euboeæ urbs præcipua, ab Aulide, Siccoris porro, exiguo curipo divisa, vetus Atheniensium voluntaria dicta. Si Stepha-

no credimus) à Chalcide filia Atlantis cerè, quòd æraria fabricæ ibi primùm fuerint reperta. ¶ Est & alia Chalcis, agri Corinthii oppidū. ¶ Tertia Aetoliæ, Achelooo fluvio irrigata. ¶ Quarta Syriæ à Monaco Arabe condita. Sunt & aliæ ejusdē nominis urbes, quæ enumerantur à Stephano. Olim enim Siymphalus vocabatur, & Hypochalcis, quod sub Chalce monte sita est, nunc Hasserus. Inde Chalcideus, & mulier Chalcis, ut ab urbibus, possessivis à Chalcideus. Homerus, χαλκίδες ἠγερέθοντο. Vocantur etiam Chalcidenses in vico quodam Siciliæ, qui ex Euboea migravérant. Chalcidicus est Siciliæ mons. Est & Chalcis in Metapia Italiæ urbs (ut Plinius insula cū urbe eiusdem nominis juxta Lesbum, unde Chalcidis. Est item Chalcis lacus profundus & cavus ad mōtem Athō. Stephan. Vide HYPOCHALCIS.

Chălcĭcus, a, um, χαλκικός, Possessivum à Chalcide formatum. Virg. 6. Aeneidos: Chalcidicaq; levit tandem superadstitit arce. Vbi Chalcidicam arcem vocat Cumas, Chalcidensium coloniam.

Chalcĭtis, χαλκῖτις, Insula est à regione ostii Rhindaci, Bithyniæ fluvii. ¶ Item rerum Chalcitis, corpus metallicum, medium inter μίσυ & ἄμμο subsistens, illo crassior, hoc tenuior: unde & ex metallis inter hæc duo media invenitur. Dicta Chalcitis, tùm quòd ad æris colorē tendat, tùm quòd æra augeatur. Hodie Sepiariam pro Chalcitide Chalcanthū substituunt. Vide Galenum & Simp. & Plin. lib. 34. cap. 12.

Chălcŏdōntĭus, χαλκοδόντιος, Mons supra Pheras est.

Chaldæi, cum æ diphthongo. [ארץ כשדים שנער Gen. 10. 11. Esa. 23. 13. Ezech. 1. 3. Ierem. 50. 10. χαλδαῖοι, χαλδαῖοι μάγοι. Germani Die Chaldeer: sind da Asia darin Babylon ligt.] Alia majoris regio, Arabiæ contermina, plana, fœcunda indiga, in qua Babylon civitas magna. Chaldæos Asphaxat instituit, & à se Asphaxæos nominavit, ut inquit Iosephus. ¶ Chaldæi, Assyriorum magi ex gentis vocabulo dicti sunt, qui duratæ observatione syderum, scientiā putantur effecisse, ut prædicti posset quid cuiq; eventurū, & quo quisq; fato natus esset. Cic. 1. de Divin. Horū multa erant genera. Nam quidam Orchenitæ dicebantur: quidam Borsippeni: alii alios nominibus, pro ratione sectarum, quæ amplectebantur. Tantum autem hac in arte valuisse ferunt Chaldæi, ut quicunq; Astronomiam judiciariam profiterentur: quamvis ea sejunctissima regionibus esset, ab his dicti. Fuerunt Chaldæi. Hi & Genethliaci appellantur, & Mathematici. ¶ Chaldæos quoq; sua ætate, dictus fuisse Pam populus, qui antea Arianes & Chaldæos dicebantur, autor est Strabo lib. 11.

Chăldæi, inquit Stephanus, Cepheæ prius dicti sunt, à Cepheo patre Andromedæ. Hellanicus tenuit hanc gentē mortuo jam Cepheo, relictā hac regione alio in migrasse habitasse, proinde regionem non amplius Cepheam dictam, nec incolas Cephenes, sed Chaldæos: regionem verò Chaldæam, à Chaldæo rege, qui Diocletiano teste quartus decimus à Nino fuit, & Babylone juxta Euphratem condita, omnes Chaldæos in eam collegit. Regio etiam Casdea nominatur. Alii probabilius dicunt Chaldæos circa Babylonem habitare, & oraculum apud se habere, ut Delphi apud Græcos.

Chăldæi, item populi fuere prope Chorebum. Sophocles: Χάλυβες τε, χαλδαῖοί τε, ἠδὲ Μύγδονες, Steph.

Chaldĭa, χαλδία, regio Armeniæ incolæ Chaldæi, Steph.

Chalestra. Vide CHALASTRA.

Chalia, χαλία, Vrbs Boeotiæ, victima Hydriæ, gentile Chalius, Stephan.

Chalĭbē, χαλίβη, Vrbs Libyæ: & alia Pontī tertia Amazonū. Vide Stephanum.

Chălybēs, χάλυβες, cum y cor. Populi in Ponto juxta Thermodoontem fluvium, qui & Alizones Homero dicti sunt, & postea Chaldæi, teste Strabone lib. 12. Hi ferrum nudi effodiunt, dicente Virgilio: Inscia mittit thur, molles sua thura Sabæi, At Chalybes nudi ferrum. ¶ Ponitur tamen quandoq; Chalybs [משחת Exod. 30. χαλύβη. Gal. Acier. Ital. Acciaio. Ger. Stahel. Hisp. Azero. à χάλυς. Pol. Stal. Vng. Aczel. Ang. Steele.] pro ipsa ferri materia. Ovid. lib. 4. Fast. Aes erat in pretio: chalybis jam massa placebat. Virg. 8. Aen. Vulnificusq; chalybs vastā fornace liquefit. Lucanus: chalybem, fœnosæ inomordit. ¶ Est & Chalybs fluvius in Hispania, in quo fertam optimè temperatur: juxta quē & Chalybas populos collocat Iustinus libro ult. de quibus Grammaticorum nonnulli putant intelligendum illud Virgilii: At Chalybes nudi ferrum.

Chambades, Pars est Taurī montis, apud Plin. lib. 5. cap. 27.

Chamos, [כמוש Num. 21. 29. Ier. 48. 7.] teste Hieronymo, deus erat Tyriorum & Ammonitarum, quemadmodū Astarte, dea Sidoniorum, quam coluit Salomon.

Chandanace, χανδανάκη, Vrbs pontica: gentile Chandanacenus, Steph.

Channā vel Channe, vel Chaonus, χάννης χάων, Piscis est ex sarcophagis petræ similis, cujus dentes acuti, maxilla inferior prominētior, qua temperbiat (unde à χάσκω hiare nomen) dorsum ex rubro nigrescit, cauda maculis rufis insignis. Ovid. lib. de Piscib. ex se Concipiens channe gemina flandria parente est. Plin. de eo lib. 9. ca. 52. ex Aristotele lib. 6. ca. 6.

Chandante, χανδάνη, Vrbs Apuliæ, post quam Peucetiæ cognomen. Steph.

Chaŏnĭa, χαονία, Pars montana Epiri, licet quandoq; sumatur pro tota Epiro, Steph.

Chaŏnĭdēs, χάονες, Populi à Trojano Helenī fratre Chaone nominati: quem quum Helenus in vocatione imprudens occidisset, ad extinctī solatium regni sui populos à nomine ejus Chaones, & regionem Chaoniam appellavit. Virgil. 3. Aen. Chaoniamq; omnem Trojano à Chaone dixit. Idem postea & Molossi dicti sunt, à Molosso Pyrrhi filio, teste Strab. lib. 7.

Chaŏnĭdēs, χαονίδης, Videtur APPELLATIVUS.

Characmoba, χαρακμώβα, vel Mobucharaca, Vrbs Palæstinæ, ἀπὸ ἑνὸς τῶν ἡγεμόνων. inde deductum Characmobenus, & Mobucharacenus, Steph.

Charadra, ἡ, χάραδρα, Vrbs Phocidis, non procul à Lilæa. Gentile Charadrius, Steph.

Chărădrĭus, χαράδριος, Ciliciæ fluvius est, à quo & lacus, & statio propinqua nomen sumpserūt. Papinius lib. 4. Tacit. Quique pavet junga spumantem valle Charadrum. Neris. ¶ Est item Charadrus oppidi nomen, in ea Syriæ parte, quæ Phœnicē proxima est, Plin. lib. 5. cap. 20.

Charandæ, populi juxta Ponū, Autor Orpheus in Argon.

Charax, χάραξ, Oppidum est, in intimo Sinu Persico Arabiæ situm, ab Alexandro magno conditum. Autor est Plin. lib. 6. capite 27. ¶ Est etiam hac nomine emporium in Africa, ubi olim Carthaginenses vinum succo & sulphure permutabant, Strabo lib. 17.

Chăraxĭus, χαράξιος, Iracer Sapphus poëtria, qui captus fuit Rhodopes, meretricis amore, cujus causa opes suas omnes dilapidavit: & ad summam redactus inopiam, piraticam exercuit. Ovid. in Epist. Sapphus: Gander, & è nostro crescit maerore Charaxus Frater, & aute oculos, ita; redit usque meos. Et paulò antè: Arsitinoe Frater victus meretricis amore: Miltaque cū turpi damna pudore tulit. Factus inops agili peragit per cærula remo. Quasq; malè amisit, nunc male quærit opes.

Chares, etis, pen. genitivi prod. χάρης, Atheniensium dux, ad promptandum facilis & promptus. Vnde proverbium natū: χάρης ἐν παροιμίαις: id est, Chares ad omnes paratus. Dicitur ita ubi quis facilè ac benignè promittit. Autor Suidas. ¶ Fuit & Chares Lyndius statuarius Lysippi discipulus, qui Rhodi Solis colossum fecit. Autor Plin. lib. 34. cap. 7.

Charidemus, χαριδήμος, Dux fuit copiarum Chersobleptæ Thraciæ regis. Hujus frequens est mentio in oratione Demosthenis contra Timocratem.

Charilaus, χαρίλαος, Lacedæmoniorum dux fuit, qui Tegeatas prælio donavit.

Charisiæ, χαρισίαι, Vrbs Arcadiæ: ita dicta à Charisio Lycaonis filio. Stephanus.

Chărīsĭus, χαρίσιος, Nomen cujusdam Grammatici, quem Priscianus citat. ¶ Fuit etiam hoc nomine Orator quidam Atticus, cujus meminit Cic. in Bruto lib. 2. ¶ Est & panis, seu (ut Suidas ait) placentulæ species.

Chărītēs, χάριτες, Germ. Die drey Göttinnen der Gutthätigkeit. Pol. Luke, ἀπὸ τοῦ χαίρειν. Hung. Vng. Grácziák.] Gratiæ tres fingūntur, Aglaia, Thalia, & Euphrolyne, Jovis & Eurynomes (ut in Theogonia tradit Hesiodus) aut Veneris, & Liberi filiæ: quas veteres nudas pinxerunt, quòd gratias inter amicos mutuò deceat esse fovatas. Ties autē ea ratione dicuntur, quòd una beneficium det, altera accipiat, tertia reddat. Ringuntur juvenes, ne beneficii memoria tenuescat. Ridentes, quòd hilarem dandum sit. Et quum duæ nos aspiciant, una pingitur aversa: quas significari volunt, quòd pro accepto beneficio duplex à nobis gratia debeat reverti. Nudæ etiam pinguntur: quia beneficia sine dolore debent conferri, & nullo velamine obtegi. Item connexæ: quia insolubiles esse gratias decet: & beneficium aliud semper beneficium parere, perpetuumq; amicitiæ fœdus. Quæ Veneris & Liberi filias adjungantur: e quibus est Servius: hac moventur ratione, quòd horum præcipuè deorum munera in gratia concilientur. Tradunt etiam eas in Acidalio fonte, qui est Orchomeni Boeotiæ urbe, lavari: quoniam puta esse beneficia oportet, & nihil sordidū, nullamq; ipsam retributionis moram. De his Mantuanus:

-properate sorores
Gratiæ ab Orchomenio primùm Aglaia decoro
Lætitiam præte ore ferens, tecumq; Thalia
Cinctus factum viridi Euphrosyne caput, Euphrosyneq;
Læta genas, lata os roseum, vaga lumina flava.

Chărītōnĭus, a, um, adjectivum, χαριτώνιος, Interpretatur gratiam venalem habens. [Pol. Ten kroris à sok mopeti dáma.] Vnde propriè puellis convenit, quæ gratia sua aut quæstum & ab exoletos amatores aburuntur.

Chărmūdē

Chārmindē, χαρμίνδη, Vrbs est trans Euphratem, iuxta portas Babylonias. ¶ Gentilia sunt Charmandeus, & Charmandites Steph.

Chārmis, χάρμις, Sardiniæ oppidum, Carthaginēsium opus. ¶ Gentes Charmites, Stephano.

Charmĭōne, χαρμίων, ut scribit Plutarchus in vita Antonii, Cleopatræ ancilla fuit, spontaneum dominæ mortem imitata.

Charmonia, Hispaniæ urba Ptolemæo, Carmonia Strabonī dicta.

Chārōn, χάρων, Lampsacenus historicus, qui tempore primi Dani floruit. Scripsit Archinpica libris duobus: item Cretensia, Græcanica, & alia. ¶ Charon, item Carthaginiensis historicus, qui Tyrannorum quorquot in Asia, Europaque fuerunt, item illustrium virorum & mulierum vitas contexuit. ¶ Tertius eiusdem nominis, Naucratita fuit historicus, qui de sacerdotibus, regibus, & gestis Aegyptiorum historiam scripsit.

Chārōn, tis. [χάρων. Germ. Der Hellisch Schiffman so die Seelen der abgestorbnē vberfüret.] A' poetis dicitur, qui animas defunctorum per tria inferni flumina, Acherontem, Stygem, & Cocytum, ad alteram ripam transvehit. De hoc Virg. lib. 6. Aeneid. ¶ Hinc ortum adagium: Charontis janua, χάρωνος θύρα. De imminente capitis periculo, sive de re magni periculi. Sic enim antiquitus appellabatur una è carceris januis per quam damnati judicum sententiis ad supplicium educebantur: Referunt Xenodotus, Hesychius, & Suidas.

Charonea, orum, χαρώνεια, Regio Asiæ est, ad Mæandrum fluvium, vicina Hierapoli, Characi, Magnesiæ, & Myunti, terram habens cavernosam, putridam, & incendiis obnoxiam. Vide Strabonem ad finem lib. 12.

Charonea porta, χαρώνεια πύλη, Appellabatur una ex portis Athenensis nomophylacis per quam damnati ad supplicium ducebantur.

Charonium, χαρώνιον, Antrum est inter Tralles & Nysam, ubi ægroti solennibus quibusdam superstitionibus à morbis liberari credebantur. Vide Strab. lib. 14.

Charonidas, χαρωνίδης, cognomento Thurius, patria Catanæus Athenienses suas leges quasdam edidit, quibus quum capitis pœnam statuisset in eos, qui gladios armati concionarentur, introiret, ut rure veniebat, gladio accinctus in concionem prodibat: monitus deinde ab eo qui prostare assidebat, quum culpam dissimulare posset, gladio quo accinctus erat incumbens, violatæ legis ac pœnas exegit. Valer. Lib. 6. capite 5.

Charops, χάροψ, Hom. Iliad. 11. Vir Troianus, Hippasi filius, & Suci frater, quos ambos uno die Vlysses interemit. ¶ Est & nomen cujusdam inter Epiroticas primarii, qui Tito Quinctio Flaminio Consuli Romano contra Philippum bellum gerenti, favit. Autor Plutarchus in vita ejusdem Flaminii.

Chărȳbdis, χάρυβδις: Vulgò *Galofaro*, & Scylla, duo monstra sunt in freto Siculo: de quibus Virg. 3. Aeneid. Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis obsidet. ¶ Est autem Charybdis locus, ferum scribit Salustius, juxta Tauromitanum litus: extat q; fabula Charybdin mulierē fuisse rapacissimam, quæ quum Herculis vaccas rapuisset, à Jove fulminata est, & in hoc monstrum cōversa. ¶ Est igitur Charybdis mare periculosum nautis, quod contrarios ventorum cursibus collisionem facit, & rapta quæque absorbet & rejicit. [Germ. Ein Strudlichtig ort im Meer bey Sicilien/den Schiffleuten gar gefehrlich.] Ovidius: Et vomit ejectas in vada Charybdis aquas. Seneca ad Lucilium: Scyllam saxum esse, & quidem terribile navigantibus, optimè scio: Charybdis an respondeat fabulis, perire mihi desydero. Facinus certiores, utrum uno tantum vento agatur in vortices, an omnis tempestas mare illud contorqueat, & an verum sit, quicquid illo freti turbine arreptum est, per multa milia trahi. Thucidides libro quarto, scribit esse fretum inter Rhegium mare & Messanam, à quo brevi spatio Sicilia continente differ, & Charybdim appellatum. ¶ Evitata Charybdi in Scyllam incidi, ἐκ τῆς χαρύβδεως εἰς τὴν σκύλλαν. Hoc est, dum vitato gravius malum, in alterum diversum incidi.

Chasmos, Dolum Moabitarum, quod alio nomine appellatur Beelphegor, teste Hieron. in cap. 13. Ezech.

Chatramotites, χατραμωτίτης, Regio juxta mare rubrū. Strabo lib. 15. cives Chatramonitæ, Vrsinus Chatramotas vocat. Stephan.

Chātti, Populi sunt Germaniæ, nō procul à Rheno. Plin. lib. 4. cap. 14. [Germ. Die Hessen.]

Chatrenia, χατρηνία. Nam in Ἀτρηνία apud Stephan. per duplex t scribitur: sino autem loco aliquoties per simplex, quamvis ordo literarum duplex postularet: sed hic sæpè ab ipso neglicitur: regio est Carthaginensium, χώρα καρχηδονίων, aspera alioqui, sed vitis & turribus instructa prope mare rubrum. Cives Coatteni.

Chaubi, Germaniæ populi, Strabo lib. 7.

Chaunī, χάονες, Populi Thesprotiæ, Plin. lib. 4. Thessalicorum, χαονίδαι χαονίται, & χαονήτιον ἔθνος. Steph.

Chavon, onis, χάων, Regio Mediæ: inde Chavanes, Steph.

Chaxene, χαξηνή, Satrapia juxta Euphratem Mesopotamiæ, Stephanus.

Chēlidōniæ, χελιδονίαι, ut Stephano, Duæ sunt insulæ contra Chelidonium Tauri promontorium, pestilentissimi aëris, quarum altera Corydela dicitur, altera Menaippea. Circa has insulas anthias piscis maxima in copia capitur: ut est videre apud Plinium.

Chelidonium, χελιδόνιον, Vnum est ex Taurimontis promontoriis Plin. lib. 5. cap. 27. Taurus mons ab Eois ventis hinc hibus, Chelidonio promontorio determinatur.

Chelonares, promontorium Achaiæ, quod Ptolem. Cheloria dicitur.

Chelonitis, χελωνίτις, Insula est in sinu Arabico, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Chelonophăgi, [χελωνοφάγοι. Ger. Schildtkrottfressel: sind völcker in Germania.] Populi sunt in Germaniæ angulo, nō alia quam testudinum carne vescentes, earumque tectis casas tegentes. Tantæ enim magnitudinis apud eos proveniunt, ut singulæ singulis casis ingredis fulciant, & ravenantibus Chelonophagis scapulorum ulum præbeant. Vide Plin. lib. 6. cap. 25, & Strab. lib. 16.

Chemmis, Pomp. Mela, sive Chemmis, χέμμις. Herodoto, insula est in quodam Aegypti lacu natans: quod omnino incredibile videtur, quum Augustum Apollinis templum, & lucos sustineat.

Chemnitzia, Vrbs Misniæ. [Germ. Chemnitz.]

Chenīnæ, χῆναι, Vrbs Laconiæ à qua Gentile Chenicus.

Chenoboscīa, χηνοβοσκία, Vrbs Aegypti, è regione Diospolis, ab anseribus, ut videtur, pascuis dicta, qui tamen alicubi non apparent. ¶ Hujus incolæ dicuntur Chenoboscitæ, qui circa Crocodilos occupantur.

Cheopes, sive Cheops, Aegypti rex fuit, Mycerino patre natus, cujus opus est maximum totius Aegypti pyramis, ad quam faciendam denas hominum myriades in opere habuisse dicitur, & pro apio, cepa, & alio malo sexcenta talenta expendisse. Autor Herod. lib. 2.

Chephren, Cheopis frater, Aegypti & ipse rex post fratrem. Autor Herod. lib. 2.

Chernesīs, χερνησός, Juxta Corinthum est, Stephanus in Chersonesō.

Chersura, χέρσυρα. Vrbs Lyciæ. Steph. in Chersonesō.

Chersōnēsus, Syriæ civitas, quæ aliàs Apamea. Stephan. Est item urbs in Chersonesō juxta Gadium, civis Chersonesius. Alia est Chersonesus Cretæ cum oppidulo ejusdem nominis. Alia est Libyæ Cyrenaicæ dicta, χερσόνησος ἡ κατὰ Κυρήνην.

Chersonesus vera, χερσόνησος, juxta Corinthū est. Item Chersonesus promontorium in Lycia, à qua juxta Cornacum urbem. Steph. in.

Chersōnēsus, [χερσόνησος, quasi χερσόνησος. Ein Landtschafft/ so rings vmbher mit Wasser umbfangen ist. Ein Halbinsel/ oder nur an einem ort mit dem Land verbunden ist.] Terra est in insulæ modum mari cincta, uno tantum, eoq; angusto spatio cōtinenti adjecta: Latini Peninsulam vocant. Quinque autem insigniores commemorantur Chersonesi: quarum celeberrima Achaiæ adhærens, Peloponnesus appellatur. ¶ Secunda quæ à vicina continente Thracia dicitur, cujus Ellumus ab Occasu Melanes sinu, ab Ortu Propontide abluitur. ¶ Tertia, quæ Saxonas adhærens, a Cimbris, qui eam tenuerunt, Cimbrica appellata est: hodie Iuma dicta. Vulgò *Denemarck*. [Germ. Dennemarck.] ¶ Quarta inter Pontum Euxinum, & Maeotidem Paludem sita, à Tauris Scythiæ Europæ populis Taurica appellata. ¶ Quinta, quam Auctores enumerant, in tractu supra Gangem, Orienti versus, juxta Sinum, quem Magnum appellat Ptolemæus. Peloponnesus verò major, celebriorque est, quàm ut Chersonesi nomen admittat, quanquam & ipsa à nominis etymo ferat: Chersonesum Strabo nominat: & minoris Asiæ in nostrum mare prominentius, Chersonesus dictus bonis autoribus, ut scribit Vadianus.

Chersidamas, χερσίδαμας, Vir Troianus, quem Vlysses in bello interemit, ut refert Homerus lib. 11. Iliad.

Chersonesus, χερσόνησος, id est, ea. Chersonesus. Vide suprà.

Cherubin, χερουβίν, gen. neut. & plur. num. pro illo angelorum choro. Cherubin verò seu Cherubim per m, tam male, quàm neutrogen. est.

Chĕrusci, [χερουσκοί. Germ. Die Völcker in Teutschlande vmb die Elb/ auff der Sud seiten/ ohne Meyssen.] Populi Germaniæ circa Albim: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 14.

Chesion, χήσιον, Oppidū fontis, unde Chesius. Ortus in masculino genere usurpatus, non civitatē, sed locum esse docet, Steph.

Chidnæi, χιδναῖοι, Populi juxta Pontum: recte Orpheo in Arg.

Chidorus, Fluvius est Macedoniæ, per Myglonitam in Axium influens, unus ex iis qui à Xerxe exercitu dicuntur fuisse exsiccati. Vide Herodotum lib. 7.

Chilo, Philosophus Lacedæmonius, unus ex septem sapientibus Græciæ. Ejus [Plinio teste lib. 7. cap. 32. juris hæc aurea præcepta fuerunt, Delphis in templo Apollinis consecrata: scilicet, Nosce teipsum: Nihil nimium cupias: Comes æris alieni atq; litis, est miseria. Quin & tunus eius, quum, victore Olympiæ filio, gaudio exspiraret, tota Græcia prosequuta est.

Chimæra, [Germ. Ein ungeheurer Berg in Lycia so Feur ausspeuet.] Mons est Lyciæ ignivomus, in cujus cacumine leones nascuntur: in medio autem, ubi pascuis abundat, capræ: in radicibus autem serpentes. Hic factus est locus fabulæ, Chimæram monstrum esse, quod flammas evomat, caput & pectus leonis habena, ventrem autem capræ, & caudam draconis. Lucretius: Prima leo: postrema draco: media ipsa Chimera. Ovid. 6. Metam.

Quæq; Chimæra jugo mediis in partibus hirsuit,
Pectus & ora leæ, caudam serpentis habebat.

Et quoniam Bellerophontes Glauci filius monstrum hunc habitabilem reddidit, Chimæram Lyciæ occidisse. Hæc fere Servius in illud Virg. 6. Æn. Flammisque armata Chimæra. Plin. lib. 2. cap. 106. Flagrat in Phaselide monte Chimæra, & quidem immortali diebus & noctibus flamma. Ignem ejus accendi aqua exstingui verò terra aut fœno, Goldius Crefias tradit.

Chimera, Urbs Siciliæ, cujus meminit Xenophon lib. 1. rerum Græcarum: gentile Chimæreus. Steph.

Chimerium Phthiotidis mons in Thessalia, ut tradit Plinius lib. 4. cap. 7. Stephano, promontorium Thesprotiæ. Gentile Chimericus.

Chione, Nobile fœtum fuit, nomen habens à candore nivis: cujus Græcè nivem significat. Iuvenalis: Et dubitas alta Chionem deducere sella. In hanc exstat festivum illud Martial. Epigr. lib. 3:

Digna nec es cui sis, indignaq; nomine dicam.
Frigida es, & nigra es: non es & es Chione. ¶ Fuit & Chione filia Dædalionis, cujus nuptias quum ob formæ elegantiam multi ambirent proci, tandem Paonio Epidauriensi nupsit. Porrò redeunte Mercurio à Cyllene monte, & Phœbo Delphis, ab ambobus vitia est, qui statim ejus amore capti, quum separatim ejus concubitum peterent, Apollo in noctem distulit: Mercurius autem non expectata nocte eam caduceo tetigit, & in altissimum soporem alligavit, dormientemq; vitiavit, & discessit. Deinde accedente noctu Apollo accepta anus forma ad eam intravit, oppetitisque: & sic ex utroque concepit, peperitq; Mercurio Autolycum, de quo supra. Apollini verò Philammonem, qui carmine & cithara plurimùm valuit. Postea quòd diis placuisset, superbia elata, ausa fuit se Dianæ ob pulchritudinem præferre, quare mota Diana sagittis eam interemit. Ovid. lib. 11. Metamor.

Nota erat huic Chione quæ dotatissima forma,
Mille proci petiit, bis septem nubilis annis.

Chios, [Germ. Die Insul im Aegeischen Meer; so Welschland zu ist.] Insula in Ægæo mari ingentorum circiter stadiorum ambitu, Ioniæ adjacens, inter Samum & Lesbum, in qua laudatissima nascitur malthiche. Hanc Ephorus prisco nomine Aethaliam, Metrodorus & Cleobulus Chiam appellarunt, à Chione Nympha, sive à nive: alii. & Macris & Pityusam. Montem habet Pellenæum, & Marmor. Chii autem templum Apollinis, qui inde Chius appellatur, & promontorium Arvisium, à quo Arvisia vina. ¶ Habet autem hoc nomen, quum primitivum est, penultimam correptam. Lucan. lib. 8: Quas Asiæ cautes, & quas Chios asperat undas. Sunt qui quadrigeminam Chium esse putêt: ut prima sit Chios insula, cum oppido ejusdem nominis: secunda Cariæ urbs sub monte Pellenæo: tertia in Eubœa: quarta in Chersonesso Rhodiorum juxta Triopiam.

Chius, pen. prod. Tibul. lib. 2:

Nec mihi famosos veterum proferre Falernos
Consulis, & Chio solvite vincla cado.

Hæc insula protulit memorabiles viros, Ionem tragicum, Theopompum historicum, & Theocritum sophistam.

Chios, Stephano, clarissima insula Ionum est, prope Erythras, cum urbe ejusdem nominis, à Chio Oceani filia, vel à nive in ea abundante. Est & alia Chius urbs Cariæ, sub pede montis Pellenæi. Et alia juxta Triopion sita in Chersonesso. Quarta in Eubœa. Gentile, similiter & possessivum, Chiacus. Apud Chios primùm fuerunt Therapontes, at apud Lacedæmonios Helotes, apud Argivos Gymnetii, apud Sicyonios Corynephori, apud Italos Pelasgi, apud Cretenses Dinoitæ. Item in Chio primùm natum est vinum nigrum.

Chirocrates, penultima correpta, Nomen architecti celebris, qui ab aliquibus Dinocrates dici solet. Plinius libro 14.

Chirogylium, Insula est ante Lyciam, è regione Chimæræ montis, de qua Plin. lib. 5. cap. 31.

Chirōn, onis, [Germ. Ein Sohn Saturni, von Philyra der Tochter des Oceani, halb ein Mensch gewesen ist.] Centaurus, Saturni & Philyræ filius, dimidia sui parte equus, reliqua homo. Fabulantur enim poëtæ, Saturnum, quum Philyram Oceani filiam adamaret, ejusque fineretur concubitu, Opis uxoris iram veritum turbatum, subitò sese in equum convertisse. Philyram autem ex eo gravidam effectam, fœtum peperisse, cujus anterior pars hominem, posterior equum referret, cumque Chironem nomen fuisse: qui ubi primum adolevit, in sylvas sese contulit, ibique herbarum vires edoctus, in præstantissimum medicum evasit: à quo etiam Centaurion herba nomen accepit, dicum evalit: à quo etiam Centaurion herba nomen accepit, dicum evalit: à quo etiam Centaurion herba nomen accepit, dicum eval

Cholargis, χολαργεῖς, Vicus est in agro Atheniensi, tribus Acamantidis. Stephan.

Chōllambi, χολλαμβοί, Qui & Scazontes dicuntur, Vide in APPELLAT.

Chōlobēchēnē, χολοβηχηνή, Armeniæ pars, quæ Tigrani paruit.

Chōlobēchēnus, Gentile est, χολοβηχηνός. Steph.

Chollidæ, χολλίδαι, Vicus in Leōnide tribu: tribulis Chollides, apud Laertium Chollidæus. Steph.

Cholontichos, χολόντιχος, Vrbs Cariæ, gēnile Cholontichites. Stephanus.

Chompsō, χομψώ, Insula Nili inter Aethiopiam & Aegyptum: cujus meminit Herod. lib. 2. Gentile est Chompsōites, χομψωίτης.

Chonē, χώνη, Vrbs Oenotrorum, cujus Strabo meminit libro septimo, & regionem appellat Chonen: incolæ Chones, & Chonii. Stephan.

Chōrāmnæi, Vide in APPELL.

Chorasmīē, es, χωρασμίη, Vrbs Parthorum, Orientem versus: cujus incolæ Chorasmii commemorantur ab Herodot. lib. 3. in catalogo Xerciani exercitus.

Chōrīnæus, Rutili cujusdam nomen, ab Asyla Troiano interempti apud Virg. lib. 9 Aen. Emathiona Ligei, Chorinæum flentem Asylas.

Chōrœbīus Atheniensis quidam, qui primus figlinam artem invenit, ut testatur Plin. lib. 7. cap. 56. [Gerrt Einer von Athen hüttig: ſo die Hafnerkunſt erfunden hat.] ¶ Est item Chorœbus, adolescentis nomen apud Virgil. 2. Aeneid. cui Priamus Cassandram filiam suam desponderat: qui etiam suprema illa nocte, qua Ilium cecidit, à Græcis fuit interfectus. Hunc Euphorion fultum inducit: quem etiam sequutus Virgilius, sententiam et tribuit, sanæ mentis homine indignam: Dolus, an virtus quis in hoste requirat? Turpissima enim victoria censeri debet, quæ dolo quæritur.

Chortīā, χορτία, Oppidum Boeotorum. Pausanias lib. 9: Post Gyrtones tu pervato monte, oppidū est Chortia: gentile Chortius. Stephan.

Chortasō, χορτάσω, Vrbs Aegypti: sic dicta quòd Cleopatræ exercitus annona destitutus illic fatiatus sit: χορτάζω enim est fatiare. Stephan.

Chosrōēs, χοσρόης, Persarum rex fuit, Græcæ Philosophiæ peritissimus, qui tibi Aristotelem non minùs familiarem reddidit, quàm Demosthenes Thucydidem. Hujus viram & studia latissimè exequitur Suidas.

Chranaen, Insula adjacens Sunio Atticæ promōtorio. Calep. ¶ Fortè melius absq; aspiratione, χρανάη.

Chrēmētī, Vrbs Austriæ Ripensis.

Chrēstus, χρῆστος, Nomen Byzantii Sophistæ fuit, qui Ariadni temporibus Romæ Herodis Attici auditor fuit. Hic vino quanquam deditus, cæteris in rebus continenter vixit, ac in primis vigilanter. Nam quum ad galli cantum sæpe bibere solitus esset, non prius tamen somno se, quàm studio dabat. Autor est Philostratus.

Chrestus, χρῆστος, Nomen Achaiensis autoris probatissimi, cujus meminit Columella.

Chrisodōrus, χρισοδώρος, Poëta Aegyptius fuit ex Copto Aegypti urbe, tempore Anastasii Imperatoris, qui Isauricā cōscripsit: hoc est, Isauricæ urbis expugnationem. ¶ Fuit & alter hoc nomine Thebanus, qui auctor fuit rationem, item vitam Divorum Cosmæ & Damiani carmine complexus est. Vtriusque autor Suidas.

Chrōmīos, χρώμιος, Filius Neleï, & Chloridos, qui in ea pugna, quam Pylii & Messenii adversus Herculem gesserunt, cum decem fratribus occisus est. Alius fuit Priami filius, in bello Trojano à Diomede interfectus. ¶ Fuit & Chromius quidam Argivus, qui ea in pugna, quæ ob Thyreorum agrum inter trecentos Lacedæmonios, totidemque Argivos commissa est, solus ex suis cum Alcenore incolumis evasit. Autor Herod. lib. 1.

Chrōmis, Herculis filius, ut Lactantius refutatur, dicens: Constat Chromin Herculis fuisse filium, & equos habuisse Thraces, quos Hercules occiso Diomede abduxerat, humanis carnibus vesci consuetos. Hujus meminit & Statius, dum ait:

It Chromis Hippodamusq; altet fatus Hercule magno.
Et paulò infrà:
Mox Chromis Hippodamū metæ interioris ad orbem
Viribus Herculeis, & toto robore patris, &c.

Chrōnīā, orum, χρόνια, Saturni festa.

Chrysa, æ, sive Chryse, es, χρύσα, Oppidum fuit Trojadis, Apollinis Smynthii delubro insigne: cujus meminerunt Plin. lib. 5. cap. 30. Strab. lib. 13. & Homer. Iliad. 1, Ovid. 13. Metam. Chryseque, & Cilicum Apollinis urbes. ¶ Stephanus item Chrysen quandam collocat circa Lemnum, & ipsam Apollini Lemnio consecratam. ¶ Est item Chryse insula Indiæ adjacens, de qua paulò pòst.

Chrysanthus, Alexandrinus, Romæ quò juvenis venerat, factus Christianus, sub Numeriano Imperatore in fossam demissus, ac terra, saxisq; obrutus fuit. Volaterranus.

Chrysaor, χρυσάωρ, Neptuni filius, quem ex capite Medusæ, ut & Pegasum, natum scribit Hesiodus in Theogonia.

Chrysas, [χρυσᾶς. German. Ein Fluß in Sicilien / heißt jetzt Isaro.] Hujus est Siciliæ, teste Cicerone, qui de eo scribit sexta Verrin. Chrysas est amnis, qui per Assarinorum agros fluit. Is apud illos habetur Deus, & religione maxima colitur. Fanum ejus est in agro propter ipsam viam, qua Assoro itur Ennam. In eo Chrysæ est simulacrum præclarè factum è marmore.

Chrysaoras, χρυσάορος, Fluit per medium Messanæ urbis Libyæ, Stephanus.

Chrysaoris, idis, χρυσαορίς, Cariæ civitas à Lycis condita, quæ postea Adrias nominata est: ut ex Apollonii sententia refert Stephanus.

Chrysē, χρυσή, Stephano, Insula est ante ostium Indi fluvii, tam ferax auri, argentiq; metallis, ut nonnulli prodiderint, solum ejus aureum esse atque argenteum. Hujus insulæ meminit Plin. lib. 6. cap. 21.

Chrysēs, æ, χρυσῆς, Apollinis sacerdos fuit, patre Altynomes, quæ à nomine ejus Chryseis cognominata fuit: quam quum Græci, expugnata Thebis Cilicis, urbe Eetionis, adux. sent, & Agamemnoni in prædæ divisione tradidissent, Chrysēs Apollinis insignibus exornatus, ad Græcorum castra accessit, filiamque sibi petit restitui. Quod quum impetrare non potuisset, Apollinis auxilium imploravit, qui tam gravem Græcis pestilentiam immisit, ut Agamemnon parti puellam restituere fuerit coactus. Cujus loco quum Achilli Briseïdem eripuisset, indignè id ferens Achilles, in posterum à prælio omni abstinuit, donec morte Patrocli nuntiata, intermissa arma recepit. Autor Homerus lib. 1. Iliad.

Chryseis, pen. prod. χρυσηΐς, Chrysæ Apollinis sacerdotis filia fuit, quæ vero nomine Altynome dicta fuit: Chryseis à nomine patris cognominata. Vide in dictione CHATNES.

Chrysippa, χρυσίππη, Vrbs Ciliciæ à Chrysippo conditore. Gentile Chrysippanus vel Chrysippēus. Steph.

Chrysippē, χρυσίππη, Iri filia, quæ ex Phthio Hellenem peperit, ut autor est Stephanus.

Chrysippus, χρύσιππος, Apollonii filius, patria Solensis, sive (ut alii malunt) Tarsensis, Stoïcæ sectæ Philosophus fuit, auditor Zenonis & Cleanthis: post quem etiam schola præfuit. Ingenii acumine plurimùm valuit, ut quum multis etiā præceptoribus dissenserit. Vnde per ironiam Chrysippēi acumē usurpatur in stupidum. In dialectica clarissimus fuit: ita ut non illepidè dicerent quidam: Si apud deos dialectica haberetur, nō temerè alia esset, quàm quæ à Chrysippo inventa fuit. Scripsit librorum volumina supra quinque & septuaginta. Ferunt Carneadem Philosophum Cyrenæum, perlectis Chrysippi libris, ita dixisse: Nisi Chrysippus esset, ego nō essem. De exitu ejus varia traduntur. Quidam volunt à discipulis ad sacrificium vocatum, quum vinum dulce allatum hausisset, anhelitus difficultate laborare cœpisse, atq; ita quinto demum die fato concessisse, annos jam natum circiter tres & septuaginta. Alii ferunt nimio risu exspirasse. Nam quum ficus turè allatas asinum comedentem vidisset, ancillæ jussisse aiunt, ut & vinum asino ebibendum daret: ejusque ejecti urbanitate tantopere sibi placuisse, ut nimio risu fuerit suffocatus. Mortuo Athenienses thecam posuerunt in Ceramico. ¶ Fuit præterea Chrysippus filius Pelopis, quem quum pater valdè amaret, noverca ejus Hippodamia indignè ferens, liberos suos Atreum & Thyestem impulit, qui illum interficeret: unde quum rem à Pelope pulsi, in exilio vitam degerunt, donec pater è vivis excederet.

Chrysoceras, χρυσόκερας, Vulgò Prom. Promontorium Thraciæ ad Bosphorum situm, in quo situm est oppidum Byzantium liberæ cōditionis, antiquā Lygos dictum. Autor Plin. lib. 4. c. 11. Ratio nominis ducta est partim à figura, quæ cervino cornu simillima est: partim à proventu, quòd maxima ibi pecuniarum copia accipiatur.

Chrysogonus, χρυσόγονος, Nomen viri proprium, compositum ex χρυσὸς, aurum & γόνος factum, quòd aurum undecunque pariat. Juvenalis: Sunt quæ Chrysogonum cantare vetant.

Chrysogonus, χρυσόγονος, Sylæ libertus potentissimus, de quo multa Cicero in Orat. pro Rosc. Amer. ¶ Fuit & Chrysogonus martyr, ex Volaterrano, nobili genere ortus Romæ, qui quando nec consulatus, nec ullis honoris pollicitatione per Diocletianum averti potuit, jugulatus est ad scalas Gemoniæ. Latinè factum aureum sonat: nam χρυσὸς aurum, γόνος factum significat.

Chrysopolis,

Chrysopolis, [χρυσόπολις. Germ. Ist Stat in Bithynia/ nahe bey Chalcedonien/ etwa Gotthart der Perser.] Teste Plin. lib. 5. cap. 28. oppidum est Bithyniæ, prope Chalcedonem sita dictum, quòd Persæ ibi tributum colligerent ex cæteris Asiæ civitatib. ¶ Est præterea altera Chrysopolis in Cilicia, teste Stephano.

Chrysorrhoas, [χρυσορρόας, Fluvius est Syriæ circa Damascum inopiens, qui penè totus derivationibus exhauritur. Autor est Strabo lib. 16. & Plin. lib. 5. cap. 18. ¶ Chrysorrhoas etiam dictus est Pactolus, propter aureas arenas: ut autor est idem Plin. lib. 5. cap. 29.

Chrysorrhoas, [χρυσορρόας, Populi dicti ad Phasim fluvium, quòd in his locis (ut inquit Strabo) auriferi torrentes sint. Vnde fabulosum illud de vellere apud Colchos aureo.

Chrysostomus, [χρυσόστομος. Nobilissimi scriptoris Ecclesiastici cognomen, patria Antiochenus: Episcopi autem Constantinopolitani, ab eloquentiæ suavitate impositum. Latinè sonat Os aureum.

Chrysothemis, [χρυσόθεμις, Filia Agamemnonis & Clytemnestræ, soror Orestis, Electræ & Iphigeniæ: ut scribit Homerus lib. 9 Iliad.

Chrysothoas. Vide CHRYSORRHOAS.

Chryxus, Ducis Boiorum nomen est apud Silium Italicum lib. 4. qui ad Brennum Senonum Gallorum ducem ejus originem refert.

Chrliōnē, [χρλιόνη, Vnum ex veterib. Cretæ insulæ nominibus, teste Stephano in dictione κρνν.

Chrhonophyle, [χρονοφύλη, quæ Baccho Phliuntem peperit. Stephanus.

Chyron, [χύρων, Regiuncula Epiri, in qua habitavêre quidam ex Clazomenis profecti. Gentile Chyrites.

Chyrri, [χύρρη, Civitas Cypri: sic dicta à Chyro filio Aledri, filii Acamantis. [χυρρίτης, regiuncula Thraciæ cives Chyrtopolites.

Chyrus, Cyzici portus.

Chyrrium, [χύρριον, Locus Ioniæ, in quo postea Clazomenæ conditæ fuerunt.

C ante I.

Cia, æ, Ptolemæo, Vulgò Zea. Insula est sub Euboea, non procul ab Attica, quæ à Plinio & Strabone Ceos, & Cea appellatur. Tres habet præcipuas civitates, Iuliden, Carthæam, & Chatestium. Hinc deducitur adjectivum Cius, ἀκὸς, & εἷος, per Crasin.

Cibarci, Hispaniæ populi, quorum meminit Plin. lib. 4. in descriptione Hispaniæ.

Ciborius, Asiæ civitas est, eadem cum Apamia. Autor Plinius lib. 5. cap. 29.

Cibyra, æ, κίβυρα, Ptolemæo, Oppidum Asiæ propriè dictæ, non procul à Meandro fluvio. Cic. 6. in Verrem: Hosce opinor Cibyræ, quum in suspicionem venissent suis civibus, fanum expilasse Apollinis, & paulò post: Cibyram cum mandatis syngraphis venerat.

Cibyratæ, vel Cibyrata, nomen gentile. Cicero ibidem: Dò quum venio, Prætor quicquam fratres illi Cibyratæ inambulabant.

Cibyraticus, a, um, possessivum. Ibidem: Immittebantur illicò Cibyratici illi canes, qui investigabant, & persecutabantur omnia.

Cicĕro, [κίκερων. Ger. Ein Nachbegabter Redner vñ auch Burgermeister zu Rom.] Cujus vitã Tyro Tullius ejus libertus tribus voluminibus scripsit, teste Pædiano. Præceptores se habuisse fatetur in philosophia quidem Philonem Academicum, tunc Romæ commorantem: in jure civili, Scævolam: in dialectica, Diodorum Stoicum: in dicendo, Apollonium Molonem. ¶ Sex. Roscium Amerinũ parricidii reum, natus annos XXIII. ut tradit Nepos, ut alii, XXVII, defendit. Metuens deinde Syllam, quem in ea causa offenderat, in Græciam abiit, Asiamq; simulata valetudinis causa abiit: ubi se (ut ipse ait) recoquendum præceptoribus dicendi dedit, Xenocleique Adramitenum, Dionysium Magnetium, & Menippum Carem audivit: Rhodi verò Apollonium Molonem magistrum dicendi habuit. Ferunteque Posidonium tunc Athenis eum Græcè declamantem audivisse, ac pristinùs exclamasse, quòd solam Græcis dicendi relictam gloriam videret ad Latinos per eum transferri. Postea quum multis muneribus in Republ. functus esset, Consul conjurationem Catilinæ represtit, legem Agrariam repulit. Hujus vitam omnem, & vitæ studia vide apud Plutarchum. ¶ Cicero, ejus filius inter eos qui à parentibus degenerâverunt, ponitur. Valerio Binos cum congios hausisse solitum scribit Plinius, per temulentiamque M. Agrippæ scyphum impegisse. ¶ Q. Cicero M. frater, legatus Cæsaris in Gallia primùm, deinde ad regendam Asiam proprætor missus, admoneatur à fratre per epistolam totius officii. Duxit uxorem Pomponii Attici sororem. Miserandus demum ejus exitus. Proscriptus enim una cum filio (quando & Marcus frater) rogavit percussorem se ante filium interfici: filius contrà, te ante patrem. Vterque igitur simul interfectus. Autor Appianus.

Ciceronianus, a, um, Quod est Ciceronis, vel accedit ad Ciceronem: ut Ciceroniana simplicitas. Plin. in Præfatione totius operis.

Cichelus, fluvius ponitur ab Homero hymno Apollinis.

Cicimeni, Populi ex Saxamatarum genere, à Medis oriundi, Tanaim fluvium accolentes: quorum meminit Plinius lib. 6. capite 7.

Cicones, pen. cor. κίκονες, Populi Thraciæ, juxta Hebrum fluvium inhabitantes. Tibul. Nam Ciconum ille manus adversus repulit undis. Virgil. 4. Georg. Spretæ Ciconum quo munere matres Discerptum latè juvenem sparsêre per agros.

Ciconius, κικόνιος, Nomen ejus qui Brixiam condidit.

Cierium, κίειον, Verbi Reconciliati, à Cia Arte dicta. Steph.

Cilix, cis, κίλιξ, Nomen proprium Phœnicis filii: à quo dicta est Cilicia.

Cilicĭa, Cilicia. Vulgò Caramania. Germ. Ist Landschafft des minderen Asie so an Syrien stosset/ heisset Caramania.] Regio est in minori Asia, Syriæ proxima, tota ferè campestris, Tauromonti subjecta: quæ à Cilice nomen sortita est, quem pristina ætas penè ultra ævum memoriæ abscondit, Phœnice ortum, qui apud Gentiles antiquos Iove de primis terræ alumnis habebatur. Hæc regio ab Oriente Amano clauditurà Septentrione Tauri jugis: ab Occidente Pamphylia. Hujus metropolis est Tarsos, quam interfecat Cydnus amnis. ¶ Ciliciæ portæ, quà Taurus patet ad Antiochiam. Vulgò Caise della gradi. ¶ Ciliciæ populi Cilices appellantur, de quibus paulò pòst. ¶ Gentile fœminiũ est Cilissa, sicut a Phœnice Phœnissa: quòd & adjectivi vice positum aliquando legimus. Ovid. in Ibim. Nam neque quot flores Sicula nascantur in Hybla, Quotve ferat dicam terra Cilissa crocos.

Cilicensis autem denominativum est, non gentile: ut, Præfectus, vel Proconsul Cilicensis. Cic. Qu. Fr. lib. 1. Nam si te interea nonnullus vicinitatis Cilicensi & Syriaco antecesserit, valdè magnum facit.

Cilicius, a, um, possessivum: ut, Ciliciæ portæ: hoc est, Amani montis angustiæ, quibus Cilicia à Syria dirimitur. ¶ Cilicium exercitum, κιλίκιον στρατόπεδον. De crudeli & immani dicebatur. Cilices enim ob piraticam, quam exercebant, & assiduas hostium depraedationes infames erant inhumanitatis & crudelitatis nomine. ¶ Cilicii imperatores, κίλικες στρατηγοί, dicebantur homines luxuriosi & pilis obliti. Vnde & tagapilis contexta, Cilicia vocantur. Autor Diogenianus.

Cilicii, termini dicti fuere à Cilicio Saturnino, centurione cohortis septimæ & vicesimæ, qui terminationem fecit.

Cilix, gentile est significans eum, qui è Cilicia ortus est. ¶ Cilices piratæ fuêre, quos Cn. Pompeius victos in deditionem accepit, & eorum postea fidei opera usus est in bellis suis navalibus adversus Cæsarem. Lucan. lib. 3: Inq; Cilix juxtà, jam non piratica, carina. ¶ Crocea Cilix, pro Cilicio. Lucret. lib. 2. Et quum lœna croco Cilici perfusa recens est. ¶ Cilix haud facilè verum dicit. Dionys. in Epist. ad Rufum scholasticum: [κίλιξ οὐ ῥᾳδίως ἀληθεύει: id est, Vetus verbum est, Cilices haud facilè verum dicere. Quadrabit in hominem avidum lucri, & ob id suspectum: nec dicentem non quæ vera sint, sed quæ utilia.

Cillă, κίλλα, Vrbs prope Thebas Actioneas, ubi Cilli Apollinis templum erat, ut habet Strabo lib. 13. Ovid. 13. Metamorph. Chrysenq; & Cillan Apollinis urbes.

Cillus, Pelopis filii auriga, qui in itinere, antequam Pelops ad Oenomaum veniret, obiit: cujus nomine Cilla oppidum, templumque Cillei Apollinis à Pelope conditum est. Strabo lib. 13.

Cimmas, Insula inter Ilii ostia, quæ, ut Pomponius scribit, urbem habet quam quia Bithyni colunt, Bithyniam appellãe.

Cimbri, [κίμβροι. Ger. Wilder so von Mitternacht auß Dennemarck in Italiam gezogen sind.] Populi fuerunt Septentrionales, Saxonici maris peninsulã incolentes, quæ ab ipsis Cimbrica Chersonesus dicta est, anno ab Vrbe condita sexcentesimo & quadragesimo: unà cum uxoribus & liberis Narbonensem provinciam ingressi, à C. Mario ad internecionem fuerunt deleti. Refert Valer. Maximus, Cimbros, & Celtiberos in acie gaudio exultare consuevisse, tanquam gloriosè & feliciter edent excessuri: lamentari verò in morbo, quasi turpiter essent perituri. Hodie Dani appellantur, & qui ipsum peninsulæ illibatum inhabitant, Holsati.

Cimbrica Chersonesus. Vide CIMBRI.

Cimeliarchium, Locus est ubi reponitur thesaurus. Vnde Cimeliarchæ, custos vasorum & aliarum rerum Ecclesiæ.

Cimmĕrii, [κιμμέριοι, Populi fuerunt à Scythis oriundi, dexteram Ponti partem habitantes, non procul à Bosphoro, qui à nomine ipsorum Cimmerius appellatus fuit: ubi & oppidum fuit

fuit nomine Cimmerion. Hi ærem craſſam habuiſſe feruntur, & denſis exhalationib. nebuloſum: quod & ipſum Homerus teſtatur Odyſſeæ 11, ubi ſic habet:

Ἐς δ' ἵκομεν πείραθ' ὠκεανοῦ βαθυῤῥείταο, τῆθι δ' ἔπειτα
Κίμμερίων ἀνδρῶν τε πόλις καὶ δῆμος ἀερθεὶς
Ἠέρι καὶ νεφέλῃσι κεκαλυμμένος, οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ὄβριμος ἠελίου φαέθων καταδέρκεται ἀκτὶς
Οὔτ' ἐπιβαίνων οὐρανὸν ἀστερόεντα, οὔτ' ἐπὶ γαῖαν
Αὖθ' ἐπὶ νύξ λυγρὴ μέλλει δειλοῖσι βροτοῖσιν.

¶Hinc Cimmeriæ tenebræ proverbio celebrantur pro denſiſſima caligine. Lactan. lib. 4. O cæcum pectus, & mentem Cimmeriis, ut ajunt, umbris atriorem! Ephorus ſcribit Cimmerios in Italia quoq; fuiſſe juxta lacum Averni, eosq; in ſubterraneis habitaſſe domiciliis, quorum morem ſatis notum eſſe, ut nemo Solem aſpectare noctu vereatur. Rectiùs mentiuntur & Feſtus. Cimmerii (inquit) dicuntur homines qui ſub terris habitatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias & Cumas, in ea regione, in qua convallis ſatis immenſi jugo circundata eſt, quæ neq; matutino, neq; veſpertino tempore Sole contegitur. ¶Cimmericus Boſphorus, Κιμμερικὸς βόσπορος, inde nominatur, cujus longitudo eſt ducentorum & viginti ſtadiorum.

Cimmĕris, Vrbs Phrygiæ, quæ à veteribus Edonis dicta fuit deinde & Adias Apollonia & Antandros. Autor eſt Plin. lib. 5. capite 30.

Cimōlis, pen. prod. Paphlagoniæ oppidum eſt, teſtibus Pomponio lib. 2. & Plin. lib. 6. cap. 2. ¶Eſt etiam urbs ejuſdem nominis in Galatia, teſte Ptol. lib. 5. cap. 4.

Cimōlus, penultima prod. Κίμωλος Suidæ, Inſula eſt in mari Cretico, è regione Zephyrii promontorii, unde optima creta advehitur, qua fullones maxime ad abluendis veſtium maculis. Ovid. 7. Metamorph. Hinc humilem Myconem, cretoſaque rura Cimoli.

Cimōlius, a, um, adjectivum: ut Cimolia creta: cujus civitas ſunt genera, ut videre eſt apud Plin. lib. 6. cap. 17. Dioſc. lib. 5. cap. 94. duas Cimoliæ terræ ſpecies factitium candidam, alteram ad purpuræ colorem virgentem: quarum utriq; maximas in medicinis vires tribuit.

Cimon, Κίμων, Athenienſis fuit, Miltiadis filius, munificâ cives liberalitate ac munificentia utpote cui exactis agrorum ſuorum & hortorum ſepibus, civibus facere poteſtate, quod vitam eſſet, ex illis decerpendi. Domi quoque tam largo apparatu inſtruxit convivium, ut non modò familiæ, ſed multis etiam pauperibus unàque conſentaneis alendis ſufficeret. Vide latiùs vitam ejus apud Plutarchum, qui eum cum Lucullo in contentionem adducit.

Cinædocolpitæ, Κιναιδοκολπῖται, Fœlicis Arabiæ populi, quorum regina Radrane dicitur. Steph.

Cinara, Vide CINYRA.

Cincĭi, Lucus Romæ, ubi Cinciorum monumentum fuit. Feſtus.

Cincĭus, Romani Senatoris nomen, qui ſeculi ſui luxui infeſtus, vehementiſſimus ſuator fuit legis Fannii tum primum oratione eaque ad populum habita, acerrimè invectus fuit in mores ſuæ ætatis, & quorundam gurgitum gulam, qui ſolidos porcos Trojanos in convivium inferebant. Ita enim vocabatur aprum, qui inclatis mitioribus ſumma cura gravidus erat, quemadmodum equus Trojanus gravidus erat armatis. Vide Macrob. lib. 3. cap. 13.

Cindapſus, Κινδάψος, Filium habuit Maſonandum, qui Cariæ civitatem condidit. Steph.

Cindra, Κίνδρα, gens Thraciæ, Vide CONDRAE.

Cineas, Κινέας, Plutarcho, Vir Theſſalus fuit, Pyrro amiciſſimus, & perpetuus illius in omnibus expeditionibus comes: cujus tanta fuit eloquentia, ut Pyrrhum ſæpenumero, plures à Cinea oratione, quam à tot annis eſſe ſubactos. Hic legatus Romam miſſus, ut Pyrrhi nomine de pace ageret, obtulerat ſibi Appio Claudio Cæco, re infecta reverſus eſt. Interrogatus deinde à Pyrrho de ſtatu Urbis & Senatus, reſpondit: Senatum ſibi deorum conſeſſum viſum eſſe: populi autem tantum eſſe turbam, ut vereretur, ne legi cum hydra quadam Lernæa res eſſet. Huic tantæ fuiſſe ferunt memoriæ felicitas, ut poſtridie quàm Romam advenerat, ſine ulla nomenclatoris ope Senatu, equeſtrique ordine ſua nomina recoluerit. Autor Plin. lib. 7. cap. 24.

Cinædias, æ, Κιναιδίας Suidæ, Dithyramborum ſcriptor, qui impietatis, improbitatisque nomine male audivit. Scholiaſtes hoc de Pyrrhi & Achillis filii cognomen, à corporis aptitate impoſitum. Fertur enim Pyrrhicam ſaltationem vehementer excoluiſſe, & à ſuo nomine eam appellaſſe. Unde natum eſt proverbium: πυῤῥιχίζειν λέγεται κινεδεῖν, hoc eſt, Cinediæ Pyrrhicam dicitur, vel quod in choris nimio motu uteretur contra comicas aptas, qui in hac parte deficiunt. Erat autem Cinedias corpore pigro, & fracto cruce.

Cintŭs, Hiſpaniæ flavius eſt, in Iberum influens. Lucanus lib. 1. quos Cinga præterit Gurgite, &c.

Cingillum, Civitas eſt inter Picentes, quæ mulos Cingulanos mittit, qui etiam hodie habeantur in pretio. ¶Hinc Cingulani populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 13.

Cinnā, Civitas Theſſaliæ, à Cinno gigante, & Centaurte dicta. ¶Eſt etiam Cinna civitas Hiſpaniæ in regno Caſtellæ: à qua Cinnenſes populi, quos commemorat Plinius in conventu Tarraconenſi, lib. 3. cap. 3. ¶Fuit item Cinna Marianis & Syllanis temporibus, Romanorum omnium crudeliſſimus, quatuor Conſulatibus functus, qui primo conſulatu, ſervis ad pileum vocatis, adverſarios vicit, Octavium interfecit, Janiculo occupato. Iterum & tertiò ſe Conſulem fecit. Quarto Conſulatu, quum bellum cóntra Sylam pararet, Anconæ ob nimiam crudelitatem, lapidibus ab exercitu necatus eſt. ¶Fuit etiam Poëta eruditiſſimus hoc nomine, cujus meminit Virg. in Bucol. Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna Digna, ſed argutos interſtrepere anſer olores.

Cinnā, tribunus plebis, qui quum pernitioſas leges de revocandis exulibus ferret, pulſus à Cn. Octavio collega, magiſtratuque exutus, ex urbe profugit, & bellum urbi intulit, accerſito C. Mario & aliis exulibus ex Aſia: in quo bello duo fratres, alter ex Pompeio, alter ex Cinnæ exercitu ſignis inter ſe concurrerunt. Et quum victor mortuum ſpoliaret, cognito fratre, ingenti edita lamentatione, ac rogo extracto, ſe impiè cremavit. Tidem Cinna & Marius in urbem recepti, cædibus omnia complevêre: inter quos Cn. Octavium conſulem, M. Antonium oratorem, & L. Cæſarem jugulârunt, eorumq; capita pro roſtris poſuerunt. Ex Livio. ¶Cinna item alius, qui per errorem necatus à populo Romano fuit, foro medio in funere C. Cæſaris, quem unus ex interfectoribus fuiſſe credebatur: præterea L. Cinna res novas affectans, quem ex hoſte Octavius amicum fecerat, & uſque ad judicium dignitatem vexerat, adverſus ſe inſidias moliri cognovit, & tentâ novâ in eum exemplâ medicabatur. Livia tandem conſilium uſus matrie eſt tactus, cumq; ſeparatim in cubiculo conveniſſet, ejus ingratitudinem exprobrando: Vitam, inquit, Cinna, tibi rerum dominæ hoſti, nunc inſidiatori & parricidæ condamnatam, ultrò ego meliùs rerum tibi vitam dedi prius, an tu debeas. Seneca de Clementia.

Cinnarethi, in tribu Naphtali juxta lacum Genezareticum civitas eſt, quam Herodes magnificis ornavit ædificiis, atque in honorem Tiberii Cæſaris Tiberiadem nominavit, à qualacus & regio circumjacens nomen inventrunt. Joſepho Judaicarum rerum ſcriptori, hæc fuit urbe fuſius hiſtoricus, qui bellum à Veſpaſiano contra Judæos geſtum, ſcripſit.

Cinnĭa, Juno dicebatur, quòd nuptiis præeſſet, παρὰ τὸ κίνειν, Julio enim conjugio ſolvebatur cingulum, quo nova nupta erat cincta. Feſt.

Cinyras, Κινύρας, Suidæ Cypri rex fuit, qui cum filia Myrrha, aſſumma is deceptus, concubuit: ex qua & Adonim ſuſcepit, quem Venus poſtea in deliciis habuit, qui quum majore animo, quàm viribus, feras ſectaretur, apri dente in inguine vulneratus, interemptus fuit, & in florem Anemonen convertitur. Vide Ovid. lib. 10. Metam. ¶Ubi Naſo facta judicia regis Regis regionem opulentiſſimam fuiſſe cum de ejus fortuna Proverbio: Cinyræ opes, κινύρεια πλούτη, de immenſis divitiis dicitur. Solinus Adagii meminerunt. Plato de Legibus, & Suidas.

Cios, Phrygiæ emporium fuit, à Milefiis condium eo in loco, qui Aſacia Phrygiæ appellatur. Plin. lib. 5. cap. 32.

Cirannus, Vir fuit Lycius, & Sarpedonis comes, quem, teſte Homero in Iliade, Ulyſſes in bello Trojano interfecit.

Circē, Κίρκη. Germ. Circe ſic Waſerbinder Judicium] Solis & Perſes Nymphæ filia, & Aeta Colchorum regis ſoror, veneficiorum peritiſſima: quæ Sauromatarum regem interfecerat, veneno ſublato, regnoq; per fidelis parto, quam crudeliter imperaret, ab invidiâ pulſa, in Italiam profugit, & in Circeo monte, qui antiquitùs olim Latii terminus erat, & efferatiſſimis herbis abundabat, ſedem ſibi delegit: unde quum Glaucum marinum Deum adamaret, Scyllam puellam, quam ille deperibat, infeſtis fatibus, in monſtrum marinum commutavit: Ulyſſem item, vi tempeſtatis ad ſe delatum, hoſpitio ſuſcepit, ſociosque ejus, quos in porcos commutaverat, ejecerat reſtituit: cui & Telegonum filium peperit. Poſtremò & Picum Latinorum regem, quòd uxorem ſuam nomine Canentem ſibi præferret, in avem ſui nominis commutavit.

Circæus, a, um, Κιρκαῖος: ut, Circæus mons, & Circeum oppidum, quod & Circeos quidam appellarunt. ¶Hinc Circæenſes populi. Liv. lib. 10. Ad hoc Latini, Heroicique auctores ferunt, & Circeſium quidam. Cic. lib. 3. de Nat. deor. Quamquam Circeum quoq; veteres noſtri Circeienſes ecignione cinxerunt. Circæi verò quondam inſulæ fuêre immenſo mari circundatæ (ſi Homero credimus) ubi Latinum antiquum terminum habuêre. Strabo lib. 5. Poſt Antium Circæum eſt ſtadiorum ducentorum,

torum & nonaginta, monstrari & palumbibus insidiae insulae circundatus. Habet etiam vasselli, & Circes sacellum, & Minervae aram Virg. lib. 6. Aeneid. Proxima Circaeae raduntur littora terrae, Dives inaccessos ubi Solis filia lucos Assidue resonat cantu. Vide plura apud Homer. 10 Odyss.

Circaeo poculo, Cicero de homine sua ipsius in alium mutato dixit, Actione in Verrem prima: Sic repente è vestigio ex homine, tanquam à aliquo Circaeo poculo, factus est Verres: redit ad se atque ad mores suos. Sic dicimus Virga Circaea, qua Circe credebatur mentem adimere, ac reddere: pecudes facere & homines.

Circes domus, Oppidum Campaniae, Pomponio Strabo Circeum vocat, a quo Circeti. Plinius tradidit Circeos insulam aliquando fuisse monte mari circundatum, mox continenti adnexam. Circeti, Ciceroni Circeienses dicti, libro 3. de Natur. deor. Vide praecedentia & sequentia his statim, & Pontina in P.

Circeum, Promontorium Tusculorum, Ptolemaeo: alio nomine Sancta felicitas.

Circidis (quod hic pro insula Mysiae adjacente corrupte legebatur) Vide CYZICVS.

Circiis, de Circis Romanis v. de Nicol. Perotti in Cornucopia, & Alexand. ab Alexand.

Cirris, dicitur Scylla Nisi regis filia, mutata in avem Cirim, id est, alaudam. Vide SCYLLA. Ἀκαλήφη, scribitur Oppiano lib. 1. de Aucupio.

Cirrhae, Vrbs est in Phocide ad radicem Parnassi montis: à qua campi vicini Cirrhaei dicti sunt. Plin. lib. 4. ca. 3. Et Apollo Cirrhaeus, & Templa Cirrhaea hoc est, aedes Apollinis, apud Senecam in Hercule Oetaeo.

Cirta, sive potius Citha, κίρτα, Numidiae fuit urbs munitissima, in qua Jugurtha Adherbalem necavit, ut est videre apud Sallust. in Jugurth. Vide & Strabon. lib. 18. Vulgò Constantina.

Cirrhada, Vicus Atticae, Vide CERCIADA.

Cirrhaeis, fluvius est memorandus in Scythia, teste Herod.

Cis, nomen patris Saul, ut habetur in lib. 1. Reg. cap. 9.

Cisalpina Gallia, quae & Citerior Gallia, & Gallia togata dicitur, fluvio Rubicone finitur, cujus halitu Alpes efficiunt. [Germ. Das Chili-haüs (so jetzt teutsch barbe genennet wird.)] Cic. pro Lege Manil. In de quum Sicaniam recepisset, duabus Hispaniis & Gallia Cisalpina praesidiis ac navibus confirmata, &c.

Cisamus, [Germ. Ein Geaus Cretia? heist jetzt Clissamopolo.] Vrbs est Cretae apud Ptolemaeum, quae hodie Fabrica appellatur.

Cispadana Italia, à Catone in Orig. dicitur quae respectu Romanorum cis Apenninum montem est. [Germ. Das Italia so dee Gesar Rom hudersiet dem Berg Apennino gelegen ist.] sicut Transpadana, quae trans Apenninum est.

Cisianchi, Populi inter Scythas, qui Oceanum accolunt, Cimmerios vicini. Plin. lib. 6. cap. 13.

Cilia, κιλία, mater Memnonis, à qua Susorum cives Cilii dicti. Steph.

Cispius, Mons in urbe Roma, Exquilina in regione, de nomine Cispii dicti, ut inquit Festus. Varr. lib. 1. de ling. Latinae: Exquilinus est Cispius mons sexticeps apud aedem Junonis Lucinae.

Cisa Ptolemaeo, fluvius est Ponti, in ea parte, qua Cappadociae cohaeret. Vulgò Qusa.

Cisseus, κισσεύς, Rex Thraciae, pater Hecubae uxoris Priami, à quo Cisseis patronymice dicitur Hecuba Cissea, apud Euripidē.

Cisthene, Pomponio libro primo, Vrbs est Aeoliae in Isthmo, quae est inter Elaiticum sinum & Ideum. A Plinio Cisthene vocatur lib. 5. cap. 30.

Citarii, Populi Siciliae. Autor Plin. lib. 3. cap. 8.

Cithaeron, [Germ. Ein Berg in Boeotia den Nahmen jetzo gelegt?] per inotiā, Mons est Boeotiae, teste Strabone, cujus radicem Asopus amnis alluit. Servius credidit alterum esse ex jugis Parnassi: quod omnium Geographorum judicio secus se habet. Est enim Cithaeron mons à Parnasso discretus, & ab eo plusquam triginta passuum millibus dictus. Hic Libero patri sacer erat unde etiam ibi ejus Orgia celebrabat. Ovid. 3. Metamor. Vadit, ubi festus faciendis ad sacra Cithaeron Cantibus & Cadmi Bacchantum voce tonabat.

Cithaeria, sive Cicbandes, κιθαιρίς, Promontorium Galliae Narbonensis: teste Ptolemaeo lib. 2. c. 10. & Antonino, qui in suo Itinerario ab hoc promontorio Massiliam usque navigio migliaria mille passuum facit.

Cittium, κίτιον, Oppidum Cypriae unde Cittieus Zeno, κιτιεύς, apud Laert. lib. 7.

Cius, κιός, Fluvius Thraciae ex Paeonibus & Rhodope monte profluens, medium interfecās Hemum, ut scribit Herod. lib. 4. ¶ Fuit item Cius Bithyniae oppidum, postea Prusias appellatum. Hoc (ut testatur Strabo lib. 12.) Demetrius everticum cū Lysiea, hinc virtina: eaq; Prusiae Zeloe dedit, qui utraque rursus à tumulis excitans, Cium, à se Prusiadam Mysiam verò ab uxore Apameam nominavit.

C ante L.

Chaon, χάων, Fons est juxta Celaenas Phrygiae oppidum, ab effectu fluvius dictus. χάω enim idem est quod fico. Huic vicinus alter fons Cicos, κίκος; hoc est, à findendo appellatus. Refert Plin. ex Theophrasto lib. 31. cap. 2.

Clamperiae, Locus Italiae, in Brutiis apud Plin. lib. 3. cap. 5.

Clanius, Κλάνις, Stephano, Fluvius Campaniae juxta Acerras urbem, crebris ejus inundationibus bona ex parte hausta: ut annotavit Servius in illud Virg. 2. Georg. Vacuis Clanius non aequus Acerris. Plin. lib. 3. c. 5. Glanicum vocat, eundemq; esse tradit cum Lyri. Minturnas interfertur. Stephanus Glanum appellat, Silurumque piscem ab eo Glanium vocari existimat. Plinio tamen Glanis Thusciae fluvius est juxta Aretium: de quo infra suo loco.

Clariae, Populi sunt Thraciae, Plin. lib. 4. cap. 11. in descriptione Thraciae.

Clarus, κλάρος, Vulgò Calame, Ioniae civitas, Apollinis oraculo nobilis, juxta Colophonem. Hanc Manto Tiresiae filia condidit, fugiens Thebanorum victores Epigonos. Quae quum patriae cladem lugeret & fusis manantibus ubertim lacrymis fontem fecit unde Claros, κλάρος locus appellatus. Nearchus verò autor est, inde huic urbi nomen factum, quòd Apollini per sortem Claros obtigit. Nam sortem κλῆρον Graeci nominant. Hinc Apollo Clarius dictus est, qui illic & fanum habuit, in quo responsa, ejecta aqua exhauriebatur. ¶ Est & Clarus insula in mari Myrtoo, & ipsa Apollini sacra: de qua nonnulli intelligunt illud Ovid. 1. Metamorph. mihi Delphica tellus, Et Claros & Tenedos, Patareaq; regia servit.

Clarium oraculum, In Ionia fuit juxta Clarum oppidum, non procul à Colophone: à quo Clarius Apollo dictus est: ibi enim specus fuit & laruna, cujus potu missa oracula reddita sunt: brevi tamen vita bibentium, ὀλιγοχρόνιον. Hujus Plin. lib. 2. cap. 103. & alicubi Macrobius meminerunt.

Claterna, à Pomp. Mel. lib. 2. numeratur inter oppida Piceni.

Claudia, Κλαυδία, Nomē virginis Vestalis, quae quum in suspicionem stupri veniisset, & simulacrum matris Idaeae in vado Tyberis haereret, ad comprobandam pudicitiam suam, fertur cingulo duxisse navem, quam multa hominum millia trahere nequiverant. Eadem quum patrem triumphantem ab inimico Tribuno plebis de curru detrahi animadverteret, pietate mota, in currum insiluit, patremque tam acriter est amplexa, ut divelli non posset: quo facto populum tam acriter in Tribunum concitavit, ut illae vitae metuens desisteret ab incepto. Autor Valerius lib. 5. cap. 4.

Claudia. Plin. lib. 3. cap. 24. Noticiae oppidum est, quod à Ptolemaeo Claudium appellatur. Vulgò Clossenburg.

Claudia gens, tribus maximè cognominibus uta est. Nam & Pulchri, & Nerones, & Marcelli nominantur, patricii fuere Pulchri & Neriones, plebeii Marcelli: nec minùs multos ex plebeiis, quàm ex patriciis, virtute praestantes, meritisque claros in republ. fecit invenire, ex nostro commentario ad Quintum fratrem.

Claudia familia, ab Appio Claudio Sabino cognomen accepit, qui post exactos reges cum quinq; millibus clientum Romam venit, partemq; urbis habitandam accepit. ¶ Ex hac familia fuit Appius Claudius Caecus, cui viam Appiam strav., & aquam Appiam in urbem duxit, Pyrrhumque intra urbem non esse recipiendum, sua sententia obtinuit. Ex hac Familia Neriones & Drusi originem traxerunt. Nam Neronis Sabinorum lingua fortis, & strenui dicuntur. Drusi autem cognominati à Claudio Druso, qui occiso Drusо Gallorum duce, primus fibi, & posteris hoc cognomen indidit. Autor Trāquillus in Claudio. ¶ Fuit & Appius Claudius Regillanus, unus ex Decemviris legibus scribendis creatus, famosa inter collegas autoritate, qui post multa imperiose & crudeliter gesta, tandem Virginiae amore captus, submisso quodam ex libertorum numero, nomine Clodio, in servitutem eam asserere est conatus. Quare intellecta, accurrens è militia pater, exiguum cum filia colloquendi spatium petit, eamq; paululum extra turbam abducta, quum alia ratione pudicitiam ejus & libertatem adversus Decemviri libidinem tueri non posset, non invitam interfecit: quo nomine Decemvir in carcerem conjectus, ibi manus intulit. ¶ Praeter hos fuit & Claudius Appius, Caudex cognomen natus, quod primus Romanis autor fuerit caudices secandi, & classis conficiendae. Hic Carthaginenses Messana expulit. Hieronem praelio victum apud Syracusas, in deditionem accepit. ¶ Fuit & Claudius Nero, Livii Salinatoris in Cāsilatu collega, qui Asdrubalem secundo bello Punico Annibali fratri suppetias ferentem, acie superavit, occisiq; caput in castra abjiciendum curavit.

Claudia, à nonnullis dicebantur, quae Claudius Pulcher instituit, ut ludis factis post scenam conjectus lapidum in fieret in circum. Cum

circumdãtum pelvim, ut veri tonitrui speciem repræsentaret. Vide suprà BRONTEVM.

Claudiānus, Κλαυδιανός, Poëta Aegyptius, ut Graeci & Latini affirmant, & ipse de se testatur. Floruit sub Theodosio & Honorio Augustis. Scripsit de Raptu Proserpinæ libros tres, item laudes Honorii, Arcadii, Stiliconis, Olybrii, & aliorum, cum aliquot invectivis, patria fuit Alexandrinus, nobilissima urbe Aegypti. Quidam Florentinũ faciunt, sed falsò. Autores Graeci, qui de poëta Claudiano scripserunt, Alexandrinum appellant, & autor ipse Nilum suum vocat. Ingenio excellens fuit, maximeq; apto ad carmen componendum. Nam & adsurgit feliciter, variisq; figuris ac sententiis mirificè delectat. Huic veteres præcipuam laudem meruerunt, quos de laude & victoria principis Theodosii contra Eugenium Gallorum regem scripsit. Constat enim Theodosium ipsum parva manu contra ingentes Barbarorum copias dimicasse:

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit adversas acies, revolutaq; tela
Vertit in autores, & turbine reppulit hastas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Æolus armatas hyemes, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad classica venti.

Fuit & Claudianus Caesar, qui interfecto Caligula successit in imperio, virtute audax crudelitatis, ut scribit Suet. in Claudio. Claudiani poëtæ Alexandrini meminit Suidas.

Claudiŏpŏlis, Κλαυδιόπολις, Cappadociæ urbs, cujus mentionem facit Plin. lib. 5. cap. 24.

Claudĭum, Κλαύδιον, Vrbs Italiæ: gentilis Claudianus, Steph.

Claudĭus, Κλαύδιος, Nomen Imperatoris, & Caligulæ patrui. Hic Britanniam insulam in deditionem accepit, & Orcadas Romano adiecit imperio. Postremò ab Agrippina uxore veneno boleto sublatus est, ut Nero filius imperio potiretur. Fuit & alius Claudius Romanorum item imperator, qui Gothos Illyricum vastantes bello adortus, incredibili cæde superavit. Vide in eum dyptycum autem, & in Capitolio autem statuam habere promeruit. Sed quum duobus fere annis imperasset, apud Smyrnam morbo interiit.

Clausenburgum, Transylvaniæ urbs.

Clausus, antea Claudius dictus, Rex fuit Sabinorum, qui post exactos reges, cum quinque millibus clientum & amicorum Romam venit, & susceptus, habitandam urbis partem suscepit ab eo postea & tribus & familia Claudia vocata est, ut habetur apud Maronem libro 7: Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum Agmen agens Clausus, magnoq; ipse agmini fulget: Claudia nunc à quo diffunditur & tribus & gens.

Clazŏmĕnæ, pen. corr. Κλαζομεναί, Vibs Ioniæ Asiaticæ, quam condidit Paralus. Hæc prius Gryna nominabatur, vicina Colophoni unde & Apollo Grynæus dictus est apud Virgilium, quòd ibi esset ejus oraculum.

Clazŏmĕnĭi, Insula ante fontium, quæ & Marathusa, Μαραθοῦσα dicta: à qua Clazomenii, Κλαζομένιοι, Ioniæ populi originem traxerunt.

Clĕănthes, Κλεάνθης, Nomen philosophi, qui Zenonis Citiensis scholam successor excepit: Hic Pisaei Atii filius, egregius pugil, quum Athenas venisset, Zenoni adhærens, generosè philosophatus est, & in eadem permansit dogmatibus. Hic quum valdè pauper esset, mercenariam vitam agebat. Noctu quidem in horto aquam hauriebat: per diem verò in ludis exercebatur. Unde Phrearius appellatus est, quasi puteos haurians. Traduxit illum, quæ à Zenone audierat, ostium baum, & testis fictilibus perscribere solitum, quum pecunia non supperetur ad chartas emendas. Hujus insignis diligentia & acrimonia censura abiit in proverbium. Nam quum aliquid summa cura, industriaq; elaboratum volumus significare, dicimus illud ad Cleanthis lucernam esse vigilatum.

Clĕānthis, Mulieris nomen est apud Suid.

Clĕārchus, Κλεάρχος, Philosophus fuit, cujus meminit Hieronymus contra Iovin. Fuit & alius hoc nomine Lacedæmoniorum dux. Hic dicebat extorquendam imperatorem plus, quàm hostem metui debere. Autor Frontinus lib. 4.

Clemens historicus, scripsit de regibus & imperatoribus Romanis: item ad Hieronymum, de figuris Nocatis. Autor Suidas. Clemens item Alexandrinus præfuit Pantheni discipulus, Origenis præceptor, floruit sub Severo, & Antonino principibus. Hieronymus & Eusebius lib. 6.

Clĕŏbis, Κλεόβις, Alter fuit ex Argia Acrisii filia, qui cum fratre Biton, quum jumenti mortui curam subiisset, ingum subiit, matrisque currum ad fanum pertraxit. Pro qua filiorum pietate mater superos precata est, ut filiis præmium darent quòd longè maximum homini dari posset à Deo. Postridie ejus ambo inventi sunt in lecto mortui: tam eximia dii judicium, ut nullum hominem fœlicitatem non posse obtinere, quàm ha-

bitum ex animi magnitudine corporis ornatibus. Vide supra in dictione BITON.

Clĕŏbŭlus, Κλεόβουλος, Lyndius, Evagoræ filius, unus ex septem sapientibus. Huic fuit filia nomine Cleobulina, alio nomine Eumetis dicta, quæ versu hexametro ænigmata quædã conscripsit. Meminit parentis hujus Plutarchus in convivio septem sapientum.

Cleocritus, Κλεόκριτος, apud Comicos taxatur ut mulierosus, & cinædus, & obscurus, & ut Cybeles filius. Nam in mysteriis Bacchi molles tantùm intersunt. Unde ejus nominis contumeliæ jactabatur in cinædos ac molles & parùm viros. Hæc Suidas.

Cleodamas, Κλεόδαμας, Thasius philosophus. Platonis temporibus geometria floruit, & Alius Cleodamas Achæus (Achæ autem civitas est Thessaliæ) scripsit de cursu equorum, autore Stephano.

Clĕŏdŏrā, penul. prod. Κλεόδωρα, Nymphæ nomen, matris Parnassi à quo Parnassus mons nomen accepit. Vide Cælium libro 16. capite 19.

Clĕŏmăchus, Κλεόμαχος, Magnesius pugil, qui in cinædi cujusdam & ancilæ amorem incidens, quæ à viro eo alebatur, cinædorum & orationem & mores est imitatus. Nam cinædicæ orationis primus inventor fuit Socrates, postea Alexander Aetolus, sed in saltu orationem Lysiæ etiam ad hibito cantu. Autor Strabo.

Clĕŏmbrŏtus, Κλεόμβροτος, Pausaniæ filius, Lacedæmoniorum dux, qui timens ne videretur cum Epaminunda hoste sentire, tentè cum eo pugnavit, seque & partem in præceps dedit: nam & ipse vulneratus occubuit, & exercitus defectus est. Fuit & alter hujus nominis, Academicus, philosophus, qui cùm libros Platonis, quibus ille animæ immortalitatem astruit, relegisset, seipsum ex subli mi saxo præcipitavit, ut citius ab beatorum cœtum pervenire. Cic. in Tusculan.

Clĕŏmēdes, Κλεόμηδες, Astypalæus pugil fuit, incredibili corporis robore, qui quum Epidaurium quẽdam pugilem interfecisset, victoria præmio fraudatus, doloris impatientia insanus factus est. Astypalæamq; reversus, in pueros ludentes irruit, apprehensamq; manu columnam, cui tectum sustentabatur, medium contrigit, plurimosque pueros sub tecti oppressit. Quamobrem quum ad supplicium peteretur, fugit in sepulchrum quoddam conjecit, additoque operculum intus sitæ virtutis, ut nec à vulnis quidem emoti adsistentibus paterent sevelli. Consulto deinde ex fanum sepulchro, Cleomedes nec, cujus inventus est, nec mortuus. Cui ad responsum oraculo Apollinis quid de illo actum esset, responsum est. Ultimus Heroum Cleomedes Astypalæus.

Clĕŏmĕnēs, Κλεομένης, Lacedæmoniorum dux fuit, qui ab Antigono victus ad Ptolemæum regem confugit, à quo primùm magno in honore habitus, mox calumnia cujusdam Nicagoræ regi suspectus redditus, in carcerem plenum captivorum conjectus est, qui omnes infausto Cleomenis mutuis concertantes vulneribus sponte à morte se tyranni crudelitati eripuerunt. Cujus factionis quum Cleomenem autorem fuisse Ptolemæus comperisset, mortuũ excoriari jussit, & crucifigi. Plura de hoc Plutarchus in vita ejus.

Clĕōn, Κλέων, Cleaenetis filius, dux Atheniensium in republica administratione adversari solitus Niciæ Niceratii filio, qui missus in Thraciam cum exercitu, multas urbes cepit. Eum insectatur Aristophanes in Comœdia, quæ inscribitur Ἱππῆς: id est, Equites. Fuit & Cleon poëta, qui Argonautica scripsit à quo argumentum Apollonius Rhodius mutuatus est, ut ejus enarrator scribit. Fuit item Cleon Halicarnassæus orator, qui Lysandro Lacedæmonio orationem composuit. Autor Suidas.

Clĕōnæ, Κλεωναί, & Cleonæ, narum, med. corr. oppidum, dictas ab Argis Hadriæ centum viginti à Corintho quinquaginta, non procul à Nemea sylva. Ovid. 6. Metamor. Inmulesq; Cleonæ, Et Nelea Pylus.

Clĕōnæus, a, um, Κλεωναῖος, ut Leo Cleonæus, qui & Nemeæus. Lucanus: Ille Cleonæi projecit terga leonis.

Clĕōmȳthus, Κλεόμυθος, Athenienstum dux fortissimus, qui in prælio adjecto clypeo suos deterruit: unde & ἀσπιστὴς dictus est. Hunc inlectatur Aristophanes in Nubibus.

Cleopatra, Κλεοπάτρα. Germ. Ein Königin in Egypten (ein gelt Weib.) Aegypti regina, Auletæ filia, soror & uxor Ptolemæi primi, mulier impudicissima, à Cæsare primùm adamata cui filium Cæsarionem peperit: deinde ab Antonio jubente uxoris loco habita fuit, relicta Octavia Augusti sorore. Postea victo apud Actium prælio navali Antonio, adornatis corpora aspidibus sese interemit, Strab. lib. 3. Sylv.

Ad te Ausonias Cleopatra carenas.

Cleopatra altera, quæ ex Cosmeticis citatur à Galeno in lib. 1. de Compositione phar. cap. 1. mulier medicinæ peritissima, quam

quam & Paulus Aegineta lib. 3. cap. 2. & Aëtius tetrabibli 2. ser. cap. 6. memorat. Nonnulli tamen hunc virum fuisse arbitrantur. ¶Ab eo fit Cleopatricus, a, um, ut Cleopatricę dapes, apud Sidonium.

Cleoparras, Praefecti nomen apud Corinthios, cujus Plutarchus in Arato mentionem fecit.

Cleophantus, Medicus, cujus meminit Plin. libro 24. cap. 16. ¶Fuit & Cleophantus, pictor Corinthius, ut scribit idem Plin. lib. 35. cap. 3.

Cleŏphōn, Κλεοφῶν, Poeta tragicus Athenienſis, cujus nonnulla fabulæ commemorantur à Suida.

Cleŏstratŭs, Κλεόστρατος, Antiquiſſimus philoſophus, qui primus in Zodiaco ſigna Arietis, & Sagittarii deprehendit. Autor Plin. lib. 2. cap. 8.

Cleŏxĕnŭs, & Democritus, Κλεόξενος, & Δημόκριτος, hiſtoriam de rebus Perſicis ſcribere aggreſſi, quam ab illis inchoatam fatentur abſolviſſe Polybius Megalopolitanus. Autor Suidas.

Cleŏbŭlus, Κλεόβουλος, uxorem habuit Pallenem Sicbonis filiam, quæ Thraciæ urbi nomen dedit, Steph.

Clĭbănŭs, Κλίβανος, Mons eſt in extremis Italiæ finibus, non procul à Lacinio promontorio, cujus meminit Plin. libro 3. capite 10. ¶Eſt item Clibanus oppidum Lauticæ, quæ eſt Aſiæ regio, inter Ciliciam & Pamphyliã ſita: de quo idem Plin. lib. 5. cap. 27.

Clĭdemŭs, pen. prod. Κλείδημος, Scriptor antiquiſſimus fuit, cujus opus de plantis ſæpè citatur à Theophrasto. Scripſit & Provinciam, quæ citatur ab Athenæo.

Clinias, Κλινίας, Muſicus & philoſophus ſectæ Pythagoreæ, qui ſi quando ad iram provocaretur, ſumpta ſtatim cithara, animum lenichat, haud aliter quàm Achilles, quum iratus ſtabat ad lyras, animi ſui dolorem citharæ cantu lenichat. Autor Aelianus de Varia hiſtoria.

Clio, [Κλιώ. Ger. Eine auß den neun Muſis ſo eben dieſelbe Fabelen Dichten vnd Herdichten beſtellet.] Una Muſarum ex novem, apud Heſiodum in Theog. ἀπὸ τοῦ κλείω id eſt, à glorior, quòd poëtis gloria ex carmine naſcatur.

Clisthĕnēs, Κλεισθένης, Primus oſtracismi autor apud Athenienſes, primus q. eo genere exilii mulctatus. Vide Caelium lib. 21. cap. 44. ¶Cliſthenem video, Κλεισθένη τὸν σικυώνιον, Suidas refert. & ſit conveniens in eos qui lævi, derafaq; ſint ente. Nam ita mos Clitheni, barba derafa ſemper eſſe, quo juvenis etiã dum videretur. Effertur & ad hunc modum, κλεισθένης ἀκρατὴς ἐγένετο, Clitenes intemperantior. De cinædo & delicijs effœminato.

Clitarchus, Κλείταρχος, Hiſtoricus fuit, & Alexandri Magni perpetuus in omnibus expeditionibus comes: cujus cùm res geſtas conſcripſiſſet, ea vanitate, ut ſidem Hiſtorici non mereatur. Autor Quintilianus.

Clitellæ. Vide in APELLAT.

Clitĕrnia, Pomponio libro 2. Italiæ oppidum eſt, in tractu Apuliæ ad Garganum montem, Vulgò Citano. Prolemæo Cliternum.

Chrŏmăchŭs, penultima correp. Χλόμαχος, Philoſophus Carthaginenſis, Athenas venit, annos natus quadraginta, audivitq; Carneadam, cujus & ſucceſſor fuit, tres ſectas lectatus: Academicorum, Peripateticorum, & Stoicorum. Supra quadraginta volumina conſcripſit, de quo Cic. li. 3. Tuſcul. mentionem facit. ¶Clitomachus alter, Athleta, & Pancratiaſtes nobilis fuit, qui pudicitiæ tantæ fuiſſe dicitur, ut canes ſi forte coëuntes vidiſſet, ſtatim vultum averteret: in convivio ſiquis ſermo laſcivus incideret, ſtatim ſurgens abiret. Autor Aelianus de Varia hiſtoria.

Clĭtŏr, oris, Κλείτωρ, Oppidum mediterraneum Arcadiæ, à quo vicinus fons Clitorius appellatur, ei qui guſtaverit, vini faſtidium inducens. Meminit hujus oppidi Ptolemæus libro 3. capite 16.

Clitumnŭs, Agri Falliſci fluvius eſt, cujus aquæ potatæ candidos faciunt boves. Autor Plin. libr. 2. cap. 103. Virgil. 2. Aen. Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus Victima. Silius: Et lavat ingentem profundens flumine ſacro Clitumnus taurum.

Clītus, Κλεῖτος, Manti fuit filius, qui ab Aurora raptus, nunquam poſtea apparuit. ¶Fuit præterea Clitus inter præcipuos Alexandri Macedonis familiares, eidemq; chari Timus, tùm quòd filius eſſet nutricis ipſius, tum quòd ab illo in dubio vitæ diſcrimine fuiſſet ſervatus. [Germ. Dieſer auß den getrumpten Freunden Alexanders, welchen er auch es einer vollen weil zimmerlich erſtochen hat.] Hunc tamen in convivio quodam liberius in Pericos mores invectum, rex jam temulentus ſpiculo trajecit. Cujus facti cum poſtridie tanta coepit pœnitentia, diffuſa jam ebrietate, ut totum triduum cibo abſtinuerit, decreveritq; omninò media ſibi necem conſciſcere, amicumq; optimè de ſe meritum ad interos perſequi. Tãdem aegrè admiſſa amicorum conſolatione, qui Clitum jure occiſum aſſerebant, ſumptuoſiſſimo cum funere ſepelevit. Hiſtoriam hanc vide latius apud Arrianum, Qu. Curtium, & Plutarchum in vita Alexandri.

Cluanthus, Vir Trojanus, Aeneæ comes.

Clŏdĭă, Romanã à qua Cicero prædium emere volebat) copioſa & locupletis fœmina fuit, de qua ſic Cicero ad Attic. libro 13: Sed quando, inquit, Clodia Romæ futura eſt, & quãri rem maximas, eo prorſus expedito: nõ quin illud malim, ſed & magna res eſt, & difficile certamen cum cupidine, cum locupletc, cum hærede.

Clodii forum, Italiæ oppidum in octava regione, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 18.

Clŏdĭorum familiam, à Clodio Aeneæ ſocio dictam putavit Feſtus. Verius tamen eſt, Clodios (qui & Claudii dicuntur) à Sabinis ortum traxiſſe, nominisq; originem cepiſſe ab Appio illo Clauſo, qui primus ex ea familia cum quinq; millibus ſe Romam contulit.

Clŏdĭŭs, prænomine Publius, Adoleſcens fuit nobilis ex antiquiſſima Claudiorum familia, ſed civis ſactioſus, & nequiſſimæ libidinis: ut qui & tres ſorores per inceſtum pollucrit, & in ſacris Bonæ deæ muliebri veſte deprehenſus ſit. Hic graviſſimas cum Cicerone inimicitias exercuit: cui, ut majus negotium faceſſere poſſet, Tribunatum plebis petiit: quem quum per leges obtinere non poſſet, quòd Patricius eſſet, cuidam ex plebe ſe adoptandum dedit: atque ita tribunatum nactus, nõ quievit, donec Ciceronem per vim civitate expelleret. Verùm quum & Pompeio molleſtus eſſe cœpiſſet, & optimum quemque lacceſſeret, placuit Senatui Ciceronem ab exilio revocari: qui ut urbem reverſus, Milonis auxilio inimici impetũ compeſcuit: à quo etiã Clodius ipſe in via Appia fatt interfectus. De hoc ſic ferebat Cicero ad Attic. lib. 1: Credo (inquit) te audiſſe, quum apud Cæſarem pro populo ſterem, venſſe eò mulieri veſtitu virum, idque ſacrificium quum virgines inſtaurallent, motionem à Q. Cornificio in ſenatu factam (is fuit princeps, ne tu forte aliquem nothum putes) poſtea rem ex S. C. ad Virgines atque Pontifices relatam: illique ab iis nefas eſſe decretum: deinde ex S. C. Conſules ea rogationem promulliſſe. In hac cauſa Piſo agallicinatori Cæſarem nuntium remiſi

proprie dicta, in promontorio Mercurii sita: ita dicta à clypei figura: unde & Aspis dicitur, teste Solino, quod etiam annotavit Hermolaus in Plinii, & Vadianus in Melam. Silius lib. 3. In clypei speciem curvatis surgibus Aspis. Lucanus libro 4. Et Clupea tenuis flationis littora natæ. Ptolemæus verò duas urbes propinquas collocat in Hermæo promontorio, quarum unam Clypeam, alteram Aspidem appellat. ¶ Clupea etiam exiguus piscis dicitur apud Plin. lib. 9. cap. 15. qui verè quandoque in fauces Thynni crocens, ipsum exanimat.

Clusini, Novi & veteres populi Hetruriæ, Plin. lib. 3. cap. 5.

Clusinius. [Germ. Der Bon Janus hat diesen Nammen von den Clusinern her bekommen, daß man zu Zeiten, da sie Rom belägert, &c.] Dictus est Janus, quòd pace templi ejus portæ claudi erant. Virg. 1. Aen. Claudentur belli portæ, furor impius intus Sæva sedens super arma, & centum vinctus aheneis.

Clusium, Oppidum Vmbriæ, quod interiit, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 14.

Clusium, Oppidum cum Tusciæ mediterraneæ, ubi Porsenæ Hetruscorum regis sepulcrum creditur. Plin. l. 36. cap. 13. Vulgò Chiusi.

Clymene, penult. corr. Κλυμένη, Oceani & Tethyos filia, Iapeti uxor, teste Hesiodo in Theogonia: de qua Virgilius libro 4. Georg. Inter quas Clymene curam narrabat inanem. ¶ Fuit & altera Clymene mater Phaethontis, ut scribit Ovid. libro 1. Metam. quæ quum forma valeret, Soli placuit, qui concubitu ejus potitus, ex ea Phaethontem, & sorores genuit. Ovid. lib. 1. Metam. Extulit ad Clymenem Epaphi convitia matrem. ¶ Inde Clymenis, idos, patronymicum & Clymenëius, a, um: ut, Clymeneia proles: id est, Phaethon. ¶ Tertia fuit minister Helenæ decoris oculis prædita, ut est apud Homer. lib. 3 Iliad. Hujus meminit & Ovidius in Epistola Helenes ad Paridem: Cætera per socias Clymenem, Aethramque loquemur, Quæ mihi sunt comites, consiliumq; duæ.

Clytæmnestra. Κλυταιμνήστρα. Nomen proprium uxoris Agamemnonis, quæ ob amorem Aegisthi adulteri virum occidit. Unde etiam ab Oreste filio in patris ultionem fuit occisa: de qua Euripides in Oreste, & Homerus in Odyssea.

Clytia, æ, vel Clytie, es. Κλυτία. Una fuit ex Oceani nymphis aliquandiu ab Apolline adamata, donec illa Apollinis cum Leucothoe concubitum Orchamo patri ejus indicavit. Quare iratus Apollo, Clytien gravissimo odio prosequutus est. Ella verò amoris impatientia cibo & potu abstinens, mane orientem, & vesperi occidentem spectabat Apollinem: & quacunq; illeciter faciebat, Clytie oculis sequebatur. Unde tandem fame & dolore consumpta, mutata est in heliotropium. Fabulam hanc refert Ovid. lib. 4. Metam.

Clytius, Κλύτιος. Filius Laomedontis, & frater Priami, ut refert Homer. lib. 20. Iliad. ¶ Est & Clytius, adolescentis nomen apud Virg. lib. 10. Aen. quem Cydon quidam in deliciis habuit.

C ante N.

Cnemides, Κνημίδες, Oppidum Locrorum, ad sinum Opuntium, secundum Daphnuntem, è regione Cenæi Euboeæ promontorii: à quo Locrorum quidam Epicnemidii cognominati sunt. Vide Strab. lib. 9. & Pompon. lib. 2. Plinio Cnemis dicitur singulari numero, lib. 4. cap. 7.

Cneus, Κνεῦς, per c scribitur, sed profertur per g. Prænomen fuit Romanis peculiare: à nævo (ut volunt) sactum, quod eo prænomine præ cæteris nominarentur, qui nævum aliquem nascentes attulissent. Festus à Græco γνάω deducit.

Cnidos, Κνίδος, Vulgò Cabo Crio. Est urbs, in extremo cornu peninsulæ Cariæ ad Ceraunia, in qua Venus colebatur: unde Cnidia dicta est. Potest etiã scribi Gnidos per g. ¶ Est & herbæ nomen, de qua Plin. lib. 21. cap. 16. Vnde Cnidium oleum, quod fit è grano cnidio: de quo Plin. lib. 23. cap. 4.

Cnipologus, Κνιπολόγος, Aristoteli Hist. lib. 9. cap. 1. dicta quod κνῖπα id est, Culices venetur. Gaza Culicilega. Avicula est achantylis magnitudine, coloris cinerei, ac distincti maculis.

Cnisea, Κνισαία, Navale Megarorum juxta Peloponnesum. Stephan.

Cnopupolis, Κνωπυπόλις, Ioniæ civitas, quæ alio nomine Erythra dicitur. Stephanus.

C ante O.

Coasiræ, sive portus Choatæ, Indiæ populi sunt, apud quos arbores in tantam altitudinem excrescunt, ut ne sagittæ quidem queant adequari. Autor Plin. lib. 7. cap. 2. Lucan. lib. 1. Aethera tangentes sylvas liquere Choatæ.

Coboris, Insula est in sinu arabico apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Cobrys, Κόβρυς, Vrbs Thraciæ à qua fit gentile Cobrytes, Κοβρύτης. Stephanus.

Cocalus, Κώκαλος, Siciliæ rex, ad quem Dædalus ex Creta aufugit, quem illuc usq; persequutus est Minos Cretensium rex: sed à Cocali filiabus (ut Aristoteles refert) interfectus est.

Cocanicus, Siciliæ lacus, ex quo salem Cocanicum nominamus. Autor Plin. lib. 31. cap. 7.

Cocles, Nomen Horatii cujusdam Romani, qui Porsenæ regi (ut docet Livius lib. 2. Decad. 1.) per Sublicium pontem trajicere conanti, soles hostium impetum sustinuit, donec à tergo pons à sociis frangeretur: quo facto, se cum armis præcipitavit in Tyberim. Et licet læsus in coxa fuerit: Tyberim tamen tranando ad suos pervenit. Vnde est illud ab eo dictum, quum eum comissatores vinum objecerent: Per singulos gradus admoneor triumphi mei. Hujus meminit Valerius lib. 3. cap. 2. Virg. quoque Aeneid. 8.

Illum indigentem simulem, fluviumq; minantem
Aspiceres, pontem auderet quòd vellere Cocles.

Cottiæ Alpes. Vide COTIAE Alpes.

Cocythum, Κώκυτος, Italiæ promontorium, quod Meridianam plagam spectans, Tonium, & Siculum mare dirimunt. Polybius lib. 2. & Plin. lib. 3. cap. 10.

Cocytus, Κωκυτός, Sacra erant, quæ fiebant in honorem Proserpinæ, quam Pluto rapuit: à Cocyto inferorum fluvio nomen nacta. Autor Porphyrio in illud Horatii in Epod. Inultus ut tu fueris Cocyto.

Cocytius, pen. prod. [Κωκυτός. German. Der jammerbach in der Hell. Polan. Siedmio rzeka piekielna. Vng. Pokolbeli folyamas. Sive vag. Ang. Sorrowes.] Latinè dicitur luctus: quo nomine dictus est inferorum fluvius à Styge profluens. quidem enim gemere ac lamentari significat. Virg. 6. Aen. Cocyti stagna alta vides, Stygiamq; paludem. Claudianus: presso lacrymarum fonte refodit Cocytus, tacitis Acheron obmurmurat undis.

Codanus, Sinus maris est ante Albim fluvium, totius Germaniæ maximus. [German. Das Dennemärckischen Meerschot.] In quo sita est Scandinavia incomperæ magnitudinis insula Plin. lib. 4. cap. 13.

Cochinunia Pomponio, Insula est una ex Hemodibus, earũ, quæ in Codano sinu sunt, longè maxima: fortasse eadem cum illa quam Plin. Scandinaviam vocat. [German. Norwegen.]

Codetã, autore Festo, Dicta sunt ab antiquis loca trans Tyberim, quòd in ea vinculta nati cerebur equinis caudis similia.

Codrus. [Κόδρος. German. Ein König zu Athen der sich muthwillig in tod regiert hat, als das Vaterlandt verfiert hatte seyn.] Nomen proprium regis Atheniensis, qui pro patriæ salute certissimæ se mortis objectavit. Responsum enim acceperant Peloponnesienses, tandem se superaturos, si hostium regem nõ occidissent. Delevit ergo eos habito pauperis, eosque in suam necem per jurgia provocando, à nullo cognitus, teste Tidem oraculum unde Virgil. 5. Aeneid. Si quos aut Parthidis ignes, Aut Alcons habes laudes, aut jurgia Codri. Hujus tanta fuit nobilitas, ut locum fecerit proverbiali hyperbolæ. Nam qui nobilitatem cujuspiam volebãt extollere, eum Codro nobiliorem esse dicebant. Genere olim Codro, Κόδρου γένος. Antiquior Codro, πρεσβύτερος Κόδρου. Per ironiam etiam dicti potuerit in istos, qui majorum famosis imaginibus & natalium auri quitate gloriantur. ¶ Hinc Codridæ dicti sunt Codri posteri.

Cœle, Κοίλη, Attiæ regiuncula est, Miltiadæ & Thucydidis sepulchris nobilitata: cujus meminit Marcellinus in vita Thucydidis.

Cœlesyria, sive Syria Cœle. [Συρία κοίλη. Ger. Die Landtschafft in Syrien so zwischen dem Berge Libano vnd Antilibano gelegen ist.] Ea Syriæ pars est, teste Strabone lib. 16. quæ ultra Seleucidem in Aegyptum & Arabiam recedit, propriéq; ea quæ Libano, & Antilibano includitur. Ita dicta à cavitate, quam Græci κοιλάδα nominant. Pomponius Mela, lib. 1. Syria latè introrsus patet, terrasq; etiam latius introrsus, aliis, aliisq; nuncupata nominibus: nam & Cœle dicitur, & Mesopotamia, & Damascene, & Adiabene, & Babylonia, & Iudæa, & Sophene.

Cœlos, Κοῖλος, Thraciæ portus est, ubi Lacedæmonii ab Atheniensibus navali prælio superati sunt. Mela, lib. 2. Est & portus Cœlos Atheniensibus & Lacedæmonis navali acie decertãtibus, Laconicæ Caïlis signatus excidio. Quæ Pomponii verba nonnulli referunt ad prælium illud navale, quo Lacedæmonios vicerunt Athenienses, Thrasyllo, & Thrasybulo ducibus. Alii ad Alcibiadem referre malunt, quem Lacedæmonios juxta Thraciæ Chersonesum navali prælio superasse, autores sunt Plutarchus & Iustinus.

Coemba, Ptolemæo est Gedrosiæ urbs, hodie Cambaia, sive Gambaia, regni caput.

Cœnocentum, Ptolemæo, Vrbs esse creditur Germaniæ, quæ vulgò Lenberg vocatur.

Cœranus, Κοίρανος, Naufragus à Delphino servatus. Vide historiam apud Plin. lib. 9. circa finem libelli. Verum terrestria aut aquatilia plus sapiant.

Cœus, Κοῖος Hesiodo, per œ diphth. Fuit Tetræ filius, frater Iapeti, & Typhœi: quos omnes uno partu à Tellure quinta luna genitos esse fabulatur Virg. lib. 1. Georg. Cœumq; Iapetumq; creat, saevumque Typhœa, Et conjuratos cœlum rescindere fratres.

G Coginus,

Cogamus, Fluvius est Maeoniæ ad radicem Tmoli montis: de quo Plin. lib. 5. cap. 29.

Colaicum, promontorium est Taprobanæ insulæ. Autor Plin. lib. 6. cap. 24.

Colapis, sive Calapis, Pannoniæ fluvius est, in Savum influens juxta Sirmium, genuino alveo insulam efficiens, quæ Segestica appellatur de qua Plin. lib. 3. cap. 25.

Colapiani, Pannoniæ populi, juxta quos Colapis fluvius in Savum influit. Unde & nomen acceperunt. Meminit horum & ibidem Plinius.

Cōlāxes, apud Flaccum lib. 6. Argon. nomen est cujusdam Pitalee, Jovis ex Oria nympha filii, qui ab Iasone fuit interfectus.

Colchis, dis, Regio Asiæ juxta Pontum regnū Aeetæ regis, & Medeæ patria. Coracemonte (qui est pars jugi Sarpedonis) ab ortu Iberia à Meridie Phasis: ab Occidente Euxino ponto clausa. Hūc ferunt Iasonem cum Argonautis navigasse, Medeæque artibus adjutum, aureum vellus retulisse. ¶ Hujus regionis incolæ dicuntur Colchi, ὁ Κόλχος. Hæc ut Ptolem. ait, monte Coraxe à Septentrione clausa est, qui est Caucasi pars, & Nomades excludit: ab Ortu Iberia: à Meridie Phaside, & Armeniæ montibus: ab Occidente Euxino ponto.

Colchi, Asiæ populi, veneficiis maximi amatores, & Iasonis memoria fabulantur, qui vellere aureo gobites: habentes ab Ortu Iberiam & Albaniam, qui in vellere gobites: habentes ab Ortu Iberiam & Albaniam, qui in Caspium. Autor Ptolemæus. Ammianus lib. 22. Colchos aut quam, Aegyptum quoq; tobolem esse refert. Namin fictum adeò apud eos vulgatum est, ut in peregrina quoque loca exporterent: unde quidam cognationem Colchorum cum Aegyptiis ostendere volentes, fidem ex his capiunt, inquit Strabo.

Colchis, dos, regio est Asiæ juxta Pontum, in qua juga Caucasi ad Riphæos montes torquentur: alterum latere in Euxinum Martin devexa: altero in Caspium seu in Hyrcanum mare. In eo est Phasis amnis. Regnum fuit Aeetæ patris Medeæ: unde sæpissimè Colchis pro Medea sumitur.

Martialis:

Ignipedes posset fine Chalcide vincere tauros.

Cōlchĭcus, a, um, possessivum. ὁ Κολχικός. Horat. Carm. lib. 1. Ode 27. Venena Colchica, Et quicquid aliquam concipiunt nefas Tractavit.

Cōlchĭcus, a, um, Propert. Colchis Colchicis erat ahena focis. Ubi ipsam Medeam gentilitio nomine Colchida appellat.

Cōlī, κόλοι, Populi juxta Caucasum. Inferiores autem Caucasi partes Colicamōtes, κολικαμῶται vocātur, regio Colica. Steph. Κόλοι, ἔθνος, Populi quidam Boeotiæ, Steph. in κορωνεῖα.

Colias, κωλιάς, Promontorium est vel litus Atticæ in vico Phalereo, ubi & Venus Colias. Est autem locus ubi similis erat, κώλειος, humano: gentile Colĭus, & Colias formin. generis, & Colĭus, a, um. Steph. ¶ Est item Colias genus lacerti pilcis apud Plin. li. 32. cap. ult. Colias Parianus sive Saxatilis contra Bocca, Lacertarum minima: sic enim legendum est. Scombro omnium simillimus est differens lineis obliquis punctisq; nigris. Vide Arist. Hist. lib. 9 cap. 2.

Colidos, per cor. Insula in Oceano Indico, Veneri sacra, quæ tamen altitudinis esse perhibetur, ut illuc aves non advolent.

Collātĭa, Civitas fuit in prima regione Italiæ, quam Tarquinius constituisse dicitur, quibus erat superbus: eam ex collata pecunia constituit unde & Collatia dicta est. Potest tamē fieri ut ab Albanis fundata sit, & aucta à Tarquinio. Autor Servius, enarrans illud Virg. 6. Aen.

Hi tibi Nomentum & Gabios urbemq; Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces.

Collātīnus, Tarquinii cognomen fuit, Lucretiæ mariti, qui primus post exactos reges cum Iunio Bruto fasces est Consul. Postea non aliam ob causam, quàm quod Tarquinius appellaretur, populo suspectus, magistratu se abdicare coactus est, & in exilium profugit. Liv. 2 ab Vrbe.

Collatina porta Romæ, à Collatia oppido prope Romam, ad quod per eam portam fiebat iter. Festus.

Collatina Dea, Quæ collibus præsidebat. [German. Die Göttin Göttin.]

Collina, Una ex quatuor regionibus urbis Romæ, à quinque collibus quos complectebatur, Viminali, Quirinali, Salutari, Mutiali, & Latiar, appellata, autore Varrone de Ling. Latina 4. & quum singulę quatuor regiones urbis tribum urbanam facerent, Tribus quoq; Romæ nomen est. ¶ Est etiam collina porta qua fuit in colle Quirinali dicta: unde & nomen accepit. Ovid. Templa frequentat colline proxima portę Nunc decet, à Siculo nomina regis habet. Et posterioribus temporibus Salaria vocata, quod nomē quoq; viæ est in quam exit. Cete. Tacit. Tertium agmen per Salariam collinę portæ appropinquabat: per eam Salem Sabini deferebant, ideoq; Salaria vocata.

Collodis, Insula est Sardiniæ adjacens, de qua Plin. lib. 3. c. 7.

Colmaria, Vrbs Alsatiæ, Vulgò Colmar.

Cōlŏcātrum, Germaniæ urbs Ptolemæo.

Coloniæ, Troadis locus est, non procul à Lampsaco. Miletum colonia. ¶ Sunt & aliæ Coloniæ ad exteriorem partem Hellesponti, stadiis centum & quadraginta ab Ilio distantes. Meminit earum loci Strabo lib. 13.

Cōlonĭa Agrippinensis. [Germ. Cölln am Rhein.] Vbiorum civitas potentissima, cis Rhenum fluvium sita: sic dicta ab Agrippina Neronis matre, quæ ut locus quoque nationibus potentiam suam ostentaret, in hoc oppidum ubi genita erat, coloniam ex veteranis deduci imperavit. Autor Tacitus Annal. lib. 12.

Cōlonis, Insula est in sinu Argolico, contra Hermionium agrum, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Cōlōnŭs, κολωνός, Agger fuit, sive locus editus, non procul ab Athenis, in quem Oedipus Thebis exulans dicitur commigrasse: unde Sophocles tragœdiam de Oedipi calamitatibus conscripsit, Oedipum Coloneum appellavit. ¶ Erat autem hic locus Nepruno sacer, ubi etiam equestres ejus statuæ fuere, quemadmodum & Thesei, Pirithoi, Adrasti & Oedipodis. In hoc aggere fuit & Timonis turris, qui à solitudine hominūq; odio μισάνθρωπος & cognominatus est. Hæc Pausanias in Atticis. ¶ Pollux verò libro septimo, autor est, duo hujus nominis loca in Attica fuisse: alterum κώλωνος appellatum, in quem confugit Oedipus: alterum in foro juxta Eurysacum, ἱππίου cognominatum. ¶ Vnde locus factus proverbio: Sero venisti, sed in Colonum isto, ὀψὲ ἦλθες, ἀλλ' ἐς κολωνὸν ἦλθες. Dicebantur in eos qui post tempus advenissent: aut quid mercede quæpiam facerent.

Colopena, ς, κολόπη, Cappadociæ pars est. Sebastiam, & Sebastopolim urbes habens. Vide Plin. lib. 5. cap. 3.

Colŏphon, penultima correpta. [κολοφών. Gierman. Ein berühmte Stat in Ionia von wegen der weissagungen im Tempel Apollinis.] Vrbs est Ioniæ, nobilis oraculo Apollinis. Colophonii navales opes (quas amplas habuēre, & in equestribus certaminibus tantùm excelluere, ut victoriam sibi certam polliceremur, quibus Colophonius accessisse equitatus. ¶ Hinc factus est locus proverbialis κολοφῶνος ἐπίθεσις hoc est, Colophonem addidit, quum summa operi manus imponebatur. ¶ Colophonia ferocitas, κολοφωνία ὕβρις. In insolentes qui seso viribus confidunt, & alios quos humiliores fortunæ homines: Aut in eos quibus sua ferocitas exitium attulit. Sumpta ab arrogantia, superbiaq; cujus gentis. Diogenianus. ¶ Ex Colophone originem duxerunt Mimnermus Cibicenus, & poeta Elegiacus, Xenophanes Physicus, & Polymathes Musicus: quibus nonnulli ipsum etiam adjiciant Homerum. Virgilius in Catalogo Colophonia ab Scyllæ dicuntur Homero.

Colopiani, Pannoniæ populi, Plin. lib. 25. cap. 4.

Cōlŏpe Magnus, κολοφὼν μεγάλη Ptolemæo. Zeugitanæ provinciæ urbs, nodie Cuper, regia civitas.

Colobrathus, Nomen hæretici, qui viram omnium hominum in septem dierum spatiis constitere affirmabat.

Cōlossæ, arum, sive Colossis, Strab. lib. 12. [κολοσσαί. Ger. Ein Stat in Phrygia dahin auch S. Paul sein Sendbrieff an die Colosser geschrieben hat.] Oppidum Phrygiæ nō procul à Laodicea, quod sub Nerone, teste Orosio, cū Laodicea & Hierapoli terræ motu concidit. Meminit hujus oppidi & Plin. lib. 5. cap. 27.

Colotes, Nomen pictoris Teii, cujus meminit Quinct. lib. 2.

Cōlŏus, κολοῦς, Lacus est Lydiæ, quadraginta stadiis à Sardibus distans, qui & Gygæus à Poëtis nominatur, juxta quem & Dianæ templum fuit cognomento Coloënæ, ubi similes solennibus diebus saltare dicebantur. Vide Strabonem lib. 13.

Colpe, es, κόλπη, Ioniæ civitas fuit, cujus meminit Plinius lib. 5. cap. 29.

Colubr. Populi Plinio inter gentes Indicas numerantur, Lib. 6. cap. 19.

Colpedi, κολπῆδαι, Thracum vel Arabum populi regio.

Colpitica, Vide COLPEDI

Colpites, κολπίτης, Vide PHOENICE.

Cōlubraria, Insula est in mari Ligustico, quæ à Græcis Ophiusa vocatur, Vulgò Dragonera. Vtrumque nomen ductum est à serpentum nostrorum multitudine, quibus tota insula infestatur. Plin. libro 3. capite 5. Ebusi terra serpentes fugat, Colubrariæ parti. Ideò infesta omnibus, nisi Ebusitanum terram referentibus.

Columella, Cujus inscripto prænominis L. Moderatus Columella, Gaditanus genere, scripsit ab solutissimos libros de Re rustica temporibus Claudii principis.

Cōlŭmnā Regia, Civitas in agro Brutio ut est apud Pomp. lib. 2. Hunc locum Græci στήλας vocant: id est, Columellam. Est turricula modo erecta, ex adverso turrem in Peloro sitam respiciens. Hodie à molas appellatur Pylorus.

Cōlŭmnæ Herculis. [κολόναι Ἡρακλέους. Ger. Die Seul Hercules, sind zwen spitzige Berg gegen einander zu, zusammen gesetzt in Hispania. Ist under einander auch in Africa.] duæ esse perhibentur in Occidente: quia ex Oceano

Oceano mare nostrum intrantibus, duo montes occurrunt, quorum alterum in Africa Abylam vocant, alterum in Europa Calpen. Hos quondam unctos perpetuo jugo fuisse finxerunt, sed Herculem dirimisse colles. Aliqui tamen hos montes pro eâ specie columnas vident dicunt. Alii sicut columnas Herculis in Graditana insula fuisse ex ære octo cubitorum, ad quas proficisci solebant qui navigationem absolvissent, tanquam Herculi sacra facientes. ¶ Ad Herculis columnas, ἐπὶ τοὺς Ἡρακλέους στύλους, jam olim Proverbio dicebatur, ut admonet Pindari interpres. Sic enim vulgò dici solere, τὸ μὴ πέρα τοῦ Γαδείρου, id est, Quæ ultra Gades, inaccessa. Quo significatur, ultra columnas Herculis non esse quò pro gredi ire: si quis ergo præterea quid quàm laudis requirat, id perinde esse, ac si quis ultra Columnas ab Hercule fixas conetur trancire.

Colÿrtus, κόλυρτος, Viri nomen, de quo vide in DIONA.

Comagenā, vel Comagene, pen. prod. κομαγηνή, Pars Syriæ, supra Ciliciam in Orientem sita, trans Amanum montē, excurrens usq; in Mesopotamiam, à qua Euphrate fluvio dirimitur. ¶ Hinc Comagenum medicamētum dictum est, quod fiebat ex adipe anserino, in vase æreo cum cinnamō multa nive obruto, addita etiam herba quæ Comagena appellabatur. Plin. lib. 10. cap. 22. Reperit Syriæ pars, quæ Comagene vocatur, adipem anserum in vase æreo cum cinnamo multa nive obrutum, ac rigore gelido maceratum, ad ultimi præclari medicaminis, quod à gente dicitur Comagenum. Idem lib. 29. cap. 4: Fit ex anserum adipe medicamētum in Comagene Syriæ parte, cum cinnamo, casia, pipere albo, herba quæ Comagene vocatur, obrutis vasis nive, odore jucundo, &c. Comagenus, a, um Juvenal. Satyr. 6:

Spondet amatorem generum, vel civitis orbi
Testamentum ingens, calidæ pulmone columbæ
Tractato, Armenius vel Comagenus aruspex.

Comana, orum, Civitas est in convallibus Anti-tauri montis, insigni Bellonæ fano celebris. ¶ Inde Comani dicuntur sacri servi Bellonæ, quorum Strabo suæ ætate supra sex millia fuisse tradit, qui omnes sacerdotis imperio parebant, & festis quibusdam Bellonæ festis sese mutuis lacerabant vulneribus. ¶ Tuetur & Comana Pontica, idem dea consecrata, tanti etiam exemplo à Comanis Cappadociæ sumpto, in quo etiam simili ritu Bellonæ sacra celebrant. Utriusque est autor Strabo lib. 12.

Comari, Populi inter Scythas, ad Caspium mare incolentes: quorum meminit Pompon. Mela, lib. 1. in descriptione ASIAE.

Comaritis, ari, κομαρίτης. Portus est ad sinum Ambracium, juxta Nicopolim, isthmum stadiorum sexaginta efficiens. Autor Strabo lib. 7.

Comāta Gallia, Una nomine appellata est omnis Gallia Transalpina, à studio nutriendæ comæ: sicut Narbonensis, Gallia Bracchata dicta est à Bracchis vestimenti genere, quo regio illa peculiariter utebatur. Plin. lib. 4. cap. 17: Galliam Comatam in tres partes dividit, amnibus distinctas. Inter Scaldem & Sequanam Belgas ponit: inter Sequanam & Garonnam Galliam Celticam collocat, quam etiam Lugdunensem Galliam appellat. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitaniam vocat. Ex hac descriptione Gris constat, Galliam omnē quæ à Cæsare describitur, uno nomine vocari Galliam Comatam, excepta portalis Romanorum Provincia, quæ Gallia Bracchata dicta fuit.

Combe, es, κόμβη, Asopi filia fuit, quæ prima æneam armaturam traditur invenisse: unde & Chalcis est cognominata: à qua etiam Chalcidi urbi nomen factum putatur. De hac nonnulli etiam intelligunt illud Ovidii lib. 7. Metamorphos.

Adjacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis
Ophias e Tugit natorum vulnera Combe.

Comini, Populi fuerunt Italiæ, in tractu Aquitolarum. Plin. lib. 3. cap. 12. In hoc tractu interierunt ex Aquicolis Comini, Tadiates, Accdici.

Commisena, κομμισηνή. Armeniæ pars est apud Strabonem libro 11.

Cōmmŏdus, M. Antonini Philosophi filius fuit, patri dissimillimus, cui etiam in imperio successit. Vitam ejus, easq; dignum exitum vide apud Herodianum lib. 1. De hoc sic scribit Ausonius in Tetrastich. Cæsarum:

Commodus insequitur pugnis maculosus arenæ,
Thrax ditis princeps bella movens gladio.
Elisa tandem persolvens guttura pœnas
Criminibus, fatis matris adulterium.

Commone, Insula est adjacens Ephesō urbi, ut autor est Plin. lib. 5. cap. 31.

Complutenses, Hispaniæ populi, sic à Compluto urbe dicti. Plin. lib. 3. cap. 3. Vulgò *Alcala de Henares*.

Compsatis, ἄμψατις, Fluvius est Thraciæ, non procul ab Abdera, in Bistonidem lacum influens. Autor Herodot. libro 7.

Compsani, Hirpinorum populi in Italia. Plinius libro 3. capite 11.

Compsa, κόμψα. Bithyniæ oppidum, ad Thracii Bosphori angustias situm, non procul à Chalcedone. Autor Plin. lib. 5. cap. ult.

Cōmum, [κῶμον, Ptolemæo. Ital. *Como*. Germ. *Chum in Stettien am See gelegen.*] Civitas Galliæ cisalpinæ juxta Larium lacum. Hæc primum mediolanensis erat colonia trans Padum, à L. Scipione deducta, & deinde à Pompeio instaurata: postremò autē à Julio Cæsare multis partibus aucta, missis eo quinque millibus colonorū: quo tempore etiam pro Como Novum comum cœpit appellari & incolæ Novocomenses, qui anteà Comenses dicebantur. Meminit hujus oppidi Plinius in nona regione Italiæ, lib. 3. cap. 17.

Comus, κῶμος, Deus apud veteres habitus comessationum, nocturnarumq; saltationum præses: in cujus militia autorabantur juvenes, qui coronati noctu cum facibus, multisque instrumentis ad amicarum fores saltandi, vacandique gratia concurrebant, protractoq; lasciviebant, ut fores nonnunquā effringerent, quod optimè describit Philostratus, περὶ κώμων, Imagine tertia. ¶ Hinc Comessari verbum, κωμάζειν, & Comessatio, ut inquit M. Varro. Item Crepalocomus, violentorum hymnus apud Aristophanem in Ranis.

Concitabilia, quæ primum fuerunt, nonnulla postea in municipii jus relata: de quo sic Frontinus in libro de Limitibus agrorum. Quorum urbium, &c. Vide in APPELL. Concivio.

Concordĭa, æ, Venetiæ oppidum, non procul ab Altino, & flumine Liquentia: cujus meminit Plin. libro 3. cap. 18. Vulgò *Concordia*. ¶ Est item Concordia cognomento Julia, Hispaniæ Baticæ oppidum, in conventu Hispalensi, teste eodem Plinio, lib. 3. cap. 1. Hujus incolæ dicuntur Concordienses, quorum meminit idem Plin. lib. 4. cap. 22. ¶ Concordiæ item ædes apud Romanos, cujus ædem C. Flavius Cn. filius ædicavit in area Vulcani summa invidia nobilium, teste Livio, lib. 9. ab Urbe. Cicero pro Domo sua: Si ædem ipsam ac templum publ. ci consilii religione Concordiæ devinxisset. ¶ Cella concordiæ. Cicero 2. Philip. Quum in hac cella concordiæ (ô dii immortales) in qua nec Consule salutares sententiæ dictæ sunt, &c.

Conculbienses, Populi sunt in Umbria sexta Italiæ regione, ut est apud Plin. lib. 3. cap. 14.

Condălus, κόνδαλος, Mausoli Cariæ regis in Lycia præfectus, minus pecuniæ emungendæ artifex: de quo inquit Aristoteles, quòd quum Lycios maximo comæ naturendæ studio teneri animadverteret, occasionem sibi eam oblatam ratus, qua auri quamplurimum & sibi posset congerere, & ad regem mittere, literas sibi à Mausolo allatas simulavit: quibus ille jubebantur comam tondere, & ad regem mittere: sibi tamen malle ut aliquantulæ pecuniæ jacturam faceret, se eam operam, ut in Græcia comæ coëmerentur, & pro Lyciis ad regem mitterentur. Quam conditionem Lycii avidè accipientes, mirum dictu quantam eo commento pecuniæ vim exhauserit.

Condate, Ptol. lib. 2. capite 8: Rhedonum urbs est in Gallia, quam credimus esse eandem cum ea, quam hodie vocant Rennes en Bretaigne.

Condigramma, Cantabriæ oppidum, apud Plinium libro 6. cap. 23.

Condĭtāmentis, res Alexandrinorum. Vide Ammianum.

Cōnē, Insula ad ostium Nili. Lucanus lib. 8:

- & barbara Cone
Syrtaricas ubi perdit aquas, &c.

Cōnfluentĭa. Urbs sita eo in loco ubi Mosella Rheno miscetur. Vulgò *Coblentz*.

Congĕdus, Amnis est Celtiberorum, erumpens circa Bilbilim, qui per agri paludem fluens, exiguum lacum efficit tepentibus aquis. Mart. lib. 1: Tepida natabis lenè Congedi vada, Molleq; Nympharum lacus.

Coniades, κονιάδης, Scriptor Græcus, cujus opus de Apparatu vini citat Plin. lib. 14. cap. 19.

Conimbrica, Lusitaniæ oppidi, ut autor est Plin. lib. 4. cap. 21. in descriptione Lusitaniæ. Vulgò *Coymbra*.

Conĭsalis, κονισάλις, Deus habitus est apud Athenienses, qui similis ferè ara colebatur, quo apud Lampsacenos Priapus. Autor Strab. lib. 3.

Conistium, Thessaliæ oppidum, non procul à Caico fluvio, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 30.

Conistorgis, Urbs Hispaniæ citerioris in tractu Celticor: cujus meminit Strabo lib. 3.

Cōnōn, κόνων. Athenensium dux fuit qui prælio victus à Lysandro, Lacedæmoniorum duce, sponte abiit in exilium ad

Artaxerxem Persarum regem, cujus auxilio patriam, cui seruitutem arruleat, in libertatem restituit. Autor Plutarchus.

¶ Fuit Scaliger Conon Samius astrologus: de quo Propertius lib. 4. Eleg. 1: Me creat Assyriæ labeles, Babylonius Orops Horon, & pronæ ductâ Canone domus. Hos septem libros de Astrologia edidit.

Conorienses apud Plin. lib. 3. cap. 4. Galliæ Narbonensis populi sunt, Aquitanis contermini.

Cōnōpas, pen. prod. κωνωπας, Minimæ figuræ nanus fuit, duorum pedum & palmi altitudine, quem Iulia Augusti neptis in deliciis habuit. Autor Plin. lib. 7. cap. 16.

Conopē, es, per. prod. κωνωπη, Acarnaniæ urbs est, teste Stephano, cujus incolæ Conopæi dicuntur, & Conopitæ.

Cōnōpiōn, κωνωπιον, Oppidum fuit ad Maeotin, unà lupos pisces ajunt præcæ pene conductos, piscatorum retia adservare: mercede verò fraudatos, retia & prædam populari. Autor Stephan.

Conopon Diabasis, κωνωπον διαβασις, Insula est juxta quartum Nili ostium, quod Pseudostoma appellatur. Vide Plin. lib. 5. cap. 12.

Consaburenses, Populi Hispaniæ citerioris, in conventu Carthaginensi, ut tribu Plin. lib. 3. cap. 3.

Consentia. Civitas est in agro Bruttio. Autor est Plin. libro 3. capite 5. Consentini, ejus oppidi incolæ. Vulgò Cosenza in Calabria.

Consilinum. Apuliæ oppidum est, teste Mela lib. 2. non procul à Tarento.

Consoranni. Populi sunt Galliæ Aquitanicæ, ut scribit Plin in descriptione Aquitaniæ lib. 4.

Constantia. κωνσταντια Stephano. Cypri urbs est, aliàs Salamis dicta. ¶ Est item Constantia, Germaniæ oppidum, ad Acronium lacum, quod à Ptolemæo Gennodurum appellatur. [Germ. Costentz am Bodensee.] ¶ Constantia Iulia, oppidum est Hispaniæ Bæticæ, in conventu Hispalensi: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Constantinopolis. [κωνσταντινουπολις. Ital. Constantinopoli. Germ. Constantinopel, sie gemeiniglich Stan in Thracien an einer enge des Meers gelegen bey Türckischer Grentz. Virg. Kostandzopolis.] Vrbs à Constantino aucta in finibus Thraciæ: de qua in dictione BYZANTIVM.

Constantes, Vindelicæ populi, Octavii Augusti auspiciis Romano imperio subjecti, ut refert Plin. lib. 3. cap. 20.

Constiarani, Populi in ora Narbonensis provinciæ, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 4.

Cōnsus, Consilorum deus putabatur, qui ideò templum sub terra circo habebat, ut ostenderetur tectum esse debere consilium, κρυπτομενον.

Consualia. Vide in APPEL.

Consignē, es, Nicomedis Bithyniæ regis uxor, ob lasciviorē cum viro jocum à cane lacerata. Autor Plin. lib. 8. cap. 40.

Contadesdus. Thraciæ fluvius, qui Teaso auctus, in fluit in Agianem: Agianes autē in Hebrum, qui juxta Aenetum oppidum in mare influit. Vide Herod. lib. 7.

Contestāni, ōrum. Regio citerioris Hispaniæ, in cujus sita est Carthago nova. Autor Plin. lib. 3. cap. 3. Fortè quæ hodie vulgò Cartagena.

Continusa, Insula Hispaniæ adjacens in freto Gaditano, aliis nominibus Gadira, & Tartessus appellata. Vide Plin. libro 4. capite 22.

Contributa Iulia, Iturissæ oppidum est in tractu Celtico, qui est inter Baetim & Anam fluvios. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

Cōōn, ωνος, κοων, apud Homerum lib. 11. Iliad. Antenoris filii nomen est ab Agamemnone occisi.

Coos, sive Cos, sive Coa [Coos. Ger. Die Insel Nahe bey Meylasso gelegen, heist Lango.] Insula in mari Icario, Rhodo proxima, & Cariæ opposita, quæ olim magna fuit, & optimè habitata, & aspectu jucundissimo iis, qui eò navigabant. Arboribus ejus quingentis & quinquaginta stadiis claudituri tota fertilis, & optimo vino abundans. ¶ Est item urbs ejusdem nominis, insulæ hujus caput, in quam Coi, relicta per seditionem Astypalæa, frequentes commigrarunt. Eadem & Meropis dicta est, à Merope quodam terrigena, ut Stephano credimus. Quanquam hoc nomen & Strabo agnoscit, quin principio libri 15. indiam describens: Macedones ait in India quinque millia & novem urbes reconsuisse, quarum nulla minor fuerit Cō Meropide. Ex hac Insula orti sunt viri illustres nō pauci, & in primis Hippocrates medicorum clarissimus, qui primus rem medicam doctissima nocte latentem in lucem revocavit: Apelles pictor eximius: Simus marmorarius: Philetas poëta ac orator: Nicias Coorum tyrannus: Antson Peripateticus: & Thrasymachus, vir Reipub. administratione in primis clarus, qui contrarius Nicix in Republ. partes fovit.

Cōus, a, um, pen. prod. [κωος. Vng. Kuisligel hely.] Qui in Cō oppido sive insula natus est. Vide Coum vinum, Cui populi, Cic. 6. Verr. Artifex Cous dicitur Apelles κατ' ἐξοχὴν. Ovid. Veneremque Coam nunquam plus ille Apelles. In primitivo prima corripitur. Papin. in Sylvis. nunc ipse Coo plaudente Phœbe in Iaburbano Coi, Articuleii templum. Satis valide indigne, & multis donis opulentum, inter quæ nuda Venus erat, quam postea Octavius Augustus Cæsar, pater, tanquam generis parentem, Romæ dicavit. ¶ Solentia autem inde fieri vestes tenuissimæ ex bombyce, ad feminarum ornamentum, quæ Coa vocabantur. Ovid. de Arte.

Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus:
Sive erit in Coïs, Coa decere puta.

Cōpiæ, arum, κωπαι, Vrbs est Boeotiæ ad Copaïdem amnem & lacum, quem à nomine urbis Copaïdem appellant. Vide Strab. libro 9.

Cophantus. Mons est apud Bactros Indiæ populos, nocturno flagrans incendio. Autor Plin. lib. 2. cap. 106.

Cophen, κωφην, Civitas eadem quæ Arachosia, de qua supra, Inde Cophenius, gentile.

Cophes. Indiæ fluvius est, in Indum omnium fluviorum longè maximum influens. Pomp. lib. 3.

Coppenhagen. Præclara urbs in regno Daniæ.

Coptis, κοπτις, Plin. lib. 37. cap. 5: Oppidum Thebaidis, commune Aegyptiorum & Arabum emporium, vergens ad mare rubrum, vicinas habens cautes, è quibus eruuntur smaragdi. Iuven. Satyr. 15: Gelida super calidæ referemus mœnia Coptī.

Cora, æ. Itali oppidum, quod Corani populi tenuerūt, à Dardano oti, quorum meminit Plinius in descriptione Italiæ.

Coracesius κορακησιος, Pars Tauri montis, Plin. lib. 5. cap. 27.

Coracos petra. κορακος πετρα. id est, Corvi saxum: locus in Ithaca. Stephanus.

Curacotinesius, κορακοτινησιος, Insula quædam. Steph.

Corallus, κοραλλος, Phrygiæ fluvius est, qui alio nomine Sangarius dicitur. Autor Plin. lib. 6. cap. 1.

Corali, Populi sunt Ponti, immanitate insignes. Ovid. lib. 4. de Pon. Et mores cui rectos, flavis in scripta Coralli?

Coralitæ. Populi sunt Asiaticī, ut auctor est Herod. lib. 1.

Coras. Oppidum in Volscis.

Cōrax, ācis, vel acos, ācis. Rhetoris antiquissimi nomen, qui primus in Sicilia post Hieronis mortem artem dicēdi conscripsit. ¶ Hunc fuisse meminit Cicero in Brutō: tractum à Aristoteles, qui tubatis jam in Sicilia tyrannis, res privatas longo intervallo judicia repetererunt, tum primùm (quod esset acuta illa gens, & controversa natura) artem & præcepta Siculos Coracem & Tisiam conscripsisse. Hæc Cicero. ¶ Fertur etiā Corax primus excogitasse, qui artem hanc mercedem sibi profiteri, visumq; ea lege consistendum suscepisse, ut merces ei partem præsentem numeraret: reliquam tum demum persolveret, quum in judicio causa peroranta victoriam reportasset. Quum igitur discipulus non parum in arte profecisset: vadimonia tamen nullum reciperet, idq; fraude facere videretur, ne reliquā mercedis præceptori persolveret. Corax hominem in jus vocat, causamq; eo modo in hujusmodi consistit dilemma: Discet (inquit) stultissime adolescens, utroq; modo futurū quod postulo, sive victoris, sive cōdemnatus fueris. Nam à victore mercedem mihi ex pacto debebitur: quum ita inter nos convenerit, ut quum primam ex judicio victoriam reportasses, reliquam mihi mercedis pensi reddere. Sin ego victore, nihil mihi omnino judicii laqueis tenebris, utpote sententiis judicum condemnatus. At hinc Tisias: Imo (inquit) in portus differ, præceptor sapientissime, neutro modo futurū quod postulas. Nam si tu victoris, ex pacto tibi nulla debebitur merces: quandoquidē ita convenit, ut eo tum demū persolverem cūm causa peroranta victor discessem. Sin ego victor, quid quæso expectes à discipulo, judicum calculis absoluto? Hisce audius judices adolescentis ingenium admirari, qui rclum in se contortum, tam astutè in præceptorem retorserat, fourtur acclamasse illud, quod etiam hodie proverbii locum obtinet: Κορακος κορακα κολοιος κολοιον. id est, Mali corvi malum ovum: alludentes nimirum ad Coracis nomen, quod Latinis corvum significat. ¶ Est item Corax, Sarmatiæ Asiaticæ mons, Colchidem habens à Meridie: de quo Ptolemæus lib. 5. cap. 9. Plin. Coraxicum appellat lib. 5. cap. 27. ¶ Est item Corax Acrolitæ mons, non procul à Calydromo. Autor Ptol. lib. 3. cap. 13.

Cōraxi, κοραξοι, Populi Colchidis, juxta Autemunta fluvium, quorum urbem Dioscoriadem, quondam clarissimam, commemorat Plin. lib. 6. cap. 5.

Cōraxicus, κορακικος, Tauri montis pars à genitivis fortita nomen. Vide Plin. lib. 5. cap. 27. Ptolemæo Corax dictus.

Cōraxis, κοραξις, Mons qui à septentrione Colchidem claudit. Est & fluvius ejusdem nominis, qui ex monte hoc nomine oritur. Vide CORAX.

Corcyra, pen. prod. [κορκυρα. Insula in Ionio mari. Germ. Die Insel im Jonischen Meer gelegen heist Corfew.] Vtilis naufragio, & Alcinoi hortis clara: olim Phæacia à Phæace dicta, qui genitus fuit

tus fuit ex ejusdem nominis Nympha, Asopi filia rapta à Neptuno, & in insulam delata, cui nomen fecit: Vbi gravida facta Neptuno peperit Phæacem, qui fuit pater Alcinoi. Lucan. lib. 2: Hinc latè patet omne fretum, seu vela ferantur in portus Corcyræ tuos, seu læva petatur Illyris. Hujus meminit & Homerus Odyss. Plin. lib. 4. cap. 12: Insulæ autè ex adverso Thesprotiæ Corcyra, à Buthroto M. P. LXXX. pass. eadem ab Acroceraunis quinquaginta millibus, cum urbe ejusdem nominis Corcyra, libertate conditionis, & oppido Cassiope, temploque Cassii Jovis, passus XCVII. M. in longitudinem patens: Homerodicta, Scheria & Phæacia. Hæc Plin. Veterum est Rhodii. Hujus insulæ meminit Virg. 3. Aen. ut annotavit Servius:

Loqueretúm portus jubeo, & consistere tutis:
Certatim socii feriunt mare, & æquora verrunt.
Protinus Æriæ Phæacum abscondimur arces,
Littoraq; Epiri legimus, &c.

Aërias arces Phæacum, inquit Servius, insulam dicit fuisse inter Epirum & Calabriam, ubi regnavit Alcinous. Dicitur. ¶ Libera Corcyra, casa ubi libet, ἐλεύθερα κόρκυρα, γῆ ἐλευθέρα λίαν: Proverbialis figura dicitur ab Eustathio in Dionysii, quo significamus libertatem quidvis agendi: sed magis quadrabit ubi significabimus impunitatem esse maleficia. ¶ Est & altera ejusdem nominis insula, cognomento Melæna: hoc est, nigra, viginti tantùm M. pass. distans ab illa, quam Pomponius inter Electrides numerat. Meminit ejus & Plin. lib. 3. cap. 16.

Corcyris, κόρκυρις. Urbs Ægypti, Steph.

Cordillio, Stoicæ sectæ Philosophus fuit, patria Pergamenus, qui quum omnium & regum & principum amicitias ipse meruerit à Cicone tamen se exorari passus est, ut illum in castra comitaretur. Volaterranus lib. 14.

Cordúba, æ, pen. cor. κορδοῦβα. Vulgò Cordova. Oppidum Hispaniæ Bæticæ, utriusq; Senecæ, & Lucani patria, ut testatur Martial. lib. 12. ad Licinianum. Duorq; Senecas, unicumq; Lucanum Facunda loquitur Corduba. ¶ Hoc Cordubensis conventus dictus est, unus ex juridicis Bæticæ conventibus: qui sunt omnino quatuor, Astigitanus, Hispalensis, Cordubensis, & Gaditanus: de quibus Plin. lib. 3. cap. 1.

Córdus, inter præceptores Alexandri Mammææ nominatur. ¶ Cordus item Cremutius declamator nobilis fuit, cujus meminit Tranquillus in Caligula. ¶ Fuit & Cordus historicus, qui Imperatorum vitas conscripsit, cui vitio vertitur, quod eorum quæ obscuriora essent, nihil unquam persequeretur. Nam quando processerit, & quando ejus vita cesserit, ut quotiès vestem mutaverit, tam de clarissimis, notisque viris commemorandum est. Autor Capitolinus.

Cordylus, κόρδυλος. Vrbs Pamphyliæ. Steph.

Coreía, Helladiasd est, Græciæ insula. Plin. lib. 4. cap. 12: Actia Helladis, ἀκτὴ, etiamnum in Aegæa Lycades, Scarphia, Coreía, Phocaïs, complures q; aliæ ex adversò Anticæ, sine oppidis, & ideò ignobiles.

Corfinium. Oppidum est in Pelignis, quod bello civili tempore Domitius, quum pro Pompeio occupasset, obsidione cinctus Cæsari dedidit. Hanc Marsi postea Italicam appellavere, belliq; Marsici tempore adversùs Romanos receptaculum, atq; adeò propugnaculum sibi constituere: ut est videre apud Strabonem lib. 5. Vulgò Pentima e Campi di S. Pelino.

Corfinienses, ejus oppidi incolæ quorum meminit Plin. libro 3. cap. 12.

Coricæ. Insulæ duæ sunt ante Peloponnesum. Plin. lib. 4. c. 12.

Coricondame, κορικόνδαμε prope Sinopen est, genuit Coricondamitas Strabo: & palus Coricondamitis, Steph.

Corínium, κορίνιον, Liburniæ urbs apud Ptolem. libro secundo, capite 17. quæ Corinium Plinio dicitur. ¶ Est etiam hoc nomine apud Ptolemæum urbs Britanniæ, quæ vulgò Glaucestre vocatur.

Corinna, κορίννα, Doctissimarum aliquot poëtrichum nomen fuit, quarum prima Thebana fuit seu Tanagræa, Archelodori & Procratiæ filia, & Myrtidis discipula, quæ Lyricorum principem Pindarum quinquies vicisse, & epigrammatum quinq; libros edidisse fertur. Secunda fuit Thebæa, veterum monumentis plurimùm celebrata. Tertia floruit Ovidii temporibus ipsi poëtæ charissima. De hac Martialis: Notat Nasonem sola Corinna tuum.

Corinnis, κόρινναις, Ilienſis poëta fuit, qui primus Iliada cõscripsisse creditur, & Homero majoris operis argumentum suppeditasse. Suidas.

Corinthus, [κόρινθος. Ger. Die mit der Stadt Corinthus in Achaia des Peloponnesi gelegen ist, in Italiänischer Sprach Corinto. Vng. Korintus város.] Vrbs Achaiæ, ferè in medio Isthmi Peloponnesiaci sita (Isthmus autem Græci vocant angustias, quibus à peninsula ad continentem est aditus) ab Otio Narcissum, ab Oreste Orestem sortiri habens, qui & Corinthiacus dicitur duobus includitur portubus, quorum Lechæum ad Scheenum Aegæo immittit mari. Vide & Simarcha Corinthum poëtas peculiari epitheto appellarunt. Ovid. 4. Fastor. Adriacumque patens Isacé, bimarémq; Corinthum. Horatius libro 1. Carm. Ode 7: Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen, Aut Ephesum, bimarisve Corinthi Mœnia. Fertur autem Corinthus primò à Sisypho latrone Aeoli filio condita fuisse, & Corcyra nominata, autore Strabone: postea Ephyre: deinde eversa, & instaurata à Corintho Marathonis, seu Pelopis (ut Suidæ placet) sive (ut alii malunt) Orestis seu Jovis filio, Corinthus appellata. Habuit autè hæc urbs montem præruptū, ut idem mœnibus conclusum, in quo arx fuit nomine Acrocorinthus, & Pirene fons Musis sacer. Hanc urbem Cicero prolixe Mauritiæ, Græciæ totius lumen appellat. Eò enim portuitæ propter sinus opportunitatem excrevit, ut vix Romanæ urbi concederet omnium quæ tunc erant. Quæ commoti patres quum etiam aëtea crescentem diei urbis potentiam suspectam haberent, bellum illi infeserunt, missus Mummius in Græciam L. Mummius, Corinthum obtinuit, tandemq; capram incendit, solitique augurii, adeò ut vix ullum Corinthi vestigium foret relictum. Quo incendio quanta opera fierint ablatæ, docet Florus his verbis: Quid Egnatii, Græci, quid vestium, quibus tabularum rapturn, incensum, projectum est! Quantas opes victor & abstulerit, & ereptaverit, hinc scias, quòd quicquid Corinthiaëris toto orbe laudatur, intendisse hunc luxuriosse crederes. Nam & æris pretiosiorem notam ipsa opulentissimæ urbis fecit injuria: quia incendio penitus plurimis statuis atque simulachris, æris, argenti, auriq; vena in commune fluxerunt. ¶ Non est cur jubeat Corinthum appellere, ἐκ πολλοῦ ἀφῆκε τὸ κορίνθιον ἐστ' ἐκεῖνος. Verissimum juris ac vetustis adagium de rebus ardua & adeò periculosis, quæ quum nobis ipsis libet hominis affectare. Suidas & Gellius. ¶ Apollodorus autor est, fuisse & alias hoc nomine dictas civitates, quarum una fuit in Thessalia: altera in Epiro: tertia in Elide.

Corinthius, & Corinthiensis, adjectiva, quæ hic ab invicem distinguentur, ut Corinthus [κορίνθιος. Vng. Korintus város.] sint, qui Corinthum habitant, seu qui ex Corintho artifices. Corinthienses, qui alibi nati sunt, sed negotiorum Corinthi. ¶ Ut Corinthia videris corpore quadrum sacrum, & magistellum ex pyramide. In mulierem intemperantiæ libidinosam. Sic & Corinthus, κορίνθη, verbis vulgare jocoserium in, qui scortationibus ac luxui indulgerent, cujus locutionis meminerunt.

Corinthia vasa, κορίνθια σκεύη, dicuntur ex ære Corinthio fusa, quæ tanto olim in pretio habita sunt, ut sæpè argenti, nonnunquam etiam auri æstimationem excederent. Aeris autem Corinthi non naturalis erat, sed artificio quæsita nobilitas, auro, argentoq; admixto. Hæc autem metallorum commistio casu quodam est adventa cordolio ex Corintho incendio everso. Tria autem sunt genera Corinthiorum, ut docet Plin. lib. 34. cap. 2. Candidum, quod tertio accedit quæ proximè ad argentum: in quo scilicet argenti in flora prævaluit. Alterum in quo aurei fulvus color insidet. Tertium in quo æqualis temperies omnium fuit. Cic. lib. 2. Tuscul. Sed ignoscis si de Corinthiis tuis amissis, possis habere te reliquam supellectilem salvam.

Corinthius, a, um. [κορίνθιος. Vngar. Korintusi való.] Quod ex Corintho est. Ovid. lib. 2. Trist. Illa Corinthiaci pretium mihi cognita ferri. Cornel. Front. de dif. verb. inter Corinthum, & Corinthiacum distinguit. Corinthium inquit Civem dicimus, & Corinthiensem vos.

Corinthiárius, à Suetonio positum est pro amatore omnium Corinthiorum vasorum.

Coriolanus, Martii civis Romani nobilissimi cognomen fuit, ab eo in memoriam Coriolorū urbis à se expugnatæ usurpatum. Hic plebis odio in exilium actus, Volscis pòp. Rom. infestis se commisit, patriæq; infensissimus bellum acerbissimum ei à quoquam aut precibus aut minis flecti potuit, nisi à Veturia matre & Volumnia uxore: de quibus historia lacrymosa apud Livium lib. 2. ab Vrbe. Hunc Cicero in Bruto cū Themistocle confert, his verbis. Bellum (inquit) Volscorum illud gravissimum, cui Coriolanus exul interfuit, idem ferè cum Persarum bello fuit, similisq; fortuna clarorum virorum. Siquidem uterque quum civis egregius fuisset, populi ingrati pulsus injuria, ad hostes confugit, eósque non ante ab incundis suis mœnibus reduxit, quàm in gratiam cum civitate redierunt. Hæc Cicero. Coriolani veram vide latiùs apud Plutarchum.

Corioli, κορίολοι Steph. in Latio, Latii oppidum fuit, à Cn. Martio expugnatum. Vnde & ipse Coriolanus dictus est. ¶ Coriolani ejus oppidi incolæ. Plin. lib. 3. cap. 5.

Córissus, κόρισσος, Vrbs Ephesiæ vocis origine. Steph. explicat, sed locus mutilus & corruptus videtur. Hinc Corissius, Corissæus. ¶ Est & Corissia, κορίσσια, oppidum & navale Cōi insulæ. Steph.

Cortius. Vide CORYTIVS.

Cornè. Collis suburbanus agri Tusculani, qui olim lucũ habuit sagiorum, uti quæ religione Dianæ consecratum: de quo Plin. lib. 15. cap. 18.

Cornentes. Populi sunt Pannoniæ apud Plin. lib. 3. cap. 25.

Cornelia, ἡ ἐπίκλ. Mater Gracchorum nobilissima fuit. Sempronii Gracchi uxor, & Tiberii & Caii Gracchorum mater, & majoris Africani filia, quæ à Valerio Maximo laudatur, quòd matronæ Campanæ ornamenta sua pulcherrima ostentanti, nõ aurum, non gemmas, non denique vestes opposuerit sed liberos, qui maxima sunt matronarum ornamenta. Fuit hæc mulier doctissima, & Latinæ puritatis diligentissima observatrix, quæ etiam Epistolas tersissimè scriptas reliquit: quarũ meminit & Cicero in Bruto: Legimus, inquit, epistolas Corneliæ matris Gracchorum: apparet filios non tàm in gremio educatos, quàm in sermone matris. ¶ Quintilianus item Corneliæ eloquentiam commendat his verbis: Magni interest, quos quisque audiat quotidie, qui secum loquatur, à puero, quam sæpe modum patres, quæ deceat, matres loquantur. Eloquentiæ Gracchorum mater Cornelia pro illo tempore plurimùm contulit. Hæc Quintilianus. Fuit & Cornelia P. Scipionis uxor, cujus meminit Cic. lib. 5. Epist. Famil. his verbis: Nõ facis, inquit, recidit hominum prudentia, tam valdè esse mutatam voluntatem tuam: sed pulcrè quam & Corneliæ tuæ Terentiã voluntatem tuam: sed pulcrè quam & Corneliæ tuæ Terentiã convenit, & ego cum Q. Cornelio loquutus sum, admirabili diligentiam, quem tibi unicè Senatus fore, ut adessent.

Cornelii. Familia Romæ fuit in primis illustris: ex qua non minimi nominis fuit Cornelius die Cossus, qui cùm Tribunus esset militum in exercitu Volumnium Lartem Veientem regem occidit, secundaq; opima spolia Jovi Feretrio retulit: Cossus cognominatus à comptis ragotirate. Cossos enim eos qui rugosi sunt, & atpsa facie, à multitudine vermiũ, quos in ligno nutriunt, bellus dicti vocabant. ¶ Cornelius Alina, quam fundũ emisset, ipsum, pretiũ ab eo expetentem, posteà die alinam fœcalis pecuniæ plenis in forum adduxit pro sponsore: unde cognomentũ accepit. Autor Macrobius. ¶ Cornelius Balbus, genere Gaditanus fuit, & à Cn. Pompeio Magno civitate donatus: qui deinde eo nomine in jus arcessitus, quòd per imperitiam legis eam civitate Pompeius donasset, Ciceronis patrocinium meruit. Hic postea ex Cæsaris familiaribus factus, plurima apud eum & gratia & auctoritate polluit. Cicero Attic. Fuit apud me Cornelius dum redeo ad Balbum Cæsaris familiarem. ¶ Cornelius Centumalus, & Sulpitius Galba Consules, quum Annibal mœnibus appropinquaret, occurrentes magna urbis trepidatione, extra portam castra habuêre. Plutarchus in Annibale. ¶ Cornelius Epitadius, L. Cornelii Syllæ Dictatoris libertus, bonum què Sylla de suis rebus gestis imperfectũ reliquit, supplevit. Tranquillus. ¶ Cornelius Gallus, poeta fuit elegiographus, Forojulensis, qui Augusti favore concendit ad gradum Prætoriæ. Fuit primùm familiaris Octavii amicus: sed postea suspitione conjurationis, quam in ejus odium inierat, Cleopatræ mortem cõsciverit anno ætatis quadragesimo tertio. Ovidius lib. 2. eleg. Sanguinis atq; animæ prodige Gallerux. Cornelius Gallus (inquit Servius) primus Aegypti præfectus fuit, & poëta eximius. Nam & Euphorionem Græcum transtulit in Latinum sermonem, & amorum suorum de Cytheride conscripsit libros quatuor. Hic primùm in amicis Augusti Cæsaris fuit: postea quam versus est in suspicionem quòd contra eum conjurasset, occisus est. Fuit autem amicus Virgilii adeò ut quatuor Georgicon à medio usque in finem ejus laudes contexeret: quas postea, jubente Augusto, in Aristæi fabulam commutavit. Hic Gallus amavit Cytheridem meretricem, libertam. Volumnique quæ eo spreto, Antonium euntem ad Gallias est secuta: propter quod dolorem ejus cõsolatur Virg. Aegl. 10. Hæc Servius. Cytheridem autè quam deperibat, mutato nomine, Lycorim vocavit. Ovidius: Gallus & Hesperia, & Gallus notus Ibis, Et sua cum Gallo nota Lycoris erat. ¶ Cornelius Merula Consul contra Boios in Galliam missus, duodecim millia hostium cecidit. Autor Livius de bell. Macedon. libro quinto. ¶ Cornelius Merula superioris nepos, Flamen Dialis, partium Sylvanarum, ingresso urbem Mario in Jovis ædem, ventis fulgoris, se necando mortis commentho sæ damnationem effugit: sacerdotisque fui sanguine tot veruſtissimi mænem effugit: sacerdotisque fui sanguine tot veruſtissimi manem cluere. Valerius de Morte. ¶ Cornelius nepos, Ciceronis temquere. Valerius de Morte. ¶ Cornelius nepos, Ciceronis tempore, vir diligens, vitas illustrium virorum templi quarum tãtum Pomponii Attici exiat, cui usq; ævi historiam, tribus (ut Martialis verbis utar) chartis explicuit. Huic Valerius Catullus Veronensis opus suum dedicat, ut indicat primum operis epigramma. Vide plura de hoc atque Critorum. ¶ Cornelius Severus inter poetas Epicos ab antiquis aucoribus relatus est. Ingenio fuit magno, & in scribendis versibus facili. Constat eundem fuisse versuum in declamationibus, quam in ingenium suum atque eruditionem maximè probavit: quum in eodem officio essent ibi complures, ut Asinius Pollio, Pompeius Silo, Porcius Latro, & Aufidius Bassus. A Fabio Quintiliano commendatur, ut versificator quàm pacatior habitus sit. Scripsit inter alia multa, opus de bello Siculo, quod ab eo absolutum nõ est propter immaturam mortem. Quod opus si absolvere potuisset, mettio ibi secundum locum vendicasset, ut ice Quintilianus autor est. Extat ejus carmen illud, quo elegantèr deflevit Marci Ciceronis interitũ: quod etiam ab Annæo Seneca magnopere commendatum est. Oraque magnanimum Ciceronis pene virorum In rostris jacuêre suis: sed enim abitum omnes, Tanquam sola foret rapti Ciceronis imago. &c.

Cornelus, ὁ καὶ Κορνήλιος, Vibs Latinorum, Steph.

Cornificius. Poëta eruditissimi nomen fuit, cujus egregia opera usus est Augustus in bello Sicula. Hic milites fugientes non infacetè Galeatos lepores solebat appellare: à quibus tandem delitiatus ab hostibus circumventus est & occisus. Hujus soror fuit nomine Cornificia, cujus carmen magno in pretio habitum fuit.

Cornicarum divarum. Locus trans Tyberim erat, cornicibus dictus, quòd in funonis cultu cornices esse putabantur. Autor Festus.

Cornutus. ὁ καὶ Suidæ, Philosophus fuit ex Lepti civitate Africæ, qui, teste Suida, non pauciores discipulos morum comitate, quam eruditionis nomine ad se pellexit. Floruit Neronis temporibus, à quo etiam fuit interfectus. ¶ Fuit & Cornutus Prætor urbanus Romæ Ciceronis temporibus: de quo sic scribit libro Epistolarum: Placuit nobis, inquit, ut Thamus ad Cornutum Prætorem literas deferremus: qui quod Cos. s. aberant, Consulare munus (sustinebat more majorum. Item Attico lib. 1. Epistol. 9. Boios utimur Trib. pleb. Cornuto veris Pseudocatone.

Cōrcebis. Sine aspiratione, ὁ καὶ Suidæ, Filius fuit Mygdonis (unde à Virgilio Mygdonides appellatus) qui incensus amore Cassandræ, quam etiam Priamus ei pater desponderat, ad Trojam venit, bello & Phrygibus laturus auxilia, quamvis ei à sponsa ipsi exitium, nisi abiret, & fet prædictum. Nam ea nocte, qua ilium cecidit, occisus est à Penelea quodam Græco. Virgilius secundo Aeneidos. Juvenisque Corœbus Mygdonides, illis qui ad Trojam forte diebus Venerat insano Cassandræ incensus amore. Vide proverbium: Stultior Corœbo. ὁ καὶ παροιμ. Proverbialis hyperbole in stupidos & vecordes.

Coromane. ἡ καὶ, Vibs ad Sinum Persicum: gentile, Coromanus, Steph.

Corona, sydus, de quo in ARIADNE.

Cōrone, ἡ, pen. prod. sive Corona, ἡ καὶ. Peloponnesi oppidum est, ad finum Messeniacum, nõ procul à Pamisi fluminis ostio, etiam hodie nomen servans. Vulgò Coron.

Cōrōnæus, sinus, ὁ καὶ, ut Sinus Coronæus, ὁ καὶ ὁ καὶ. Vulgò Golfe de Coron, qui & Messeniacus, ab Acrita promontorio ad Tænarum usq;, agri Laconici promontorium extenditur. Vide Plin. lib. 4. cap. 5. & Strabo, lib. 8.

Cōronea, ἡ καὶ. Vibs est Boeotiæ non procul ab Helicone, in colle sita (ut dicta; ut Stephano placet) à Corono Thersandri filio. In hujus agris negant rupas aut gigni, aut aliundè illatas vivere posse. ¶ Est & altera ejusdem nominis urbs in Phthiode, non procul à Pagasis, cujus meminit Strabo libro nono, Plinius libro quarto, capite septimo: Juxta Cephisum amnem Lamia, & Anichia, Medeon, Phligene, Grephis, Coronea, Charonia. ¶ Stephanus & alias ejusdem nominis urbes cõmemorat quas quòd nullam earum mentionem apud Geographum fide dignum invenerimus, hic consultò prætermittimus.

Cōronis, idos, ἡ καὶ, alio nomine Arsinoë, Nympha fuit, Phlegiæ, vel ut alii tradũt, Lencippi filia; quæ cùm forma esset non inelegãti, Apollini placuit, à quo & virgata & gravida facta est. Verùm quũ postea Ischyn Elatidã Thessalo, mutuo ejus amore capta, lui copia faceret, à corvo deprehensa est: ex quo quũ Apollo amicæ perfidiam cognovisset, telis eam cõfodit: puerũque, qui postea Aesculapius appellatus est, è utero ejus exemptũ, Chironi Centauro tradidit educandũ. Ovid. lib. 2. Metam. Pulcrior in tota quam Larissea Coronis Non fuit Aemonia &c. Vide latiùs in dictione AESCVLAPIVS.

Cōronta, Vibs Acarnaniæ ἡ καὶ. Gentile ὁ καὶ, Apparet alterutrum esse corruptum.

Cōrōnus, ὁ καὶ. Filius Lapithæ. Vide PHILAIDE.

Cōrōpe, ἡ καὶ. Vibs Thessaliæ ubi Coropei Apollinis oraculum, cujus meminit Nicander. Sed videtur legendum Oropæus. Orope enim Euboeæ civitas est, Apollinis templo clarissima, Steph.

Corpilli. Populi sunt Thraciæ, Hebrum accolentes, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 11.

Cōrsĕæ, ἡ καὶ, Stephano, Insulæ sunt Ioniæ adjacentes, ex regione

gione Sami. Plinius lib. 5. cap. 31. Ioniæ ora Aegæas & Corseas habet.

Corsĭci, penult. corr. [Ptolemæo German Die Insel Corsica: die Italiäner nennen sie Corsica.] Insula maris Ligustici, longa passuum CL. M. lata autem quinquaginta: sexaginta circiter stadiis distans à Sardinia. Castella habet Blesinos, Caruecm, Emuniæ, Vspantu. Tota autem malignè colitur, quod aspera sit, & multis in locis inaccessibilis. A Græcis Cyrnus dicitur, à Cyrno, ut Fabio pictori placet, Hercules filio. Corsicam autem appellatam voluere à quadam bubula agrestia, cui Corse nomen erat, ut refert Stephanus. ¶ Vide Corsi, hujus insulæ incolæ appellantur: quorum Strabo scribit mirum fuisse morum feritatem, adeò ut ex rapto viverent, ipsaq; etiam beluas immanitate superarent. Vide plura de hac insula apud Strabon. lib. 5. & Plinium lib. 3. cap. 6. Genuenibus diu paruit, Ademarchi navarchi auspiciis Mauris erepta.

Corsĭca, inquit Plin. lib. 3. cap. 6. insula in mari Ligustico, sed Tusco propior, Septentrione in Meridiem projecta, &c. Notissima est in vino præstante, durante etiam eorum nomine, inter quam & magis Meridianam Sardiniam, angustum mare interfluit. De qua Ptol. lib. 3. cap. 2. ¶ Cingitur ab occasu quidem, & Septentrionibus mari Ligustico: ab ortu autem Tyrrheno mari: à meridie pelago, quod interipsam & Sardiniam interjacet. Scribit Strabo Corsicam malignè coli, asperam & plurimis in partibus inaccessibilem, adeò, ut qui ejus montes habitant, ex latrociniis vitam degant, immanitateq; feras superent. Hinc factum esse dicit, ut quum Romani Imperatores in eos irruant, magnum servorum gregem captum advehant. Corsicæ forma apud Ptolem. 6. Europæ tabula depingitur. Athenæus tradit Corsicæ incolas ideò longævos esse, quòd mellis cibo, quo plurimùm abundant, utantur assiduè. Quod alicui mirum videri potest, quum ejus insulæ mel ob taxi copiam, venenatum dicatur, ut est teste Ovid. Elegi.

Melle sub infami Corsica nutrit apis.

Præterea Servius grammaticus Corsicana mella esse amara scribit, explicans illud Virg. Georg. lib. 4:

Aut ceræ tempore certo

Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum, &c. Dulcia, inquit, non est superfluum epitheton. Nam ideò aut dulcia: quia etiam sunt amara, ut Corsicana. Hæcille. Vide CORSIS.

Corsis, ἡ, Insula in Mari Tusco, à Corse ancilla bubulci, alias Κύρνος, Corsica dicta: gentile Corsi, Stephanus. De Corsica proximè dictum est.

Cortōn, ὁνος, The Taliæ civitas, distans à Cranone centum circiter stadiis, Stephanus ex Strabone.

Cortōna, æ, five Cortŏn, ōnis, Tusciæ oppidum satis non procul ab Arretio: cujus incolæ Cortonenses appellantur: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Corȳna, five Goryna, ἡ, Stephanus, Κόρυνα Straboni, insignis urbs Cretæ fuit, quam præter alium Leteus amnis. Plin. lib. 4. cap. 12. & Pompon. Mela lib. 2. Circa hanc urbem calami nascebantur sagittis conficiendis in primis idonei. Silius lib. 3: Eos quanvis certet Corynæa sagittis.

Cōrȳnæus, a, um: ut Corynæa tela. Sil. lib. 11: celsis Corynia manus: Tela sonante fugat nervo. ¶ Corynia vestis, pro venatoria apud Claudianum lib. 2. de Rapt. Proserp. unde Dianæ Crispatur gemino vestis Corynia cinctu.

Coruncanus, Primus Romæ pontifex maximus fuit de plebe, quem Cicero pro Domo sua ad Pontifices, Pontificii juris peritissimum fuisse testatur. Is quum legatus ad Teucam Illyriorum reginam missus esset, in reditu contra jus gentium interfectus est. ¶ Fuit & alter Coruncanus, qui adversus Amilcarem & Barcham in Siciliam missus est, cujus meminit Polybius.

Cōrȳs, five h. penult. prod. [German Der Wurf so von Bley Gemacht/damit man nach der Sonnen schiest. Bland. Meshworken mult. Polon. Wiary metnicy od strzodu circa lepie. Vng. Nap nyugatfelé Ang. The north-west wind.] Ventus flans ab occasu solstitiali, Aquiloni oppositus, teste Plinio, libro 2. cap. 47. Iuvenal. Atque habites Caro semper tollendus & Austro. Quandoque mutantes o in au, Caurum dicimus. Virgilius 3. Georg. Semperhyems, semper spirantes frigore Cauri. ¶ Est item Corus, Κῶρος, mensuræ genus, quod agrita quinque modios continens: modius verò xx. capit sextarios. In qua significatione prior hujus dictionis syllaba corripitur.

Cōrȳbantes, [German Insinnige Pfaffen der Göttin Cybele, welche ihnen selbs grossen ernst thun.] Cybeles sacerdotes, qui furore correpti furore cymbala pulsabant, capitaque saltando jactantes, alios in similem rabiem agebant. Homerus, Δαιμονόωντας vocat. Hinc (inquit Strabo libro 10.) qui capita saltando jactant, & numinis aspiratione, furiisque agitantur, Corybantes dicimus. Hi primùm Idam Phrygiæ montem tenuisse dicuntur: postea autem in Cretam navigasse montemque quendam incoluisse, quem à nomine relicto sedis, etiam Idam appellarunt: ubi & Iovem infantem aluerunt: tympana pulsantes, ne Saturnus (qui cum Titano fratre convenerat, ut filiorum omnem masculam interficeret) puerum vagientem audiret. ¶ Sunt qui Curetas, & Corybantas, & Cabeiros & Idæos dactylos eosdem esse putent. Dictos volunt à κορυφὴ, quod est caput saltando jactare: vel (ut Hermolaus in Castigat.) à pupillis oculorum & genis, quas Græci κόρας vocant, quippe qui quum Iovis custodes essent, non modò excubare, sed etiam apertis oculis dormire cogerentur. Inde κορυβαντιᾶν est insanire, & κατὰ κορυβαντισμὸν hoc est, insano quodam genio agi. ¶ Diodorus Corybantem scribit Iasionis & Cybeles filium fuisse, ac simul cum Dardano facta Matris Deûm in Phrygiam deductione, eosq; qui in sacrificiis ejus deæ mentem vecte volucrum, de suo nomine Corybantes appellasse. ¶ Alii à galea dictos volunt, quæ Græcè κόρυς dicitur, quòd galero quodam capitis tecti insaniendo luderent.

Coryca, ἡ, Promontorium Cretæ, & portus Aethiopia. Stephanus.

Corȳcia, pen. cor. κορύκιος, Nomen est urbis, & montis excelsi in Cilicia optimum crocum ferentis.

Corȳcius, a, um, κορύκιος, ut Crocum Corycium. Mart. lib. 11: Victima corycium nec cadit aura crocum. ¶ Specus Corycius non longè abest ab urbe Corycio: à quo Corycides Nymphæ dicuntur Ovid. lib. 1. Metam.

Κώρυκος, Stephan. Vrbs Ciliciæ, apud quam fuit Corycium antrum Cadmi nympharum, res maximæ admirationis, quarvis & aliud ejusdem nominis in Parnasso feratur. Vrbem etiã Coryeam vocat. ¶ Est etiam Κώρυκος, mons excelsus & rubens prope Teon Ioniæ, & portus, & parva insula ejusdem nominis, ubi Coryeæi maximè piscatum exercebant, de mercibus & navigationibus per vicinos portus furtim auscultantes: unde proverbium de curiosis circa secreta. Coryeæus auscultavit, Steph.

Corycides, Nymphæ à specu vocantur apud Ovid. lib. 1.

Corydalla, κορύδαλλα, Vrbs Rhodiorum: gentile κορυδαλλεύς, Stephan.

Corydallos, κορύδαλλος, Vicus in Tribu Hippothontide: tribulis κορυδαλλεύς, Steph.

Corydon, Pastor Theocrito & Virg. memoratus.

Coryon, κορύων, Vrbs Acarnaniæ in Italia, Steph.

Corytum, κορύτιον, Vicus insignis in Paphlagonia: incola κορυτιεύς, Stephanus.

Corynetes, κορυνήτης Suidæ, Tarrè fuit famosissimus, Vulcani filius, qui juxta Epidauri hospitis clava quadam, quæ coryna dicebatur, peremit, unde & hoc nomine sibi sumpsit: priùs enim Periphætum vocatum tradunt. Hunc Theseus interfecit.

Cōrȳphæ, ēs, κορυφαία, Mons est circa Epidaurum, Dianæ sacer, Stephanus.

Coryphasium, κορυφάσιον, Regiuncula est agri Laconici, cujus Polem. Stephanus.

Cōrȳthus, penult. corr. κόρυθος. Vulgò Cortona. Oppidum Tusciæ, prope Arretium, in parvo colle ejusdem nominis situm, à Corytho rege ita appellatum. Virg. lib. 9. Aen. Nec satis extremas Corythi penetravit ad urbes.

Cos, ἡ, Insula Cariæ in mari Aegæo, una Cycladum, quam Hercules olim diripuisse fertur, & regem Eurypylum Neptuni filium una cũ liberis & uxore Clytica occidisse, eò quòd ipsum tempestate eò adpulsum & inopedum, ab urbe & hospitio prohiberent, postquam à vastatione Troiæ & Laomedontis rediisset. Celebratur propter suavitatem vini, quod in ea nascitur. Ab eadem Cous, a, um. Vocabatur etiam olim Caria, vel Caris, Κᾶρις, Stephan. teste & Meropis, à Merope gigantea Cos autem à Coo Meropis filia, καὶ κῶς ἀρχαϊκῶς, Homerus. Dicitur etiam Κῶος, vel Κῶως, & Κῶς, ut videtur: quo nomine etiam conditor ejus dicebatur. Gentilia, κῷος, κῷος, κῷος, κῷαῖος. ¶ Est item Cos urbs Aegypti. Item fossa Corinthi, in quam fures & fugitivi includebantur: quæ & Cous, & enutrix in ea Coes. Coos enim fossas & speluncas omnes appellabant, Steph.

Cos, Insula Cariæ attributa, ut Rhodos Lyciæ. Cos alia est à Chio, & à Chea Coo, Ptolem. Coam nominat aliquoties Coon. & Coum à qua Cous Apelles cognominatus: & Hippocrates Cous, quinte diemam Clinicam revocavit, denissima nocte latentem, ut in lib. 29 scribit Plin. Fuit in ea Aesculapii templum augustissimum. De cujus insignibus Libri scripsere Theod. auth. lib. 7. Vitruv. lib. 9. Est inibi pectunculus piscis, insigniter lapidus, Varroni celebratus, ut testatur Gellius. Est & bombyx mirabili fœtu operosa, unde & bombycinæ vestes Coæ. Plin. lib. 11, & 5. Arist. de natura Animalium, qui eam Con appellat, velut Plin. Coon.

Cossana, κώσσανα, castellum Palæstinæ, in maritima parte Syriæ gentile, κωσσανίτης, Steph.

Cosmonates Ligyriæ populi sunt. Ptolem. lib. 2. cap. 5.

Cosmus, κόσμος, Nobilis unguentarius fuit Romæ. Martialis: Quod Cosmi sedolent unguenta, Fortique deorum. ¶ Hinc Cosmianum unguentum. Petronius: Afferte nobis alabastrum Cosmianum. ¶ Κόσμος autem Græcis omatum significat, & rerum universa, quod ecthlambia complectitur. [German: Die Welt.] Cicero de Natur. Hunc varietate distinctum bene Græci κόσμον, nos Mundum nominamus.

Cossi, κῶσσοι Stephano. Oppidum est in Umbria Italiæ regione. Autor Plin. lib. 3. cap. 5. Sodie Orticellum vocant.

Cossea, κοσσία, pars Perinthi: incolæ Cossæi & Thraciæ oppidum, Steph.

Cothis, κώθις, mons Bithyniæ: incolæ Cothei. Steph.

Cotyrá, nom. prod. κώτυρα, Insulæ nomen est in mari Libyco, unius incolæ Cotyræi, κοτυρεῖς dicuntur. Ovid. 3. Fast. Feriis est Mobis, feriis victima Cotyræ, Insula, quam Libyci, verberat unda freti.

Cothon, onis, κώθων, Insulæ exiguæ nomen, quæ ilyrie Carthaginiensium ascendebat, Europæ circūdata, circumquaque navalibus portubus. Autor Strabo lib. 17. Servius vero in illud Virg. Accedit: Hic portus alii effodiunt: Portus manufactos Cothonas vocant. ¶ Est & Cothon, genus poculi, parvum quidem, sed maximum utilitatem commodatissimum, ut quod nullo negotio gestetur & supponatur. & in paramitatem transferatur. Autores Suidas & Athenæus lib. 11.

Consus, Diectum est a Consilio. Festulo Augusti Legato in Pannonia Imperatus.

Cotta, Claudiorum Orator fuit Ciceronis coætaneus, quem etiam in dialogorum inducit lib. de Oratore. ¶ Vocant eadem tempore & alii Cottæ duo, quorum alter contra Mithridatem infœliciter pugnavit, & Sylla Cæsar conciliavit. Alter legatus Cæsaris in Gallia, infidus circumventus, ab Ambiorigis ducis exercitu interfectus est. Paterculus.

Cottiæ Alpes, pars Alpium, Lepontiis proxima, duodecim olim civitatibus insignis, quæ Cottianæ dicebantur, nomine acceptis a Cottio rege, Augusti Cæsaris amico, qui munitas has fauces in cōmodum eorum reddidit. [Gebirg. Das Hoch Augspurg so zů zů von S. Bernhartz Berg, so richtig gegen Mittag zů bey Italianisch Meer stendt, so auch bey Montferrat hergeht. Stumpff. Vulgo Monte Cenis.]

Cotylium, κοτύλιον, Scribit Strabo vocari collem in Ida monte, centum viginti stadiis passuum a Scepsi distantem, in quo Scamandri, & Granici, & Aesepi flaminum origo. Vnde & nomen Cotylo indirum, Κοτυλίτας ποταμούς, quod conceptaculum & acceptaculum significat.

Cotys, κότυς, Thraciæ rex fuit, qui in bello civili Pompeii partes secutus est. De hoc tradit Plutarchus, quòd quum sibi esset conciliis multum se in castigandis servorum culpis, pocula quædam, pretiosa quidem, attamen fragilia, ab hospite dono accepta, ubi donatorem antigonē remunerasset, universa confregisse ferunt, ne ea a ministris frangerentur, in iram excandescens, & nimis atrocem in illos portam statuisse. ¶ Fuit & alius ejusdem nominis Thraciæ rex, qui Tiberii tempore Rhescuporis patrui fraude circumventus est & occisus. Autor Tacitus lib. 2.

Cōtyttō ûs κοντυτώ, Dea impudentiæ habita est, cui Athenis a Baptis, eo nomine vocabantur ejus sacerdotes) nocturna sacra fiebant, quæ a illa vocabātur Cotyttia. Hanc Probus latatrinē fuisse cum natura: de etiā sacerdotes ejus lasciviis saltationibus matres ejus referebant. Iuven. Satyr. 11. Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotyttō. Vide Politiani Miscel. cap. 10.

Cōtyttia, orum, κοντύτια, Sacra erant nocturna (ut dictum est) quæ Athenis fiebant a Baptis in honorem Cotyttus Impudētiæ deæ. Vide supra in dictione BAPTAE.

Cōus, adj. Vide COOS.

C ante R.

Crabasia, κραβασία, urbs Ibcorum, Steph.

Crabra, æ, Aquæ nomen in agro Tusculano. Cic. pro Cor. Balb. Ego Tusculanis pro aqua crabra vestigal pendā, quum a municipio fundum accepi. Idem in Epist. De crabra quid agatur, est nunc quidem cimium est aquæ, tamen velim scire.

Cracovia, Urbs ad Vistulam fluvium sita, Poloniæ metropolis. [Germ. Crackaw in Polandt.]

Crade, κράδη, urbs Cariæ. Steph.

Cragus, κράγος, Stephano, Mons Lyciæ, Tauri pars, ut scribit Pompon. lib. 1. & Plin. lib. 5. cap. 27. ex appolito habens montem Anticragum. Sic dictus a Cragio Tremilensi & Praxidicæ Nymphæ filio. Horat. lib. 1. Carm. Sylvis aut viridis Cragus, &c. Ovid. Metam. lib. 9. Iam Cragon, & Lyciæ, Xanthiq; relicta erat undas.

Crambusa, κραμβοῦσα, Insula est circa Seleuciam Isauriæ. Autor Strabo lib. 14.

Cramburis, κραμβῦρις, Ἡράκλειον, urbs Aegypti. Steph.

Cranæ, κρανάη, Insula Laconica, quæ quinq; Helena, ante Gythium, κρανὴ, Etiam Cranea, vel Cranaates. Sic & Attica vocatur a Cranao rege. Steph.

Cranaus, κρανάος, Atheniensium rex fuit, qui Cecropio regno successit, a quo reptonis incolæ Cranai dicti sunt.

Craneum, κρανεῖον, Gymnasium erat apud Corinthū. Cicero.

Cranea, pen. prod. κρανέα, Exigua regio est Ambraciotarum, cujus incolæ dicuntur Craneates. Steph.

Craneus, κρανεύς, Primus Macedonum rex, a quo ad Alexandri Magni tempora numerantur anni circiter quingenti: quo intervallo reges circiter xxxvii, in Macedonia regnarunt. Autor Volaterranus lib. 15.

Crania, κρανία, Tarsus Ciliciæ olim vocabatur a Cranio quodam. Steph.

Cranides, κρανίδης, Vicus juxta Pontū gentile Cranite. Steph.

Cranion, ii, κρανίον, Cephallenīæ civitas est, quam Thucydides lib. 3. κρανίους vocat plurali numero.

Cranon, onis, κρανών, Vrbs Thessaliæ Pelasgiotidis, in campis qui Tempe appellantur, centum stadiis distans a Gyrtone. Stephanus ex Strabone. Sit & alia Arhamaniæ a Cranone Pelasgo. Inhac duos duntaxat cervos effecta dum: & qui pulos exclusisse, paribus rebus discedunt. Abeil Cranon. Stadius centū a Gyrtone, ut Strabo inquit. Homerus Cranonios Ephyras vocat, Phlegras Gyrtonenses. Steph.

Crānus, κράνος, Vrbs, aliàs Ephyre dicta. Steph.

Crantor, κράντωρ, Solensis, Academicus philosophus fuit, Platonis auditor, & cōdiscipulus Xenocratis, & Palæmonis, qui novis quibusdam Academiam Platonicam replevernnt. Hic scripsit librum de Consolatione, quem Cicero æmulatus est. Pertinaci interea morbo. Tenuit Stoicorum inconstantiam, quæ esse nullo modo potest, utpiane hominem sanum esse velimus, & omnis sensus carentem. Horatius libro 1. Epist. Tecum habi sapientem, maxime Lolli: Dimitta decamas Romæ, Prænestē relegi. Qui quid sit pulchrū, quid turpe, quid utile, quid nō, Planius ac melius Chrysippo & Crantore dicit. ¶ Alius fuit Pelei armiger, de quo Ovid. lib. 12. Metam.

Crateriarii, κρατηριάριοι, Siciliæ regio. Steph.

Crassitius, Genere Sorrentinus, ordine Libertinus, cognomine Pitides, Romæ fuit am Grammaticæ apprime doctus, inter alios Iulianum Antonium, Antonii Triumviri filium. Autor Tranquillus.

Crassus, P. Licinius, ante ætatē Pont. Max. factus (quod nunquam antea contigit) Consul creatus, profectus est contra Aristonicum, Eumenis filium. In quo prælio, profligato exercitu, ipse a suis manu occisus est, dato a Barbaro quodam in acie ictu conversus, in fugientes provocavit. L. Crassus orator, superioris filius, qui cum Antonio a Cicer. introducitur in libris de Oratore, mirifice quodam pudore præditus fuit: qui tamen non modò non obesset ejus orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. Accusavit C. Carbonem eloquentissimum hominem admodum adolescens: ex quo summam ingenii non laudem modò, sed etiam admirationem est consecutus. Defendit postea Licinium virginem, quum annos viginti septem natus esset. In ea ipsa causa fuit eloquentissimus, orationique ejus scriptas quasdam partes reliquit. Voluntario discessit in coloniam Narbonensem causa populandi aliquid attingeret: eamque coloniam ut fecit, ipse deduxit. Hæc ex libro de Orat. & Bruto Ciceronis. in quo libro est elegantissima ipsius Crassi cum Antonio & Scævola comparatio. Deplorat: multos verbis Crassi mors a Cicerone in exordio 3. lib. de Orat.

P. Crassus, Oratoris frater, juris peritissimus fuit, qui in dominatione L. Cinnæ quum Mariano rum esset partium, ne interficeretur manus intulerat sibi, scipsum interemit. Hujus filius M. Crassus Romanorum ditissimus, cum Pompeio & Cæsare Triumviratum iniit: quorum plane auctoritate Respub. aliquot annos regebatur. Ad bellum miles gladiatorum, qui duce Spartaco in Campania rem exercerant, vastumque Gallum ac Tarentinum Romanos imperatores fugaverant, duodecim millibus hostium una cum eorum duce cæsis, apud Rhegium juxta Lucanis paludē victoria potiti: ex qua Urbem ovans ingressus est. Postremo quum ei Syria sorte obvenisset, profectus ad bellum Parthicum, ibi filium Publium amisit. Ipse demum infœliciter rem gerens, a Surena regis præfecto captus, atque interfectus est. Autor Cicero Paradoxis. ¶ Alter Crassi filius, Cæsaris legatus fortia bello Gallico, & in Cæsarianis tandem partibus adolescens occubuit. fuit autem discipulus Ciceronis. De quo hæc in Bruto. Erat enim Crassus summo ingenio, artificiis optimis, non etiam perfecte planeq; eruditus: gravis, & Ecclegantiæ verecundus esse videbatur. Sed hunc quoque absorbuit æthes quidam infelix adolescentibus gloriæ, qui quia navaverat multo operam Imperatori, Imperatorem se factum esse capiebat. Hæc Cicero.

Crassus,

Crāssus prænomine Marcus, Romanorum omnium ditissimus fuit, qui negabat quemquam habendum esse divitem, nisi qui exercitum annuo reditu posset alere. Hic postea cum Pompejo & Cæsare Triumvir factus, cupiditate auri, ut ferunt, in Parthos expeditionem suscepit: à quibus ipse cum filio adolescente & universo exercitu deletus est.

Crāstis, κράστις, & Vibs Sicanorum in Sicilia, ubi formosissimæ mulieres nascebantur, partim Ep. carmi comici, & Laudis meretricis gentile Crastinus, Steph.

Crātērus, pen. cor. Macedo è comitibus Alexandri cui res ejus gestas scripsit, cujus meminit in Arist. de Plutarchus. De hoc Persius Sat. 3: Et quid opus Cratero magnos promittere montes?

Crates, κράτης, Natus est Philosophi Thebani: qui ut philosophiæ vacare posset, projecto in mari non parvo auri pondere: Abite (inquit) pessum malæ cupiditates. Ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis. Neque patavis se passe & virtutes, & divitias simul possidere. Suidas autem tradit, Cratetem omnem pecuniam in substantiam rei de gessit, & apud Thebanos deposuisse, ea lege, ut si illi philosophi essent, eam egeno pro bi dividerent: sin secus, eis quos facere putaret bona fide restituerent. Ita enim judicabat vitæ sapientiæ studium, nomini philosophiæ, sapientiæ sectatoribus id decere ad inopiam vivendum. ¶ Fuit & Poëta Comicus hoc nomine, auditor Polemonis. ¶ Item & Grammaticus, qui fuit Ptolemæo Philometore clarus, æqualis Aristophanis Grammatici, Criticus, sive Homericus cognominatus, Scripsit in Iliad. & Odyss. lib. 9. Comment. Auctor Suidas. Hic, ut ait Tranquillus, studium Grammaticæ primus in Romam intulit: missus enim ad Senatum ab Attalo rege, subito ipsum Ennii mortem plurimas aerumnas fecit, adhibitoque per omne tempus legationis differit: nostris quoq; exemplum fuit admirandum. Hæc ille.

Cratīnus, κρατῖνος, Poëta fuit comicus, clarus apud Athenienses, qui primus in Dionysia Atheniensium tetrasyllabum indixit: Horatius: Eupolis atq; Cratinus, Aristophanesq; poëtæ. Hic autem fuit supra modum gulæ & omni voluptatum genere deditus, præcipuè ebrietati: ad quod alludit Horatius in Epistol. Priscis fi credis Mecenas docte Cratino Nulla placere dicta, nec vivere carmina possunt, Quæ scribuntur aquæ potoribus.

Cratippus, κράτιππος, Mitylenæus philosophus fuit, Ciceronis Olim præceptor, qui Pompeio Pharsalico prælio victo apud Mitylenem occurrens, verbis ex Philosophiæ penetralibus petitis, ad meliorem ipsum eum erexit Plutarch. Pompeio.

Cratis, sine aspiratione, κράτις, Alius fluvius, Sicyone lacu profluens in Oceanum, juxta quem nonnulli fabulati sunt electrum nasci. Vide Plin. lib. 37. cap. 2.

Cratylus, pen. corr. κρατύλος, Nomen philosophi Athenien sis, Platonis, mortuo Socrate, præceptor, ex cujus nomine idem Plato librum de Significatione nominum inscripsit.

Crēme, es, κρήμη, Vibs Ponti, à qua gentile Cremenses.

Crēmĕrā, pen. corr. κρημέρα, Fluvius Italiæ, apud quem Fabii à Vejentibus occisi fuêre, autore Livio lib. 2. Decad. 1. Ovid. 2. Fastor. Vt celeri passu Cremeram tenuisset aquosam, Turbidus hybernis ille fluebat aquis. Iuvenalis: Quid Cremeræ legio?

Cremmyōn, κρομμύων Steph. no, Oppidum nō procul à Corintho, juxta quod Theseus Sinnidem, quæ omnes agros devastabat, occidit. Ovid. lib. 7: Quodq; Sinnidem secutus arat Cremmyona colonus, &c. Vbi alterum mendosum est, à pœta citatum. ¶ Crommyum autem per o urbs juxta Alcalonem: de qua infra.

Crēmonā. [Ger. Ein Statt in Lombardien nächst bey Mantua.] Vibs est Galliæ Cisalpinæ, non procul à Mantua, quæ etiam hodie nomen retinet. Cujus cives quum contra Augustum cum Antonio sensissent, Cæsar victor veteranis suis eorū agros dedit: qui quum nō sufficerent, accepere aut, etiam vicinorum agros, ut Mantuanorum, &c. Hinc Virgil. Aegl. 9: Mantua væ, miseræ nimium vicina Cremonæ. De hac Strabo lib. 5. sic scribit: Cis Padum verò, circum q; Padum, celeberrimæ sunt civitates, Placentia & Cremona, media in regione propinquissimæ inter has & Ariminum, sunt Parma, Mutina, Bononia.

Crenidēs, κρηνίδες, urbs Siciliæ, quā Philippus postea Philippos nominavit: gentile Crenita, Steph. Vide PHILIPPI.

Crĕōn, ontis, κρέων, Nomen Corinthiorum regis, qui Creusam filiam Iasoni desponsavit, de quo Seneca in Medea. ¶ Alter fuit Thebanus, Oedipi regis Thebanorum socer, & pater Iocastæ. Ferunt & alii hoc nomine.

Crĕōn, ontis, κρέων, Mons est Lesbi insulæ, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Creontiades, Herculis filius ex Megara, quæ pater cum Thermacho hasta ab inferis redeuntem, & in furorē versus à Junone, quoc Lycum interfecisset, interemit.

Creophilus, pen. cor. Κρεοφίλος, Nomen Samii poëtæ, qui Homerum hospes & æmulator fuisse fertur, quem aliquando tradunt fuisse in hospitium Homero, accepisse ab eo donum inscriptionem poëmatis, quod Oechaliæ captivitatem vocāt. Sed Callimachus per Epigramma quoddam contrariū asserit, quod nunquam Creophylus opus composuerit, Homeri tamen dicatur propter dictum hospitium. Quidam hunc Homero aguntur tradunt: quodam nō hunc, sed Arcesem Procnesium: author Strabo libro 12. Vide Apulejum in Herodia.

Crepsi, Ptolemæo Tiburnia urbs, Cresa dicta Plinio.

Cres. Vide CRETA.

Crescens, κρήσκης, Philosophus Cynicus Iustino martyri infestus, ut plurimum creditur Tatianus in libello contra gentes.

Cresis, Nympha marinæ nomē à fontibus dictæ. κρήθω enim fons dicitur Perottus.

Crēsitēm, κρησίτην, urbs Cypri, Steph.

Cressa, κρῆσσα Oppidum Paphlagoniæ est, teste Stephano, postremodum Trajanum à Memnone conditum. ¶ Vid. & portus Cretæ. Rhodi insulæ oppidum. Plin. lib. 5. cap. 28. ¶ Cressa etiā dicitur mulier ex Creta insula. Vide in dictione CRETA.

Cressa, Herodot. lib. 7. regio Paleæ vicina, ac Thermæo finitima contermina.

Crestōn, Κρηστών, Oppidum, de quo Herodot. libro 1: Quæ lingua Pelasgi tunc usi, affirmare non possum, sed conjecturā ingenii, licet dicere eandem quæ nunc Pelasgi utuntur, qui supra Tyrrhenos habitant Crestonum incolæ, quodam tempore finitimi eorum qui nunc Dorenses vocantur. ¶ Est & nomen regis Babylonis, cujus meminit Iustinus libro 38.

Crētā, æ, & Crete, es, Κρήτη, Ger. Ein grosse Insel in Aegeischen Meer gelegen: Creta] Insula in medio Ponto, centum ferme millium spatio clara, olim (ut scribit Strabo) à Septentrione Argoo illuitur fluvio & Cretico pelago: Austro Libycoq; ac Occidentem Aegyptum & Cyberam spectat: ad Orientem Carpathon. Iacet in longitudine ducentorum & sexaginta passuum, in latitudine quinquaginta millium. Circuitus ejus quingentorum octoginta novem millia passuum complectitur. Incolæ Cretenses vocantur. Insignes in ea urbes sunt, Cortyna, Cydon, Gnossus Minois regia, & Arcadum Cosmopolis plurima. Nullum in Creta animal noxium est, optimique vini fertilissima est: de qua Virgil. 3. Aeneid. Creta Iovis magni medio jacet insula ponto, Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostræ. Centum urbes habitant magnas, uberrima regna. Primum dicta fuit Curete, ab Asiaticis illis Curetibus, & per syncopam Creta. Alii dicunt Cretam dictam à Crete quodam Iovis filio Curetum rege. Alii à Crete nympha Hesperidis filia. Arrianus non à Crete nominatam, sed à Cres, Cretis genitivum faciente, nominatione dicit: sic enim novatum à rerum qui Iovem abscondit in monte Lycæo. ¶ Est & Creto oppidum Scythiæ. Valer. Flac. lib. 6: quoties paucos ad litoris tetros Deiotam, Scythicum meruere Pontum q; Cretamque.

Cretes vocantur ejus insulæ populi, & mulieres Cretæ. κρῆτες.

Crētĭcus, & Crētus, adjectivum, κρητικός & Sunt autem hæc nomina, cum ex masculino fœminina ad similem formam efficiunt: ut Cres Creta. Libys Libyssa. Phœnix Phœnissa. Thrax Thressa. Thulites etiā Phœbo grandissima dona Cretes tulit. Ausonius: Progenitus patrium superavit gradus homo Cres. A Crete verò sunt Creticus, κρητικός, & Cretensis.

Crētēnsis, e, um, Quod ex Creta insula est, κρητικός & Ovidius: Strataq; Cretæam bella fravit humum.

Crētensis, κρής. Nomen gentile à Creta insula deductum. Vide proverbium: Cretizare cum Cretensi, τὸν κρῆτα κρητίζειν id est, adversus mendaces mendaciis uti. ¶ Cretensis Cicero, κρὴς τὸν κρῆτα, suasit, quæ est commoda sententiæ, provocat, comparat circumvenire, aut tale quippiam. Quoties improbus agit cum improbo, perfidus cum perfido. Sumptum adagium à Cretensium moribus, quos plurimis convitiis incessit antiquitas. ¶ Eundem obtinet sensum. Cretensis cum Aegineta, κρὴς τὸν Αἰγινήτην: subaudiendum, agit. Quadrat in pariter improbos, qui mutuis inter se fallaciis agunt. Cicero 3. de Natur. deorum: Tertius Iupiter Cretensis Saturni filius.

Crētĭcus, a, um, adjectivum formatum à Creta insula. κρητικός ut, Creticum Mare Horat. 1. Carm. Ode 26.

Cretenia, κρετηνία, locus Rhodi, ubi Alsbemenes habitabat, qui quum ex oraculo patrem de occisum accepisset, dum fugit, nebloe perpetrer, nocte in navigium incidit, in quo piratas esse ratus, patrem occidit. Supra Cretenia Arahyrii montes sunt. Steph.

Crethéus, dissyllabum, in Genitivo Crethéos, κρηθεύς Aeoli filius fuit, qui ex Tyro Salmonei fratris filia Aesonem genuit, Alcimedontem & Amythaonem.

Crethéius, denominativum: ut, Virgo Crethéia apud Naevium lib. 1. dicitur Helle Crethei neptis.

Crethon, onis, filius fuit Diocles, qui cū fratre Orsilocho ad bellum Troianum Graecis auxilium laturus profectus est, sed quum hi duo nimis satis viribus confiderent, cum Aenea congressi non dubitavernnt, à quo etiam ambo fuerunt interfecti. Quorum & eorum cadavera vix à Menelao & Antilocho ex hostium manibus subtrahi potuerunt.

Créusa, κρέουσα, Creontis Corinthiorum regis filia fuit, quam Iason, repudiata Medea, uxorem accepit; quam obrem Medea indignata, carminibus suis ignem inextinguibilem tremulo infudit peplo filiorum suorum Creusae muneris loco missi: illius vero postmodum, ut flammae oblato munere discederent. Creusa igitur videndi cupida, nihilque mali suspicans, serimolum aspexit, & continuo evolavit regis, Creusamq; & totam Creontis regiam exussit. Ovidius lib. 12. de Arte: Cur non defecta est Ephyreae nata Creusae. ¶ Alia fuit Priami & Hecubae filia, Aeneae conjunx cui Ascanium filium peperit. Haec in excidio Ilii, ab Aenea, qui fugiens, patrem humeris gestabat, filiumq; manu ducebat, perditam fuisse in itinere dum vias varias excessisset, tradit Maro lib. 2. Aeneid. Sed postmodum eam ab ipso Aenea ex pactione cum Graecis facta occisam volunt, ne quis ex semine Priami superesset. Verùm his refragatur fabula de Heleno & Cassandra, liberis Priami, quos Graeci captivos abduxerunt.

Créusis, κρέουσις, Oppidum etiam constato Boeotiae, Locrorum & Aetolorum, ut annotavit Vadianus in Pomp. Lo. 2.

Crimissa, κρήμισσα, Oppidum est in extremis Italiae finibus, juxta Thurium & Crotonem: ita dictum à Crimissa Nympha. Gentile est Crimissaeus. Strabo lib. 7.

Crinissus, κρίνισσος, Siciliae fluvius, Segestae urbi vicinus: de quo Servius hujusmodi refert fabulam: Quum Laomedon Neptuno & Apollini mercedem pro aedificatione murorum illi recusaret, Neptunus iratus Troiae cetum immisit, ut eam vastaret. Consulens Apollo finitima oracula edidit responsa, puellas sicilicet bellicae esse objiciendas. Hippotes igitur nobilis Trojanus, timens ne & Hegesta filia sua cetis, ut Hesiona exponeretur, navi cum imposuit, ut potius se non vidente mergeretur fluctibus, quam coram devoraretur. Sed illa casu in Siciliam delata, Crinisso placuit, qui in canem, seu urium mutatus, eam oppressit, inceptoq; ex eo concubitu Acestem, Siciliae regem. Virgil. lib. 5. Aeneid. Troja Crinisso conceptum flumine mater Quem genuit, &c.

Criota, κρίωτα, Stephano, Vicus est Atheniensium, in tribu Antiochide.

Crios. Vide in APPELLAT.

Crispus Sallustius, Latinae historiae princeps fuit (teste Martiale, cujus hoc de illo extat elogium: Crispus Romana primus in historia. [Ger. Ein Römischer Historischreiber.] Thucydidi ex Graecis opponitur à Quintiliano elegantiae dicendi, Attica brevitate, sententiarum crebritate. Taxatur autem à Pollione, ut nimis antiquatus, & ex Catonis originibus verba mutuatus: Trogo autem, quòd orationibus nimis longis utatur, licuti & Thucydidi. Ciceronis acerrimus inimicus fuit, ut ex utriusque invectivis conflat. Ejus de avaritia sententiam laudat Gell. lib. 3. cap. 1: Avaritia (inquit) pecuniae studium habet: quam nemo sapiens concupivit: ea quasi venenis malis imbuta, corpus, animumque virilem effeminat: semper insana & insatiabilis est: neque copia, neque inopia minuitur. Gell. libro 17. capite 18, de Crispo Sallustio sic scribit: Marcus Varro (inquit) in libris, atque vita, fide homo multa, & gravis, in libro quem inscripsit Pius, aut de Pace, Crispum Sallustium scriptorem seriae illius & severae orationis, in cujus historia notiones Consocias fictaque exercuisse videmus, in adulterio deprehensum ab Annio Milone, & loris bene caesum dixit: & quum dedisset pecuniam, dimissum. Haec Gellius. ¶ Fuit & Crispus Constantini Caesaris filius, à patre interfectus. ¶ Crispus item Vibius, ore compositus, & jucundus: privatis tamen causis, quam publicis melior, ut ait Quintilianus.

Crissa, κρίσσα, Oppidum matrimonium Phocidis, à Crisso Phoci filio conditum: unde Crissaeus sinus, κρισσαῖος κόλπος, qui & Corinthiacus appellatur, per octo stadiorum fauces, quae inter Rhium sunt, & Antirhium, in Ionium mare sese evomens.

Crithote, es, κριθωτή Stephano, Urbs est Thraciae ad Hellespontum octoginta stadiis à Cardia distàs: cujus meminit & Plin. lib. 4. cap. 11.

Critias, κριτίας, Philosophus fuit, qui dixit animam esse sanguinem, licut & multi alii, unde Virgilius: Purpuream vomit ille animam. ¶ Fuit item Critias quidam, unus è triginta tyrannis Atheniensibus, à Lacedaemoniis impositis, eloquens quidem, caeterum omnium avaritissimus, atque crudelissimus, qui quum plurimis incommodis civitatem affecisset, tandem à Thrasybulianis, eo in prelio, quod circa Munychiam fuit positum, est interfectus. Vide Xenophontem Rerum Graecarum lib. 2. Hujus meminit Cic. lib. de Orat. 2: Consequuntur hos (inquit) Critias, Theramenes, Lysias: multa Lysiae scripta sunt, nonnulla Critiae, de Theramene audivimus. Rursum idem lib. 3: Quid Critias? quid Alcibiades? civitatibus suis quidem non boni, sed certè docti atq; eloquentes, nonne Socraticis etiam disputationibus eruditi?

Crito, κρίτων, Nomen philosophi Atheniensis, qui ita Socratem amavit, ut nunquam aliquid exitii, quae sunt ad vitam necessaria, ipsi deesse passus fuerit. ¶ Crito item Pieriota (Pieria autem urbs est Macedoniae) historicus fuit, scripsitq; res Persicas, Siculas & Macedonicas. ¶ Fuit praeterea alius, Naxius genere, historicus & ipse. Autor Suidas.

Critobulus, κριτόβουλος, Medicus fuit insignis, qui sub Philippo Amyntae filio Macedonum rege claruit. Plin. lib. 7: Magna & Critobulo fama est, extracta Philippi regis oculo lagitta, & circa deformitatem oris cutem orbitate luminis.

Critolaus, κριτόλαος, Peripateticę sectę Philosophus fuit, qui una cum Carneade & Diogene Stoico Romā missus fuit Legatus, ut testatur Cic. li. 2. de Orat. de Critolai hista scribit idem Cic. Tusc. quaest. lib. 5: Quo loco, inquit, quaero, quam vim habeat libra illa Crotolai: qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa, tantum propendere illam bonam lancem putet, ut terrā & maria deprimat. ¶ Alter Critolaus, Achaeorum dux belliq; Achaici concitator: unde etiam Corinthi eversionē illi imputat. Cic. lib. 3. de Nat. deor. Critolaus (inquit) everti Corinthum, Carthaginem Asdrubal. Hi duo illos oculos orae maritimae effoderunt. Hanc Plutarch. in Parallelis Horatio Curiatiorum victori comparat in eo, quòd utero, fatorem occidentis: dq; eadem omninò de causa, quòd felicer caeteris omnibus victoria applaudentibus, soli fratri suo non essent gratulatae. Hic postremò à Q. Caecilio Metello victus apud Thermopylas, veneno sibi mortem consivit. Autor Livius.

Critheis, κρηθεύς, ut ex Ephoro refert Plutarchus in vita Homeri, filia fuit Aeolis, quam post mortem suam Maeonis fratris tutelae reliquit. Hic autem quum puellam vitiasset, gravidamque fecisset: atq; ob id facti verereturinfamiam, Phemio eam Smyrnaeo Grammaticae praeceptori in matrimonium dedit. Illa verò non multò post, quum ad lavacra, quae prope Meletem fluviam erant, proficisceretur, Homerum juxta fluvium peperit ob id; Melesigenes appellatus est, qui postea caecus factus, Homeri nomen accepit: Cumani namq; & Ionesoculis captos, Homeros appellant, quòd Homeris id est, manibus ducibus egeant.

Criumetopon, id est, arietis frons, Cretae insulae promontorium est ad Occidentem, versus Cyrenas, ut scribit Rufus ex Dionysio: hic procul ingens inclinat rupes sese, obvia fluctibus altis. Vide Pomp. Melam. lib. 2, in descriptione Cretae insulae, & Plin. lib. 4. cap. 12.

Crobialus, κροβίαλος, Oppidulum est juxta Heracleam Ponticam, cujus meminit Apollonius Argonaut. lib. 2.

Crobyzi, κροβυζοί Stephano, Populi libri accolae, quorum meminit & Plin. lib. 4. cap. 12.

Crocea, ae, κροκέα, Urbs Laconiae, una ex centum, cujus incolae dicuntur Croceatae. Steph.

Crocodilon, sive Crocodilorum oppidum, κροκοδίλων κώμη, oppidum Phoenices ad Carmelum montem, cujus Strabonis aetate nihil praeter nomen extabat: ut ipse testatur lib. 16. Meminit & Plin. lib. 5. cap. 19. ¶ Est & alterum ejusdem nominis oppidum in Arsinoitica praefectura, ad Nilum fluviumta dictum, quòd in eo crocodili pro dis colerentur. Hanc urbem postea Arsinoen appellarunt, teste Strab. lib. 17.

Crocodilis, pen. prod., κροκοδιλώ, Mons est Ciliciae apud Plin. lib. 5 cap. 27.

Crocotus campus, κροκωτὸς πεδίον, Campus est juxta Thessaliam ad Amphrysium fluvium. Stephanus in dictione Δεκεμπόριον.

Crocum, venatorem aclagitatum fuisse dicunt, pedibusq; Mutarum in astra relatum. Sagittarii nomen accepisse, Sidonius: Falciferis Crocon vectus per summa polorum.

Crocyleum, κροκύλειον, locus Ithacae, alias Κράγος dictus, Stephano.

Crocylion, κροκύλιον, Insula Ithacae. Heracleon Ithacam quadripartitam facit, ut prima pars ad meridiem & maritima sit, altera Nejumittertia κροκύλιον quarta μεσόγειον, Steph.

Crocyllus,

Crocyllus, Vir Atheniensis, cujus nonnunquam Plutarch. meminit.

Crocylus, Nomen pastoris apud Theocritum.

Crœsus, [κροισος. Ger. Ein König in Lydia so vberauß reich gewesen ist.] Rex Lydorum fuit, Alyattæ filius, omnium quos hominum memoria celebrat, divitissimus: unde etiam hodie, quòd immensas opes significare volumus, Cœli divitias dicimus. Hic quum se omnium mortalium felicissimum crederet, monitus est à Solone, Neminem ante cineres beatum dicendum: quòd quoad vivimus, periculum sit, ne instabilis hujus mundi fœlicitas dolore aliquo contaminetur. Quam Solonis sententiam verissimam esse, Cœsi calamitas postea declaravit. Victus enim a Cyro, peregq; in potestatem redactus, tandem salubre Solonis consilium agnovit, ejusque nomen sæpiùs inclamavit. Unde admiratus Cyrus, quisnam esset deorum, hominumque, quem ille in extremo periculo solum invocaret: remque totam edoctus, humanæ vicissitudinis memor, Cœlum ab incendio liberavit, summoque semper apud se in honore habuit. Autor Plutarchus in vita Solonis, & Herod. lib. 1.

Crŏmmyŏn, ōnis, κρομμυων, Vrbs Palæstinæ, non procul ab Ascalone. ¶ Item alia in Libya.

Crŏmmyonius, a, um, Gentile, κρομμυωνιος. Autor Steph.

Crŏmmyŏnēsus, κρομμυωνησος, Insula est Asiæ adjacens è regione Smyrnæ, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Cromnā, κρομνα, Paphlagoniæ oppidum est, apud Strabonē lib. 12. De hoc Valerius Flacc. lib. 5. Mox etiam Cromnā arq; jugo pallente Cytoron. Steph. aut, Amastris postea dictam esse, & Cromnā, κρομνος vocat. vide Amastris apud Steph. Idē in v. Cromnam, κρομνη, alii Amastrin, alii Amastridis regiæ aulam faciunt: gentile Cromnites, Cromnæus, κρομνιτης. Fil. & Peloponnesi urbs, quæ in masculini & fœminini generis item singulari & plurali numero profertur, à Crumno Lycaonis filio.

Cromyussa, κρομυουσσα, insula Iberiæ. Steph.

Crŏnĭă, orum, [κρονια. Ger. Festag so man dem Saturno zu ehren begieng zu Rom auff den 19 tag Wolffmonats.] Saturni festa erāt, quæ celebrabantur Romæ decimoquarto Calendas Ianuarias: dicta à κρονος hoc est, à Saturno: unde & Saturnalia à Latinis appellantur. Horum Macrobius latè meminit, erata etiam actiaci poëtæ automate, apud quem Iovis regem Maximæ partis Gratia Saturno, & maximæ Athenæ Consilium facta, quæ Cronia celebrarentur ab illis.

Crŏnĭon pelăgus, κρονιον πελαγος, à nonnullis appellatum fuit mare concretum, teste Plin. lib. 4. cap. 16. Apollonius tamen in Argonauticis, κρονιον αλσος: hoc est, Cronian mare, pro Adriatico potuit, si interpreti ejus credimus, eò quòd Italiam alluat, quam olim Saturnum valuerit renuisse.

Cropĭa, κροπια, vel κροπιον, vel κροπη, Vicus in tribu Leontide. Steph.

Cros κρως, urbs Aegypti, civis Croites, & præfectura Croitis. Est Cnus κροος Arabum civitas. Steph.

Crosĭă, κροσια. Vrbs juxta Pontum: gentile Crosseus. Steph.

Crŏto, sive Croton, κροτων, Vulgo Crotone, Vrbs fuit maritima in ea parte Italiæ quæ olim Magna Græcia dicta est, non procul a Tarento, tāta salubritate aëris, ut inde ortum sit proverbium: Crotone salubrius, κροτωνος υγιεινοτερον. Dere neque quam noxia, sed unde quæ quæ salutifera. Strabo lib. Geogr. 6. ¶ Nihil aliæ civitates ad Crotonem, ουδεμια αλλη πολις προς κροτωνα παραβαλλεται, sunt reliqua præ Crotone frivola oppida. Theocritus interpres meminit hujus proverbii. Licebit accommodare ad rem aut hominē usq; adeò præcellentem, ut reliqui cum hoc collati, nihil esse videantur. Vrbs hæc à Diomede condita creditur, cum plerisq; aliis, in eodem littore.

Crŏtoniātæ, hujus incolæ dicti sunt, eo nomine celeberrimi, quòd maximam in exercendis corporibus curam ponerent. Unde etiam frequentissimè ex factis certaminibus coronas retulerunt. Inter hos fuit Milo ille Crotoniates, qui integrum uno die bovem ferturabtumplidit. Hinc locus factus proverbio: Crotoniatarum postremus, reliquorum Græcorum primus est, κροτωνιατων ουτος υστατος, των αλλων πρωτος. Licebit ut quum genus aliquod tāto intervallo præcedere dicemus, ut qui in hoc sit vel infimus, in illo possit vel primus videri. Hinc Crotoniata, gentile nomen, & Crotonius, Crotonias, Steph. Crotonē, infignem Italiæ urbem esse scribit juxta Rhegium & aliam Thuriæ metropolim, & montem qui Axium flumen effundit. κροτων etiam dicit animalculum canibus infestum, Latini Ricinum vocant, quo quidem significato ultimam acuit. Steph. Vide SYRACVSAE.

Crŏtŏpus, pen. prod. Rex Argivorum fuit, pater Psamathes, quæ ab Apolline compressa Linum peperit; quem quum inter vepres abscondisset, canes extractum dilaceraverunt.

Crŏtŏpĭădes, patronymicum masculi. Ovid. in Ibin: Quisq; Crotopiaden dirupēre Linum.

Cruni, orum, κρουνοι Stephano, Thraciæ urbs est maritima, teste Plin. lib. 4. cap. 11. quæ postea Dionysiopolis dicta est: nomen habet à fontium scaturiginibus quibus abundat: Bas enim Græci κρουνους appellant.

Crusis, κρουσις, pars Mygdoniæ, à Cruso Mygdonis filio: hinc κρουσιος, & Crusis adjectō ἱδνικον. Steph.

Crustumerium, κρουστουμεριον Stephano, Oppidum in Latio, Albanorum colonia: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Virg. lib. 7. Aen. Ardea, Crustumerique; & turrigeræ Antemnæ.

Crustumĭnum, Oppidum Tusciæ juxta Veios: à quo Crustumini dicti, & Crustumina tribus, & Crustumina pyra, & Crustumnum vinum laudatissimum.

Crustumium, apud Lucan. lib. 2. fluvius est ex Apennino ortum trahens, Arminumq; præterlabens. In lævum (ἐυωνυμα) recedēre latus veloxq; Metaurus, Crustuminumq; rapax, & ianitus Sapis & Isauro. Meminit hujus fluvii & Plin. lib. 3. cap. 15. Vulgò Conturs de Romagna.

Cryĭa, κρυια Stephano, Vrbs Lyciæ.

Crysallis, κρυσαλλις, Vrbs Cariæ, ita dicta à Crysallo Cercis filio, Stephanus.

C ante T.

Ctēātus, pen. corr. κτεατος, Pater Amphimachi, unus ex quatuor ducibus Epeorum, qui quadraginta navibus ad Trojanam expeditionem sunt profecti: ut refert Homerus in Catal. navium.

Ctemĕne, κτημενη, Vrbs Thessaliæ, à Peleo Phœnici donata, cujus cives Homerus Dolopes vocat, & Ctemenæus è Dolopiadem Genere Ctemenius, & Ctemenæus. Apollonius per jota κτιμενη scribit, quod magis placet.

Ctesĭas, κτησιας, Cnidius, fil. (ut alii malunt) Ctesiochi filius, Medicus fuit Cnidius, qui Artaxerxem cognomento Mnemonem curavit, & Historiam Persicam xxiii. libris conscripsit. Autor Suidas.

Ctesĭphon, pen. corr. [κτησιφων. Ger. Ein berumter Mensch der für den fürnen Tempel Dianæ zu Epheso soll gebawen haben.] Nomen architecti, qui templum Dianæ Ephesiæ condidit ac extruxit, operis mirabilis, & toto orbe celebratum: quod postea ab Herostrato incendium fuit, hac tantum de causa, ut facinore illo nominis immortalitatem sibi compararet. ¶ Fuit & Ctesiphon locus Parthorum. Strabo lib. 15. Prope Seleuciam vicus maximus cit nomine & re Ctesiphon, in quo Parthorum reges ayernabant. Hic vicus tantas potentiam & magnitudinem habebat, adeò ut Parthorum multitudinem & apparatum omnem recipere, ac venalia, necessariaq; omnia ibi suppeditare. Quin & Ctesiphonte Babylonici regis caput fuisse Plin. lib. 6. scribit. ¶ Ctesiphon etiam Atheniensis civis nobilissimus, qui Athenienses autor fuit decreti, quo Demosthenem aurea corona in theatro coronandum decrevērunt. O quam scelestam ab Aeschine, qui contrarias Demosthenis in Republica partes fovebat, iniquam pernicioſi decreti autor accusatur, elegantissima illa Demosthenis oratione, quam περι στεφανου inscripsit, defectus est. Vide Cic. lib. de Oratore primo genere oratorum.

Ctesippus, κτησιππος. Chabriæ filius, quem Phocion, mortuo Chabria amico, diligenter, ingenuq; humanitate excepit, eò usq; ut prodigos adolescentis mores corrigeret: ruinis tamen illius dato, tum minimè liberali ingenio nullaq; ad virtutem indole, ut curam & laborē in illo instituendo dimitteret, eo usq; ineptias non modò pertulit patienter, verumetiam studiosè fovebat. Quamquam temere ajunt, Phocionis constantiam impotentitate levissimi hominis superatam. Nam quum ille imperatorium quoddam munus studio accurationis obiret, Ctesippus, ut erat furiis, dolisq; gravidus, periissimumq; Imperatorem cœpit facetis quibusdam incessere, atque illum monens, discessu in portum jubis pergere. Tum Phocion ad ludum: Phocionem dixisse fama est: O Chabria, Chabria, cumulatam tibi pro amore in patrem gratiam nunc persolvo, qui tibi tot delamentis sufficio. Autor Plutarchus in vita Phocionis.

C ante V.

Cuma, κυμη, Vrbs Aeolidis ex adverso Lesbi sita, Aeolicarum urbium maxima & optima, & ferè metropolis ceterarum civitatum, quæ numero erant circiter xxx. Ab hac civitate cognominata est Sibylla Cumæa, κυμαια, quam aliqui à vicinitate loci Erythræam appellarunt: quæ profecta in Italiam, multa de Romanis vaticinata est. Item patria fuit Ephori, viri doctrina clari, & Hostrati Oratoris familiaris, præterea & Heliodori Poëtæ, qui patrem suum, relicta Aeolica Cuma, in Bœotiam migrasse dicit. Plutarch. de eo in Symposiis multa, & Suidas, Stephan. ¶ Cumæ Aeolicæ ante Lesbum sita nomen habere à Cyme Amazone, quæ & Amazonium dicta est: gentile κυμαιος (κυμαιος) autem ab urbe Italiæ sic.) Hæc & Lesbus Solidianis notantur. Est & alia Euboeæ dicta, φρικωνις. Quarta Elidis. Quinta Euboeæ & Pamphyliæ. Item insula prope Siciliam, Stephan. Hujus oppidi incolæ, Cumæi, κυμαιοι, dicti sunt, qui

sunt, qui stupiditatis nomine male audierunt. Olim enim vulgatum erat tota Asia proverbium: Cumæi sero sapiunt, ὀψὲ σοφοὶ Κυμαῖοι γεγένησθε. De cujus origine duæ feruntur sententiæ. Alii enim quidam, Cumæos quòd ad mare urbem opportunam haberent, & tamen nullum ex ea recipierent proventum, vix demum trecentesimo anno ab urbe condita intellexisse, ex portuno reditum non contemnendum posse confici. ¶ Alii, pecuniæ fœnore accepta, amplissimas eos porticus tradunt ædificasse: quam pecuniam quum vsurarum die non exolverent, creditores in ipsarum porticuum possessionem fuisse missos, qui deinde vires à deambulatione arcebãt. Verum quum ingens pluvia repente ingruisset, creditores statim edictum promulgasse, ut Cumæ te in porticus recipiens. Præconem itaq; idem illum acclamãsse. Subito porticus, vt Cumanique ibi tunc aderant hospites, rem in jocũ verterunt, tanquam nõ intelligerent Cumæi, nihil, pluviæ tempore porticus esse tuendas. Hæc Strabo lib. 13. Sunt & aliæ ejusdem nominis urbes, quas vide apud Steph.

Cũmæ, ārum, τὰ Κύμη. Civitas Lucaniæ ad mare, juxta Puteolos, condita ab iis qui ex Chalcide urbe Euboicæ venerũt. Servius in Æneid. Virgil. 3. Æneid. Huc ubi delatus Cumæi accitus Euboïcæ urbem Euboicæ (ita dicta est, ex cujus civitate Chalcidenses coloni profecti sunt ad novas sedes quærendas, & haud longè à Baiis (qui locus a socio Ulixis Baio dicitur sepulto nomen accepit) invenerunt vacuum locum, ubi vita mulier gravida (quod illi fœcunditatis augurium interpretabantur) servitutem condiderunt, quam Cumas appellaverunt, sive ὅτι ἐκύησε hoc est, a prægnante: sive ab undis, quas Græci κύματα appellant. Nam κῦμα undam significat: autem Latini mutato c in t, ut Byrrhia Barbia.

Cumanus & Cumæus, a, um: quamvis κυμαῖος etiam dicantur à Cumæ civitate Æolicâ.

Cuneus, cũnei Scraboni, Vulgò Cabo de S. Maria. Ager est aut silvis, quæ montem in Lusitaniæ, Anæ fluvio proximũ, quo Hispaniam in Occidentem, quàm longissimè excurrit: nonnulli habens à figura cunei, qua ligna findũtur, cujus extrema pars acuminata est, paulatim in latitudinem procedens: unde etiã Artemidorus promontorium hoc navarchorum nostri nominavit. Pomponius Lusitaniam trans Anam, quam mare Atlanticum spectat, in tres promontoria dispergitur, Anæ proximum quia lata sede prosurrens paulatim se actus latera fastigiat: Cuneus agri dictum. Sequens, Sacrum vocant. Magnum, quod ejus extremum est. Hæc ille. Ptolemæus nunc lesinam hoc promontorium Sacrum esse existimavit: ut apertissimè docet Vadianus in locum Pomponii jam citatum.

Cuniculariæ, Insulæ sunt in mari Ligustico, Corsicæ adjacentes. Autor Plin. lib. 3. cap. 6.

Cũminã Dea quam pueri colebant, quæ cunis infantiã præsidere putabant.

Cũpido, dinis, masculini generis. Ιμέρος. Ger. Der Gott der Liebe, der Buolschafft. Item Sohn Mortis und Veneris. Amoris deus, quem Hesiodus natum vult ex Chao & Terra: Euripides & Cicero ex Marte & Venere: Arcesilaus ex Nocte & Archebet Alcæus, ex Lite & Zephyro: Sappho, ex Venere & Cœlo: Seneca, ex Venere & Vulcano. ¶ Duplex autem est, Ovidio docente: Alma fave, dixi, geminorum mater Amorum, etc. Horum ille videlicet & turpis: illumq; ex Venere & Jove patre natum volunt: hunc autem Erebi & Noctis filium esse, quod & ipsum refert Cicero lib. 3. de Natur. deor. Fingunt à poëtis armatum flammis & telis, aureo videlicet & plumbeo (ut patet ex Ovidio, lib. 1. Metamorph. de Daphne & Apolline.) Item cæcus, nudus, alatus, arcitenens, volatilis, etc. Ejus quoq; formæ descriptio extat mollibus verbis apud Apuleium de Asino aureo. Virgilius de Vino & amore: Bellum Jovi & Cupidini semper fuisse exitiale. Cupido.

Cũpidĭnĕus, a, um, ἱμερώδης: ut Cupidineæ sagittæ, Ovid. 1. de Remedio amoris.

Cupra, Piceni civitas est, non procul ab Asculo: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 13.

Cupra, Italiæ oppidum in littore Apulo. Cupra autem dicta est, haud vana conjectura, à Cypro templo, dicta à Tuscis, qui Cyprum Junonem dicunt, extructo, ut Strabo scribit: ut Cupra sive Cypra una appellatione continetur. Nam vocabula quæ Græci per y pronuntiant, per u literam proferre possumus: Larumona, Sulla, etc. pro Larymna, Syla, autore Hermolao.

Curcura, Insula in mari Adriatico, non longè à Melitine, aliàs dicitur Melena. Vide CORCYRA.

Cũres, ĭum, pluralis tantum numeri, Sabinorum oppidum, cui imperabat T. Tatius, cujus cives Quirites, ἀγείρειν, dicebãtur. Cõvenerunt q; Romulus & Tatius in hanc sententiam, ut è duobus populis unus efficeretur. & Sabini Romam migrarent, Romæq; nomen esset commune: sed Romani & Sabini Quirites appellarentur. Ovid. lib. 2. Fast. Te Tatius patriq; Cures Cenænsq; fecit. Hinc etiam populi, Cures Virg. lib. 6. Aen. Tatiũsq; Sabi, Curibusq; severis.

Cũrĕtes, Ἰμάντιοι Ger. Wilde in der Insel Creta. Populi Cretæ insulæ, qui & Corybantes, & Dactyli Idæi appellati sunt: ex Ida Phrygiæ monte, ut quidam volunt, oriundi: à cujus etiam nomine, Cretæ montem, quem primùm incoluere, Idam appellarunt. Dicti κουρῆτες, teste Strab. lib. 10. ἀπὸ τῆς κουρᾶς: hoc est, à tonsura. Anteriorem enim capitis partem detondam gestabant, ne hostes eos cæteris apprehenderent. Alii Curetas dictos putant, ἀπὸ τῆς κουροτρόφου, eò quòd Jovem aluisse dicantur. Autor est idem Strabo loco jam citato, Curetas in Græciam quoque trajecisse, tandemque consedisse trans Achelõum fluvium, ibique quum intonsa ferrent capita, Acarnanas vocari cœpisse. ¶ Curetum as, κουρήτων ἄγος. Dicti solitum si quando quis numine afflatus loqui videretur: propterea quòd Curetes Cybeles comites furore quodã sacro pereti divinare viderentur. Refertur à Zenodoto: meminit & Hesychius.

Cũria, Rhetorum Urbs primaria, vulgò Chur dicitur. ¶ Est & alia ejusdem nominis in Vuirtlandia, quam Germani Hof vocant.

Curifugia, Nomen villæ Nicolai Perotti nuperi inditũ, quam in agro Sentinat habebat, inter duo flumina, Sentinum & Nevolam, ubi est salubertima cœli temperies.

Curiones fuere, quæ à Curionibus in Curiis fiebant.

Curio, Prænomine Quintus, insignis orator fuit, qui Cæsarem in quadam oratione omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem appellavit. ¶ Hujus filius C. Curio Tribunus plebis eo tempore, quo primùm bellum civile inter Pompeium & Cæsarem exarsit: & quum ex pecuniosissimo luxuriosissimum ære alieno obruisset, Cæsarem ad bellum civile incitavit, cautamq; illius absentis defendendam suscepit. Unde etiam à Lucano, venalis lingua fuisse dicitur. Perstitit Afrika, cui à Cæsare erat præpositus, à luba Mauritaniæ rege cum toto exercitu delectus. Et Curioni gratulatur Cicero Epistol. libro 12. Sed gratulatio repetenda: non fuit enim præsertim summa negligentia prætermissa est. Longè enim aberat, audio: sed Is Curio, ut se ære alieno liberaret atque emergeret, Cæsarem ad bellum civile impellebat, ut scribit Cicero in Epistol. ad Q. Frat. Scripsit Cæsar, regnet, amicus noster, minatur se ad senatum, & accusat literas mittit: & erat adhuc impudens, qui exercitum & provinciam invito Senatu teneret, & Curio meus illum incitabat. Huc etiam accedit quod scribit Lucanus:

Tolle moras semper nocuit differre paratis.

Curis, utbubet Strabo lib. 5. Vrbs quondam insignis: nũc autem viculus, in Sabinis. Ger. Vide CVRES.

Curium, ĭi, Vrbs Cypri, à Cureo Cinyræ filio: gentile Curieus, Curæ fœm. & ipla regio. Est etiam urbs Aeoliæ. Steph.

Cũrius Dentatus Romanus civis, exactissimæ frugalitatis, & perpetuæ fortitudinis. Hic quum in tertio fœderet, capaso; in foro tonderet, & Samnitum legati magni auri pondus publicè medium obtulissent, invitarentq; ut eo uteretur: respondit M. Curius malle imperare locupletibus quàm locupletem fieri: & qui aurè vinci non potuit, eum pecunia corrumpi non posse. Hic primum de Samnitibus triumphavit, quos usque ad mare superum pacavit. Reversus, in concione ait: Tantum agri cepi, ut solitudo fuerit futura, nisi tantum hominum recepissem. Tantum hominum porrò cepi, ut fame essent pereuri, nisi tantum agri cepissem. Deinde de Sabinis triumphavit: posteaquã de Lucanis ovans urbem ingressus est: Pyrrhũ regem Epirotarum Italia repulit. Quaterna dena agri jugera vitit populo dicitur: ibiq; tonsor constitit dicens: Neminem esse debere cui non tantum sufficeret. Hujus meminit Juvenal. Satyr. 11.

Curopolis, Vrbs Cariæ Steph.

Curtĭus, prænomine Marcus, adolescens Romanus nobilis fuit, qui se pro salute patriæ dis manibus devovit. Nam quũ terra in medio foro ingenti hiatu defecisset, responsum que esset non coituram illam, nisi quicquam exprimis speciosissimum adolescentibus sese in hiatum dejecisset: Curtius accepta à patria vitam, eidem impendere non dubitavit: conscensoque equo hoc modo, se in speciem præcipitavit. Unde etiam Curtius lacus nomen creditur servasse. ¶ Curtius prænomine Quintus, nobilis historicus fuit, qui Alexandri Magni gesta hic memoriæ prodidit.

Curtius lacus, Insignis aquæductus memorabilis: ut qui à quadragesimo lapide in urbem fuerit perductus opere arcuato tantæ altitudinis, ut in omnes urbis montes facile distribueretur. Vide Plin. lib. 36. cap. 15.

Curth vel Curbath, regio est Persidis à flumine Cotha (sicut Joseph. lib. 9. Ant. rum reliquarum) vocata. Incolæ Curbat de quibus idem in to. lis scribit: Salmanasar etiam transmigrans Israelitas, in

tas, in eorum regione constituit Cathæarum gentem, quæ prioris interiori parte Persidis & Mediæ habitabant. Diodorus Siculus hoc populos Colliens vocat, eorum ita scribit Alexander Macedo Colliensium gentem summa fortitudine præditam, quæ Mediæ montem incolit, superavit. Hi sacrum gallum suum unctum coluêre, & in celsum posuêre.

Curitia, Agri Romani lacus est, in quo Sylvæ insula ornatur, quæ nunquam die & nocte eodem permanet loco. Autor Plin. lib. 2. cap. 93. & lib. 5 cap. 12.

C ante Y.

Cyalus, κύαλος, Urbs Lydiæ à Iove condita: gentile Cyalius. Steph.

Cyāne, es, κυάνη, Nympha Sicula, de qua vide in APPELLATIVIS, in voce CYANE, & paulò pòst in dictione CYANIPPVS.

Cyāne es, κυάνη, Oppidum est Lyciæ, apud Plin. lib. 5. cap. 27. ¶ Est item Cyane fontis nomen in agro Syracusano, in quem Pœtæ fabulantur ejusdem nominis nymphan fuisse commutatam, quum Plutoni Proserpinæ rapienti obsistere conaretur. Hic Anapo influs, juxta Ortygiam insulam in mare illabitur. Ovid. 5. de Ponto. Quinq; fuit Cyaneu miscet Anapus aquis.

Cyānēæ, [κυάνεαι. Ger. zwo Klippen Insulen unbeweglich dem ergen Meer stehende in Thracien gegen Pontum.] sive Cyaneæ Insulæ, seu magis scopuli lub Taurico Bosphoro, modico spatio inter se distantes. Vnde factum est locus Poëtarum fabulis, qui Cyaneas inter se concurrere tradiderunt, quod ex adverso intrantibus geminæ cernebantur: nunc verò paululùm in alteram latus deflexa, una tantùm videbatur. Multa de his dicit Armentio est apud Valer. Flaccum lib. 4 Argonaut. à quo modò Cyaneæ, modò etiam Symplegades appellantur.

Cyānēē, κυανεὺς, Per quatuor syllabas. Mæandri Phrygii Fluvii filia fuisse fertur, quæ à Milero compressa Caunum & Byblida genuit. Ovid. lib. 9 Metam. Hic tibi, dum sequitur patriæ curvamina ripæ, Filia Mæandro restitit eadem Cognita Cyaneæ proflanti corpore nymphæ, Byblida cum Cauno profert. Ea vertice primo Dicitur in fontem, &c. Producit autem hæc, dicto primum syllabam & ultimam: duas autem medias corripit, ut conficiat thuriambum. Cyane verò pro Siciliæ nympha, tres tantùm habet syllabas, quarum ultima longa est, duæ priores corripiuntur, ut fiat anapæstus. Quod idcò admonere visum est, quòd non paucos etiam magni nominis viros hîc in errorem videamus impegisse.

Cyanippus, κυάνιππος, Syracusanus fuit, qui quum Bacchi Orgia contemneret, abrepto deo tanta perfusus est ebrietate, ut filiæ Cyaneæ incestus, quamvis celatam, vinum tamen retexerit. Talia verò cognito exemplo, quem violatam detraxerat, parente, tunc quidem, ut potuit, dolorem dissimulavit. Postea autem ingenti exorta pestilentia, quum ab Apolline remedium promitteretur, si ab auctore flagitii pœnas sumerent, admirantibus omnibus quodnam esset tantum scelus, quod etiâ Superis curæ esset aurotis manibus expiari: confessa est Cyane arreptum capillis patrem ad aram perraxisse, eoque primum mactato, sibiquoque manus intulit. Autor Plutarch. in Parallelis.

Cyanos, κύανος, Fluvius est Cholchidis, qui juxta Aeam oppidum in Phasim influit. Autor Plin. lib. 6. cap. 4.

Cyaxares, κυαξάρης, Phraortis regis Persarum & Medorum filius, cui successit in regno. Hic primus Asiæ populos in provincias distinxit, primusq; in finem quoq; ordinè distribuit, bastatos, sagittarios, equites, quæ prius omnia promiscua essent atq; imperita. Hic & cum Lydis signa contulit, & omnem trans Halyn flumen Asiam sibi subjecit. Mortuus est quadragesimo imperii sui anno, Eiusq; filius Astyages in ejus locum suffectus est. Autor Herod. lib. 1.

Cyarda, κύαρδα, Vrbs Cariæ à Cyardo rege Carum, Bargasi filio, ut autor est Steph. in.

Cythrus, Hominis nomen, Vide CYATHVS in APPELL.

Cybale, ancilla fuit pauperis cujusdã Symili, cujus paupertatem describit Virg. in Moreto:

Erant interea Cybale quoq; sedula panem.

Cybassus, κύβασσος, Vrbs Cariæ, ut Cabassus: de qua supra. Steph.

Cybēle, es, gen. corr. (nam ut docet Servius, anapæstus est in dictione Cybeli) κύβελις. Fuit uxor Saturni, ita dicta à Cybelo Phrygiæ monte, seu oppido, ubi ejus sacra primò sunt inventa. [Ger. Die Heyd. Göttin Mutter der Göttern.] Scribit Festus, Cybelem à nonnullis ideò appellatam: quia agerent homines in furorem: quippe Græci κυβᾶν, in caput saltare circumeuntia voce etiam utuntur. Homer. 18. Iliad. Sacerdotum autem Cybeles proprium erat capillos tondere. Suidas scribit, Rheã quoq; vocari, & monstratam esse deam sedeñ vehi leonum jugo. Cymbali ei facti sunt. ¶ Hæc primum Ops, & terra dicta fuit, quòd sit dea telluris: quæ & Vesta dicitur, propter quod curru vehi à poëtis fingitur: quia terra pendet in aere: & rotis sustineri: quia rotatur semper & volvitur mundus. Mater deorum quia omnia gignit. Diodorus lib. 4 cap. 3. cuia Sententiæ Eusebius de præparatione Evang. ideo Cybelem matrem omnium dictam tradit: quòd cùm esset medicinæ peritissima, plurimorum morbis remedia adinvenit, quamobrem & Orpheus de ea sic ait: [Griechisch] Eamater alma, ab alendo sit mater Phrygia, à monte Phrygia, quem plurali numero Dindyma vocant. In ea sacra fiunt per Corybantes instituta, à quo Dindyme & Dindymenè à nonnullis vocatur. Item Berecynthia, a monte Paryg. & qui [Griechisch] appellatur. Et Paler, quòd sit pabulorum dea. Rhea, [Griechisch], fluo, quòd terra atq; aër omnium rerum. Ida & Phrygia, & Pessinuntia à Pessinunte Phrygiæ emporio. Claudian. Turrigeramq; petit Cybelem. Martialis: Et Cybeles picto ibit Corybante tholes. Ex Apuleii sententia eadem erat dea Cybele, Bellona, & Ilia. ¶ Quandoque tamen inetri gratia scribitur per duplex l, & fit Cybelle: ut & Bacchus per, ex prima brevi, & duabus longis, Propertius: Vertice turrigero juxta dea magna Cybele. Lucan. lib. 1: Et totam parvo revocant Almone Cybellen.

Cybele sic dicta est, autore Servio, [Griechisch], quod semper Galli per furorem, motu capitis eorum rotantes ululatu futura pronunciabant. Lucan.

-trinemq; rotantes
Sanguineo populus matutum rictibus Gallus.

Alia Cybele, Phrygiæ mons, dea ab eo dicta volunt, cujus meminit Virgil. lib. 3 Aeneid.

Hinc mater cultrix Cybeli, Corybantiaq; æra,
Idæumq; nemus, &c.

Scripsit Martian. Capella, Cubum Cybelicio nomini dicatum, indeq; [Griechisch] Vatis dea inde ipsum appellationem duxisse. Cybelle porrò & Cybele scribitur. Nam Cybelle, Bacchier est, inquit Servius: Cybele anapæstus.

Cybelea, pen. prod. [Griechisch], Vrbs Iaoniæ. Steph. Herod. Cybelea, [Griechisch], Phrygiæ, & Cybelion, [Griechisch], templum à quo Rhea Cybele dicitur, & [Griechisch], & [Griechisch]. Steph.

Cybelus, Mons Phrygiæ.

Cybira, κύβιρα, Oppidum est Lycaoniæ, non procul à Mæandro fluvio. Cicero in Verr. Hoc equidem opinor Cybiræ, quùm in spectaculum venissent civitatis, sanum expulsæ Apollinis. Et paulò pòst Cybiram cum ceteris urbibus lyrographis vocatus.

Cybiraticus, vel Cybiraca, numen gentile. Cicer. 6. in Verr. eò quum vento, Prætor quiescebat, fratres illi Cybiraci inambulabant.

Cybiraticus, a, um, pessimum. Cicero 6. in Verr. Immitte, hariolor illicò Cyaxarim illi canes, qui investigabant & perferunt autem omnia. ¶ Sunt qui scribant Cibyraticus pro politis vocalibus.

Cybus, κῦβος, Vbs Ionum in Libya Phœnicum. Vide Stephanum sub Cybira Steph.

Cychreus, κυχρεύς, Neptuni & Salaminiæ filius, qui ob mortẽ alipertitam, ἀφίπτατος, ejectus, conchamutatus est. Hic Eurylochus, quum insulam vastaret, expulit: susceptus autem cum Ceres in Eleusine, tauroq; fecit facere fœtum. Ab hujus etiam nomine Salamis insula aliquandiu Cychrea appellata est. Vide Stephanum.

Cyclădes, pen. corr. [Griechisch]. Ger. Inseln in dem Aegeischen Meer so ringsweis herumb ligen.] Insulæ sunt maris Aegæi, teste Strabone lib. 10. circa Delum in orbem sitæ: unde & nomen acceperunt. Ovidius 1. Tristium: Cycladas Aegeas non fuisse recor. Alii dicunt vocari Cyclades, non quia in rotunditatem tornatæ sunt: sed quòd longo ordine eas situm necesse sit propter promontoria. Vade & Virgilius dixit 3 Aeneid. Iparasq; per æquor Cyclades. Sunt autem numero quinquaginta. Advertendum autem, & notem esse veteribus autoribus ut quæ sint Sporades, Cyclades etiam vocent, contraq; Hermolaus tellet. Cyclades earum meminit Plin. earumq; nomina prælequitur capite 12. libro 4. Et item Pompon. libro 2. Varro libro 12.

Cycli, [Griechisch]. Ger. Kauffhäusser zu Athen in welchen man eigene Kauffen hat.] Quasi circuli, loca erant Athenis, ubi mancipia venibant. Id autem nomen ductum à circulari circumsitarum vendendarum. Cyclas enim rotundum significat. Quare Meursius ait: Itaq; ego mihi videor per deos immortales videre, me ipsum adstantem curere circum, ac venire.

Cyclobŏrus, Fluvius quidã Asiæ, ingenti impetu defluens. Vide proverbium: Cyclobori vox, [Griechisch]. Dicebatur de clamosis & vehementer obstrepentibus: aut quibus vox esset vinosa, raucaq;.

Cyclŏpes, pen. prod. [Griechisch]. Ger. Einäugige Riesen den Gott Vulcano in Sicilia sie hat Gott erfunden und sollen erfunden haben.] Gygantes, seu populi ante quidam in Sicilia, juxta Aetnam, uno oculo in fronte, qui omnium primi ferra fabricam inve-

nisse traduntur. Hinc factus est locus fabulæ, ut Vulcani ministri crederentur, & Jovi fulmina fabricare. Inter hos præcipuè celebrantur à Poetis Brontes, Steropes, & Pyracmon. Virg. l. 8. Aen. Ferrũ exercebãt vasto Cyclopes in antro, Brontesq; Steropesq; & nudus membra Pyracmon, &c. ¶ Dicti aũt putantur Cyclopes ab eo quòd oculum unũ orbicularem in fronte haberent κύκλος enim circulum significat, ὤψ lumen sive oculus. ¶ Cyclopis domũ, κυκλωπὸς δόμος, pro eo quod est, manus inutile. Lucanus κυκλωπικὸν.

Cyclopeus, adjectivum, κυκλώπειος, ut tela Cyclopea id est, fulmina, Claud. lib. 1. de Raptu Proserpinæ ¶ Cyclopea v. ta, κυκλώπειος βίος, pro vita vehementer effera ac barbara, quæ neque legibus, neque disciplina civili constet, neque religione deorum gubernetur.

Cydas, κυδᾶς, ptolemæi veri Cretensis, de quo sic Cic. Philip. 5. scribit: Ante ignaros inquir, & manipulares, & laudas judices fecisti: ille elicebat: ille legit alcatores, legit exules, legit Gracos. O contemptum ludos præclarum, & dignitate concionis admirandam: pavet animus apud concilium illud pro eo dicere Cydam Cretensem, portenti in vita, hominem audacissimum & perditissimum, sed facile non est enim Latinè fortasse ex judicũ genere & forma: num leges nostras, moresve novisse denique, homines? Est enim vobis Creta notior, quàm Roma Cydas. Hæc Cicero.

Cydathenæum, κυδαθήναιον, Vicus in Pandionide tribu, patria Democharis Comici. Steph.

Cydias, κυδίας, Pictor, Argonautas pinxit: quam tabulam CLXIIII. annis Hortensius orator mercatus est, eique eadem in Tusculano suo fecit: emit ut Olympiade CXIIII. Plin. lib. 35.

Cydippe, κυδίππη, Puella quædam pomo decepta ab Acontio, ut superiùs traditum. Ovid. Littera Cydippen pomo prælata fefellit: Insciaq; eli verbis capta puella tuis. Est etiam nomen nymphæ apud Maronem lib. 4 Georg.

Cydnæ, æ. κύδνη, Olim dicta fuit Macedoniæ civitas, quæ postea corrupto nomine Pydna appellata est. Autor Steph.

Cydnus, ὁ κύδνος. Ger. Ein fluß durch Cilicien / bey Tharsis / das Sybagonitischen ihren Schmertzen mitteren.] Cilicię fluvius, nõ ignotus aquarii, sed liquore memorabilis: quippe, cui tractu è fontibus labenti, puro solo excipitur, nec torrentes inveniunt. Hujus meminit Justinus lib. 11. Tibul. lib. 1. Arte Cydne canam, rapidis qui lenitur undis Cæruleus placidis pervada serpit aquis. Solinus scribit tamnem à candore, Syrorum lingua nomen sortitum. Vitruv. lib. 8. cap. 3: Cydni aquas podagra laborantibus apprimè salubres esse, cruribus in eis mersis: de cujus rei experientia Callu Parmenis poëtæ ad M. Antonium epistola extitit, ut Plin. li. 13 adnotavit. Constat Apollonii aliquãco per epistolam Tarsenses suggillasse, quod juxta Cydni aquas otiantes, tanquam fluviatiles aves fecerent, quietæ aquæ pulchritudine quasi ebrii facti, ut Philostratus scribit l. b. 1. de ejus vita.

Cydnus, Fluvius amœnus & saluber, ex Tauro mõte oriens, ut inquit Strabo, Tarsum urbem dividit, à candido colore nomen habens. Syri enim quicquid candidum est, Cydnum vocant. Priscian.

Flexilis & Cydnus dirimit qui flumine Tarson.

Cydõniã, κυδωνία, Insula est ante Lesbon, dicente Plin. lib. 2. cap. 101: In Cydoniæ insula (inquit) ante Lesbon fons est calidus, Vere tantùm fluit.

Cydõn, [κυδωνία. Ger. Ein Stam in der Insel Candia / heißt jetzt Canea.] Insigne Cretæ oppidum: à quo Cydonius, a, um. Ovidius 2. Metamorph: Cydonio fundebat spicula cornu. Virgil. Aeglog. 10: Ire libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula. Malum Cydonium, quod Cato primus omnium Cotoneũ appellavit. Plin. lib. 15. cap. 11: His proxima amplitudine mala, quæ vocamus Cotonea, & Græci Cydonia, ex Creta insula advecta. Serenus: Aut quæ poma Cydon Cretaïs mittit ab oris. ¶ Est item viri proprium apud Virgilium 10. Aeneidos: Dum sequeris Clytium infœlix nova gaudia Cydon. Quem in locum Servius annotavit nomen hoc, quum viri proprium est, priorem producere: eandemque corripere quando est gentile. Idem 12. Aeneid. Parthus sive Cydon telum immedicabile torsit. κυδώνια Stephan. Urbs Cretæ, Apollonia prius dicta, à Cydone Apollinis filio, & Acallidis filiæ Minois. Alia est Siciliæ: tertia Libyæ: civis, Cydoniates, Cydon, Cydonius.

Cydõnæus, Cydonicus, & fœm. gen. Cydonis. ¶ Est & Cydon viri proprium apud Virgil. 10. Aeneid. Vide Servium.

Cydõneum appellat Palladius cibum ex cydoniis decoctis, & melle confectum. Cotoneatum vulgò dicitur. [Ger. Quittenmuß / oder Quittenlattwerg. Pol. Pigwowi konfect. Vng. Ita alibi libenter.]

Cydõnes, dicuntur urbis cujus incolæ, sagittandi peritia insignes.

Cydræ, κύδρα, Urbs Byrsæũ in Thessalia, ut videtur, aliàs Cydræ. Strabo lib. 9. Steph.

Cylbiãni montes, κυλβιανὰ ὄρη, Majoris Phrygiæ colles sunt, ex quibus Caystri fluvius profluit. Autor Plin. lib. 5. cap. 28.

Cyllãrus, κύλλαρος, Nomen unius ex Centauris. Fuit etiã hoc nomine equus Pollucis, secundùm Virg. 3. Georg. Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus, & quorũ Græcia mirata decore. Atqui Castor equorum domitor fuit: sed fratrem pro fratre posuit, poëtica licentia ut, Quas illi Philomelæ dapes, pro Progne. Item: Revocato à sanguine Teucri, pro Dardano. Hæc Servius.

Cyllebõrus, Sithelemi filius, qui vigente bello Trojano cum Aegiale Diomedis uxore conluctatus nimem habuit. Servius.

Cyllẽne, κυλλήνη, Mons Arcadiæ, in quo Maja à Jove compressa, Mercuriũ peperit, ut autor est Virgil. lib. 8. Aen. Vobis Mercurius pater est, quẽ candida Maja Cyllenæ gelido conceptũ vertice tulit. ¶ Hinc Cyllenius, idos patronymicum.

Cyllẽnius, pen. prod. & per duplex l. [κυλλήνιος. Ger. Ein zuname Mercurii.] Mercurius dictus, sive quòd omnium rerum sermone sine manibus conficiat: quibus partibus corporis qui careat, κυλλοὶ vocantur: sive quòd in Cyllenia via, aut certè à Cyllene Nympha fuerit educatus: sive quòd in Cyllene Arcadiæ monte fuerit genitus: quam opinionem ipse etiã Virg. sequitur lib. 8. Aeneid. cujus verba citavimus paulò antè in dictione Cyllene. Lucan. lib. 10. motaq; celer Cyllenius hasta.

Cymã, κύμη, & y more Latinorum in u mutata, Cuma, Oppidum est Aeolidis: de quo vide paulò antè copiosiùs in dictione CVMA.

Cymes, κύμης, ὁ. Vide Sirenusiæ apud Steph.

Cymĩnus, pen. corr. [Ger. Ein Berg in Hetruria / so jetzt die Statt Viterbo / Lago di Vico.] Hetruriæ lacus est, ad sex millia passuum ab urbe Viterbio, Cymino monti suppositus, qui vulgò Monte di Viterbo dicitur. Appianus ostendit. De hujus lacus origine talia refert Servius: Aliquando Herculem ad hos populos venisse & quum à singulis provocaretur, ad virium obtestationem, vellem ferreum, quo exercebatur, humi defixisse quem quum nemo illorum posset evellere, Herculem tandem eum tulisse tantamque repentè aquæ vim erupisse, ut Cyminum efficerit lacum. Hæc Servius. Illud Virgilii explicans Aeneid 7: Hi Sorractis habentes arcem, Fiscenaq; arva, Et Cyminii cum monte lacum, lucosq; Capenos.

Cymodocẽ, vel Cymodocea, [κυμοδόκη. Ger. Ein Meergöttin / die Wellen stillet.] Nympha Matina, Nerei & Doridis filia, a placandis fluctibus ita dicta, teste Hesiodo in Theog. Virgil. 10. Aen. Cymodocẽ connexat inter eas, quæ ex navibus Aeneæ in Nymphas marinas cõmutatæ fuerunt. Quarum (inquit) quæ fandi doctissima, Cymodocea.

Cymothoë, pen. corr. κυμοθόη. Nympha marina Nerei, & Doridis filia, teste Hesiodo in Theogonia dicta, quòd per fluctus discurrat. Virg. 1. Aeneid. Cymothoë simul & Triton adnixus, acuto Detrudunt naves scopulo. ¶ Est & Cymothoë, fons nobilissimus Achaiæ propriè dictæ, inter Patras & Phetas urbes: cujus meminit Plin. lib. 4 cap. 5.

Cynæthia, κυναίθη. Oppidum est Arcadiæ juxta Lepreon: ita dictum ab Aeneæ socio vita functo, & sepulto, ut placet Dionysio lib. 1. Antiq. Aut (ut Stephanus mavult) à Cynetho Lycaonis filio. Meminit hujus oppidi Plin. lib. 4. cap. 6.

Cynamolgi, Indiæ populi.

Cynapes, Fluvius, Vide PARTHENI.

Cynaras, Vide CINIRAS.

Cyne, κύνη, Urbs Lydiæ, gentiles Cynei vel Cynii. Steph.

Cynegirus. [Ger. Ein Burger von Athen der sich in einem Schiffstreit wider die Perser hanbtvest gehalten hat.] Atheniensis civis fuit, cujus etã in prælio navali adversus Persas insitio fuit pertinacia, ut navem hostium dextera injecta vi retineret: ea; amputata, injecerit & sinistram: quam & ipsam quum amisisset, morsu navem arripuit. Refertur à Valerio Maximo, & à Justino Trogi abbreviatore.

Cyneas, Vide CINEAS.

Cynetii, κυνήτιοι, Vide CYNTICVM.

Cynetis, κυνήτις, Urbs in Argo vel Argolici. Steph.

Cynetes, κυνήτης, Vide CYNTIGVS.

Cynetos, Vide CYTHOS.

Cynici, pen. corr. [κυνικοὶ. Ger. Hartnäsche philosophi / ist ein verbeßerte Secte gewesen / so diesen namen gehabt hat / darumb das sie sich gegen jederman schlechter vnd beissig ergeigten / oder von wegen Hartnäschen vnschambaffigkeit.] Philosophi quidã fuerunt, sectatores Antisthenis, qui primus novum hoc philosophiæ genus introduxit: ita dicti, sive à Cynosarge gymnasio, in quo Antisthenes profitebatur: sive à canina mordacitate, qua in hominum vitia nullo discrimine jovebebantur aut (ut alii volunt) ab eo quòd canum more in propatulo coire non dubitarent: quemadmodum de Crate & Hipparchia tradit Laertius. Ex hac secta fuit Diogenes ille Cynicus, qui aliquando interrogatus,

garus, quare Canis appellaretur? Quia (inquit) dantibus ablandior, non dantibus latro: malos autem mordeo. Cynici, Diuncle teste, philosophiam naturalem & rationalem tollebant, soliq; morali inuitebantur. Repudiabant liberales artes, maximè Geometriam & Musicam. Placebat eis finem esse secundum virtutem viuere. Nobilitatem & diuitias rejiciebant. Quare fedam hanc vitæ consentaneam non esse plures putauerunt. De his vide Cic. lib. 1 Offic.

Cynophis. Vide CYNIPSIA APPELL.

Cynæ, κυναὶ, Oppidum prope Heracleam Ponticam: ita dictum ab una Amazonum, vel à Cynno Gigante, fratre Cei. ¶ Hinc fit gentile Cynæus, κυναῖος, Steph.

Cynocephali, pen. corr. [κυνοκέφαλοι. Ger. Meerkatzen in Mauretanien mit Hundtsköpffen. Vng. Eb sind enderck. Arig. Mauerbar hab deggen kouden.] Homines sunt, vel feræ in Aethiopia canina habentes capita, cætera homines similes, violenti ad saltum feri morsu. August. lib. 16. de Civit. Dei: Quid dicam de Cynocephalis, quorum canina capita, atq; ipse latratus magis bestias quàm homines confitentur? Plin. lib. 7. Gens, quã Cynocephalos vocamus, lacte vivunt. Idem lib. 8. cap. 54: Efferatior Cynocephalis natura, sicut mitissima Satyris. Vide Gell. lib. 1. cap. 5.

Cynopolis, κυνόπολις, Oppidum est ad Occidentalem Nili ripam, inter Oxyrinchum & Hermopolim, in quo Anubis colitur, canibusq; cibaria publica sunt assignata. Autor Strabo libro 17. Ab hoc oppido vicinus mons Cynopolites dicitur à Plin. lib. 5. cap. 9.

Cynos Cephale, κυνὸς κεφαλὴ, Collis Thessaliæ, & parva regio Thebanorum, Pindari Patria. Steph.

Cynosarges, κυνόσαργες, Gymnasiũ in Attica: sic dictum à cane albo, qui sacrificante Diomo, rapta femora in hunc locum detulit, in hoc gymnasiũ Antisthenes Cynenasq; sectæ princeps, Philosophiam tolebat profiteri. Autor Laertius in vita ejus. Hinc, Ad Cynosarges, ἐπὶ κυνόσαργες, proverbiali convitio dicebatur, quemadmodum, εἰς χοιράδας & εἰς ὄγκους.

Cynossema, atis, κυνὸς σῆμα, Locus est Troadis ad Hellespontum, Hecubæ sepulchro nobilitatus: Latinè Canis cumulũ interpretari possumus. [Ger. Hundtsgrab.] Fabulãtur enim Poëtæ, Hecubam, quum in Græciã abduceretur captiva post exitium patriæ, ac natorum, ibi doloris impatientia in canem esse cõversam, & deinde sepultam. Meminit hujus loci Plin. lib. 4. cap. 11. & Strab. lib. 13. ¶ Est item ejusdẽ nominis locus in Libya Mareotide, cujus meminit Stephanus, & Strabo lib. 17.

Cynosura, pen. prod. [κυνόσουρα. Ger. Der klein Bär: ist ein gestirn in Mitternacht bey des Himels wirbel. Pol. Cynosyl, Septentrio, Lodstyr, posthumo regit cursu, alio tamen Astrologorum more, minimi circuli. Vng. Glaszbiszkere.] Sicus Septentrionale, ex septẽ constans stellis, quod & Vrsam minorem appellamus. Alio nomine etiam Phœnice appellatur, teste Higino, cõ quòd à Phœnicibus inter navigandum potissimùm solerat observari, quemadmodum & Helice hoc est Vrsa major, à Græcis nautis. Ovid. de Tristib. Esse duas Arctos, quarum Cynosura notatur Sinonis: Elicen Graja carina notet.

Cynthia, κυνθία, Diana dicta, à Cyntho monte in Delo insula, in quo nata cum Phœbo est: unde & Apollo Cynthius. & ipsa Delos Cynthia appellatur. Hic mons tantæ celsitudinis esse fertur, ut umbra sua totius insulæ ambitũ tegat. Propertius quoq; amicã suam Cynthiam ob pulchritudinem vocavit, quæ priùs Hostilia dicebatur.

Cynthus, [κύνθος. Ger. Ein vast hoher Berg in der Insel Delos/ auff welchem Apollo vnd Diana erboren sind.] Deinons usq; adeò editus, ut totam insulam dicatur obumbrare. In hoc monte Apollo & Diana nati traduntur, quorum alter Cynthius, altera Cynthia ab eo appellati sunt. Virgil. 1. Aen. Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi Exercet Diana choros. Lucan. lib. 1: Tertia jam gravido pluvialis Cynthia cornu. Vide CYNTHIA. Steph. totam Deum, olim Cynthum dictam scribit, à Cyntho Oceani filio: quod à verbo mutè sentire, quòd Zacynthus vocitata sit. Idem in Cynthus gentile, κύνθιος, est Cynthius & Cynthiotes.

Cynuricum, κυνούριον, Locus Iberiæ prope Oceanum: incolæ Cynetes & Cynesii, Steph.

Cynuria, κυνουρία, Vrbs in Argolide: vel Argelica, à Cynuro filio Persei: unde Cynurius, Cynuridis, & Cynuris fœm. gen. Steph.

Cynus, κῦνος Stephano, Locorum Epicnemidiorum oppidum est tritive, ut quibusdã placet, nasale, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 6. & Liv. lib. 8 Decad. 5.

Cynnaphis, κυννάφις, Nili fluvii insula est, non procul à majore Delta, crepione oppidi, quod Cynopolis appellatur. Autor Ptolemæus lib. 4 cap. 5.

Cyon, κύων, Vrbs Cariæ, Canebium antè dicta: gentile, Cyites. Stephanus.

Cyparcha, κύπαρχα, Vrbs Libyæ. Steph.

Cyparissa, κυπάρισσα, Oppidum est agri Messeniaci, ad mare situm, à quo vicinus portus Cyparissius appellatus. Autor Plinius lib. 4. cap. 5. Strabo lib. 8, Cyparissiam vocat: Ptolemæus Cyparissas plurali numero.

Cyparissea, κυπαρισσεία, Vrbs Thessaliæ, quæ vocabatur Eranna: inde Minerva Cyparissea, Steph. in. Qui Cyparissam quoq; Phocidis urbem, alias Eranum dictam meminit.

Cyparisseis, Vrbs Messeniæ, gentile Cyparisseentius. Homer. ἐκ κυπαρισσείης πετρηέσσης, & ἐκ Πυλοῦ κυπαρισσοέσσης.

Cyparissus, κυπάρισσος & -ττος, Tum nomen pueri, Telephi filii, quẽ Apollo amavit, postea in sui nominis arborem cõversi. ¶ Dicitur etiam per tmesin Cypressus: deinde cõvectione vsu, Cupressus. Est autem arbor procera, caudice oblongo & recto, folio pini, sed carnosiore, molliore, neq; ita pungente, fœtore inodora, odore vehementi. [Ger. Cypressenbaum.] Duo ejus sunt genera. Nam quæ steriles sunt, femina dicitur ad metæ formam in fastigio convoluta: unde & κωνοειδὴς peculiari epitheto appellatur. Cõtrà mas latius spargit ramos, conosq; profert nuci pineæ non absimiles, licet multo minores: mira inter arbores fœcunditate, quippe quæ tutera est, fructusq; habet & Ianuario & Majo & Septembri maturos, nulli tamen rei utiles, imò potiùs noxios, quemadmodum & ipsa arbor, cujus etiam umbra noxia creditur. ¶ Dicta est autem Cyparissus à Didymo placere, ἀπὸ τοῦ εὐκύπτειν: hoc est, ab æqualiter pariendo, quòd æqualiter & ramos perdat & fructus. Fructus ejus à figura Cones appellantur. Vnde ipsa arbor perpetuo epitheto Conifera appellatur. Virgil. Aeriæ quercus, aut conifera cupressus. Idem: Et teneram ab radice ferens Sylvane cupressum. Reliqua vide suprà in dictione CVPRESSVS. ¶ Cupressi fructus, κυπαρίσσια κωνάρια. De verbis dictum satis. cæterùm inutilibus.

Cypasis, κύπασις, Vrbs circa Hellespontum. Steph.

Cype, κύπη, Castellum Siciliæ: gentile Cypeus. Steph.

Cypra, Vide CYPRA.

Cyphus, κύφος, Vrbs Perrhœbiæ, à Cypho Perrhœbi filio. Homerus ἠδ' ὅσσην ἐπέβησαν ἐπ' ἀμφίρυτον Δωδώνην. Alia est Thessaliæ: cives Cyphæi. Elit Harpus Cyphus, Steph.

Cyprianum, Sabini bonum appellantis unde Cyprius vicus Romæ appellatus est, in quo Sabini in civitatem recepti considerant: sic enim à bono omine vocitandum censuere.

Cyprus, [κύπρος. Ger. Ein grosse Insel in dem Mittelländischen Meer/ so vorzeiten Alasia vnd Cetthim genennet worden/ etwan auch Macaria/ Amathusa/ Acamantis/ Cerastis/ Colinia/ Makaria/ Aphrodisias/ Paphia/ Cerastis/ Amathusia/ Acamant

ita dictus ἀπὸ τοῦ κυρεῖν: hoc est, à tubula, sive alveo, sive ut Valla ex Herodoto vertit) mentula fermentaria, sub qua occultatus fuit quum à Corinthiis ad permittem quereretur. Vide Herod. lib. 5. & Plutarch. in Sympolio septem sapientum.

Cyprasia, Galatiæ urbs, Prol. Vulgò Carye.

Cyraunis, ἡ, Insula juxta Cyzantes (sic enim lego apud Steph. an. Africæ populos.

Cyrba, ἡ, Urbs Cretæ. Vide HIERAPYTNA.

Cyrbasa, ἡ, Urbs Cariæ. Steph.

Cyrbe, ἡ, Urbs Pamphyliæ gentile Cyrbanus, Steph.

Cyre, ἡ, Insula in mari Persico, Isidoro, Cyraus, Steph.

Cyre, ἡ, oxytonum, Ionis in Cyrenaica, Steph.

Cyrēnæ, & Cyrenæ, arum, [Πτολ. Κυρήνη. Vulgò Cornel.] Insigne Libyæ oppidum, inter Mareotidem & Zeugitanam provinciam situm, unum ex iis quæ Pentapolim efficiunt, à Batto vinciam situm, unum ex iis quæ Pentapolim efficiunt, à Batto Theræo ferunt. Callimachus progenitorem suum fuisse tradidit condictum, & à Cyrene Peneo amnis filia, quã Apollo adamatam in eam Libyæ partem trāstulit, ita cominatum. ¶ Ab hac urbe rorus ille Libyæ tractus, inter Africam propriè dictam, & Libyam Mauritanicam, sive Mareotidem intermedius, uno nomine Cyrenaica aut Cyrenaica regio appellatur. Hinc Cyrenaicus, a, um, ut regio Cyrenaica, & philosophia Cyrenaica, quam Aristippus Socraticus Cyrenæus instituit. Hegesias philosophus (de quo Cicero lib. 1. Tusculan.) & Eratosthenes historicus Agachi filius, Cyrenæi fuerunt. Eadem & Pentapolitana Plinio dicitur à quinq; præcipuis urbibus, quarum nominatur hæc, Berenice, Arsinoe, Ptolemais, Apollonia, & ipsa Cyrene. ¶ Ex hac urbe orti sunt Aristippus Socraticus, qui Cyrenaicam Philosophiam primus instituit: item Eratosthenes

fluente, juxta quem fuit expositus. Res ejus gestas vide latiùs apud Xenophontem in Paedia. Herod. & Iustin. lib. 1. ¶ Fuit præterea ejusdem nominis poëta quidam Theodosii junioris temporibus, ab Eudoxia imperatoris uxore propter ingenii fœcunditatem ad summos honores evectus. Postremò Præfectus factus in Corylco Phrygiæ, Leone imperante diem obiit. Ex Suida.

Cyre, sive Cura, æ, κύρα Stephano, Oppidum est Colchidis, Medeæ patria, teste Stephano, herois veneficis in primis famosa.

Cyræus, a, um, adjectivum, κυρεῖος. Vnde Virgo Cyræa appellatur Medea à Valerio Flacco lib. 6.

Cyris, idis, κυρίς. Propert. lib. 2. Non hic herba valet, non hic nocturna Cyreis.

Cyræum, κύρειον, Vrbs Cretæ. Steph.

Cyterorum. Ptolemæo, Cotyrum Plinio, Cappadociæ oppidum, hodie Cerne. Vide ne à Cytoro monte dicatur.

Cyterium, κυθήριον, Vrbs Oenotrorum mediterranea: gentile Cyteriotes vel Cyterinus. Steph.

Cythera, orum, pen. prod. κύθηρα, ων. Vulgò Cerigo, Insula est contra Cretam, ut scribit Strabo, quinq; millia à Maleæ promontorio distans; in quam fertur Venerem primùm vectam concha marina: unde & Cytherea κυθήρεια dicta est. Virgil. lib. 10. Est Paphos Idaliumq; mihi, sunt alta Cythera. Idem: Parce metu Cytherea, manent immota tuorum Fata tibi. Degenerat tamen hoc derivativum à natura sui primitivi: corripit enim secundam syllabam, quæ in primitivo producitur. Hanc insulam Porphyrussam vocat Aristoteles, Porphyrida Plinius, à purpurarum præstantia. De ea enim lib. 4. cap. 12. sic scribit: Cythera (inquit) cum oppido in Laconico sinu, antea Porphyris appellata. Hæc sita est à Maleæ promontorio V. M. passuum auspici, propter angustias sibi navium, ambitu. Hæc Plin. Hesiodus in Theogonia tradit Venerem ab oppido Cytheream cognominatam: Servius autem ab insula cognominatam tradit.

Cytherēius, a, um, adjectivum nomen possessivum, κυθήρειος, ut Nectar Cytheriacū, quod pro suavitate Venerea ponitur.

Cythēris, pen. prod. κυθηρίς, Nobilissima meretrix fuit, liberta Volumnii, quæ eodē tempore floruit quo Origo, & Arbuscula meretrices. Hanc Cornelius Gallus poëta supra modum adamavit: quo tamen spreto Antonium in Gallum secuta est. Hanc Virgil. Aeglog. 10. Gallum consolans, commutato nomine Lycoridem vocat. Autor Servius.

Cytherōniades, κυθερωνιάδες, Musæ dicuntur à saltu, cui Cytheron nomen est. Vide Cytheron: sic enim scribendum.

Cythĕrōn, Mons est Boeotiæ, non longè à Thebis. Apollini & Musis sacer, à quo Cytherides dicuntur. [Ger. Ein Berg in Boeotia den Musis, und Apollini zugeeignet.] In eo quoq; Bacchi sacra celebrabant. Virg. 3. Georg.

Rumpe moras: vocat ingrati clamore Cytheron.

Hinc quoq; Cythera & Cytherius, a, um. Vide supra Cytheron, κυθήριος: sic enim scribendum est.

Cytherus, κύθηρος, Vicus in Pandionide tribu, inde Cytherius, Stephan.

Cythnŏs, κύθνος, Stephan. Insula est ex Cycladibus, à Cythno primo habitatore sic appellata. Alio nomine Ophiusa, ac Dryopis. Ex hac insula Timantes pictor ortus est, qui ab ea Cythnius dicitur. ¶ Cythnicæ, sive Cythniæ calamitates, κύθνιαι συμφοραί. Zenodotus Aristotelem autorem citat Cythnios usq; adeò divexatos, afflictosq; fuisse ab Amphitryone, ut in proverbiū abierint, κύθνιαι συμφοραί, pro maximis cladibus & immensis calamitatibus.

Cythnĭus, a, um, κύθνιος, positivè, ut Timantus pictor Cythnius dictus est. Steph. juxta Dryopem unam Cycladum sitam scribit, & ipsam quoque sic nominatam fuisse. Meminit etiam Pomp. lib. 2. & Ovid. 7. Metam. Florentemq; Syron Cydnon, planamq; Scriphon.

Cytina, κύτινα, Vrbs Thessaliæ: civis Cytineus, Steph.

Cytinium, κύτινιον, una ex tribus Doricis civitatibus: gentile Cytiniates, Stephan.

Cytis, κύτις, Insula Arabiæ, ubi copiosus lapis invenitur. Plin. lib. 6. cap. 29.

Cytōrus, per y in prima syllaba, pen. prod. κύτωρος, Mons Paphlagoniæ, in quo buxus plurima nascebatur: unde & buxifer à Catullo dicitur. Virgil. 2. Georg. Et juvat undantem buxo spectare Cytorum. Ab hoc, quæ buxea sunt, Cytoriaca dicuntur. Ovid. 4 Metam. Sæpè Cytoriaco dilucit pectine crines. ¶ Fuit & Cytorus, sive Cytorum civitas, Sinopensium emporium à Cytoro Phryxi filio condita & appellata, ut ex Ephori sententia refert Strabo lib. 12.

Cyzĭcēnus, κυζικηνός, Athenaeus philosophus in Mathematica & in cæteris scientiis excellentissimus, præcipuè in Geometrica.

Cyzĭcus, κύζικος, Vulgò Ghiuzico, sive Cyzicum, Insula in Propontide, duobus pontibus juncta continenti, habens urbem ejusdem nominis, mœnibus, arce, & turribus marmoreis: cui nomen indidit Cyzicus rex, quem Iason per imprudentiā interemit. De hac Ovid. lib. 1. Fastor. Illinc Propontiacis hærentem Cyzicon oris, Cyzicon Aemoniæ nobile gētis opus. Fuit hæc civitas magnitudine & pulchritudine cū primis Asiæ urbibus comparanda, pacī & bello apta, tribus armamentariis inclyta, quorum aliud armorum, aliud instrumētorum, aliud frumēti erat receptaculum. ¶ Verùm Pius Papa in Asia hanc Cyricum appellat, non Cyzicū. Et de Cyzico sic scribit: Nunquid Cyzicus nobis non satis constat, adeò claritatem rebus adimunt tempora, & nos hominciones diuturnam quærimus in hoc seculo gloriam, quam potentissimæ civitates retinere non potuerunt? Propert. lib. 3. Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos. ¶ Cyzicus, Stephan. urbs est Propontidis in Chersonneso sita: alio nomine κεραμεὶς ἀκτὴ: id est, Vrlorū insula appellata. Homerus Cyzici habitatores, Doliones vocat. De Chersoneso vide supra.

Cyzĭcum, Bithyniæ nobilis civitas: nomen (inquit Pomponius lib. 1.) Cyzicus indidit, quem à Minyis imprudentibus, quum Colchos peterent, fulum acie, cæsumq; accipimus. Hactenus Mela. Hæc civitas arce, mœnibus, portu, turribus marmoreis Asiaticæ plagæ littora illustrat, ut scribit Florus in bello Mithridatico, lib. 3. Libera illa aliquando, & agris diues, multoq; in honore à Romanis habita. Lege Strab. lib. 12. De Cyzico Val. Argon. lib. 2:

Nec procul ad tenuis surgit confinia ponti
Vrbs placidis demissa jugis, rex divitis agri Cyzicus, &c.

De monte Cyzici regis vide eundem Valerium lib. 3. Argonaut. & Hermol. autem super cap. 32. lib. 5. Plinii.

Cyzĭcēnus, Denominativum est à Cyzico Propontidis insula. κυζικηνός. ¶ Cyzicēni flatores, κυζικηνοὶ φυσηταί. De re scite scalpta. Nam hi nummi olim celebres erant, quòd elegantèr scalpti viderentur. Repræsentabant altera parte Cybelem deorū matrem faciem mulieris: altera, Leonis imaginem. Aut magis videbatur forte lotus proverbio, quum hominem significamus inæqualem ac sui dissimilem: aut qui longè aliud agat quàm præ se ferat: quemadmodum Cyziceni ex uno latere Cybelem ostendebant esse mulierem: ex altero leonem. Stater is valebat XXVIII drachmas Atticas: unde & de re magni pretii videri posse dicit.

D

DAē. Daarum, δάοι Stephano, Populi sunt Scythiæ, ex genere Nomadum, ut autor est Servius in illud Virgil. 8. Aen. Indomitique Daæ, & pontem indignatus Araxes.

Dacĭ. δάκοι. Ger. Sie sollen für alt offt in Europa so gegen Mittag an Thracien stossen / hinterm Wald. Pol. Δάκοι ἔθνος ἐσπέριον. Virg. Dacia extrema.] Regio Scythiæ Europeæ, quam quidam Taraciæ partem, quidam conterminam dicunt. Hæc (ut Ptolemæus scribit lib. 3. cap. 8.) ad Septentrionem Carpato monte à Sarmatia dividitur: ad Occasum autem Tibisco fluvio ab Jazygibus Metanastis: ad Meridiem ad Ortum usq; ad Danubium extenditur. Hujus regionis populi Daci δάκοι, dicuntur olim etiam Davi, teste Strabon. lib. 7. Getis proximi ad ortum: à quibus servilia Daverū & Getarum nomina Athenienses acceperūt. Vnde in Comœdiis servi introduci solent, Davi & Getæ nominati. Hodie hæc regio divisa est in quatuor partes. In Valachiā utramq; Moldaviam nimirum & Transilvaniam, versus Septentrionem. In Bulgariam sive Mœsiam inferiorem, à parte Orientali. In Serviam sive Bosnam, quæ & Mysia superior vocata est à parte Meridionali. Et denique in Transylvaniam, superiorem à parte Occidentali, quæ divisa est in Sebyculiam, Septem castra, & Veniam partes nimirū quam nuper Virginia incoit. Hi Romanis semper reluctabantur. Virg. 8. Aen. Indomitique Daæ, & pontem indignatus Araxes. Strabus: finem tenentem Rhenum & alterum vicinum domitis audax Daci.

Dăcĭcus, δάκιος dictus est, qui Daciam subegit: sicut à Germania Germanicus. Iuvenalis: - cum lance beatus Dacicus: & scripto testatur Germanicus avus.

Dăcus, a, um, [δάκος. Pol. Δάκιος.] Quod ē Dacia. Spartianus: Ad bellum Dacū Trajanum familiarius persequutus est.

Dactyli Idæi, δάκτυλοι Ἰδαῖοι. Idem qui Corybantes, quos Jovem nutrivisse ferunt, & ne vagitus puer prodereturi, novo lusus genere excogitato, clypeis æneis inter se concurrentes, æris tinnitu & numerosi pedis compositione, qui dactylus inde dictus est, Saturnum celaverunt. Idæi autem dicuntur à monte Ida.

Dadĭcæ. Populi Scythiæ Asiaticæ apud Herod. lib. 3.

Dadocertum, δαδικερτὸν, castellum, φρούριον, magnum Armeniæ, inter Mediam, Steph.

Dædăli, neutri generis, Δαιδάλεα, τά, Vbi Lyciæ, ita appellata à nomine artifice, seu à Dædalo de sepulchro, quem eius colubra aquarcus ex amne Xantho in paludem egressus inundasset, Plin. lib. 5. cap. 29. Meminit etiam Steph. Cui Dædala etiã Rhodi civitas est, sive regionem alii in Indiæ, & alii à Creta.

Dædălĭa, Δαιδάλεια. Vbi Italiæ à Dædalo condita, quæ nunc Iulia vocatur. Steph.

Dædălĭdæ, Δαιδαλίδαι, tribus Cecropidis virtus, Steph.

Dædălis, gen. com. Δαίδαλις, &. Ger. Ein geschaffter Werckmeister vnd Künstner, welcher allerley Instrument, als Segen, Hobel, Zeuge vnd dergleichen erfunden hat.] Athenæus fuit egregius, Icari pater, qui serram, aciem, perpendiculum, terebram, glutinum, ichabocollam invenit, malumq; & antennam navi imposuit. Hic aemulus sanguis quod Perdicem sororis filium interemisset, iudicii metu in Cretam fugit, ubi Labyrinthum fabricavit, cui Minotaurus inclauderetur, opus portentosi illi monumentum humani ingenii. Dictus Dædalus, ut quidam existimant, ἀπὸ τῆς δαιδαλέας, quod est variare, seu ornare. Alii hoc verbum a Dædalo derivatum putãt, ob multiplex, variumq; ingenii hominis, propter quod Græci δαίδαλον varium dicũt, & ingeniosum. Lucretius quoq; terram obversum, artificiumq; varietatem, Dædalum nominati. Ennius similiter modo Minervam Virgil. Cæcum, Plautus Logodædalos vocavit, qui colum cælare sermonis ornatu. ¶ Dædali a Δαιδαλίζειν. Dari solitum ubi alio quin non satis idoneus ad negotium conficiendum, aliis alicujus, aut auxilii accessionem adjungeret, cui quũ quis urgente necessitate ad nova confugit consilia. ¶ Dædali opera, Δαιδάλεα κτίσματα, dicuntur quæ novo artificio fabricata sunt & admirãdo. ¶ Remigis Dædalos, ad celeritatẽ significandam. Plaut. in Amph. Abiit pro volatu.

Dæmŏgorgon, Δαιμογοργών, Latinè dicitur deus trivæ: quo numine veteres intelligebant naturam rerum omnium matrem & altricem.

Dæmon, Dæmonĭcus, Dæmonĭum. Vide in APPELL.

Dæsĭetæ, Δαισιήται, gens Thraciæ, Steph.

Dætĕr, vir Troianus apud Homerum.

Dahippus, Δάιππος &, Statuarius nobilis, cujus opera enumerat Plin. lib. 34. cap. 8.

Dai, Δάοι, Persarum populi, omnes pastores, Herod. lib. 1.

Dalmătĭa, Δαλματία. Ger. Ein Landtschafft & Mardtschafft Mazedoniæ an Meerstetten vnd das Hertzogthũm Meer: Vulgò Esclauonia da man Pol. sprichtKarpania. Vng. Tengerpart.] Regio Illyrii, cõterminia Liburniæ versus Occasum: à qua Dalmatæ Δαλματῖται dicti sunt populi, quos ut Appianus scribit, domiti Ab Augusto fuere, in ea ædificata civitas insignis rerum abundantia, & Epidaurus hodie magnificum dictum.

Dalmătĭcus, ca, cum, [Pol. Slowensky. Vng. Tót.] Qui ex Dalmatia est. Martialis 101. & exeuntem Vdo Dalmata gaudio sequens.

Dalmătĭcus, ca, cum, [Pol. Slowensky. Vng. Tatarszágy.] Successit in Augusti Pacatus bella duo per se gessit, Dalmaticum adjecit cognomen adhuc, & Cantabricum.

Dalmătĭcātus, Dalmaticarum vestibus indutus. Lamp. in Commodo: Dalmaticatus in publicum processit.

Damæi, Δαμαῖοι, populi juxta Ichthyophagos, Steph.

Damascius, Δαμάσκιος, Signus historicus Herodoti tempore ante bellum Peloponnesiacum, scripsit de rebus in Græcia gestis: præterea de majoribus eorum, qui ad Trojam profecti sunt, & de poetis, & Sophistis, aliaq; complura. ¶ Fuit etiam alius eadẽ nomine, Stoicus philosophus Simplicii & Damascii familiaris, qui sub Iustiniano principe viguit. Scripsit Cõmentarios in Platonem, & alia quæ enumerantur à Suida.

Damascus, [דַּמֶּשֶׂק Dammesek, Δαμασκός &. Ger. Die Hauptstatt in Syrien.] Vrbs nobilissima, caput Syriæ: unde Damascena, Δαμασκηνὰ prunia, autore Plin. lib. 15. dicta credunt & Regio ipsa Damascene, quæ totam illam Syriæ partem complectitur, quæ adjacet Libano monti.

Damasithymus, Δαμασίθυμος, Candaulis filius fuit, unus è ducibus Xerxis Persarum regis, quum Græciæ bellum inferret, teste Herod. lib. 7.

Dameas, Nobilis statuarius, autore Plin. lib. 34. cap. 8.

Damianus Ephesius, Δαμιανὸς, Sophista nobilis, circa M. Antonini principis tempora, divitus ac potentia inter suos præditus, virtus & doctas liberalitate prosequutus est: eloquentiæ quoq; genus secundùm naturã imitatus. Autor Philostratus in Sophistis.

Damocles, Δαμοκλῆς, Nomen proprium unius ex assentatoribus Dionysii.

Damocrĭta, Δαμοκρίτα, Matrona fuit Spartana, Alcippi civis clarissimi uxor, quæ quum virum abiisse, qui contrarias in Republica partes fovebant in exilium actum frequentior intercessu, tibiarq; jam viro maturæ edicto publico nubere prohiberetur, ne ex iis quispiam Alcippi liberorum caterorum concepit animo facinus suprà omne muliebrem audaciam. Nam quũ ex more sacrificaturæ primariæ noctu androna quendam sacrorum causa convenisset, Damocrita à filiabus adjuta, magnã vim ignotam quæ ad sacrificia parata erant, ad fores congessit, ignemq; injecit, ut intrà omnes exurerentur. Accurrentibus deinde auxilio viris, illa filias primùm: deinde etiam ipsam interfecit. Ex matronis omnibus maxime Plutarchi.

Damocrĭtus, cum diphthongo oe, Δαμοίριτος. Nomen pastoris de quo Virg. in Bucol. Dicimus Damocrita, &c.

Damōn, Δάμων, Nomen Philosophi Pythagorici, qui cum Pythia arctissima amicitia vinculo conflictus fuit. De quo ita Cic. lib. 3. Offic. Damonem & Pythium Pythagoreos hoc animo inter se fuisse, ut quum eorum alter, Dionysius tyrannus diem necis destinavisset, & is qui mortis additus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulavisset, vas factus est alter illorum, ut si ille non revertisset ad diem mortis constitutum, esset sibi ipse, qui quum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem Tyrannus, petivit ut se ad amicitiam tertium asciscerent.

Damophila, Δαμοφίλη, Lesbia poëtria fuit, Sapphûs ætate nata, cujus meminit Philostratus in vita Apollonii.

Damophĭlus, Δαμόφιλος &, Sophistæ cujusdam nomen est, qui sub M. Antonio principe floruit. Autor Suidas.

Damostrătus, Δαμόστρατος &, Historicus, scripsit de piscibus libros x. Suidas.

Damoxĕnus, Δαμόξενος &, Atheniensis comicus, cujus fabulæ nonnullæ memorantur ab Athenæo in Dipnosophistis.

Damyndas, Virtutis Macedo, teste Plutarcho.

Dan, Δάν, Vicus est in quarto à Panæade milliario contibus Terum, qui usq; hodie sic vocatur: terminus lordanæ provinciæ ad Septentrionem: unde & lordanis fluvius erumpens, à loco fortitus est nomen, lor quippe fluvium, sive rivum Hebræi vocant.

Dănăe, per synæresin Δᾶνα. [Δανάη. Ger. Ein Tochter Acrysij, welche Jupiter geschwecht hat als er sich in ein Guldinen trãgen verwandlet hat.] Nomen Acrisii filiæ, quæ à Jove in aurei imbris effigiem converso compressa, Perseum peperit, qui avum suum occidit. Ovid. 2. de trist. Quid Danaën, Danaëq; natus, matremq; Lynci.

Dānăis, Δαναΐς, Aegypti frater, Argivorum rex, qui anno egressionis populi Israel trigesimo secundo: Seceslo rege expulso, Argos tenuit, ibiq; quinquaginta annos regnavit: genuit quinquaginta filias, quæ absq; nomine Belides dictæ sunt. Hæ una nocte viros suos Aegypti filios interfecerũt: præter unam Hypermnestram, quæ Linum maritum servavit. Vnde apud inferos supplici loco illis proscriptum est, dolium perforatum aquam in piere, eoq; tantundem effluat quantum perforatum aquam influat. Inde originem traxit proverbium: Dolium Danaïdum: quod in avaros competit, quorum avaritiæ nihil est satis, aut in prodigos, quorũ profusioni ne ipse quidẽ Pactolus sufficiat, aut in homines futiles, qui arcana fidei suæ credita non quovis continere. Hac videntur allusisse Parmeno apud Terentium: Plenus timarum sum hãc atq; illãc perfluo.

Dania, [Δανία &. Ger. Dennemarck.] Septentrionalis Oceani peninsula est, maritimæ Saxoniæ latera adhærensiquã olim Cimbri habitarunt, quos posteà Marius delevit in Italiã irruptionem conatos.

Dantes. Poëta Florentinus, regum & principum amoribus clarus, cujus vitam scribit Vossius lib. 2.

Dantiscum, Nomen Poloniæ emporium est, ad mare situm, ubi Vistula amnis in Oceanum influit. [Germani sua lingua vocant Dantzig. Pol. Gdansk. Vng. Danczka.

Danubius. [Δοὺναβις. Ger. Die Donaw. Pol. Dunay. Vng. Duna.] Maximus Europæ fluvius, qui ortus in jugis Abnobæ montis Germaniæ, ex adverso Rauraci Galliæ oppidi, multis ultra Alpes millibus, aspernatus tractus ipsius gentes Danubii nempe, immenso aquarũ auctu, vocatus primùm Illyricum alluit, Illerne, immenso aquarũ auctu, vocatus primùm Illyricum alluit, Illerne, appellatus, sexaginta amnibus receptis, medio fermè numero eorum navigabili, in Pontum vastis sex fluminibus evolvitur. Hæc Plin. lib. 4. cap. 12. Vbi Abnobam vocat locum fontis, quod nomen videtur esse factum ab eo, quod Germani dicũt Ein Nabe hoc est, vallem cultam inter montes & saltus in vertebribus tamen: quod cibus scribitur Arnobiæ quod ad locum fraturiginis propiùs congruit, qui dicitur Zenderbar. Fontes ejus sunt ad Pagum Donaueinge, qui muro humili circundati septuaginta quinq; passus amplius suo conficiũt, officinam habet ducum passuum, & postea amab ortio erumpit, illicò excrescit in fluviam latitudinis quinquepedum, qui non procul ab origine recipit duos rivulos magnitudinis ejusdem, quorum alter vocatur à Germanis Brigach: alter Brege. Mox ad radicem Italicum, ubi pagum Pfora alluit, trajicitur ponte passuum trecentum & sexaginta. De Danubio sic Dionysius:

Abnoba mons libro patet: ex eo fit Abnobæ hiatus
Flumen, in Eoos autem convertitur axes,
Euxinoq; salo provolvitur ora per æquor

Quinq;

Quinq; vocant annem, &c. ¶ Ammianus quoq; libro 22. Annis (inquit) Danubius oritur prope Rauracos montes, finitimus Rheteris per latorem arbem potentissimis, ex sexaginta navigabiles penè recipiens fluvios, septem ostiis per hoc Scythicum latus erumpit in mare, &c. Hunc, secundum post Nilum facit Antonius, & Ovid. lib. 4. de Ponto, ubi de Scythiæ fluminibus.

Dăphnē, δάφνη, Penei fluvii Elia fuit, quæ quum vim Apollinis non posset effugere, implorato paterno nomine, conversa est in lauro. Vide Ovid. lib. 1. Metam. ¶ Fuit item Daphne ingens lucus, & opacus, xl. stadiis distans ab Antiochia Syriæ, aquis fontanis irriguus, in cujus medio fanum est asylum Apollinis. Autor Strabo lib. 15. Stephanus præterea aliquot alia ejusdem nominis loca commemorat, quæ vide apud ipsum.

Daphnis, δάφνις, fuit, teste Servio, Mercurii Elius, in Sicilia natus, juvenis formosissimus, qui primus Bucolicu carmē invenisse dicitur: postremo luminibus captus est, quòd ebrius cū aliena fœmina congressus esset, ut prædictū ei fuerat à nympha. Autor Suidas. ¶ Fuit & Daphnis, δάφνις, Steph. Antiochiæ suburbanū, quòd octoginta stadiorum ambitu laudetur natus, ut ait Strabo. ¶ Lyciæ præterea castellū fuisse alia prope Polyanum à copia laurorum illic nascentium: & fuit annoanum, in ore Ponti ad finistram, quod Sergiū vocant, in ipsis Ponti faucibus ad dextram navigantī portus. autor Steph. Daphnis ad ostium Nili Pelusiaci cum reddit Herodotus.

Daphnites, pen. prod. δαφνίτης, dicitur Apollo Antimonius.

Daphnus, δάφνος, vel δάφνους, urbs Phocidis, Steph.

Daphnūsis, δαφνοῦσις, Palus prope Olympum Bithynum, Stephan.

Daphnus, Tribus vicina Cō. Steph.

Daphnūsium, δαφνοῦσιον, Prope Rhegium est, Thracibus vicinum. Est & Aegypti vicus, Steph.

Dapsolibyes, δαψολίβυες, populi, Steph.

Daradus, Pro remso, Fluvius est Africæ, quem aliquot literis in fine abiectis, Plinius Darat vocat lib. 5. cap. 1.

Dare, δάρη, nunc finitimum castellum Anathalii civitatis, cujus cives Darenī, alias Darrhæ per duplicem.

Darepsi, δαρεψοί, Vicus in Bactria, Steph.

Dardæ, δάρδαι, Indum populi sunt, qui sub Dariade contra Dionysium pugnarunt. Steph.

Dardănus, Δάρδανος, Electræ, Jovisq; filii nomen, qui quum Iasium fratrem interemisset, inde fugiens in Samothraciam primum, & deinde in Asiam venit, locaq; tenuit Hellesponto proxima: urbemq; ibi Dardanum condidit, regionemq; totā Dardaniam appellavit: quam postea Tros Erichthonii filius Trojam appellavit. Trois autem filius fuit Ilus, qui urbem regiam à se Ilion appellavit. Ilus verò Laomedontē filium genuit, qui pater fuit Priami. Virgil. 3. Æneid. Dardanus hujus primus pater urbis & autor.

Dārdăsārī, Qui omnia præmunt, ut aliquando cariùs vendant [Fürkeufflet. Ger. Fürtäuffer. Pol. Przekupowanie. Vng. Vgyetet, fokar. Ang. Forstallers of the market] dicti à Dardăno quodam contaminatissimo & profligatissimo mago, à quo etiā Dardaniæ artes à Columella vocantur magicæ. Ejus sunt verba: Aſi nulla valet medicina repellere pestem, Dardaniæ veniunt artes.

Dardănium, δαρδάνιον, Genus ornamenti, quod lacertis adhibebatur. Plin. lib. 33. cap. 3. Cujus sceleris non contigimus illum primum, qui auro dignitatem peranulas fecit, ut habeāt in lacertis jam quiddam & viri quod è Dardanis venit itaque & Dardanium vocabatur.

Dăres, etis, δάρης, Historicus Phrygius fuit, qui primus bellum Trojanum cui ipse interfuerat, Græcè cōscripsit, quod postea à Cornelio Nepote in Latinum linguam versum fuit. ¶ Fuit item Dares quidam ex comitibus Æneæ, qui cum Entello Sicilio certamine congressus luccubuisse refertur Virg. 5. Æneid. Hinc locus factus proverbio apud Hieronymum ad Augustum: Dares Entellum provocat. Convenienter si quando quispiam juvenili temeritate lacessit aliquem nō perinde promptum ad suscipiendum certamen, verùm intolerandum, si semel irritet.

Daridarīs, δαριδαρῆς, Persarū rex fuit eo tempore, quo Apollonius Tyaneus ad Indos ger Persidem iter fecit hoc est, tempore Tiberii, Caii, & Claudii imperatorum.

Daridna, urbs Paphlagoniæ, Steph. δαριδνα.

Dariorīgum, δαριγοριγον, Vulgo Vennes, Oppidum est Venetorum in Gallia Lugdunensi ad Oceanum situm, teste Ptol. lib. 2. cap. 7. Sunt qui existiment eandem esse cum eo, quod Gallivocant Vannes en Bretaigne.

Daristane, δαριστανη, urbs Persica, Steph.

Daritæ, δαρίται, populi quidam, Steph.

Dārīus, [דריוש δαρεῖος. Ger. Ein König in Persia.] Nomen regis Persarum, qui trigintasex annos regnavit: cui Xerxes filius ex Atosa Cyri filia successit in regnum. Fuit & alter ejusdem nominis Persarum rex, qui Alexandri adolescentiam desperatam habens, bello eum aggressus est: quem tamen Alexander exiguis copiis facilè prostigavit. Darius verò instaurato exercitu, prælio iterum congressus, atque fugatus, salutem quæsivit, uxore & filiabus hostiū prædæ relictis. Post hæc de pacis conditionibus cum Alexandro agens, quum nihil impetrasset, redintegratis copiis tertiò congreditur: tandemq; victus, quum se fuga vicissim eripere conaretur, à suis comprehensus est, & trucidatus. Hoc nomen habet penultimam productam: quoniam apud Græcos scribitur per δι diphthongum. Claudianus in Epist. ad Adrianum: Darium famuli manibus doluisse peremptum.

Darīcus, pen. prod. δαρεικός, Numisma aureum, Darii imagine percussum.

Darrhæ, δάρραι, populi juxta rubrum mare, Steph.

Darsania, δαρσανία, urbs Indica, ubi uno die mulieres vestem contexunt, Steph.

Dārsii, δάρσιοι, populi Thraciæ, Steph.

Dartmuthum, Δαρτμοῦθον, Vulgo Dartmouth, Portus est Britanniæ insulæ, unde brevissimus est ad Calcetos trajectus. Autor Paul. lib. 2. cap. 3.

Darus, Ptolemæo, Est fluvius Pannoniæ inferioris, quem Plin. lib. 3. cap. 25. Drarum appellat: ode Marave vocant.

Dascylos Bithyniæ oppidū, Plin. & Pomp. lib. 1. Ptolem. Strab. & Stephanus Dascylium nominant, δασκύλιον, vicinumq; lacum Dascylitidem.

Dassarethæ, δασσαρῆται, Thraciæ populi, quos à tergo Epiro junctos Plinius scribit. De his Mela libro 2. in descriptione Thraciæ.

Dāsyllis, Fuit Gygis regis pater, teste Herod. lib. hist. 1.

Dates, Unus fuit ē ducibus Darii, qui, teste Herodoto, lib. 6. bello apud Marathonem vitam finiit.

Datum, δᾶτον, Vibs Thraciæ: sive Datenci, Steph. vide PHILIPPI.

Datylepti, δατυλεπτοί, Populi Thraciæ, Steph.

Dave, δαυη, Vrbs Arabiæ, Steph. Gentilia, Davæus, Davenus, Davites.

Daulis, Nympha, à qua Daulidi urbi nomen, Steph.

Daulĭa, vel Daulis, δαυλὶς Ptolemæo, Oppidum Phocidis fuit, olim sub ditione Terei regis Thracum: Vide Philomela. ab Ovidio Daulia dicitur, quòd in Daulī cubile avem fœminis fuerit conversa. Deflet (inquit) Threicium Daulias ales Ityn.

Daunĭum, δαύνιον, Vrbs Italiæ. ¶ Est & Daunī mortui Thraciæ, Stephanus.

Daunotichītæ Scepsii, οἱ περὶ Δαυνοτιχίτην Σκήψιοι, Nomē, Stephano in Scepsio.

Dauſius, Filius fuit Phinei & Danaës, & avus Turni, qui in Apulia regnavit à cujus regio ilia, Daunia dicta est. ¶ Alter fuit Daunus pater Turni, qui ex Venilia sorore amota Turnum suscepit. Virg. lib. 12. Dauni miserere senectæ. ¶ Est quoque fuvii nomen in Apulia: unde Horatius lib. 1. Carm. Ode 22. Qua pauper aquæ Daunus agrestium Regnavit populorum, &c.

Daunī, Italiæ populi, à Dauno duce Diomedis socero victi: horum oppidum est Salapia: Annibalis memoria amore incolarum celebri. Plin. lib. 3. cap. 11.

Daunĭa, Δαυνία, Vulgò Puglia piana, Apulia, à Dauno Illyriæ gentis claro viro, Diomedis socero, qui eam condidit.

Daunĭes, Herodoto circa finem libri sexti, unus ex Darii ducibus fortissimus, ejusdem q; generis, qui in insidiis à Carīs cæsus est.

Dausara, δαυσαρα, Vrbs circa Ellesdam, Steph.

D ante E.

Debnasech, oppidum tribus Zabulon in littore maris inter Ptolemaidā & Cæsaream promontorium. Iosua 19.

Dĕcăpŏlis, [δεκάπολις. Ger. Zehn Stätt/ oder Stetin Syrien/ bey den Jüdischen vorzeiten Syri. Pol. Dziesięć grodów Syrskich.] Regio Syriæ, Judææ proxima, ita dicta à numero oppidorum, quæ sunt Damascus, Opuron, Philadelphia, Rhaphana, Scythopolis, annea Nysa Gadara, Hippon, Dion, Pella, Galasa, Canatha. Eadem & Decapolitana regio appellatur à Plinio, libro 5. capite 18.

Decĕates, Populi Ligurīæ. Plin. lib. 3. cap. 5. Ligurum celeberrimi ultra Alpes Salyi. Decĕates. Oxybii.

Dĕcĕlīa sive Decelea, pen. prod. δεκέλεια, Agri Attici locus est in tribu Hippothoontide: cujus frequens mentio est apud Thucydidem.

Dĕcĕmĭi, δέκεμοι, Pannoniæ populi, à Decennio Magni filio, Magnentii tratre. Steph.

Decĭanus, δεκιανός, Viri proprium, qui fuit ex Emerita Hispaniæ oppido.

Decĭetum, δεκίητον, Vrbs Italiæ, Steph. vide DECEATES.

Dĕcĭus, δέκιος, à decem, Viri proprium: quemadmodum à

quinq. Quintius: Decimus: pater, filius, & nepos dicti fuere, qui pro patria se devoverunt: pater bello Gallico: filius bello Hetrusco: nepos eo bello quod Pyrrhus gessit pro Tarentinis. Cicer. Tusc. Samnis timeretur, non cum Latinis decertans pater Decius, cum Hetruscis etiam filius, cum Pyrrho nepos te hostium tela objecissent.

Dedĭtĭtĭi, dicti sunt quidam populi, qui quum in Romanorum fidem concessissent, rebellibus animis ab eis desiverunt: quos deinde cum sub imperatos adeò humanè Romani tractarunt, ut vectigal illis servarent, & imaginariam quandam libertatem reliquerent, sed tamen infamiæ labe aspersam, legeque lata, ut ad veram libertatem Romanæ civitatis jura pervenire nunquam possent. Lu. Alcat. Dedititii, qui se permittũt alienæ voluntati, quod non nisi in extrema hominũ inopia consilii & præsidii. Eorum autem alii Latinitati, alii peregrini dicuntur. De his habes elegans caput apud Angel. Politia Miscel. Vide etiam Mamamurri. Dedititiæ servi sunt, qui ex oblidione se dediderunt in potestatem victoris, de his in Instit. tic. de libertate.

Dedmasa, *Arrygoni*. Vbi Carie. Steph.

Deicoontes, Hercules filius fuit ex Megara Creontis Thebanorum tyranni filia. Autor est Homerus in Odyssea.

Dēĭănīră. [*Δηϊάνειρα*. Ger. Die Hauptfrau Herculis.] Filia fuit Oenei Aetoliæ regis, cujus regia Calydon erat. Hanc adeò formosa erat, ut multos procos haberet: tandem Achelooo despondata est primò: deinde Hercules, itaque nuptiarum gratia ortum est inter eos certamen: sed Acheloo victo, Herculi cessit. Postea quum Hercules transiturus esset Evenum Aetoliæ fluvium, qui tum temporis maximè exciverat, Nessus Centaurus tepidum oleum sibi ad transvehendam Deianiram quam quum Nesso commissset, ipse prius inscius de transvehendam Nesso commissset, ipse prius inscius de tranavit fluvium. Nessus autem adhuc in altera ripa stans, novam nuptam vitiare volens, quod videns Hercules, sagittis hydræ sanguine tinctis Centaurum trãsfixit: qui se moriturum sentiẽs, ut hostem ulcisceretur, Deianiræ vestem suã propria sanguine perfusam dono dedit, affirmans eam amatoriam inesse, & si eâ maritus induerentur, ipsum ab aliarum mulierum amore in avocaturum. Mulier itaq; amissa munus accepit, & quum audisset maritum suum in Eubœa amore Ioles kuryti filiæ detineri, Nessi, vestem domum tuo proferendam Lychæ famulo tradicit. Hercules igitur nihil mali suspicans, quum sacrificaturus esset indutus esset, tantis cruciatibus afflictus est, ut in furorem versus, Lychã à Cenæo monte in Euboicum mare dejecerit, quum sepulcrum mutatus sibi ipse autem Hercules arcu & sagittis Philoctetæ commissis, rem ardentem pyram in Oeta monte cõstructam conjecit. Quod Deianira audiens, dolore pressa, Herculis clava se interfecit, excepto sanguine postea nata est herba quæ nymphæa & herculea dicitur. Ovid. lib. 9. Metam. Victor ab Oechalia Cenæo sacra parabat Vota Jovi, quum fama loquax pervenit ad aures, Deianira tuas, &c.

Deĭdămīa, *Δηϊδάμεια*. Filia fuit Lycomedis regis Scyri insulæ, quam Achilles, cui ipse inter regis hujus filias sub muliebri habitu latenter, gravidam fecit, & ex ea Pyrrhum genuit. Vide Statium in Achilleid.

Dēĭŏces, Phraortę filius, ob judicandi æquitatem primus Medorum rex declaratus. Autor Herod. lib. 1.

Dēĭŏnē, *Δηϊόνη*, Mater fuit Milesi ex Apollinis concubitu. Vnde Miletum Deionidem vocat Ovid. lib. 9. Metam. ubi sic habet: Tunc erat invalidus, Dejone demq; juventa Robore Miletum, Phœboq, parente superbum Pertimuit.

Dēĭŏpēĭă pen. prod. sive **Deiope**, *Δηϊόπεια*, Vna ex nymphis Iuronis, quam ille apud Virgil. lib. 1. Aeneidos, Aeolo uxorem policetur. Sunt quæ, mihi bis septẽ præstanti corpore nymphæ, Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopeiam Connubio jungam stabili propriamq; dicabo.

Dēĭŏtārŭs, *Δηϊόταρος*, Galatiæ rex fuit populo Romano amicissimus, qui tempore belli Pharsalici Pompeii partes sequutus est, eoq; profligato ad Cæsaris victoris clementiam confugit à quo Regis quidam nomen retinuit parte tamen regni multatus est. Postea accusatus quòd Cæsari apud se diverstenti insidias struxisset, à Cicerone defensus est elegantissima oratione, quæ etiam hodie extat. ¶ Fuit & Dejotarus alter Adramyttenus, Iudi literarii magister, apud Gargara Troadis, ut scribit Steph.

Dēĭphīlē, *Δηϊφύλη*, Nomen Adrasti regis filiæ, & Tydei uxoris, matris Diomedis, Græcorum omnium post Achillem & Ajacem Telamonium fortissimi.

Deiphobe, es, *Δηϊφόβη*, Nomen proprium Sibyllæ Cumanæ, Glauci filiæ, quæ Aeneam ad inferos duxit. Virgil. 6. Aeneid. Phœbi Triviæq; sacerdos, Deiphobe Glauci.

Dēĭphŏbŭs, pen. corr. *Δηϊφόβος*, Nomen filii Priami ex Hecuba, qui interempto Paride Helenam duxit uxorem: cujus tamen dolo & proditione interfectus est à Græcis, quos illa in cubiculum dormientis intromisit, ut autor est Virgil. lib. 6. Aeneid. Atq; hic Priamidem laniatum corpore toto, Deiphobum vidit, &c.

Dēĭphўlŭs, pen. corr. *Δηϊφύλος*. Fuit Sthenelus filius Capanei in bello Trojano amicus fidissimus: teste Homero 5. Iliad.

Deipites, Vir Troianus, quem Vlysses in bello interemit, teste Homero.

Delas, & Tygris minor, Fluvii, Apameam Meleagrorum civitatem circundant. Steph. in Apamea, *Δῆλας*.

Deliacus, Vide DELOS.

Delium, *Δήλιον*, Oppidum Bœotiæ in Tanagra, & templum Apollinis, Stephanus.

Delius Vide DELOS.

Delī, Lacus erant breviores, bullientibus aquis insignes, non longè à Catana, miræ profunditatis, quos incolæ Crateras vocant. Hos poetæ fingunt fuisse fratres Palicos Iovis & Thaliæ filios. Nam quum Thalia se videret ex Iove gravidã, metuens iram Iunonis, optavit ut sibi terra dehiscceret. Sed aute partus tempore, reclusa terra ea in parte, ubi nunc Delli lacus sunt, duo pueri emerserunt, quos Palicos fratres vocaverunt, ἀπὸ τοῦ φανῆναι, quod prius in terram demersi, denuò revelati sint. Hos lacus accolæ fratribus Palicis sacros putant, quod per eos credantur in lucem esse reversi, & lacus ipsos Delios vocant: qui tanta olim in veneratione habiti sunt, ut circa eos juramentum exigi soleret, si quis in fortiti suspitionem venisset: prius tamen accepto fidejussore, qui si juranti quid accidisset, præstaret quod exitus ostenderet, qualia etiam hodie juramenta ad D. Antonii aram à Christianis videmus præstari.

Delmătĭum *Δελμάτιον*, Vulgò Dimus, Dalmatiæ oppidum est, apud Ptolem. lib. 2. capult.

Delŏs, [*Δῆλος*. Ger. Die fer[illegible] Insel auf der Cycladischen, oder (wie etliche wollen) herum im Aegeischen Meer ligend, heist jetzt Sdile.] Insula est maris Aegei, Cycladum omnium clarissima, in qua Latona Apollinem & Dianam dicitur esse enixa. De hac ita habet Cic. 3. Verr. Proditum est memoriæ ac literis, Latonam ex longa errore & fuga gravidam, & jam ad pariendum vicinam, tempori huic ejus fugisse Delum, atque ibi Apollinem, Dianamq; peperisse. Qua ex opinione hominum, illa insula earum deorum lucta putatur, tantumque ejus sacris religionis & cæl, & semper fuit nunc Persę quidem, quum bellum in nati Græciæ, dus, hominumq; infestissimi, & mille numero navium classem ad Delum appulissent, quicquam conarentur, aut violare, aut attingere. Hæc ille. ¶ Aristoteles Delum Appellatam existimat ἀπὸ τοῦ δῆλον, quòd quum antea non apparuisset, tempestate ostenderit. Alii nominibus appellata est Ortygia, & Asteria, Cynthia, Lagia, Chlamydia, Cynethus, & Pyrpile, ab quibus reperto. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Delĭăcus, a, um, *Δηλιακός*. Quod est ex Delo. Vnde Deliaca vasa dicta sunt ex ære pretiosa, ab insula Delo, ubi fuit prima nobilitas æris. Plin. libro 34: Antiquissima æris gloria Deliaci fuere natus in Delo, concelebrata toto orbe. Cicero Rull. Domus Chryselephantis referta vasis Corinthiis & Deliacis. Ex ære Deliaco fiebant pedes tricliniarum, & fulcra.

Dēlĭāclum, i, supellex, in qua erant triclinia, & lecti cum pedibus, & fulcris ex ære Deliaco factis.

Dēlĭus, *Δήλιος*, Qui est ex Delo insula: unde Apollo Delius, & Delia Luna appellata est, quæ & Diana. Ferunt enim Lunam ex Iove gravidam, quum partui vicina esset, metu Pythonis serpentis, qui eam toto terrarũ orbe lunonis jussu persequebatur, in Delum insulam fugisse, ibique Dianam & Apollinem eodem partu edidisse. ¶ Delius natator, *Δήλιος κολυμβητής*, olim vulgò dicebatur admodum natandi peritus, quique posset in summa natare aqua.

Delphi, *Δελφοί*. Tam pro oppido, quàm pro oppidanis, pluralis tantùm numero dicitur. Gabii, Leuctra, Parcoli. Fit autem civitas in Bœotia juxta Parnassum, ejecta à Delpho Neptuni filio, ex Melantho Deucalionis filia insepto: magis ritibus & loci natura, quàm humana arte munita. [Ger. Ein Stadt in Griechenland nahet bey dem Berg Parnasso gelegen, welcher der Teufel durch ein Buch den Mahometanern hie anweist gab.] Delphis Apollinis erat oraculum totius terrarum orbis celeberrimũ. Vnde & ipse Apollo Delphicus dictus est. Horatius lib. 1. Carm. Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mytilenen, Aut Ephesum, bimarisve Corinthi Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apollinc Delphos. ¶ Macrobius in Saturnalibus: Apollinem Delphicum appellatum existimat à pinea Græcorum voce δελφύς, quæ solum figuram ejus ferat, eò quòd interdiu stellis omnibus obfuscatis, solus luceat: qua ratione etiam Sol à Latinis appellatus est.

Delphĭcus, a, um, *Δελφικός*. Vnde Delphica laurus, quòd victores Pythicorum qui ludi Phœbo sacri erant, ea coronarentur: Scribonius Laurus. ¶ Delphicus gladius, *Δελφικὸς ξίφος*. De re dicebatur ad diversos usus accommodabili. Quemadmodum

modum iisdem vasculis, & poculorū vicem in conviviis, & clypeorum vice in bello uterentur. Nam Delphicus gladius adeò modicus erat fabrefactus, ut eodem tamen & sacras mactarent victimas, & nocentes afficerent supplicio. Meminere hujus adagii Strip. in Tragoed. & Anst. tom Polit. lib. 1. tum De partibus Anim lib. 4

Delphăcē vasa, Vide in APPELL.

Delphusa Ἄκρωρις, Fons est insignis apud Delphos: Delphusa verò Ἀρκαδικὴ, urbs Arcadiæ est. Virtusq; auctor Steph.

Delta. ſ. Δέλτα. Ger. Ein Dreyeckichte Taffel, wie der Griechiſch buchſtab Δ, ſo der Nilus in Egypten macht an dem ort da er ſich außbreitet ſeine außflüſſe zu machen.] Insula est in Nilo Aegypti flavio, non procul ab Alexandria: ita dicta, quòd literæ Græcæ Δ imaginem referat. Hirtius lib. 4. bell. Civil. Lacus, reperi, et illarum ferè regionum nobilissimus, nō longè ab Alexandria, qui nominatur Delta, quod nomen à similitudine literæ cœpit. Nam pars quædam fluminis Nili derivata in terras duobus itineribus paulatim medium inter se patuum relinquens, diversissimo ad latus intervallo à mari adjungitur. ¶ Est item Delta nomen urbis non procul à Syria, teste Stephano.

Deltotōn, pen. prod. Δελτωτὸν, Signum est in cœlo supra Arietis caput positū, triangulari figura Δ, Græcæ literæ imaginem referens, à qua etiam nomen habet, cunctis æquis lateribus, uno brevius, in unoquoq; angulo stellā habens. Cicero in Aratum Phænom. Deltoton dicere Graii. Quod tolum, simile quia forma literæ cernet.

Demades, Δημάδης. Atheniensis orator fuit, Demosthenis æmulus, cui adversanti Reipublicæ partes fovens. Nihil enim aliud Demosthenes quam patriæ libertatem spectabat: ille ex Macedonum prætoriensium quærebat & opes. Hunc jam orate confectum & ex nimia luxu ad summam jam inopiam redactum, cavillatus est Antipater victimis cælis similem esse, de quibus nihil, nisi lingua jam superest. Vide Plutarchum in vita Demosthenis.

Dēmænētus, Δημαίνετος, Nomen viri proprium apud Plaut. in Asin. & Epidicar. populatem & ditionem.

Demaratus, Δήμαρατος, Lacedæmonius fuit dux, qui quum Athenienses apud quos exulabat, ingens adversus Lacedæmonios bellum parare animadverteret, pro sua parte, quamvis ingrate, debere ratus, quam privatæ simultatis omnia quæ agebantur cives suos fecit certiores. Vixit autem tempore Philippi regis Macedonum. ¶ Alius fuit, ut scribit T. Livius lib. 1. ab Urbe, Corinthius negotiator dives, qui ob seditiones domo profugus, tyrannidem Cypselis filiis, in Hetruria commigravit, comportatis opibus luculentis; qui à Tarquiniensibus Hetruscis populis exceptus, Tarquinium Priscum regem populi Romani ex Lucumone genuit. Huic comitati fuere duo ex Corintho fictores, Eucrapus & Eugrammus, à quibus Italiæ traditam plasticen hanc est, figulinam artem ferunt.

Demarchus, Δήμαρχος, Princeps populi, an Tribunus plebis dicitur. Spartianus in vita Adriani: Fuit Demarchus in patria sua, Athenis Archon.

Demeter pen. prod. Δημήτηρ, dicta est Ceres, quasi Gāmeterid est, terræ mater. Hinc apud Galen. lib. 2. de Alimentis, legimus, Demetria signata est, Cerealia, & frumentaria.

Demetrias, Δημητριὰς, Vulgò Demetriada. Thessaliæ oppidum est, quod prius Pagasæ dicebatur. Autor Plin. lib. 4. cap. 8. Stephanus à Demetrio rege dictam putat, qui ea in ora regnavit, & civitates quotquot sub Pelio erant, everti. Idem alteram ejusdem nominis urbem in Macedonia collocat, & tertiam in Perside juxta Arbelum.

Demetrium, Δημήτριον, Locus in finibus Thessaliæ, circa campum Crocetum & Amphrysum fluvium. ¶ Est præterea ejusdem nominis civitas in Aeolide, teste Stephano.

Demetrius, Δημήτριος, Antigoni Macedonum regis filius & patris in regno successor, qui præter antigaem in expugnandis urbibus virtutem, πολιορκητὴς dictus est, urbium expugnator dictus est. Hic post Alexandrum præter alios Macedonas nobilitate ac virtute clarus, transmisso Euphrate, Babyloniam occupavit: Athenas Cassandri, Ptolemæique imperio liberavit: Cyprum, victo Ptolemæo navali prælio, recepit: Pyrrhum ab oppugnatione Thessaliæ repressit. Postremò quum bellum adversus Antiochum suscepisset, acie victus, vivus in illius potestatem pervenit: & in Chersoneso libera custodia permissus, quam majorem voluptatem, quàm salutis rationem habuit, morbo ex immoderato convictu correptus, periit. Hunc Plutarchus in Paralelis cum Antonio Triumviro in contentionem adducit. ¶ Fuit & alius Demetrius Phalereus, Theophrasti discipulus, qui ob eximias virtutes Atheniensibus præfuit annis decem, trecentisq; sexaginta statuis arcis honoratus est. Hic (ut Plutarchus inquit) monebat Ptolemæum regem, ut de regno, imperioq; libros sibi compararet atq; perlegeret. Quæ enim amicinon audent monstre reges, hæc in libris scripta sunt. De hoc sic scribit Cicer. in Bruto: Demetrius Phalereus eruditissimus quidē ille omnium horū, sed non tàm armis instructus, quàm palæstra, itaq; delectabat magis Athenienses, quàm inhumanabat. Processerat enim in solem & pulverem, non ut è militari tabernaculo, sed ut è Theophrasti doctissimi hominis umbraculis. His primus inflexit orationem, eamque mollem, remotamque reddidit, & suavis, sicuti fuit, videri maluit, quàm gravis. ¶ Fuit præter hos & Demetrius Syrus, dicendi magister non ignobilis: cujus etiam meminit Cicero in Bruto.

Dēmŏcēdes, pen. prod. Δημοκήδης, Fuit Crotoniata, medicus illustris, qui quū inter Darii captivos esset, & Darius ipse ob luxatum pedem graviter ægrotaret, ita ut jam spem ullam nocteq; insomnes ageret, nec a medicis ullis juvaretur, cultros in medium Democedes vinctus compedibus, Darium penitùs liberavit: debinc summo in honore apud regem habitus est.

Dēmŏchărēs, [Δημοχάρης. Ger. Ein Redner von Athen zu Käyſer Carolo dem fünfften.] Orator Atheniensis, Demosthenis ex sorore nepos: qui missus cum aliis ad Philippum regem Legatus, petenti regi quid gratum Atheniensibus facere posset: Si (inquit) te suspendas. Indignantibus ob eam rem cæteris, Rex dimittentibus omnem: Vos (inquit ne cæteris) renuntiate Atheniensibus, quos censeant superiores, quæ ista dicunt, an qui audiunt patientes. Hæc Seneca lib. 3. de Ira. Hic etiam historiam earum rerū quæ gestæ erant sua ætate Athenis, non tàm historico, quàm oratorio genere scripsit. Autor Cicero in Bruto.

Dēmŏcles, Δημοκλῆς: sive ut apud Valerium legitur] Damocles, adulationis cujusdam nomen fuit, qui quum coram Dionysio regum fortunatissimo supra modum exaggerasset, quòd & splendidissimè amicitur, & lautissimè victitaret, Rex quasi velle socium cum eo conditionem permutare. Quumq; annuisset, ornatum regia purpura jubet cum accumbere, mensam omni genere deliciarum copiosissimè instructam: sed supra caput fluctum eidem de setosissimo filo jussit suspendi. Metuens itaq; Democles, ne fractum filo ensis sibi in caput recideret, ut aliud ad præsentis vitæ genus reduxit, quàm tam manifestum vitæ adesset periculum, incolumitatq; quod res erat, regium vitæ in speciem quidem felicissimam videri: si tamen procul esset, plenam esse solicitudinis & pericula.

Dēmŏcŏōn, Δημοκόων, Fuit nothus Priami, qui velocissimus patris equus apud Abydum custodiebat. Hunc Ulysses in bello interemit, ut ei apud Homer. lib. 4. Iliad.

Dēmŏcrătes, Δημοκράτης. Insignis athleta fuit, qui constitens in circulo ille circumcripto, a nemine loco moveri potuit. ¶ Fuit & alter Democrates insignis artifex Alexandri Magni ætate, qui huic juslu Alexandriam in Aegypto metatus est. Sandys.

Dēmŏcrĭtus, pen. cor. [Δημόκριτος. Ger. Ein Philoſophus der mehrertheils alles gelächter / vnnd Menſchliche mängel ſpottet.] Nomen philosophi Abderitæ, qui sic cepta à fluminibus natu majoribus paterna hereditate, portione, cognoscens earum rerum cupiditate accessus, hortum urbis partem peragravit. Postea in patriam reversus, cum summa inopia, in horto juxta fores urbis muros, se ad locas rerum naturas contemplandas contulit. De hac memoriæ proditum est, quòd quocunq; fortunæ casu & mutabilium rerum audita, in risum solvebatur, sicut Heraclitus ille flentium: unde Gelasinus nominatus est. Tandem refectus (ut ait Tullius) Tusculanis, senuit, ut naturæ secreta subtilissimè contemplaretur. Agebat centesimum & nonum annum quum interiit. Dixit omnia ex atomis fieri, ac plures esse mundos, & corruptibiles. Tenuit theologiam ac à Theologiam didicisse à Magis & Chaldæis: cum gymnosophistis quoq; congressus est in omni disciplinæ genere adeò profecit, ut Pentathlos, sive Quinquertio dici posset. Nanq; naturalia, moralia, mathematica, liberales disciplinas, artiumq; omnium peritiam callebat. Hunc Plin. virum tàm gracem, & vitæ utilissimum fuisse refert, sed nimio juvandi mortales studio prolapsum. Constat patre locupletissimo natum fuisse, ut qui totis Xerxis copiis epulum dederit.

Dēmŏdŏcus, Δημόδοκος, Nomen citharœdi, quem Hom. lib. 8. Odyss. inducit in convivio Alcinoi regis Phæacum citharā pulsantem, & simul accinentem.

Demolchus, Syracusanus comicus, Epicharmi medici filius, decem fabulas quatuor secum lingua Dorica. Suidas.

Dēmōnax, Δημώναξ, Philosophus insignis fuit Athenis tēporibus, pecuniæ contemptor, & omnis solicitudinis expers. Nihil tibi unquam viatici parabat: sed quum esuriret, quam domum primùm apertam offendebat, ingressus jubebat sibi cibum apponi. Cœnatus decessit, & funere publico est elatus, ut refert Lucianus.

Dēmŏnēsus, Δημόνησος, Insula est circa Chalcedonem, in qua cyanus lapis, chrysocolla, & auri venitur, ut Stephano credimus.

Dēmănīcā, Δημανική, Ephesia mulier fuit eo tempore quo Galli Senones omnem Europam infestabant, quæ cupiditate auri capta Brennio hostiū duci Ephesum prodidit. Hanc Plutar. in Parall. cum Tarpeia puella comparat.

Dēmŏphōon, ontis, Δημοφῶν, vel Demophon per contractionem, Δημοῦν, Thesei ex Phædra filius & rex Athenarum, qui ab expeditione Trojana rediens, adversis ventis pulsus est in Thraciam, ibiq; à Phyllide Lycurgi regis filia hospitio & lecto susceptus est: apud quam quū aliquandiu delituisset, Athenas abiit ibiq; mortuo patre imperium suscepit ob id à Phyllide, cui se rediturum juraverat. Quapropter illa videns se deceptam, amoris impatientia de amygdala se suspendit. Vide ejusdem PHYLLIS, ubi hæc copiosius tractantur. Ovid. lib. 2. de Arte: Scribit Demophoon Thesei crimatis hæres, Phyllide decepta nulla relicta fuit, &c.

Demŏpŏlis, penult. corr. & Neocles Themistoclis clarissimi Atheniensis ducis filius fuerūt, qui quum apud cives suos memoriam legum, quæ adversus exules latæ erant, à paternis jamdiu ædibus obruti fuit. Cael. lib. 8. cap. 12.

Dēmŏsthĕnes, penult. corr. [Δημοσθένης. Ger. Ein fürtrefflicher/ verstendiger Redner bey Griechen / welcher die andern all weit übertroffen hat.] Nomen Oratoris clarissimi, & Græcorū omnium Oratorum principis. Hic natus patre qui Gutellarius cognominatus est, quòd domi haberet officinam & operarios cultellorum. Relictus puer in hæreditate locupleti, tutorum fraudibus, & negligentia direptis bonis, vix habuit unde præceptoribus, & negligentia direptis bonis, vix habuit unde præceptoribus, & laboribus mercedem solveret. Verùm quum multo studio, & labore eò pervenisset, ut clarissimum oratorem evasisset, libertatis, Græciæ defensor, publicè gravibus concionibus Philippum infestare est, utpote publicæ libertatis inimicissimum. Post cujus mortem parti Apollus, tandem revocatus est. Sed jam mortuo Alexandro, & Antipatro rebus Græcis præpotente, quum manifestam sibi necem imminentem videret, relictis Athenis, in Calauriam insulam (ut scribit Suidas) ubi asylum erat Neptuno sacrum, concessit. Quò quum venisset, Archias actor tragœdiarum, qui ab Antipatro missus erat, ut Demosthenem comprehenderet, primùm ei persuadere conatus, ut una secum ad Antipatrum se conferret, dixit molestiæ ab eo perfessurus. Cujus fraude intellecta à Demosthene: Nihil est (inquit) Archia quod cuperis. Neque enim te mihi unquam placuisti animus, neq; nunc persuadebis legatus. Quum autem Archias se pervim detracturum minaretur. Tandem (inquit) Macedonica oracula aperuisti: ante quidem tanquam in scenâ simulabas. Verùm age, quæ jamdiu expecta, dum pauca domesticis fando. Hæc locutus, sumpto libro tanquam scribere vellet, calamum ori admovit, deinde caput reclinans, se interemit, quumque ab ara retrahereretur, recidit, spiritumq; animam emisit. Hic eloquentiæ studio flagrans jugiter lucubrabat, adeò ut duos vel tres menses continuos domi inclusus, sic interim sitim sedaret, abrasa parte capitis, ut exeundi facultatem sibi præriperet. De hoc Hieronymus: Demosthenes plus olei quàm vini expendisse dicitur, & omnes opifices nocturnis semper vigilijs prævenisse.

Dēmūs, δῆμος, Locus in Iliada, alias δημοσιεῖον dictus. Apud Athenienses vicum significat. Steph. Est etiam pars tribus.

Dĕo, Δηώ, Ceres à Græcis appellatur, παρὰ τὸ δεῖν, id est, quòd frugum fuerit inventrix. [Ger. Die Ceres, ein Göttin oder erfinderin des Getreids.] Hinc Deois patronymicum, filia Deûs, quæ est Proserpina. Ovidius 6. Metamorphos. Addidit ut Satyri celatus imagine, pulcram supposuerit genitor Nyctëida fetu Mnemosynem pastor, varius Deoïda serpens.

Dĕrā, δηρά, Iberiæ regio, per quam Sicanus fluit. Stephanus. Quanquam civitasne an regio sit, in Græco non additur.

Dĕrbe, es, Δέρβη, Castellum est & portus Lauriæ, patria Timothei, qui D. Pauli discipulus fuit.

Dĕrbītes, Δερβίτης, Gentile.

Derbices [Δέρβικες. Ger. Grausame Völcker in Asia nahe bey dem Hircanischen Meer / durch welche Cambyses Armada fuhr.] Populi sunt Asiæ, autore Plinio, proximi Hyrcano mari, quos Oxus amnis medios ferat. Hi acerrimi delictorum vindicatores creduntur: nepote qui levissimum quodq; delictum capite puniant. Parentes grandævos, postquam annum septuagesimum fuerint egressi, jugulatos devorant, fatiùs arbitrantes à cognatis illos, quàm à vermibus absumi: citra septuagesimum annum optantes, nō edunt, sed humant, ut scribit Strabo lib. 2. Hos Hieronymus Derbices vocat: Massagetæ (inquit) & Derbices miserrimos putant, qui ægrotatione moriantur: & parentes, cognatos, propinquos, cum ad senectutem venerunt, jugulatos devorant: reliquias esse dicentes, ut à seporiùs, quàm à vermibus comedantur.

Dercē, Δέρκη. Fons est frigidissimus æstate, inter Bilbilim & Segobrigam, in ripa ferè Salonis amnis. Hæc Calpinus ex Petrotio. Martialis tamen hunc fontem Dircennam vocat, non Dercen. Sic enim scribit, lib. 1. ad Lucian. Tepida rarabis sene Congedi vada, Mollesq; Nymphārum lacus: Quibus immissum corpus astringes breve Salone, qui ferum gelat Arida rigens Dircenna placabit sitim, Et Nemea, quæ vincit nives. Quo in furo, si Dirce legatur, versui deest syllaba.

Dercĕto, Δηρκετώ, Nomen est fabulosæ deæ, quæ apud Ioppē, autore Plin. aut (ut Diodor. lib. 2. placet) juxta Ascalonem colitur: humanā facie, reliquo corpore piscis. Hinc Syri Atargatim vocant. Filiam habuit Semiramidem, quam à columba educatam ferunt. Ob id sacras genti aves eas esse, ostendit Tibullus: Alba Palæstino sancta columba Syro.

Dercyllis, Vnus è præfectis Pyrrhi, teste Plutarcho.

Dĕrēā, Δέρεα. Urbs Arcadiæ, Steph.

Derrhā, Δέρρα, locus Laconicæ: Gentile Derrheus, vel Derrhetes, unde Derrhetaidis Dianæ templum, Stephanus.

Derrhian, Δερρίαν, Stephanus populi Thraciæ. Herodotus Dersæos vocat, ut sequitur.

Dersæi, cum æ diphthongo, sive (ut alii legunt) Derses, Δερσαῖοι, Populi sunt Græcorum in finibus Thraciæ, quorū meminit Herod. lib. 7.

Dertona, æ, pen. prod. Δέρτων Stephano, Insubriæ oppidum est ad Padum fluvii, quòd à Ptolomæo Taurinis annumeratur. Hodie vocatur Tortona.

Dertosa, Urbs Hispaniæ, vide Iberosa, et apud Ptol. scribitur. quod nō placet: sed potius Dertola, quum hodie Tortosa nuncupatur.

Dĕrusæi, fuerunt oratores Persici, teste Herod. lib. 6. Δερσαῖοι, Δερσαί, Steph. populi sunt Persis, ex 1. lib. Herod.

Dersii, Δερσαῖοι, populi Thraciæ, Steph.

Desiriates Δησιρίατες, Iaburniæ populi in cōventu Narbonensiensium commemorat Plin. lib 3. cap. 22.

Desticos, Δεστικός, Insula est exigua, Thraciæ adjacens, nō procul à Chersonesi cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Devā, Δεῦα, Britanniæ oppidum est in tractu Orientali, teste Ptolemæo, lib. 2 cap. 3.

Devānī, Δευάνιοι. Oppidum Taxalorum in Orientali tractu Britanniæ, qui hodie Scotia dicitur. Autor Ptolem. libro 2. capite 3.

Deucălion, [Δευκαλίων. Ger. Ein Sohn Promethei, welcher allein mit seiner Hausfrawen Pyrrha in dem all gemeinen Wassergus aber Thessalien in Thessalien ist erhalten worden.] Nomen proprium filii Promethei, cui adhuc Epimetheus patruus Pyrrham filiam conjugio junxit. Postò quum hic apud Thessalos regnaret, ingens diluvii contigit: quapropter arrepta navi solus Deucalion cum Pyrrha servatur, in Parnassum montem delatus est. Cessantibus verò aquis Themistos oraculum adit consulturus de humani generis restitutione: quæ respondit, ut ossa Magnæ matris post tergum jacerent. Conjectis igitur post tergum lapidibus, quos Deucalion jecerat, in mares: quos Pyrrha in fœminas vertebantur. Juven. Sat. 1: Et quo Deucalion nymbis tollentibus æquor, Navigio montem ascendit, sortesq; poposcit, Paulatimq; anima caluerunt mollia saxa. Vide fabulam apud Ovid. lib. 1. Metam.

Dĕucălĭōnēus, a, um, ut Deucalionei imbres, qui pro maximis & copiosissimis imbribus ponuntur à Poëtis, sive pro universo totius orbis exitio, quem illius volunt Poëtæ consignificare temporibus. Lucan. li. 1: Deucalioneos fudisset Aquarius imbres. Vide Deucalioneæ, Ovid. 7. Metam.

Develton, Plinio, Δεύελτος Ptolemæo, Oppidū Thraciæ mediterraneum lacum habēs ejusdem nominis. Vtriusq; meminit Plin. lib. 4. cap. 11. Vulgo Develte.

Deverrā, Dea ab antiquis putata est, quam venerabantur, ut scopis domum verrere possent.

Dēximĕnē, Δεξιμένη, una ex nymphis matinis, à recipiendo dicta. Δέχομαι enim recipio dicitur.

Dexămĕnæ, plurali numero, Δεξάμεναι, Ambraciæ regiuncula est: ita dicta à Dexameno Meli filio, & Ambracia filia Phorbantis, qui Solis filius fuisse perhibetur. Autor Stephan.

Dexāri, Δέξαροι, Populi Chaonum Epiri, vicini propinqui, Stephanus.

Deximontani, Carmeniæ populi, dexterā ripam Cranii amnis accolentes. Autor Plin. lib. 6. cap. 23.

Dexiphanes, Pater Sostrati architecti, Stephanus in Pharo.

Dexippus, Δέξιππος, Orator Atheniensis fuit, sub Valeriano & Aureliano principibus. ¶ Fuit & alter hoc nomine medicus, patria Cous, discipulus Hippocratis. Autor Suidas.

D amne I.

Dīă, Δία, Insula est maris Ægæi, una Cycladum, distans à Delo XVII. M. pass. Alijs nominibus Naxos dicta, & Sicilia minor, & Dionysias à vini fertilitate. Autor Plin. lib. 4. cap. 12. In hac Liber pater Ariadnem à Theseo desertam, uxorem duxit: qua de causa etiam Baccho sacram esse volunt. Ovid. in Trist. Quā brevis æquoreis Dia feritur aquis. ¶ Est item Dia Thessaliæ urbs Acaico condita. Alia item Thraciæ, ad Athon montem

Tertia,

Tertia, Euboeæ. Quarta, insula juxta Scyllæum Peloponnesi promontorium, oppidum habens ejusdem nominis. Quinta, Lusitaniæ ad Oceanum. Sexta, Italiæ juxta Alpes. Septima, Scythiæ, circa Phasim. Octava, Cariæ. Nona, Bithyniæ juxta Portum. Autor Stephanus.

Diā, æ, dea nomen, quę apud Sicyonios & Phliasios colebatur: quæ eadem fuisse creditur cum Hebe juventutis dea, vide Strabonem lib. 8.

Diabitæ, Stephano, insulæ quatuor in mari Carpathio circa Rhodum, quas recenset Plin. lib. 5. cap. 31.

Diacopenē, es, Cappadociæ regio ad Halym fluvium. Strabo lib. 12.

Dicerā, tribus Atticæ Pallantis sedes, Steph.

Diades, nomen dedit Diadi urbi in Lycia, quam condidit, Stephanus.

Diadochi, Urbs est in Persia non procul ab Ctesiphonte, Stephan.

Diadumēnus. Quasi vittatus, diadematurque: quo nomine dictus est juvenis quidam speciosus, quē Polycletus ex ære expressit. Plin. li. 34. cap. 8. Polycletus Sicyonius, Ageladis discipulus, Diadumenum fecit mollitèr juvenem, centum talentis nobilitatum.

Diagoras. [Ger. Ein Gottloser Philosophus zu Athen der von seinem Gut nichts gehalten hat.] Nomē philosophi qui ἄθεος cognominatus est, quòd nullos deos esse putaret, mysteriaq; omnia ita contemneret, ut alios etiam ab iis averteret. Quare ab Atheniensibus pulsus est, qui talentum polliciti sunt iis qui eum interfecissent. Suidas. Hujus Diagoræ meminit Cicero lib. 1. de Natur. deor. Quid Diagoras, Atheos qui dictus est? posteaq; Theodorus: nōne aperte deorum naturam sustulerunt? ¶ Fuit & Diagoras quidam Rhodius, cujus meminit Gel. lib. 3. cap. 15. his verbis: Diagoras mesēnius adolescentes habuit unum pugilem: alterum pancratiastem: tertium ludæum, cosq; omnes vidit vincere, coronariq; eodem Olympiade: & quum eum ibi tres adulescentes complexi, coronis suis in caput patris positis, suaviarentur, quumq; populus gratulabundus flores undique in eum jaceret, ibi in stadio in spectante populo, in oculis atque in manibus filiorum animam efflavit. Hujus Diagoræ meminit Cicer. libro 1. Tusc. quæst.

Dialis, le, Flam. Quod Jovis est, quem Aulum vocant Græci. Unde nomen Dialis, Jovis ministerio assignatus à Numa Pompilio, ut docet Liv. lib. 1. ab Urbe. Græci etiam διὰ, pro ære pendebant, quo pacto nos etiam Jovis votabulo utimur. ¶ Unde Et adjectivū Subdialis, Cæl. Aur. id significans quod extra tectum sit aëri, & cœlo expositum. Plin. lib. 34. Ilia super terram ex dialibus petris cæditur hæc ex obrutis. Idem lib. 36. cap. 25. Subdialia pavimenta Græci invēnere id est, quę permanent sub dio. ¶ Dialem Consulem, Ἰδιόχρηστον ὕπατον, dixit Cicero pro Consule unus dies, ludens nimirum in voce ambigua, non secus ac si à die dialis diceretur. Unde celebratur illud Gnomicum in Carmine Olim Flamines, nunc Consules dicti sunt. Hujus compositū potest videri novendialis: de quo videbimus suo loco.

Diānē, Jovis filia ex Latona, eōdem cum Apolline partu edita. [Ἑκάεργος. Ger. Ein Treffer Latonæ und ein Schuetze Apollinis.] Eadem & Luna dicitur, sive quod noctu una: hoc est, sola & sine fratre luceat: sive quòd lumen à sole accipiat, quasi luce lucens aliena. [Ger. Der Mon.] Præterea & Noctiluca dicta est, sub quo nomine etiam templum in palatio dedicatum habuit. Hanc parturientes Junonis Lucinæ nomine invocabant: Junonem quidem appellantes à juvando: Lucinam verò quòd partum in lucem proferre putaretur. Virg. 4. Aeglog. Casta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo. Græci Εἰλείθυιαν vocant. Alii Lucinam dictam putant quòd oculis & luci præsit: cæli à luce: quem Romæ in Esquiliis habebat. Eadem & Proserpina, Μεσσόη dicta est, & Dictynna: quarum appellationū rationē videsis suo loco. Apud inferos Horate dicitur, vel quòd bis centum victimis placetur, vel quòd centum annos errare faciat insepultos. Dicta est & Pergæa Μεσσόη, à Perga Pamphyliæ oppido, in quo templū habet insigne. Plures tamen Dianas fuisse Cicero libro ultimo de Natura deorum scribit: sed illa nominatissima est quæ eodem partu cū Apolline ex Jove & Latona nata est. Hanc ob virginitatis amorem ferunt hominum consortia fugisse: & ut à se libidinis pruritum amoveret, Cynthum & Taygetum Lacedæmonis montes, & Erymanthum Arcadiæ silvas incoluisse, paucarū virginum comitatu contentā. Arcum ferebat & pharetram, fasciculos semper in humeris, & cornicem indutā. Ob hanc causam sylvarum & nemorum dea putabatur. Dicta est Trivia à trivio signorum, ubi ejus simulachrum abditum erat, quod occiso Thoante Taurice regionis rege ab Iphigenia Agamemnonis filia in Italiam delatum est. Laudatissimum templum habuit apud Ephesios: aliud item in Taurica regione, ubi carne tantum humana lætabatur. De hac Lucan. lib. 6: Et Tauroscythica non mitior ara Dianæ. ¶ Dianam autem dictam putant, quasi Jovinianam, Διὸς θυγατέρα: fuit enim (ut jam diximus) Jovis filia ex Latona.

Diānium, Vulgò Denia. Oppidum est Hispaniæ Tarraconēsis in ora maris Balearici. Ptolemæus inter Edetanorum oppida enumerat. lib. 2. cap. 6.

Diaphānes, Luvius est Siciliæ, ea in parte qua Syrā contermina est: ita dictus ab aquæ perspicuitate. Vide Plin. lib. 5. cap. 27.

Dias, Sophista Ephesius Philippi Macedonis tempore commemoratur à Philostrato.

Dias, adis, Lyciæ oppidum à Diade quondam conditum, à quo & nomen accepit. Autor Stephanus.

Diburrades Sicyonius, teste Plin. lib. 35. cap. 2. primus Corinthi figulus fuit, qui ex creta vasa cœpit confictare, & extremis imbricibus tegularum personas imponere.

Dicæi, Vrbs Macedoniæ in Thermaico sinu, à Dicæo Neptuni filio. Autor Plin. lib. 4. cap. 10.

Dicæarchīa, Vrbs olim celeberrima in ora Lucaniæ, quæ nunc Puteoli, quòd ea civitas quondam justissimè regebatur. Nam Græci δίκαιον jultum vocant, ἀρχὴ principatum. Sunt qui Dicarchiam vocant hanc urbem per quatuor syllabas. Vnde & possessivum Dicarchæus apud Sidonium Apollinarem legitur. Nanq. Dicarchęæ translatus pulvis arenæ. Loquitur illic de pulvere Puteolano, qui in aspergendis Palæstritarum corporibus primam laudem habebat.

Dicæarchus, Philosophus fuit Siculus, ex Messana civitate, Aristotelis auditor, Philosophus, Orator & Geometra. Scripsit de Republica Spartiatarum, quem librum quotannis prælegere in loco publico cautum erat, juvenesq; audiendi convenire. Hic opinatus est hominum exordium nullum exstitisse, tanquam semper fuerit humanum genus. Composuit tres libros, in quibus scribit animam nihil aliud esse quàm vim quandam atq; potentiam æquabiliter fusam, tàm in corporibus brutorum quàm hominum, eamq; à corpore credebat esse inseparabilem, & una cum corpore interire. ¶ Fuit item alter Lacedæmonius grammaticus, Aristarchi auditor. Suidas.

Dicæogenes, Poeta, scripsit Tragœdias & Dithyrambos. Autor Suidas.

Dicte, Teste Ptolem. lib. 3. Mons est Cretæ sic dictus à Dicte nympha quæ in eo colebatur.

Dictæus, a, um, Cretensis. Virg. 4. Georg. Dictæo cœli regem pavere sub antro.

Dictynna, gen. prod. Cognomen est Dianæ. Scribit Diodorus lib. 5. Dictynnam ex Jove genitam, in Creta cōsuetudine Dianæ familiarissimè usam esse, quæres causam præbuit ut quidam Dictynnam, Dianamq; eandem esse existimarent. Callimachus ait: Dictynnam à retibus piscatoriis (quæ δίκτυα dicunt) denominatam, incta quæ fugiens evaserit violentiam Minois regis cæ libidinis causa insequentis. Alii à rete sylvestribus venatoriis ita dictam volūt, quorum usum prima tradidisse. Vide ea quæ suprà annotavimus in dictione BRITOMARTVS.

Dictynnæum, Templum in monte Cretæ, cui nomen est Titrus: cujus meminit Strabo lib. 10.

Dictys, Vnus ex Centauris fuit Pirithoi manu interfectus, ut est videre apud Ovid. li. 12. Metam. ¶ Fuit etiā hoc nomine historicus Cretensis, qui cum Idomeneo rege Cretæ ad expeditionem Trojanam profectus, totum illud bellum Phœnicum lingua conscripsit. ¶ Fuit & Dictys piscator quidam qui Perseum educavit, de quo Stat. lib. 2. Fluctivagus volutrē comebat Perseа Dictys.

Didia lex. [Ger. Ein Gesatz das zu Rom gemacht worden/ in welchem man alle überflüssige Köstlichkeit den Mannspersonen durch das gantz Welttheil zu verbieten gesuchet hat.] A Iacobo Dido nominata, A Macrob. lib. 3. cap. 17. inter leges sumptuarias numeratur, quę post Fannianam legem duodevigintì annos requieta est, cujus ferendæ duplex ratio fuit. Prima, ut nō sola civitas Romana, sed universa Italia lege sumptuaria teneretur. Secunda, ut non modò qui convivia majore sumptu fecissent, sed etiam qui ad ea vocati essent, atq; omninò interfuissent, pœna legis tenerentur.

Dido, Filia fuit Belī Tyriorum regis, quæ primò nupta Sichæo Herculis sacerdoti: postea fuit quum Pygmalion Elissæ frater, thesauris ejus inhiās, ante aram obtruncasset, illa in somnis monita, cū iis quibus Pygmalionē invisum esse sciebat, relictis clàm thesauris navim conscendit, & in eam Africæ partem, quæ Zeugitana appellata est, delata: tantum sibi solum emit, quantum taurino corio posset circūdare. Quo in loco quum rerum in tenuissimas partes cisecuisset, locumque satis amplum complexa esset, urbem condidit, quam Carthaginē appellavit, arcemq; in medio urbis, quam à corio bubulo Byrsam vocavit. Deinde quum finibus Gentis

Rex nuptias eius ambiret, recusantemq; vi, armisq; cogeret, sibi ipsi manus intulit, præferens nimirum honesta morte accumbere quam pristini lecti iura, secundis nuptiis polluere. [Ger. Ein Todter soll der Königin Tyre, welcher sie Stets Carthago soll erbauen helffe.] Virg. lib. 1. & 4. Aen. fabulatur Aeneæ capta Troia à patria profugum, vi tempestatis Carthaginē fuisse delatum, Elisamq; amore eius captam, quū præter ipsam deferretur, mortem sibi conscivisse. Quę tamen tes gravissimorum Historicorum fide facile refellitur, qui Carthaginem tradunt septuagesimo demum anno post Romam conditam ab Elisa conditę cepisse. Ab Aenea verò in Italiam adventu usque ad Vrbem conditam numerantur anni amplius quàm trecenti, quibus Albæ regnatū est. Hac de re extat elegans apud Auctorem Epigramma, quo illa se ab impudicitię nota vindicat, monens lectorē, ut de moribus suis incorruptis potiùs Historicorum monumentis, quàm Poëtarum fabulis fidem adhibeat. Hæc proprio nomine Elisa dicta fuit. Dido autē cognominata fuit à rerum gestarum magnitudine, quasi virago.

Dídymāon, δίδυμαον, Insignis faber ferrarius fuit, cujus meminit Virgil. lib. 5 Aen. Et clypeum effert juxta, Didymaonis artes, Neptuni sacro Danais de poste retusum.

Dídyme, es, pen. corr. δίδυμη, Insula in mari Siculo, una est Aeolia. Pomp. Mela, lib. 2.

Didýmeus, δίδυμεύς, Apollo dictus est, quòd geminā speciem sui nummis præferat. Ex uno enim fonte lucis, geminō sydere spatia diei & noctis illustrat: inter diu per scipsum lumen præbens: noctu verò lunam illuminans. Vnde & Romani (ut inquit Macrobius) Solē Didymæi Apollinis appellatione venerantur. ¶ Dictum est & Didymæum templum Apollini dicatum apud Miletum, quod primus oraculum Branchidarum (ut autor est Plin.) appellatum est. De quo templo sic scribit Strabo lib. 4. Post Potidæum Milesium est oraculum Apollinis Didymæo sacrum apud Branchidas, ad decem & octo stadia ascendenti. Id à Xerxe incensum est, quemadmodū cætera templa omnia, Ephesio excepto. Postea Milesii templū cōstruxerunt omnium maximum, quod propter magnitudinem remanlit sine tecto, variis antiquārum armorum donis sumptuosissimè honoratum.

Didymus. Vide in APPELL.

Digeri, δίγερι, populi Thraciæ, Steph.

Diglíto, appellatur Tygris Euxinus, ubi tardior fuit: hoc est, ut aiunt, ad Medorum fines. Autor Plin. lib. 6 cap. 27.

Dīŏvis, Iuppiter appellatus est. Vide DIESPITER.

Dynāmēne, es, Δυναμήνη, Nympha marina, Nerei & Doridos filia: ita dicta ab eo, quòd in mari plurimū polleat. Heliodus in Theogon. Δυναμήνη Νηρεΐδος καὶ Δωρίδος.

Dinarchus, Δινάρχος, Corinthi civis nomen est, apud Plutarchum, qui Polyperchontis fraude fuit interemptus.

Dindryme, Vrbs Macedoniæ, Δίνδρυμα, Steph.

Dindýmenē, Δινδυμήνη, & Dindyme, dicitur Cybele, quòd in Dindymo Phrygiæ monte ejus sacra fierent. Mart. lib. 8: Nouper mystica sacra Dindymenes lustat Gellia.

Dindýmus, pen. cor. Δίνδυμος, in singulari masc. gen. in plurali neut. Iuga sunt montis loca Phrygiæ, matri Deum dicata. Propert. Dindymus & sacrę fabricata invēta Cybelæ. Virgil. 9 Aen. O' vetuæ Phrygiæ (neq; enim Phryges) ite per alta Dindyma, ubi assuetis biforem dat tibia cantum.

Dinŏcrātes, Δινοκράτης, Messenius fuit, lasciva, luxuria, vitęq; incontinentia infignis: cui tamen aliqui in arduis negotiis insipiendis non defecit animus. Hinc quum quodam die in militarem nostem produxisset convivium, habitusq; muliebri sumpto, coram convivis saltasset: postero die adiit Q. Flaminium, penes quem tum summa potestas erat, ostendens, si sibi daretur præsidium, posse se Messanam ad defectionem solicitare. Admiratus Flaminius in hominem tam effœminato tantā audaciā: De his (inquit) posteā videbimus. Te verò miror una tractare, saltare, & mulierem mentiri posse, quum rem tantam animo audeas concipere.

Dióbulum, Διόβολον, oppidum prope Pontum, Steph.

Diochites, Διοχίτης, vicus Aegypti, in quo sepultus est Osiris, Stephan.

Diŏcles, Διοκλῆς, Atheniensis, antiquæ Comœdiæ scriptor, cujus fabulas nonnullas commemorat Athenæus. ¶ Diocles item medicus Carystius, Darii, Hydaspis tempore, qui & cōmentarios quosdam de re medica scriptos reliquit.

Diocles, Orsilochi filius, teste Hom. habitavit in Phæra, loco insigni.

Diocletiæ, [Pol Διοκλεῖαι.] Quid sint dies festi indicat Ammianus Marcellinus lib. 23: Exploratis novissimis rebus, luxuq; adjumento militari marcente, adhibitis festi ritibus paucis, quos dioctonitas appellant. Iulius Capitolinus in Antonio philosopho: Armavit & Dioctonitas.

Diodoris, pen. prod. Διόδωρις, cognomento Chronus, Dialecticus ex Iasso Asiæ civitate fuit, ut Strabo eū autor lib. 14. qui Platonis tempore Euclidem audivit. Dictus Chronus ab Apollonio Chrono cujus præceptore, cujus ut famam obscuravit, ita & cognomen usurpavit. Dialecticus etiam appellatus, quòd (ut ait Laertius) primus involutam dissērēdi genus invenerit. Hic apud Ptolemæum Sotērem commorans, quum aliquando inter epulas à Stilpone sermones quosdam dialecticos propositos, extemplo nequivisset exolvere, & obid à rege per jurgium Chronus appellatus esset, convivium deiecit, ac edito per eorum super ea propositione libro, ex animi mœrore extinctus est. Autor Diogenes Laertius. ¶ Fuit item Diodorus qui dā Stoicus philosophus, utroq; lumine orbus, cujus sic meminit Cic. in Bruto: Etam cum Stoico Diodoro, qui quū habitasset apud me, cū Quinto vixisset, nuper est domi meæ mortuus, à quo cùm aliis rebus, tùm studiosissimè in dialectica exercebar. ¶ Diodorus Comicus poëta, cujus Comœdiæ edita exercebat. ¶ Diodorus Alexandrinus, filius Pollionis philosophi cius, qui cōposuit Dictionarium Atticū. Floruit Adriani tēporibus. Suidas. ¶ Diodorus præterea Dianæ è Lydia Tiberii tempore Strabo cōmemorat, ambos oratores. Præterea fuit & Diodorus Siculus nobilissimus historicus, qui variam historiā libris quadraginta cōscriptit, quā bibliothecā nominavit. Florint Augusti temporibus. ¶ Diodorus Tarsensis, præsul, cujus meminit Hieronymus, & Suidas.

Diógĕnes, pen. corr. Διογένης. Ger. Ein vermaledeyter unflätiger Philosophus zu Athen welcher in einē faß daheim war, und dasselb hin und her rolet wie er wolt.] Nomen philosophi Cinici celeberrimi Antisthenis discipuli, de quo scribitur, quòd quum Antisthenes nullum discipulorum reciperet, & perseverantē Diogenem removere non posset, novissimè clava minatus est, nisi abiret. Cui ille subjecisse dicitur caput, atq; dixisse: Nullus tā durus baculus erit qui me à tuo possit obsequio separare. Vtebatur Diogenes pallio lo duplici propter frigus, pērā pro cellario habuit, lecumq; portabat clavā ob corpusculi fragilitatem, quæ jam senectute membra sustinere solitus erat. Σαπρόσωμος (ut ait Hieronymus) hoc est, in diem vivens vulgò appellatus est, quòd omnem abjecta solicitudine cibum suum in singulos dies emendicare. Habitavit autem in porticum vestibulis, & porticibus civitatum quumq; se contorqueret dolio, volubilem se habere domū jactabatur, & se cum temporibus immutante: frigore enim, os dolii vertebat in Meridiem: æstate ad Septentrionem: & utcunq; sol se inclinaverat, Diogenis prætorium vertebatur. Ferunt accedentem Alexandrum rogasse ne sibi apricanti à sole obstaret. Obiit fermè nonagenarius. Hic (ut autor est Cic. lib. 1. Tusc.) jussit cadaver suum inhumatum abire, quærentibusq; amicis, volucribusne & feris corpus suum dilaniandum vellet relinqui: Minimè, inquit, sed bacillum apud me, quo illas abigam, ponite: et irridens nimirum amicorum præpostcram curam, qui tantopere de humatione cadaveris omnis sensus experti erāt solliciti: quasi magnopere cadaveri omnis sensus experti erāt solliciti: quasi magnopere cadaveri omnis sensus experti erāt solliciti: quasi magnopere cadaveri

facios ob peremptum regem in aves Diomedeas, vel sic Græci vocant, heroidas mutatos. Horat. lib. 1. Serm. Qui locus a torti Diomedis cognomine olim, &c. ¶ Diomedes alter rex Thraciæ, quidam equos suos humana carne alueret in Tyrida oppido truculentus, ab Hercule equis ipsis ad devorandū objectus est. Ovid. in libro Ibin. Vtque Therei quondā præsepia regis Fecerunt dapibus sanguinolenta suis. Idem 9. Metam. Quid quum Thraces equos humano sanguine pingues, &c. ¶ Fuit & Diomedes grammaticus multi ingenii vir.

Diomedeæ insulæ, *Διομήδειοι νῆσοι*, duæ è regione Gargani sunt: quarū altera habitatores habet: altera deserta est, ubi dispariisse aiūt Diomedē, & socios ejus ob dolorē in aves cōversos, quæ ob id Diomedeæ vocitatæ sunt. Has Isola Cataractas appellat. Dentes eis esse dicuntur, oculi igneo colore, cætero corpore candidæ sunt, quæ in sola Diomedea insula visuntur. Vocem edunt simlem pueris vagientibus. Solem ferrenō possunt, noctuq; pisces venantur, eorum pinguedo morbis frigidis maxime salutaris. Vide Plin. lib. 10.

Diomedei campi, *Διομήδεια πεδία*, vocati sunt in Apulia, qui in divisione regni, quam cum Dauno fecisse dicitur, Diomedi cesserunt.

Diomīā, *Διομία*, *æ*, vel *Διόμη*, per omicron pars tribus Argeiadis: quod Hercules illic Coryci hospitio susceptus, Diomum filium amavit, Steph. vide CYNOSARGES.

Dion, *Δίων*, Nomē proprium Syracusani nobilis, qui adeō Platonem amavit, ut ei eidem totum traderet. Hic patriam asseruit in libertatem, expulso Dionysio tyranno. De quo Plutarchus refert, quòd quum Calippum, cui omnium sui maximè fideret, insidias sibi tendere accepisset, cum arguere passus nō est. Mori, *inquiens*, longè præstare quam vivere, ubi non hostes solùm, sed etiam amicos cavere oportuerit. ¶ Dion Cassius, patria Nicæus historicus, scripsit Romanam historiam libris LXXX. Præterea res gestas Trajani principis, vitā Arriani philosophi. Autor Suidas. ¶ Dion Prusieus, sophista & philosophus, cognomento Chrysostomus, prodibat in publicum amictus pelle leonis. Apud Trajanum plerunq; vixit, cujus familiaris fuit, eodemq; curru dignatus. Scripsit pro Homero cōtra Platonem libros XXII. De virtutibus Alexandri magni libros decem. Præterea Anemundus esset interiturus. De cunæ laudibus. De luctibus Herculis. Hæc Suidas.

Dionē, es, *Διώνη*, Vna ex nymphis, Oceani & Tethyos filia, (ut quidam perhibent) Veneris ex Iove mater. Vnde & Dionæa, *Διωναία* dicta est. Virg. 1. Aen. Sacra Dionææ matri divisq; ferebam. Et ibi Fece Dionæ processit Cæsaris astrum.

Dīōnē, *Διώνη*, Vrbs Cypri, Steph.

Dionysiā, *Διονυσία*, Vrbs Italiæ. Est & Dionysias, Steph.

Dionysias, *Διονυσιάς*, Insula est quam alter Naxum vocant, à vinearum fertilitate sic dicta. ¶ Zis & gemma, mistis nigro rubentibus maculis, quæ in aqua trita saporem vini facit, abstersa restituere existimatur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Dionysopolis, *Διονυσόπολις*, civitas in Ponto, Graci, ægroi, prius dicta, ab aquarū defluxu quum verò postea Dionysii simulachrum è mari ad locum appulisset, nomen inde recepit. Sunt etiam Cranii regio quædā occidentalis sub imperio regis. Secunda est Parygiæ ab Attalo & Eumene condita, qui Dionysii simulachrum eo loco reperierunt. Tertia Indiæ quarta, Lybiæ quinta, Thraciæ. Stephanus, v. de ORYNOS.

Dionysiopolis, penult. cor. *Διονυσιούπολις* Stephano, Thraciæ urbs est, autore Plin. lib. 4. cap. 11. & Mela lib. 2.

Dionysius, *Διονύσιος*, Germ. Nachdem der Gott des Weins Bacchus Vng. Nachdem Gott, Bakkus.] Dictus est Bacchus: & Dionysia, *τὰ Διονύσια*, Bacchanalia, Bacchi festa. ¶ Fuit & hoc nomine philosophus Heracleotes, Zenonis Stoici auditor, qui quū tetano morbo laboraret, cruciaretur; cruciatu impatibili, succumbens dolori clamabat, falsa esse quæ à Zenone didicerat. Zeno enim, & Stoici hoc omnes habent dogma, dolorem scilicet nō esse malum, sed indifferentem. ¶ Fuerunt præterea hoc nomine duo Syracusanorū Tyranni, quorū superior quū Carthaginiensē prorā Sicilia expulisset: & bonam partem in arce Ithaliæ in domicilium recepisset, tandem à Carthaginiensibus superatus, fraude occiditur. ¶ Huic successit filius ejusdē nominis, qui quū civitatem Syracusanā cædibus replesset, expulsus est. Iterumq; receptus, quū crudeliorem se præstitisset, tertius extortis Corinthum in exilium profectus est: ubi in sordidi ludimū viri gerens desedit, in pupinis, lupanaribusq; residens, ut contemnendus magis, quàm metuendus videretur. Vnde proverbialis allegoria: Dionysius Corinthi *Διόνυσος ἐν Κορίνθῳ*, qua significamus aliquē è summa dignitate atq; imperio ad privatum, humilemq; redactum fortunam. Cicero Attic. lib. 9. Quintil. Orat. Inst. lib. 9. & Plutarchus: Nouissimè scholas magistrum professus, puerorum trivio docendorum quoniam vitis imperare nō poterat, sibi em pueris imperavit. Erat enim eruditus, utpote Platonis auditor olim. Interrogatus jam exul, quid è philosophia profuisset: Sapienter respondit. Vtque quo animo ferrem talem fortunæ mutationem. Regnavit hic annis triginta octo. Natalibus autor est, regiam Dionysii pulvere cinctam fuisse, propter eorum multitudinē qui geometricas in pulvere figuras describebant. Ambo tamen & pater & filius philosophi, Platonem præceptorem audierunt. ¶ Dionysius dialecticus, è Bithynia, commemoratur Strabone libro 12. ¶ Dionysius Corinthius, ut Suidas scribit: ut alii, Afer, ex Byzantio Africæ civitate, temporibus Augusti scripsit Geographiam versibus hexametris. ¶ Dionysius Alexandrinus Grammaticus, pervenit ad Trajani tempora, cujus bibliothecæ & epistolis præfuit: præceptorem habuit Chæremonem philosophum: cui in schola Alexandrina olim successit. Autor Suidas. ¶ Dionysius Milesius historicus, scripsit res Persicas, & quæ post Darium secuta sunt, aliaq; à Suida commemorata. Philostratus hunc inter sophistas annumerat, eumq; tradit, Adriano principi ob ingenium acceptum fuisse, à quo Satrapes factus, adscriptusq; inter equites. ¶ Dionysius Halicarnasseus, Augusti temporibus Romanam scripsit historiam, ut Suidas testatur: scripsit etiam de charactere dictionis antiquorū oratorum. Præterea de compositione orationis, & elocutione, quomodo liant Epithalamia, Epitaphia, Panegyrici, quę Theodorus Gaza in Latinam orationem convertit. ¶ Dionysius, Heracleonis filius, tyrannus apud Heracleam & Antiochiam regnavit, ut autor est Strabo lib. 12. ¶ Dionysius Arcopagita, Præsul Atheniensis, Pauli discipulus, ut scribitur in Actis Apostolorum, solus Paulo concionante è philosophis qui aderant, credidit. Hic quum esset in Aegypto, quò se disciplinæ causa contulerat, videretque eclipsim nulla ratione, quum Christus passus est unà cum Apollophane sophista præceptore suo dixit: Aut Deus naturæ patitur, aut machina hæc dissolvetur. Scripsit ad Timotheū præsulem Ephesi, de Divinis nominibus libros XII. de Hierarchia cœlesti, de cœlestibus ordinibus: præterea alia complura opuscula, ut autor est Suidas. ¶ Dionysius, Corinthiorum præsul sub M. & L. Antoninis, doctrina, sanctitateq; clarus, scripsit epistolas quasdam valdè laudatas, ut autor est Hieronymus. ¶ Dionysius, præsul Alexandrinus, Origenis discipulus, cujus opera memini Hieronymus.

Dionysius, [*Διόνυσος* Germ. Gestern, gestern, bin man zum Bacchus gehen hette. Pol. *Χθιζὰ μὲν ἐσπούδαζε βίον τὸν ἐπὶ τοῖσι πρώτοισι, ἐφ' ἡδονὴν καιρὸν, χθιζὰ δὲ βακχᾶν καιρὸς ἐγένετο.* Vng. *Gistern hatte er gute zeit gehabt, gistern hatte man zum Bacchus gehen wollen.* Arg. *Hodie dives appetebat, heri ebrietatem.*] Festa erant Athenis in honorē Dionysii instituta, quæ & Bacchanalia vocantur: idem enim Dionysius, qui & Bacchus. Ea erant duplicia: altera vetustiora, quorum sacra celebrata in Acropoli, (ubi antiquissimum erat Dionysii templum, quod in Limnis dicebatur) idq; duodecimo die mensis, quem ille *ἀνθεστηριῶνα* vocabant. Altera recentiora, quæ & Attyca *Διονύσια*, circa Bacchum: hæc est urbica, quæ in nova urbe celebrabantur, quæ sub Acropoli sita fuit.

Diophānēs, penult. cor. *Διοφάνης*, Nomen viri Bithyni, de quo Cælius. Diophanes Bithynus Vticensem totū Dionysii Punici Magonis interpretem, permulta dictatum volumina, lex epistolarum circumscripsit. ¶ Diophanes item Mitylenæus, Rhetor fuit inclytus, Gracchorū præceptor. Cicero in Bruto: Fuit Gracchus diligentia Corneliæ matris à puero doctus, & Græcis literis eruditus. Nam semper habuit exquisitos, è Græcia magistros, in eis jam adolescens Diophanem Mitylenæum Græcæ tempore illis disertissimum.

Diopœnus & Scyllis. Cretenses, antequā Cyrus apud Persas regnaret, Syriorum se continuere, quæ diu fuit officina omnium metallorum pictura, tum pseudoque marmori cluxerunt. Ex Plin. lib. 36. cap. 4.

Diōres, nomen proprium viri, quem Turnus interemit, apud Virg. lib. 12:

> Turnus equo dejectum Amycum fratremq; Diōrem,
> Congressus pedes, hunc venientem cuspide longa,
> Hunc mucrone ferit, cristisq; abscissa duorum
> Suspendit capita, & roranta sanguine portat.

Dioryctus, *Διώρυκτος*, locus est Acarnaniæ, trium stadiorū longitudine, ubi Leucadia insula olim opera accolarum à continenti fuit abscissa, eidemq; reddita venientium fluctu cōgerieni arenæ accumulantium. Autor Plin. lib. 4. cap. 1.

Dioryctus, nomē insulæ quæ est à continenti abscissa *διορυκτὸς*.

Dios Hieron, *Διὸς ἱερὸν*, id est, Jovis templum. Oppidulum est Ioniæ inter Lebedum & Colophonem, Steph.

Dioscōrīdes, *Διοσκορίδης*, Anazarbeus medicus, M. Antonii & Cleopatræ familiaris, cujus extant de Materia medica libri VI. Item de Lethali, veneni, eorumq; antidotis liber 1. De morsu canis rabidi, liber 1. De equis, quę morsus sive ictus venenatorū animalium sequuntur, liber 1. De eorum curatione, liber 1.

Dioscōrīus, *Διοσκόριος*, Myrcus Grammaticus, præfectus Prætorii Leonis Imperatoris, ac præceptor filiarū ejus. Autor Suidas.

Dioscoron, Insula, est in finibus Italiæ, è regione Lacinii promontorii;

montorii, x. M. pass. distans à continenti. Plin. lib. 5. cap. 10.

Dioscūri, Διόσκουροι, ἥμίθεοι, à Græcis dicuntur Castor & Pollux, quasi Iovis filii. Antiquitas credidit hos salutares esse navigantibus, si gemini apparerent (apparent autem ignis specie, antennæ aut malo insidentes) contrà tristes, si singuli apparerent. Διόσκουροι id est, Dioscuri, apud Græcos (inquit Cicero lib. 3. de Nat. deor.) multis modis nominantur. Primi tres qui appellantur Anaces, Athenis ex rege Iove antiquissimo & Proserpina nati, Trinopatreus, Eubuleus, Dionysius. Secundi Iove tertio nati ex Leda, Castor & Pollux. Tertii dicuntur à nonnullis Aleo & Melampus, Esmolus, Arreti filii, qui Pelope natus fuit. Hæc Cicer. ¶ Berosus qui Phœnicum linguam Phœnicem vocatus est, ante Trojana tempora historiam Phœnicum lingua exquisitissimè conscribens, prodit à Sedoch Dioscuros natos, aut Gabiros, aut Cabantes, aut Samothracas, quorum nati herbarum vires, & cantus ac medicinam invenerūt. Vide Eusebium lib. 1. de præp. Evang. cap. 7.

Dioscurĭas, Διοσκουριάς, Vrbs fuit in Colchide, nunc deserta, quondam adeò clara, ut nonnulli prodiderint, in eam trecentas nationes quæ dissimilibus linguis uterentur, descendisse, & postea à Romanis centum triginta interpretibus negotiationem ibi gestam fuisse. Autor Plin. lib. 6. cap. 5.

Dioscurum, Vicus in Libya est, ubi Dioscuri Paridem persecuti, Helenam rapuerunt, Steph.

Diospŏlis, Διόσπολις, Ægypti civitas, Hecatompylos quādoque dicta, ab Osiri & Iside condita. Sunt & aliæ Iovis aliis hoc nomine in Ægypto quatuor præter hæc pusillæ civitates. Stephanus etiam alias duas commemorat ejusdem nominis urbes, quarum alterum in Lydia, alterum in Palæstina collocat.

Diŏxippus, Διόξιππος, Nobilis athleta, quem Plin. libro 35. cap. 11. refert, citra pulverem ex Olympiis victoriam reportasse. ¶ Alius ejusdem nominis Poëta comicus, cujus fabulas commemorat Suidas. ¶ Alius miles Alexandri Magni, mira fortitudine, qui provocatus à Corrago militem Macedone, clava eum occidit. Autor Ælianus.

Diphĭlus, Δίφιλος, Poëta. Νεοφύτου πρόσωπον.] Architectus fuit, in perducendis ad finem operibus tardissimus: adeò ut locum fecerit proverbio: Diphilus Diphilo tardior. Cicer. ad Quint. Frat. lib. 3: Apud herum rectè erat in Manliano offendi Diphilum Diphilo tardiorem. Locus erat proverbio, quoties volumus significare aliquem natura tardum, magnum solitæ negligentiæ cumulum adjecisse.

Diphri, Δίφρι, Vrbs Phœnicum, Steph.

Dipnĭas, Δίπνιας, Vrbs Thessal. circa Larissam, ubi ajunt Apollinem primùm esse pransum, quum ex Tempe purgatus rediit. Stephan.

Diperinus, Scyllis frater, qui ambo, teste Plinio, in Creta insula geniti, etiamnum Medis imperantibus, priusq; quàm Cyrus in Persis regnare inciperet: hoc est, Olympiade circiter L. primi omnium marmore fulgendo inclaruêre. Primùm Sicyonem se contulêre, quę diu fuit officinarum omnium metallorum patria, ut ait Plin. lib. 36. cap. 4.

Dipœcē, Vrbs Arcad. æ, Steph.

Diplŏn, ontis. Fluvius est Ciliciæ ex Tauro profluens. Lucan. lib. 8. tantoq; videt Diplonta cadentem, &c.

Dirades, Διράδες, Pars tribus Leonidis, à Dirade quodam dicta, Steph.

Dirbæ, Δίρβαι, locus est Scythiæ, in quo Theos civitas est, si rectè legitur apud Stephanum.

Direcēus, cum æ diphthongo, Διρκαῖος. Dicitur Aonius, sive Thebanus. Nam pars Bœotiæ in qua fons est Dircę, Dircea cognominata est. Et apud Virgilium, Amphion Dircæus dictus est id est, Thebanus.

Dircē, Δίρκη, Nomen uxoris, Lyci Thebarum regis uxoris, quam ille duxerat repudiata Antiopa. Sed hæc veritus ne Antiopam revocaret, impetravit à marito ut posset illam in vinculis detinere. Antiopa verò tempore partus soluta gemellos quos ex Iove conceperat ut suprà dictū est, peperit, Amphionem videlicet & Zetum, qui postea Lycum interfecerunt. Dircen verò caudæ adornatu equi alligārūt. quæ diu ita per terrā raptata, tandem deorū commiseratione in fui nominis fontē conversa est, non procul à Thebis. Propertius lib. 3. Tu reddis pueris matrem, puerisq; trahendā Vinxerunt Dircen sub truci cornua bovis. Lucan. li. 3: Fœdata Cephisos aqua, Cadmeaq; Dirce. Ab hoc fonte Thebani dicti sunt Dircæi. ¶ Alia fuit Dirce Babylonia, quæ sua forma tumens quū Palladi convitiaretur, inter lavandum in piscem cōversa est. Ovid. lib. 4. Metam. Dircę quam vestam squamis velantibus artus Stagna Palæstini credunt colu isse figura.

Dircennă, Fons est gelidissimus in Hispania Tarraconensi, non procul à Bilbili. Martial. lib. 11. Avidam rigens Dircenna placabit sitim.

Dirę, Δίραι, Promontorium & urbs ejusdem nominis juxta Aethiopiam. Est & civitas Athenaiensium socia, Steph.

Dirys, Mons est Mauritaniæ, quem propter altitudinem, cœli columnam vocaverunt. Meminit hujus Plin. lib. 5. cap. 1, ubi Dyris scribitur per y Græcum.

Dirphys, Δίρφυς, Mons Euboeæ, ubi Dirphya Iuno colit, Steph.

Dis, ditis, Deus divitiarum, qui à Luciano claudus fingitur in accessu in recedendo autem alatus, quòd divitiæ longissimo tēpore parte, nisi cautè dispenses, quàm velocissime labantur. Πλούτων. Fingitur etiam cæcus, quòd nullo prorsus judicio indignissimum quemq; maximè opibus onerat, digniores præterit. ¶ Dis etiam creditur esse inferorum deus, quòd divitiæ ex intimis terræ visceribus effodiantur. Græcè πλοῦτων dicitur. ¶ Ponitur etiā Dis pro divite, πλούσιος. Terent. in Adelph. Dis quidem esses Demea, ac rem tuam constabilisses. Hinc Ditior & ditissimus. Cic. de Amic. Ditior mihi & affluentior, videtur esse vera amicitia. Idem Parad. Vt quisque, quod plurimi est, potitur, ita ditissimus habendus est.

Dithyrambus, Διθύραμβος. Vnus Thebani nomen, qui primus hymnos invenisse creditur, qui in honorem Bacchi solent decantari: à cujus nomine ipsi etiam hymni dithyrambi credūcantari appellati. Horat. lib. 4. Carm. Seu per audaces nova dithyrambos Verba devolvit, numerisq; fertur Lege solutis. Quāquam & ipse Bacchus Dithyrambus est cognominatus, διὰ τὸ δὶς θύρας βακχεύσασθαι, quòd per duas velati portas in vitam ascenderit. Bis enim natus creditur, ex utero matris Semeles, & femore Iovis. ¶ Hinc locus factus proverbio: Non est Dithyrambus ille bat aquam. οὐκ ἔστιν οὗτος διθύραμβος, οὐδὲ οἶνος. Non adest hilaritas, quum deest vinum. ¶ Sumptum & illud est à Poëtis dithyrambicis, qui Baccho afflatu, furebant. Minus habes mentis quàm dithyramborum poëtæ, διθυραμβοποιῶν ἐκφρονέστερος ἔχεις τὰς διανοίας. In stupidos ac furiosos torquebatur.

Dizeres. Vide ζῆρες, in Steph.

Dizērus, Δίζηρος, Vrbs Illyriæ: dicta nimirum διὰ τὸ δίζησθαι, τῶν ἀνθρώπων, quòd ille quæsita sit Medea, Steph.

D ante O.

Dŏbĕris, Δόβηρις, Vrbs Paeoniæ, Steph.

Docimeum, Δοκίμιον, Vrbs Phrygiæ, Steph. Vide SINADA & SYNNADA.

Doclea, Δόκλεια, Civitas mediterranea Dalmatiæ apud Ptolomæum li. 2 cap ult. ¶ Hujus incolæ dicti sunt Docleatæ, quorum meminit Plin. lib 3 cap. 22.

Dodonă, penult. prod. Δωδώνη, Civitas in Chaonia, regione Epiri, juxta quam propinquum erat nemus Iovi sacrum, quernum totum, ubi Iovis Dodonæi templum fuisse narratur, & in eo oraculum omnium quæ apud Græcos fuerunt vetustissimum. In hoc duas columbas consultantibus responsum dedisse quidam fabulantur, quarum altera Delphos, altera verò in Ammonis Iovis templum volavit: alii arbores ipsas vocales fuisse volunt, & consulentibus oracula edere solitas. ¶ Dictam autem volunt Dodonam à nympha quadam marina ejusdem nominis autore, ut alii placet, à Dodone quodam, Iovis & Europæ filio. Vide Stephanum.

Dŏdonæus, a, um, Δωδωναῖος, ut Dodonæus Iupiter, qui in Dodonæo templo colebatur. ¶ Item Dodonæum æs, δωδωναῖον χαλκεῖον, tintinnabuli quoddam genus dicitur, noctuq; continuò crepitans: unde & ad homines jusso loquationes proverbio trāsferri solent. Autonius: Nec Dodonæi cessat tinnitus ahenæ.

Dodonĭdes, Δωδωνίδες, Nymphæ (ut Pherecydes autor dicitur) Liben paris nutrices, à Dodona Epiri civitate. Hæ & Atlantides vocantur, quarum nomina sunt, Ambrosia, Eudōra, Pasithoë, Coronis, Plexaure, Pycho, Tyche.

Dodractum, Hiberniæ Vrbs, vulgò Dorsch.

Doeantes, Δοίαντες, Campus Phrygiæ. Aemonem enim & Doëantem fratres fuisse ajunt, à quibus Doëantium & Aemonium nemora dicta sunt, Steph.

Dolbă, Δόλβα, Vrbs Adiabenæ, Steph.

Dolichē, Δολιχή, Vulgò Kearo, Insula est XVII. M. passuum à Naxo distans, tamdem ipsa in longitudinem patens cum oppidis duobus, tertio amissis: quæ priùs Icaros dicebatur: unde nonnulli nomen manifestum putant per ῦ. quàm ab Icaro Dædali filio. Ea etiam Macris, & Ichthyoessa aliquando vocata est. Plin. lib. 4. cap. 12.

Dolichene, Δολιχηνή, Vrbs Comagenæ, Steph.

Dolichiste, Δολιχίστη, Ptolemæo, Insula est in mari Lycio, contra Chimæram promontorium, Plin. lib. 5. cap. 31.

Dŏlĭchnēs, Δολιχνῆς, Incolæ Cyani, aliàs Dolici, vel Dolioni, Steph. vide SCYMVS.

Dŏlon, Δόλων, Proprium nomen viri Trojani, egregia pecum pernicitate præditi, qui quum in castra Græcorum speculator missus esset, à Diomede & Vlysse deprehensus consilia Trojanorum spe conservandæ vitæ illis aperuit: quem tamen ut proditorem, falsa spe delusum occiderunt. Virgil. 12. Aeneid. Antiqui proles bello præclara Dolonis.

Dŏlonci, Δόλογκοι, Populi Thraciæ, ita dicti à Dolonco fratre Bithyni, Stephanus.

Dŏlŏpes,

Dŏlŏpēs, pen. cor. Δόλοπες, Populi Theſſaliæ, in extremis finibus Phthiotidis, quibus Peleus (cujus imperio parebant) Troiani belli tempore Phœnicem præpoſuit: ut ex Homeri ſententia refert Strabo, lib. 9. Virgil. lib. 2. Aen. - quis talia fando Myrmidonum, Dolopúmve, aut duri miles Vlyſſi Temperet à lachrymis? Plin. lib. 4. cap. 2: Dolopas in Aetolia cõſtituit.

Dolŏpēĭus, a, um, Valer. 1 Arg. - vidiſſe putãt Dolopeia hoſtia.

Domĭtus, Plures apud Romanos, Cn. Domitius, L. Domitius, Domitius Nero, Domitius Aenobarbus. Vide Suet. in Ner.

Domĭtii civitas, Δομίτιον πόλις, in Iſauria eſt. Steph.

Don, Δὼν, Flumen, à quo Dodonam aliqui dictam putant. Stephanus Dodona.

Donĕtēnus, Δονητηνός, Gens Meſſeniæ. Steph.

Dŏnūsĭa, Δονῦσα, Inſula parva Rhodum inter quam Dionyſius Apollodorus ex Naxo trajiciebat, quum Minoe pater eam perſequeretur. Vnde corruptum vocabulum videtur pro Dolichia. Stephanus.

Dŏnўsa, Δόνυσα, Inſula eſt in mari Aegeo, una Sporadum, cujus meminit Virgil. lib. 3. Aeneid. Linquimus Ortygiæ portus, pelagoque volamus, Bacchataque jugis Naxos, viridemque Donyſam.

Dŏrā, Δώρα, Inſula eſt in Perſico, Steph.

Dorcēus, ου, Δορκεύς, ab Ovidio 5. Metam. numeratur inter canes Actæonis. Inde (ſuperbi) ruunt: alii rapida velocius aura, Pamphagus, & Dorceus, & Oribatus, Arcades omnes.

Dorĭlēum, Δωρίλεον, Phrygiæ civitas, Steph.

Dorĭon, Δώριον, Oppidum eſt Peloponneſi juxta quod Thamyras citharœdus Muſas ad cantus certamen provocavit. Meminit hujus oppidi Plin. libro 4. cap. 5. Item Lucanus lib. 6. Pirleos, & Dorion ira Nobile Pæmidum. ¶ Eſt & ejuſdem nominis oppidum in Magneſia apud eundem, lib. 4. cap. 10. ¶ Tertium item in Ionia, minoris Aſiæ regione, apud eundem lib. 5. cap. 29.

Dōris, idis. [Δωρὶς. Germ. Ein Landſchafft in Griechenland.] Græciæ regio eſt juxta ſinum Maleacum, quæ à tergo habet Oetam montem, in qua tres Dori, vel Dorienſes, celebrium Dorum, Δωριῆς, appellantur. ¶ Inde denominatum Dorium: ut, lingua Dorica, qua regionis ejus populi utebantur. Dores ante Achivi dicebantur: poſtea Dores dicti à Doreo quodã (ut Placo autor eſt 3. de Legib.) qui ejus regionis canes reſtituit: aut (ut Servio placet) à Dorõ Neptuni filio: aut certe à Doride Oceani & Tethyos filia. Ab his originem traxerunt Aſiæ populi, in ora Cariæ, ad mare Carpathium, quorum regio etiam Doris appellata eſt.

Dorĭi, Δωριεῖς, & Dorienſes, ſive Dories Δωριῆς. Populi ſunt Achaiæ, ſic dicti à Doride regione Græciæ juxta Maleacum ſinum, cujus à tergo mons eſt Oeta. ¶ Sunt & ejuſdem nominis populi in Aſia Cariæ vicini, ad Carpathium mare, à ſuperioribus oriundi, quorum frequens eſt mentio apud Herodotum lib. 1.

Dōris, Δωρὶς, Nympha maris, Oceani & Tethyos filia, quæ Nereo fratri nupta, immenſam vim mannarum Nymphãrũ peperit, quæ à nomine patris Nereides appellatæ ſunt. ¶ Nõnnunquam pro ipſo mari. Virg. in Gallo: Sicubi quum fluctus ſubtexere cœperit Doris amara ſuã non intermiſcear undam.

Dorĭſcŏs, Δωρίσκος, Locus littoralis Thraciæ, ferè ex oppoſito Samothraciæ, a Doride nympha appellatus, cujus capacitatem Xerxes numeravit, aut potius demenſus eſt exercitus ſui multitudinem. Erat enim capax CXX. M. hominum. Autor Plin. lib. 4. cap. 11. & Herod. lib. 7.

Dōrĭsis, Luſitaniæ fluvius, ad quem portus eſt, & civitas, ut eſt apud Ptolemæum.

Dorŏcŏrētēs, Δωροκορῆται, Vrbs Galatarum Aquilonarium, Steph.

Dortĭum, Δόρτιον Ptolemæo cap. 9. libro 3. Moeſiæ ſuperioris urbs eſt, ad Danubium.

Dōrŭs, Δῶρος. Germ. Ein Sohn Neptuni, welcher in der Landſchafft Theſſalien gehauſet hat: welche hernach von ſeinem namen Doris iſt genennet worden.] Neptuni filius, qui in Doride Græciæ regione regnavit, à quo ipſi etiam populi, Dori appellari putantur, ut ait Servius in illud Virgil. 2 Aeneid. - juvat ire, & Dorica caſtra, Deſertosque, &c. ¶ Eſt etiam eo nomine urbs quædam Phœnices, apud Joſephum: cujus cives Dorite appellantur, teſte Stephano: qui in Caria ejuſdem nominis urbem collocat.

Dōrўclus, Δωρύκλος, Filius Priami, nothus, Vt ſcribit Homer. lib. 11. Iliad. quem Ajax interemit. ¶ Alter fuit Dorycius, frater Phinei regis Thraciæ, de quo Virg. lib. 3. Et Deriphĕ limaci conjunx longæva Dorycli. Et paulò pòſt: - non hæc Rhœteia, marte, Et Dorycli conjunx, &c.

Dōrўlæum Δωρύλαιον Stephano, teſte Plin. lib. 5. cap. 29. oppidum eſt Phrygiæ, non procul ab Hermi aurifeti fluminis fonte: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Dōrўlas, Δωρύλας, Nomen Naiadis cujuſdam potentiſſimi, unius ex iis qui Perſen in aula Cephei vim inferre conati, ab illo ſunt interfecti. Ovid. 5. Metam. Et Naiadum laci Dorylas dinumerat agri, Dives agri Dorylas: quo non poſſederat alter Fertilius, aut totidem tolerat farris aceryos. ¶ Eſt item Dorylas Centauri nomen, apud Ovid. 12. Metam.

Dōrўlaŭs, Δωρύλαος, Vir Cretenſis, rei militaris peritiſſimus, & Methridati cognomento Evergetæ magna familiaritate deditus: cujus res geſtas vide apud Strabonem lib. 10.

Dorylus, Vnus ex Centauris.

Dōrium, Δώριον, Vrbs Theſſaliæ, in quam Guidii migrarunt, quorum regio Guidia vocatur, à Dotia Elari filiaſue dicta, vel à Dotide vel Dotho, Steph.

D ante R.

Drăhēcĭus, Δρᾳκήϊος, Thraciæ regiuncula, Steph.

Dracæna, Δρακαινα cum diphth. Draconis fœmina, quæ Draco dici quoq; poteſt.

Drăco, [Δράκων. Ger. Ein rauher Geſetzgeber der Athenienſer.] Antiquiſſimus Athenienſium legislator, cujus leges Solon, præterquam quæ de cæde erant conſcriptæ, abrogandas curavit, propter levitatem. Nam una omnibus pœna conſcripta erat, ut etiam qui delitiæ damnati eſſent, aut qui olera furripuiſſent, capite plecterentur. Ob quam cauſam Demades dicere ſolebat: Draconem non atramento, ſed ſanguine legeſſe ſcripſiſſe. Vide Gell. lib. 11. cap. 18.

Dracŏnigĕnæ Δρακονιγενῆς. Ex dracone geniti: quo ejecto à Perſis nocantur Thebani, Bœotiæ populi: propterea quòd qui Cadmo in ea urbe ædificanda adjutores fuerunt, ex iis draconis dentibus nati ferantur. Ovid. 3. Metam.

Dracōnis insula, Δρακοντος νῆσος, in Libya eſt, Steph.

Dracōnum Δρακόντων, mons & civitas in Icaria insula, Steph.

Dracus, Achæorum dux, à L. Munio Romanorũ duce victus. Ejus rei Liv. lib. 32: Cum Achæis (inquit) qui in auxilio Bœotius & Chalcidenſes habebant, Quint. Cecil. Metellus ad Thermopylas bello conſlixit: quibus victis, dux eorum Critolaus, veneno ſibi mortem conſcivit. In cujus locum Dracus, Achaicarum primus autor, ab Achais dux creatus, ad Iſthmon à L. Mummio conſule victus eſt. Hæc Liv. lib. 32.

Drăgmus, Δράγμος, Vrbs Cretæ, Steph.

Drances, Δρᾶγκες, Orator Latini regis, infeſtiſſimus Turno Rutulorum regi, ut eſt videre apud Maronem lib. 11. Tum Drances idem infenſus, &c.

Drangæ Δράγγαι, populi ſunt Perſiæ, unde fœminino Drangis, Δράγγις, & regio Drangiana, Δραγγιανή, Steph.

Drangiana, Δραγγιανή, Provincia in Aſia majori, quam Ptolemæus ab Occaſu & Septentrione Aria & Bagao monte terminat: ab Oriente Arachoſia. Vide plura lib. 6. cap. 19.

Drĭŭsæ, Thraciæ populi ſunt, qui poſtquam recenſent naturam ſuorum calamitatum deflent, commemorantes omnia mala quæ vitam ingreſſos neceſſe eſt perpeti: contrà autem, de his quorum exequias ſumma celebrant alacritate, gratulantes ibi quòd tot malorum myriadibus ſemel ſint defuncti. Autor Herodotus.

Drĕpănă, Δρέπανα, Vrbs Lyciæ. Et Drepana in plurali numero, urbs Siciliæ, Steph.

Drĕpănē Δρέπανη, Phœnicia. ¶ Eſt etiam Drepane in Bithynia juxta Aſtacenum ſinum: item mons Aethiopiæ. Bubvenicam ſic dictam ajunt, à falce Saturni. Steph. ¶ Drepanis. Arift. [Δρεπανὶς. Pol. Morskie zatoke.] In mundo maritimi. Plinius lib. 10. cap. 30. & lib. 30. cap. 4. Item lib. 11. cap. 47. Vide Hirundo in APPELL.

Drepanum, Δρέπανον, Vrbs Libyæ: ſunt & duæ inſulæ circa Lebinthum, Stephan.

Drĕpănum, pro corr. [Δρέπανον. Germ. Ein Stadt in Sicilien nicht gar fern von dem Vorgebirg Lilybæo, iſt jetzt Trapano.] Vrbs eſt Siciliæ trans Lilybæum promontorium, non procul à Monte Erycino dicta à curvo ſui inſtar falcis. Δρέπανον enim falx dicitur: vel ab eo quòd Saturnus amputatis virilibus patris, illuc falcem projecerit. Ovid. lib. 3 Faſt. Quique locis curvæ nomina falcis habet. Virgil. 3. Aen. Hinc Drepani portus, & illætabilis ora. Accepit, &c.

Dresdă, Vrbs Myſiæ, Vulgo Dreſen.

Dresĭa, Δρεσία, Vrbs Phrygiæ, Steph.

Drilon, Δρίλων, Fluvius eſt Dalmatiæ, ex Scardonio monte oriundus trahens, circa medium ſuperioris Myſiæ. Vide Ptolemæ. lib. 2. cap. 17. & Plin. lib. 3. cap. 22.

Drilonĭus, Δριλώνιος, Vrbs magna, ultima Celticarum, Steph.

Drongilon, Δρόγγιλον, regiuncula Theſſaliæ, Steph.

Druentĭa, æ, Fluvius provinciæ Narbonenſis, in Rhodanum influens. Plin. lib. 3. cap. 4.

Druſilla, filia Herodis Agrippæ, quæ interfecit Jacobũ Act. 12. Soror Agrippæ poſtea regis Judææ, uxor Felicis præſidis Judææ. Act. 24. Joſeph. lib. 20. cap. 9.

Druſŏmăgus, [Δρουσόμαγος. Germ. Remmingen.] Rhætorum oppidum eſt apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 12.

Druſĭs,

Drusus, Vir Romanus, genere & eloquentia magnus, sed ambitiosus, & superbus. Catonis avus, de quo sic Cic. 4. de finib. Conferam autem avum, avum tuum Drusum cum Catone tuo: ferè æquali. Ad hos unus magnificentissimè dedit. Quæ tot in Alia nullis insignibus uti voluit, nequid ipse esset insignius: Tribunus plebis, Latinis civitatem, pleraq; agros, Equitibus curiam, Senatui judicia permisit. ¶ Fuit & ante hunc M. Livius Drusus, cognomento Salinator, qui urbi cum C. Nerone collegato in Consulatu Aserubalem vicit. Virg. 6. Aen. Quem Decios, Drusosq; protul, &c. ¶ Drusus item alius Ciceronis fodalis, de quo 1. de Nat. deor. sic scribit: Cur fodalis meus præfectus dom. suæ Drusus, &c. ¶ Fuit & hoc nomine Livia Augustæ filius, qui in Germania periit: de cujus morte extat Ovidii carmen consolatorium ad Liviam matrem.

Dryas, Filius Hippolochi, & pater Lycurgi, qui in bello Thebano Eteocli partes secutus, quum in pugna Pothenopæum Echecleidæ vulnerasset, à Diana tagittis occisus est. Scitum: Hoc vindicandum Dryantæ movet, &c.

Dryades, [Gall. Waldgöttin.] Nymphæ sylvarū præsidentes, à Græco nomine sic dictæ, quod quævis propriè quercū significet. Ceterum tametsi ceperint tum pro quovis arbore. Virg. 1. Georg. Ferte simul Faunique pedem, Dryadesque puellæ. Hamadryades autem dicuntur singularum arborum nymphæ, quæ cū natæ, tum & occidere dicuntur: cujusmodi delatrix Ovid. lib. 8. Metam. quercus annosa ab Erisichthone furtivis interempta.

Dryantides, Dicitus est Lycurgus Thraciæ rex, à patre Dryante. Ovid. in Ibin. Vegue Dryantiadæ Rhodopeia regna tenentis.

Dryidæ, [Ger. Die weisen und gaistlichen bey den alten Galliern.] sive Druidæ, sive etiam Druides, dicti sunt Gallorum sacerdotes, qui de rebus gentis controversiis constituebant. Nomen habere creduntur a dictione δρῦς, quæ olim quævis arborem: hodie vero peculiariter quercum significat, cujus arborum: hodie vero peculiariter quercum significat, cujus arborum maximè lucis versabantur. Plin. lib. 16. cap. 44. Nihil habent priscæ illi Galliarum appellant magos, &c. Cæs. lib. 6. bell. Gall. De deorum rebus divinis inter sese, sacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur. Ad hos adolescentium numerus disciplinæ causa concurrit, magnoque sunt apud eos honore: nam fere de omnibus controversiis publicis, privatisque constituunt. Si quod est admissum facinus, si cædes facta, si de hæreditate, de finibus controversia est, iidem decernunt, præmia, pœnasq; constituunt. Vide de his plura apud Cæsarem, quæ hic brevitatis causa omittimus. Hanc religionem (inquit Suetonius) sub Augusto interdictam, Claudius imperator quia nimis pertinax abolevit. Pro iisdem etiam dicimus Druides, Druidū, per tertiam declinationem. Cæsar bell. Gall. lib. 6. Sed de his duobus generibus alterum est Druidum, alterum Equitum. Et paulò pòst: His autem omnibus Druidibus præest unus, qui summā inter eos habet auctoritatem.

Dryæ, vicus, πανσανίας, procul à Pontica Trapezunte, Stephan.

Dryme, Vibs Libyæ, Steph.

Drymia, Vrbs Phocidis, Steph.

Drymussa, Insula Ioniæ, Steph.

Drymodis, Peloponnesi regio mediterranea, postea Pelasgia, & novissimè Arcadia dicta. Paus. lib. 4. cap. 6.

Dryope, vel, urbs circa Hæmoniā: Dryopes autē circa Oetam, a Dryope Eurypyli filia dicti sunt, Steph.

Dryopes, Populi Epirotici, de quibus Strabo lib. 8. & 11. Virgil. 4. Æneid. Cretesque, Dryopesque fremunt, pictiq; Agathyrsi.

Dryopia, regio Dryopum circa Trachinam, Stephan. Vide CYLLENVS.

Drys, Vibs Thraciæ, & alia Oenotrorum: item vicus Lyciæ circa Arum fluvium, Steph.

Dryssus, vir Trojanus apud Homerum in Iliade.

Dryussa, Samos olim dicta est, Steph.

D ante V.

Dubis, Galliæ fluvius, Velaunionem Sequanorum oppidum medium secans, Dolamēque alluens. [German. Der Dub / ist ein fluß in Burgund / fleußt gen Chalon vnd Doll / heißt jetzt le Doux.] Meminit ejus Cæsar, lib. 1. bell. Gall. A' nonnullis Aldua fluvius appellatur.

Dubitapes, fictor egregius, qui vasa ex rubra creta primus finxit.

Duellonam, Bellonam antiqui appellabant, teste Varrone lib. 4. de Lingua Latina.

Duerona, Vibs Cadurcorū in Gallia Aquitanica, apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 8.

Duillius, sive ut a nō vocant) Duellius, Nomen civis Romani, qui primus Romæ navali certamine triumphavit. Is jam senex & trementi corpore, in quodam jurgio audivit exprobrari sibi os fœticum, & tristis se domum contulit. Quumque uxori quæstus esset quare non eum se monuisset, ut huic vitio mederetur: Fecissem, (inquit illa) nisi putassem omnibus viris tales olere. Cic. in Orat. Quid verò Ennius quàm quòd hominum etiam nomina contrahebant, quò essent aptiora numeris ut Duellium, bellum, & Duis, bis: sic Duellium cum qui Poenos classe devicit, Bellinos nominaverunt, quum superiores semper appellati essent Duellii.

Dulichium, Insula est in mari Ionio, non procul ab Ithaca, una ex iis quibus Ulysses imperabat. Virgil. 3. Aen. In medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos, Dulichiumque, Sameq; & Neritos arduus saxis.

Dulichius, a, um, Propertius: At quum Dulichias Pallas spectatur ad aras.

Dulopolis, [, Ger. Knechtstatt oder Knechtsgaugen.] id est, Servorum civitas, in Libya est. Alia Hieropolitum dicit, in qua omnis liber est. Ajunt & in Creta Dulopolin esse mille virorum. Est etiam parva regio in Aegypto hujusmodi nominis. Steph.

Dumatha, Vrbs Arabiæ, Steph.

Dumfurn, Ptolemæo urbs est Britanniæ, inter Austrum, & Occasum sita.

Dura, a [] Stephano, oppidum Mesopotamiæ, cujus incolæ dicuntur Durem, Ἀθηναῖοι.

Duram, Stephanus, Quidam putant esse nomen fluvii, circa quem gigantes turrim Babel fecerunt. Alii volunt esse campum. Unde est apud Danielem: In campo Duram statuit Nabuchodonosor statuam.

Duria, sive Dunas, Strabone, fluvius est Edetanorum, inter duo Tarraconensis Hispaniæ, Valentiam præterfluens, & in sinum Sucronēsem se exonerans. Plin. lib. 3. cap. 3. & Pomponius lib. 2. Salust. Turiam vocat, lib. 4. Historiarum: Inter leva morientium dextrum flumen Turia, quod Valentiam parvo intervallo præterfluit. Quam scripturæ rationem in Claudiano quoq; observavimus, qui sic habet: Fluvius & rolcis formosa Turia tuis Phocas, aliiq; nonnulli non incelebres Grammatici, omnes hac neutro genere efferendum contendunt, quemadmodum & Mulucha, pro Africæ fluvio. ¶ Est & alter ejusdem nominis fluvius in Iacete Occidentalis Hispaniæ, per Vettones, & Vaccæos in Oceanum influens, teste Strabone lib. 3. Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Douam appellat. Plin. item libro 3. cap. 16. Dumas quos commemorat ex Apennino ortos, & in Padum influentes. Item alium in finibus Germaniæ, Suevos à Carnuntis dirimentem. lib. 4. cap. 12.

Durropus, Vrbs & regio Macedoniæ, Steph.

Durocortorum, Galliæ Belgicæ urbs est Rhemorum metropolis, apud Ptol. lib. 2. cap. 9.

Dusare, Scopulus & vertex altissimus Arabiæ: sic dictus a Dusario deo, qui apud Arabes & Dachatenos colitur. Gentile, Dusenus, Steph.

D ante Y.

Dymas, Virg. 2. Aen. Ipse Iphitus oblatam per Lunam Hypanimq; Dymantis, Item Dymam, tribus Dorensium, Steph.

, Dymbrius, Vide THYMBRIA.

Dyme, Vrbs Achaiæ ultima ad occasum, quam Antimachus Cauconidem a Cauconе furia cognominat, Steph.

Dynamenē, Vide in Dante lubi molè colloca am est.

Dyndasima, Vrbs Cariæ, Steph.

Dyrbari, Populi ad Bactros & Indiam pertinentes. Vide plura apud Steph.

Dyrrhachium, [Vulgò Durazzo. Germ. Ein Statt in Macedonien am Adriatischen Meer gelegen.] Vrbs est in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico incumbit, distans à Brundusio CCXX. M. pass. trajectu. Dictum autem volunt Dyrrhachium à nomine ejus qui urbi portū adjecit: nam antea Epidamnus vocabatur, teste Plinio lib. 3. cap. 23. Hanc urbem Cicero exilii sui tempore amicissimam expertus est, & officiosissimam, in qua & commoratus est, donec Senatus consulto revocaretur. Vide plura apud Steph. cui alia hujus nominis Laconicæ urbs est, una ex centum: & Illyriæ regio Dyrrhachia, cujus incolæ Dyrrachi & Dyrrachieni.

Dyspontium, Vrbs Pisæ, à Dyspontio Pelopis filio, Stephanus.

Dystus, Vrbs Euboeæ, Steph.

E

Aantes, Nomen proprium historici Cyziceni, qui fuit eadem ætate, qua Pygmalion in Oriente regnabat.

Eanthis, a veteribus dictus est, qui postea Janus, qui ineunti anno credebatur præsidere. Sæpē enim antiqui secundā vocalem protectā ut aiebant, quod & ipsum testatur Quint. lib. 1. cap. 6. Quidnon æquoq; loco fuit, ut Meuerva, & Leber, & Magester, &c.

Earinus,

E'dirnis pen. cor. ἐδίρνις, Adolescentis formosi nomen apud Martialem, à Veretro dictum, quod Græci ἔδιρν appellant.

Edro, onis, Promontorium Pyrenæi montis. Item oppidum Vasconum. Vtrusq; auctor Ptolemæus, lib. 2. cap. 6.

B ante D.

Ebion. Hæreticus tempore Traiani Imp. docuit Christum esse tantùm hominem ex Ioseph & Maria natum, & observationē cæremoniarum Moysi ad salutem necessariam esse.

Eboracum, Ἐβόρακον Ptolemæo, Britanniæ civitas est, quam illi sua lingua vocant Iorc.

Ebroc, Ἔβρωκ, Vrbs in Chananæa Iudææ, gentile Ebronius. Steph.

Ebrōn, Ἔβρων, mons Palæstinorum, haud longè à Gaza Syriæ civitate.

Ebrus. Vide HEBRVS.

E'budes, insulæ sunt quinq; numero, in Oceano Britannico angusto freto divisæ, quarum incolæ (ut scribit Solinus) lacte solum & piscibus vitam agunt. A Plinio Hæbudes dicuntur: a Stephano ἀΐβουδες, diphthongo non aspirata.

E'burā, Ἔβουρα Ptolemæo, Ἔβορα Stephano, oppidum est Hispaniæ Baticæ, cujus meminit & Plinius lib. 3. cap. 1.

Eburones. [Ἐβουρῶνες Hodie Lodewijc. Vulgò Liege. German. Lüttichers.] Populi Galliæ Belgicæ, qui per triennium multos ex Cæsaris exercitu trucidarunt.

Eburonices. Populi sunt inter Celtas Aulercos, Lexovios, & Vnellos, reliquosq; maritimis civitatibus vicini.

Eburum. Ἔβορον Ptolemæo, Moraviæ oppidum est. Germani vocant Ebrūng in Mæhren.

E'būsus, οὖσος, Vulgò Ἰβίζα, Insula est in mari Balearico altera Pityusarum, quibus animal noxium gignere. Plin. lib. 3. cap. 5. Ebusi terra fugat serpentes, Colubrisq; parit odio infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram infrequentes. Habet hæc insula oppidum ejusdem nominis, à Phœnicibus (ut putatur) conditum, aut certè à Pœnis, qui à Phœnicibus originem duxerunt. Silius libro 3. Hamaque Ebusus Phœnissa movet, jamq; Arabus arma.

B ante C.

Ecmeda, sive potiùs Hecmeda, ἑκμήδη, apud Hom. lib. 11. Iliad. nomen est filiæ Antiphi, quæ capta Tecmessa, Aiacis prædam fuit.

Ecbatana, [ἐκβάτανα. Germ. Die Koͤnigliche Hauptſtatt in Media.] numero plurali, pen. corr. metropolis est Mediæ Magnæ, à Seleuco condita, teste Plin. lib. 6. cap. 14. Strabo lib. 11. Media in duas partes divisa, quarum alteram majorem vocant, cujus metropolis fuit Ecbatana civitas, & Medici imperii caput, nunc etiā Parthi Regia nuncupatur. Hujus urbis meminit & Cic. in Oratione pro Lege Manilia, de Mithridate loquens: Vsq; in Hispaniam (inquit) Ecbatanis legatos mittit ad eos duces quibuscum tum bellum gerebamus, quod & in ora Syriæ ejusdem nominis oppidum, in mōre situm, postea Carmelum appellatum cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 19.

E'chēmon, ἐχέμων, Priami filius, a Diomede occisus, Homer. Iliad. 5.

E'chēneus, per quatuor syllabas, & pen. prod. ἐχένηος, omniū Phæacum generosissimus, teste Homero lib. 7. Odyssææ.

Echetria, ἐχετρία. Vrbs Italiæ, Steph.

Echetla ἐχέτλα, Vrbs Siciliæ.

Echetra, ἐχέτρα, Vrbs Italiæ, Steph.

E'chidnādes. [ἐχιδνάδες. Ger. Zwo kleine Inſeln/gegen den Aſſaliſchen Acheloiſchen Mund gelegen/ da das Waſſer am allerſeichteſten iſt.] Exiguæ sunt insulæ, Acarnanicæ adjacentes, ex adverso ostii Achelōi fluminis, natæ ex arena & limo impetu Achelōi convecto, teste Plin. lib. 2. cap. 85. De Echinadibus pulchrè Thucyd. lib. 2. ubi de Acheloo Ovid. lib. Metam. 8. involutro fabulæ verum occultat, & ex Naiadibus factas insulas tradidit: quoniam hæ terræ fluvio adjectæ fuerunt. Statius lib. 2. Theb.

Turbidus objectas Acheloius Echinades exit. Lucanus: Cessus obliquat Echinades undis.

Seneca in Troiade decimat Echinas, æ, pen. prod. Quolibet vento faciles Echinæ. Lege Dulcinum in Steph. Qui etiam has insulas circa Actoliam esse scribit: & hoc nomen fortitas ab aspernitate, vel echinorum copia, vel Echino vate.

Echinon. Thraciæ urbs est ad Pegasæum sinum. Pomp. Mela lib. 2. in Thraciæ descriptione.

E'chinus, pen. prod. ἐχῖνος Stephano, Oppidum est Acarnaniæ, nō procul ab ostio Achelōi, quod Echinadibus insulis nomen fecisse putatur. [Ger. Ein Stadt nahe bey den zwey Inſeln Achelōi gelegen.] Meminit hujus oppidi Plin. lib. 4. cap. 1. q. Est item Echinus, oppidum in ora Phthiotidis ad Maliacū sinum, circa quod Spercheus in mare influit. De hoc Cicer. in Arato: Dicitur excelsis errans in collibus amens, Quos tenet Aegino defixa in gurgite Echinus. Recenseturetiam à Ptolemæo lib. 3. cap. 13.

Echion, pen. prod. ἐχίων, Vnus fuit illorum, quorum opera adjutus Cadmus, Thebas ædificavit: hic quo Ovid. 3. Metamor.

Hinc etiam ipsi Thebani à Poetis Echionidæ & Echionii passim appellantur.

E ante D.

Eddana, Ἔδδανα, Vrbs est ad Euphratem, à Phœnicibus habitata: dicta ab Eddano duce, Steph.

E'dessa, Ἔδεσσα, Civitas est Mesopotamiæ, sive (ut Plinius mavult) Syriæ Cœlen, olim Rages dicta, teste Hieronymo de Traditionibus Hebraicis. In hac Abagarus Toparchus regnavit, cujus extat ad Christum Epistola, & Christi ad eundem responsio: ut videre est apud Eusebium in hist. Ecclesiast. lib. 1. Hæc olim etiam Bambyce dicta est. Strabo: Trans Euphratem est Bambyce, quam & Edessam & Hierapolim vocant: in qua Atargatim Syriam deam colunt.

E'dessēi, Ἐδεσσηνοί, Ἐδεσσαῖοι, dicti sunt Edessæ cives.

Edidi, Ἔδιδοι, Populi Scythiæ, Steph.

Ediri, Ptolemæo, insula est juxta Orientalem plagam Hiberniæ Andros Plinio dicta.

E'dom [אדום Edom Hebr.] Rufus dicitur est, ob rufescentem rufelentumque colorem primo genita perdicis. Hebræi nanq; (ut Iosephus lib. 2. scribit) Edom rubeū dicūt. Vide & regio, in qua nati sunt Esau, Edom dicta est, quā Græci, ex Exonomastico nomine Idumæam, ἰδουμαίαν, denominaverūt. Hæc nunc regio (inquit Hieronymus) Gebalena dicitur, quæ est in finibus Petræ Heliopolitanos, ubi habitabat antè Chore, qui interpretantur foderunde & ipsa urbs postea tertia vocabulo est. Nunc vicinus Palæstinæ est à vicinorum loci impositio nomine.

E'don Ἔδων teste Servio, Mons est Thraciæ, aut certè Macedoniæ quæ Thraciæ proxima est, qui à Plinio lib. 4. cap. 11. appellatur Edonus.

E'dōni, Ἔδωνοι, vel Edoni, pen. longa apud Græcos enim per ω scribitur) Populi Edoni mōti vicini. Horat. lib. 2. Carm. Non ego sanum Bacchabor Edonis: recepto Dulcem mihi furere est amico.

E'donis, & Edonus, adjectiva de significatu quod Thrasius. Virg. 12. Aen. Aeve ut Edoni Boreæ qui spiritus alto Insonat Aegeo. Adhuc etiam mutē Statius dixit Edonas hyemes, pro frigore acerrimo, quale est in finibus Thraciæ.

E'donȳdes. [ἐδωνίδες. German. Vnſinnige Weiber/welche beym Bacchus ſeine Feſt hielten.] Mulieres bacchantes, quæ furore divino agitatæ, mysteria Bacchi celebrabant. Varius autem nominibus appellabantur: nam & Evantes, & Thyades, & Mimallonides, & Mænades, & Bassarides dictæ sunt. De his Ovid. Tristium in sylvis matres Edonidas omnes. Quæ viderē nefas, torta ad ē relegavit.

E'dōnis, idis, Ἐδωνίς, Civitas Phrygiæ, Commentariorum olim sedes, postea Antiochia dicta. Steph.

Edrei, Vrbs in Galatide regione, vicina lacui Gadareno, ad quam exsul est Og rex Basan, quę postea cessit dimidia tribui Manassæ, trans Iordanem. Num. 21. Ios. 13.

Edumæi, Ἰδουμαῖοι, vel Ἰδουμαῖοι, Populi Arabici, Stephan. Vide EDOM & IDVMAEA.

E'dūsim [Pol. Ἐδοῦσιν ἐπονομάζειν] ab edendo dixerunt veteres deam quæ esui præerat: quemadmodum Potinam, quæ potui. Autor Nonius.

Edyia, ἐδύη, apud Hesiodum in Theogon. Nymphæ nomen est, Oceani & Tethyos filiæ.

Edyme, ἔδυμη, Vrbs Cariæ, Steph.

E ante E.

E'ēriōn, onis, ἠέριων, Pater fuit Andromaches, & socer Hectoris, qui apud Thebas Cilicias imperabat, teste Homero lib. 12. Iliad. q. Hinc deducitur adjectivum Eetioneus, ἠετιώνειος. Ovid. 12. Metam. Fecisse caedes impleri sanguine Thebas.

E'ētiōnā, ἠετίωνα, Alterum ex Prasiæ promontoriis, Steph.

E ante G.

Hegēsia, æ, ἡγησία, Oppidum est citerioris Hispaniæ, nativi salis fodinis nobilitatum. Plin. lib. 31. cap. 7. In Hispania citeriore Egelasiæ cæditur sal glebis pedē translucentibus, cui jampridem palma inter omnia salis genera à plerisq; medicis perhibetur.

E'gēriā (inquit Festus) Nympha fuit, cui sacrificabāt prægnantes, quod eam putabant facile fœta utero ejicere. [Ger. Ein Göttin der ſchwangeren Weiberen.] Vide AEGERIA.

Egesimus. Philosophus, Evandri auditor. Cujus meminit Cicero Acad. quæst. lib. 4.

E'gēsta, ἔγεστα, Civitas in Sicilia, quā Aeneas condidit, & ab Acestæ matre Egesta nominavit. Erat autē Egesta filia Hippotæ Trojani, quā pater, ne matrimonio traderet, impositā navi exulare jussit & ventis committi, quæ tandē in Sicilia delata, a Crimisio amne cōpressa, Acestem peperit. Hæc postea Segesta dicta fuit & Segestani incolæ: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

Egiron. Vrbs inter Actolos & Peloponnesiacos, autor Pāpon.

E'gnātiā, ἐγνατία Ptolemæo, Vrbs est Apuliæ, ad mare Ionium, quæ hodie Gnatium dicitur.

Egra, ἔγρα Stephano, Oppidū Arabiæ, ad sinum Elanitici. Alia est ejusdē nominis in Germania. [Ger. Eger an Böhmerwalde]

E ante L

Eion, onis, Ἠιών, Locus est in Thracia Chersonesi, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 8. ¶ Stephano item Eion oppidum est Macedoniæ juxta Pieriam, quæ alio nomine Amphipolis dicitur.

Eioneus, Ἠιονεύς, Vnus Græcorũ principibus qui ad Troiam profecti sunt, ab Hectore interfectus, teste Homero lib. 8. Iliad. ¶ Alter fuit ejusdem nominis Thrax, & pater Rhœsi regis, qui noctu a Diomede & Vlysse interfectus est, eodem Homero teste, lib. 10. Iliad.

E ante I.

Elacatæum, Ἐλακάταιον, Mons Thessaliæ, Jovis Elacatæi templum habens. Steph.

Elæ, Ἔλαι, Civitatis nomen est in Creta insula, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Et etiam insula quædam hoc nomine in Propontide, contra Rhyndaci amnis ostium, ut refert idem Plin. cap. 11. lib. 5. ¶ Et item Elæa, Ἐλαία, Aeolidis oppidum, non procul a Cumæ flavio, inter Myrinam & Pitanam, teste Pompon. lib. 1. & Plin. lib. 5. cap. 30.

Elæus, Ἐλαιοῦς, Vicus in tribu Hippothoontide, cujus incolæ Eleusii, ut etiam ab Elæunte. Steph.

Elastes, Ἐλαστής, Gentile est. Pollicissimam, Elasticus.

Elæmichos, Ἐλαιμύχου id est, Olei murus, urbs est Lyciæ. Steph.

Elæus, Ἐλαιοῦς, Vrbs in Hellespunto, & alia in Argo incolæ Eleusii, ut ab Elæo. Steph.

Elæusii, Ἐλαιοῦσσαι, Insula Ciliciæ post Epium, quæ nunc Sebaste, juxta Cyzicum. Sunt & aliæ insulæ septem. Gentile Elæusius. Steph.

Elamitæ, pen. prod. [עֵילָם Hebr. Ἐλυμαῖοι. Germani Sirenius quidam.] Dicuntur Persarũ principes, ab Elam filio Sem, ut ait Josephus. ¶ Sunt item Elamitæ, populi ad finem Arabiæ, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 28.

Elaphonesus, Ἐλαφόνησος, una Sporadum insularum, eam urbem ejusdem nominis. Steph.

Elaphus, Mons, Vide in ARGINVSSA.

Elaphusa, Ἐλαφοῦσα, Insula in Adriatico. Vide BRETTOTIA.

Elateæ, Ἐλάτεια, Vrbs maxima Phocidis ab Elato quodam. Alia Thessaliæ, & alia Thesprotiæ, quam etiam vocant Elatream. Steph.

Elatus, Patri fuit Cœneo, unde Elateius dicitur. Ovid. lib. 12.

...utantem perfusus aborno,
Inquit, amarato Coeneus Elateius astu.

Stephanus in Notis, Elatiam Donum nominat.

Elavii, Ἐλαυοῖ, Populi Libyæ. Steph.

Elbestii, Ἐλβεστοῖ, Populi Libyæ. Steph.

Elbo, Ἔλβω, Insula quædam. Steph.

Elbonthis, Ἐλβώνθις, Vibi inter Ægyptum & Cyrenen. Steph.

Elbora, Vide LIGORA.

Elcebus, Ptolemæo Galliæ urbs.

Eldana, Ἐλδανα, Oppidum Vaccæorum, qui sunt populi Tarraconensis Hispaniæ. Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Elea, Ἔλεα, Strab. lib. 6. civitas est Lucaniæ, à Phocensibus condita, Parmenidis & Zenonis Pythagoreorum patria: qui ab ea Eleatæ dicuntur. Romani primum Heliam, deinde Velam vocavêre.

Eleates, Ἐλεάται, Populi Lucaniæ Eleam urbem incolentes, quæ & Helia, & postremò Velia dicta est. Vide ELEA, & VELIA.

Electrides [Ἠλεκτρίδες. Germ. Inseln im Adriatischen Meer bey Istrien.] Insulæ sunt in mari Adriatico, ad ostium Padûs a Græcis, quòd electrũ in eis ex arborum defluere putabant: quod falsissimũ esse, hodie etiam imperitissimis notum est. Provenit enim electrum in quadã Germanici Oceani insula, unde æstu Oceani in terrã ejicitur ad litus Germaniæ, haud exiguum principibus qui locis maritimis imperant, præstans vectigal. Vide ELECTRVM.

Electra, Ἠλέκτρα, teste Hesiodo, Nympha Oceani & Tethyos filia, uxor Atlantis: cujus filia Dardanum peperit. Virgil. lib. 8. Dardanus hinc primus pater urbis & auctor, Electra, ut Græci perhibent, Atlantide creatus. Et subdit: -Electram maximus Atlas Edidit, ætherios humero qui fulcit orbes. ¶ Alia fuit Electra Oresthis soror, filia Agamemnonis, quæ ejus domi ad mortem gratis vitam egit unde etiam ab Helena apud Euripidem Ἠλέκτρα μισόγαμος hoc est, amasia virgo per contumeliam appellatur. Inde aliqui Electram dictã volunt, quasi ἄνυμφον hoc est, sine thalamo: quanquam aliis magis placet à fusco colore, & nigrum quid referente ita fuisse appellatam.

Electris, idis, Ἠλεκτρίς, Samos: ab Electra Dardani matre, filia Atlantis. Valer. Flac. Argon. 2. Tunc tenuis Lemnos, tranſiit, Electra tellus Threicios arcana facies.

Electryon, Ἠλεκτρύων, Amphytrionis frater, & filius Alcei, ut refert Hesiodus in Aspide.

Elei, pen. prod. Ἠλεῖοι, Populi in Peloponneso, Elidem incolentes, clarissimi propter delubrum Jovis Olympii, ludosque Olympicos, quorum præfecturam Elei habuerunt. Vide Elei

ensi, & Elens carter sæpè legunt. Lucan. lib. 11. quantum clamore juvatur Elens sonipes. ¶ Hinc Eliades equæ dicuntur, quæ ex Olympico certamine palmam referunt. Virgil. 1. Georg. Eliadûm palmas Epirus equarum.

Eleleis, idis, Ἐληλείς, Mulier bacchans, quæ & Thyas, & Maenas dicitur, ἀπὸ τοῦ ἐλελίζω hoc est, à vociferando. Ovid. 4. Epith.

Nunc furor, ut Bacchi furiis Eleleides actæ,
Quæque sub Ismario tympana colle movent.

Eleleus, per tres syllabas, Ἐλελεύς, Dictus est Sol, ἀπὸ τοῦ ἐλελίζω, quòd æterno circa terram meatu volvi videatur. Autor Macrobius lib. 1. Satur. cap. 17. ¶ Et etiam Eleleus unã ex Bacchi cognominibus, ab ἐλελίζω verbo Græco, quod significat vociferari, quemadmodum in bello conficiebant. Ovid. libro 4. Metamorph. ubi Bacchi nomina enumerat, etiam Elelei meminit: Nyctelius que (inquit) Eleleus que pater & Iacchus, & Evan.

Elephantina, Ἐλεφαντίνη, Insula Nili supra Syenen, oppidum habens ejusdem nominis, & porticum ad Nilum in ea ex eodem saxo, in quo Nili incrementa solent inscribi. Vide Strab. lib. 17.

Elephantis, idis, Ἐλεφαντίς, Nomen poëtæ, qui libellos scripsit, quibus varia genera cõcubitus, varios q; cõeundi modos complexus est. Martial. lib. 12. -nec Mollis Elephantidis libelli. ¶ Et etiam Elephantis Nili insula, infra primam ejus fluvii cataractam, ubi finis est Ægyptiæ navigationis. Autor Plin. lib. 5. cap. 9. Strabo Elephantinam appellat.

Elæus, unius, hve potius Eleûs, Ἐλεοῦς, Stephano, Oppidum est in Thracia Chersonesi, non procul a Maltusia promontorio. Autor Plin. lib. 4. cap. 11.

Elæûntii hujus incolæ dicuntur, sive Elæusii, Ἐλεούσιοι.

Eleûsa, sive potius Elæusa, Ἐλεοῦσα, Insula est Ciliciæ adjacẽs, non procul a Cypro: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Eleusis, Ἐλευσίς, & Eleusin, Ἐλευσίν, Civitas in Attica provincia, non longè ab Athenis, in qua regnavit Eleusius, cui quã Cererem filiam quærentem liberalissimè hospitio suscepisset, illa pro munere ostendit ei omne genus agriculturæ: filium etiam ejus Triptolemum accepit natum, per nocte migne fovit, per dies divino lacte nutrivit: quamque grandiusculus factus esset, curru suo, quem alati trahebant serpentes, impositum per totum orbem misit ad ullum hominum frugum humanitus inventarum. Obsequii hujus beneficii memoriam, Eleusini Cereris solennia sacra instituerunt, quæ Thesmophoria appellantur. Hujus urbis meminit Strabo libro 8. his verbis: Eleusin civitas est in Attica, ubi Eleusinæ Cereris templum est, & ejus mysticum quod dicimus extruxit, turbæ theatralis capacissimum.

Eleusinius, Ἐλευσίνιος, Stephano: Eleusina mater id est, Ceres Virgil. 1. Georg. Tardaque Eleusinæ matris volventia plaustra.

Eleusis, Vide ELEVSIS.

Eleuchëis, Ἐλεύχεις, Civitas Cretæ, ab Eleuthere uno Curetum. Saoras alias dicta Steph. Vide ELEVTHERAE, & ELEVTHERNA, & OSSVY.

Eleuthera, Cum patria, Civitas Cretæ, postea Apollonia dicta, Steph. Barus.

Eleuthera Cilicia, Ἐλευθερὰ Κιλικία, id est, libera Cilicia, cujus partes diversis in locis ascribuntur. Gentiles, Eleutherocilices. Stephan.

Eleuthere, Ἐλευθερεῖς, Vrbs Bœotiæ ab Eleuthere Apollinis filio, & alia Cretæ, ab Eleuthero uno Curetum, quæ etiã Saoras vocabatur (vide Eleuthera) à Saora nympha. Est & alia juxta Istrum fluvium in Pontofic dicta quod Iason Argonautas fugiens, timore illic liberatus sit. Est etiam Lyciæ urbs à nympha quadam. Steph.

Eleutherius, Ἐλευθέριος, Numen viri, quo significatur apud nos liberalis, ingenuus, servator, liberator q; Eleutheria, Ἐλευθέρια, pluraliter, quasi liberatoria: id est, libertatis solennia. Plautus Persa: Bacchare agito eleutheria.

Eleutherium, Ἐλευθέριον, Oppidum Mysiæ. Steph.

Eleutherus, Ἐλεύθερος, Vrbs Bœotiæ Oropi prope Corbum & Eoleum. Stephanus.

Eleutherolacæ, Ἐλευθερολάκωνες, Vrbs Macedoniæ.

Eleutherna, Ἐλεύθερνα, Vrbs Cretæ, ab uno Curetum dicta, Steph. vide ELEVTHERA, & SATAA.

Eleutherus, Ἐλεύθερος, Flumen est juxta Orthosiam urbem, quæ est in radice Libani montis. Plin. lib. 5. cap. 20. Teslodines in Phœnicio mari ultrò venium: flaturo tempore in ostium Eleutheri effusa multitudine.

Eleutheri, Ἐλεύθεροι, Populi Apuliæ gens quã Parthenius Elephantidem, vocat. Gentilia, à priore Elephantinus, ab Elephantide Elephantites, Steph. Sed suspicor aliquid deesse.

Elgus, Ἔλγος, Oppidum Lydiæ. Steph.

Elibyrge, Vrbs Turdetaniæ. Steph.

Elimia, Ἐλιμία, Vrbs Macedoniæ ab Elimo heroë, vel Helleno, vel Elyma Tuscorum rege. Steph.

Elis,

Elis, idis, Oppidum in Occidentali tractu Peloponnesi, non procul ab Alpheo fluvio, juxta quod certamen Olympicum celebrari solet. Autor Plin. lib. 5. in descriptione Achaiæ. Ptolem. quoq; lib. 5. cap. 16. regionem omnem circumjacentem, Eliden appellat.

Elicta, æ, um, ἐλικτὸς. Virg. lib. 1. Georg. Hic vel ad Elicti metas & maxima campi Sudabit spatia.

Eliades, dis. Patronymicum fœmininum, ut, Equæ Eliades: quæ apud Eliadem certamine curuli palmas merentur. Servius in illud Virg. 3. Georg. Eliadum palmas Epirus equarum.

Elissa, æ, Belo Phœnicum regis filia, Dido cognominata, quòd compacta tupra animi muliebris fortitudinem gesserit. Nam & fratris insidias fugiens, Carthaginem condidit, quamquis à suis civibus cogeretur Iarbe novæ uxori bellum inferenti nubere, morte spontanea se à secundis nuptiis liberavit, ut narrat Servius.

Elone, ἐλώνη, Urbs Perrhebica, quæ & Lamone à Peteo dicitur. Stephan.

Elopeæ, ἐλόπεια, Regio Fœbææ, & ipsi insulæ, ab Elope Jovis filio. Sic etiam dicebatur regio juxta Donatum, cujus incolæ Elli & Selli. Est etiam urbs circa Dolopiam, & regio circa Thessaliæ. Stephan.

Elopium, ἐλόπιον, Urbs Aetoliæ. Steph.

Elmantica, ἐλμαντικὴ, Urbs est Iberiæ, juxta Iberum fluvium. Steph. Videtur esse Salmantica Ptolemæo dicta.

Elorus, pen. prod. ἔλωρος, Vulgò Lloro, Siciliæ urbs est Pachyni promontorio proxima: ita dicta ab Elori amne, cui adjacent hos campos superuncitur, sicut Nilotica quo pisces cibum è manu capiunt. Plin. lib. 32. cap. 2. De hoc Silius, Sidunum, Drepanæ, atq; unda clamosi Elori. Virgil. lib. 3. Exuperat magnæ præpingue solum stagnantis Elori.

Elotæ, ἐλῶται, seu Elotia, ἐλῶτια, Publica appellant mancipia. Lacedæmonii est, publicos mancipios, ut fiant apparitores, lictores, qui apud Thessalos dicuntur Penestæ.

Elpenor, proclivia proditæ, ἐλπήνωρ, Nomen comitis Ulyssis, qui à Circe cum aliis sociis in porcum vertus fuit & demum pristinæ formæ restitutus, de tecto decidit, cervicem fregit. Autor Homerus. cui Ovid. Juvenal. Sat. 13. Et cum rumpitur Elpenore pœna potest.

Elpia, ἐλπία, Vrbs in Dodone, à Rhodia condita. Steph.

Elois, idis, Nomen proprium Boëthii uxoris. Cujus epitaphium vide in hoc loco.

Elota, Dicta est Ceres ab Eluto oppido, vel ab Eleide fluvio in quo colebatur. Iuvenal. Satyr. 3. Me quoq; ad Elotam Cererem, veliramq; Dianam.

Eluri, ἔλουροι, Populi Scythici, Steph.

Elusa, ἔλουσα, Vrbs nunc quidem Palæstinæ tertiæ olim verò Arabiæ. Stephanus.

Elysium, ἠλύσιον, Locus ubi piorum animæ habitant, dictum ἀπὸ τοῦ ἀλύειν, à solutione. Nam animæ post solutionem vinculi corporis devenire ad Elysios campos. Virgil. 5. Aeneid. - sed amœna procul Concordia. Elysiumq; colo. Scott. & Elysii campum Bœotiæ circa Thebas, ut inquit Lycophron: de quo scribit Servius Virg. lib. 2. Georg. quum ait: Quamvis Elysios miretur Græcia campos.

Elymais, idis. [עֵילָם Videlicet Iudæi.] Regio ad Eulæum Persicum, ab ipsa Persidæ Orani flumine discreta. Autor Plinius lib. 6. capite 25.

Elymæ, ἔλυμοι. Regio Assyriorum juxta Persiam prope Susidem. Stephanus.

Elymnium, ἔλυμνιον, Insula in Euboea, cum civitate: dicitur etiam Ἐλυμνία, Steph.

Elymnius, ἐλύμνιος, Heros, Elymiæ civitati Macedoniæ nomen dedisse putatur, Steph.

Elyrus, ἔλυρος, Vrbs Cretæ Stephano, qui & alibi Syriam navalem ejus appellat.

E ante M.

Emath. [חֲמָת Chamath.] Nomen fuit duarum Syriæ urbium: quarum major, Antiochia quondam appellatur Epiphania. Vocem etiam hodie profitentibus Metoporamiam primam ansio Barsalis dicam, corrupto quidem vocabulo, sed proximo nominis vestigia retinente. Hemath verbi in principio aspiratum, regio Aleppi horum etc.

Emathii, ἠμάθιοι, Regibus Stephano & Suidæ, Nobilis Europæ regio, Thraciæ finitima, postea Macedonia appellata. [German. Die zuvor ist gehaissen Mazedonia [una dictarum quidem est illarum] ab Emathione rege, liberte Memnonis, Tithoni & Aurorae filii. Plin. lib. 4. cap. 10. Macedonia rerum quinquaginta populorum, duobus in ea tyrannis, quondam orbis terrarum imperio, Emathia ante dicta. Pœtæ Emathiam aliquando usurpant pro Thessalia, sive quodam jure vicinorum locorum appellationes confundentes. Virg. 1. Georg. Non fuit indignum superis, bis sanguine nostro Emathiam, & latos Hæmi pinguescere campos? Lucan. lib. 1. Bella per Emathios plusquam civilia campos: hoc est per campos Pharsalicos. Campi Pharsalici in Thessalia sunt, teste Plin. lib. 4. cap. 8.

Embata, ἔμβατα, Locus Erythræi, id est, maris rubri. Steph.

Emerita, Augusta, ἐμερίτη, Vulgò Merida la grande. Hispaniæ oppidum est, ad Lusitaniam spectans. Est hæc urbs copia celebris, quod est rubrum granum, cujus succo vellera tinguntur, verò splendori neutiquam cedentia, ut Plin. scribit loco 9. capite 41.

Emisa, penult. prod. ἔμισα, alias, ἔμεσα, hæc Dionysius corripuerit in Phœnicia Libanotiæ. Genitle. Emisæus, vel Emiteus. Emissa fœminarum est, licet Dionysius declinare videatur, ἔμεσα, τα. Steph.

Emmaus, maûs, Plinio, sive Emmaüs, ûntis, ἐμμαοῦς, Ptolemæo, Castellum sive oppidum Palæstinæ, alio nomine Nicopolis appellatum, ubi Christus à duobus discipulis panem frangens fuit agnitus. Plin. lib. 5. cap. 14. Hieruntem palmetis consitam fontibus irriguum Emmaum.

Emodus, ἔμωδος, Mons qui circa finem Indiæ in duos ramos dividitur. Alteri Ottorocaras nomen est, alteri Semanthus. Vide Ptolemæum lib. 6. cap. 15.

Empanda. Paganorum Dea fuit, teste Festo: ita dicta quòd patentibus pagis, non clausis urbibus praesset.

Empedocles, pen. cor. [Ἐμπεδοκλῆς Gerin. Ein Philosophus natürlicher Sachen hocherfahren.] Nomen est philosophi Agrigentini, quem nescias utrum inter Poëtas, an inter Philosophos annumeres, quippe qui rerum naturam elegantissimo carmine explicuit, ut apud Romanos Lucretius. Hic (ut autor est Hieronymus) omne quod vivit & movetur, non parari è cœlo, sicut & Pythagoras: & ex concordia, amicitia q; elementorum cuncta constare affirmabat, & earum inimicitia & discordia aliquando dissolutum iri. Primam item elementorum complexione segregatum æra contendebat: & postea cum ignem erupisse, cumque cum alium locum non reperiret, sursum à frigore aëris esse repulsum. Circa terram autem duos circumferri cimiciatos orbes, alterum ex igne totum, alterum ex aëre maximè, ac exigua admodum exigua & alium diem, hunc noctem esse putat. Solem autem non esse ignem, sed ignis repercussionem ei similem, qualem in aquis fieri cernimus. Lunam ex aëre facto ab igne aëre cōglaciatam, sicut grandinem congelatam, & per se frigidam, lucem à Sole recipere. Mentem non esse in capite, nec in pectore, sed in sanguine diffusam esse, ac illis partibus hominem magis sentire cujus plus sanguinis inest. De hujus morte nonnulli memoriæ tradiderunt, eum relictis locis Aetnam Siciliæ montem ascendisse, & in ardentem ejus craterem se conjecisse, eo consilio, ut quū nusquam appareret, crederetur factus esse immortalis: sed ejectis Empedocle extra hoc sacrificium, illud Lucretii elogium. Carmina quinetiam divûm pectora ejus Vociferātur, & exponūt prædicta reperta, Vix humana videatur stirpe creatus. Empedocles fuit hic, Ἐμπεδοκλῆς ὁ ῥήτωρ, dicebatur pernix & irrecognoscibilis. Empedoclem eum ajunt fuisse moribus, ut alieni simulatis cum aliquibus susciperet: easq; pertinaciùs maximè exerceret. Quadraoit etiam ubi quis levi de causa ex amico fit inimicus.

Empōriæ, Vrbs Hispaniæ Tarraconensis, Ptolemæo.

Empōrium, ἐμπόριον, Oppidum, quod aliàs Tanais, juxta Tanaidis fluvii ostia in Mæotin. Steph.

Emporium, ἐμπόριον, Vrbs Celtica, à Massiliensibus condita: altera est Macedoniæ: tertia Siciliæ quarta Campaniæ. Steph.

Empusa, ἔμπουσα, Genus larvæ & terriculamenti dicarum Hecatæ, uno pede incedentis: unde & nomen. Autor Eustathius. Vide Caelium Rhodig. lib. 6. cap. 32. lect. antiq. & Erasmum in proverbio: Proteo mutabilior.

E ante N.

Enalus, ἐνάλιος, Lesbius adolescens, qui quòd se virginis puellæ cujusdam gratia se in mare abjecisset, opera delphinum servatus, tandem cum illa ad continentem natavit. Autor Plutarchus in Sympotico septem sapientum.

Encēlădus. [ἐγκέλαδος. German. Ein gewaltiger Riese welchen Jupiter mit dem Etna zu bodem geschlagen hat, wenn der Berg Aetna rauchet oder feuret.] Gigantum maximus, Tityi & Terræ filius, quem Jupiter fulmine & Ætna monte suppositi. Virg. lib. 3. Aen. Tuma dii. Encelādi semiustum fulmine corpus Virgam molibar.

Enchelēæ, ἐγχελεῖς, Stephano. Oppidum in Illyrice juxta quod Cadmus & ejusdem uxor in serpentes versi tum. Lucan. lib. 3. & nomine prisco Enchelæ veri testantes funera Cadmi. Meminit hujus oppidi & Plin. lib. 3. cap. 21.

Endymion, ἐνδυμίων, Nomen proprium ejus qui primus Lunæ cursum invenit. Apollon. libro quarto Ἀργον. Ὅς δὴ μετὰ μητέρ' Ἐπαφον Διὸς ἔσχατος ἄλλων, Οἷος ἐπὶ χθονὶ νῶτα νομῆας ἐσκέψατο. Hinc origo fabulæ quam Cicer. tangit. Tusculan. Endymionem à Luna adamatum fuisse, & ab ea in Latmio Caria

monte

monte fuisse sopitum: non aliam ob causam quàm ut illum semel exoscularetur. Endymion (inquit) si fabulas audire volumus, nescio quando in Latmio obdormivit: qui est mons Cariæ nondum (opinor) experrectus. Num igitur eum curare centes quum Luna laboret, à qua consopitus putatur, ut eum dormientem oscularetur? Hactenus Cic. ¶ Hinc natum proverbium: Endymionis somnum dormis, Ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδειν. In eos quadrabit qui se immodico somno segnant, aut qui diutarno in otio versantur, nec ullis se negotiis exercent, sed molliem, seriam nō agunt vitam.

Ἐνέτη, ἐνέται habitabant olim juxta Paphlagoniam unde Homerus sylvestres multos educi scribit. Dicuntur & equæ Enetides. Enetus, ἐνετός, etiam possessivum est, & civitas Myrmecidæ dilectri patria. Steph. Vide HENETI.

Engāddum. [עין גדי Hengeddi.] In tribu Judæ (ut scribit Hieronymus) vocatur usque hodie vicus prægrandis Judæorum juxta mare mortuum, ubi opobalsamum provenit, quas vineas Engaddi Salomon in Cantico nominat. Idem alibi: Engaddum ager est terræ Judææ, non tàm vineis quàm balsamis florens.

Engelanes, populi Illyriæ, idem qui Enchelęę, ἐγχελέαι, Steph.

Engyon, ἔγγυον, Urbs Siciliæ, Steph.

Ἐνιόχιī, Vide HENIOCHI.

Ἐνιοπεύς, ἡνίοχος, Hectoris auriga fuit, à Diomede lancea confixus. Autor Homerus, 8. Iliados.

Ἔνιπεύς, penultima prod. ἔνιπεύς, Fluvius Thessaliæ, campos Pharsalicos rigans, juxta quem Cæsar vicit Pompeium. Lucan. li. 7: Sanguine Romano quàm turbidus ibit Enipeus. ¶ Est & alter hujus nominis fluvius in Elide in Alpheum illabens, qui recentiore nomine Barnichius dicitur, teste Strabone lib. 8.

Ἐνίσπη, ἔνισπη, Urbs Arcadiæ, quæ non amplius extat. Quidā Cleonis, alii Phocidi annumerant.

Ἔννα, [ἔννα. German. Ein Statt gelegen mitten in Sicilia/heisset jetzt Anna.] Civitas Siciliæ edito in loco & undique præcipiti sita, à Syracusanis (Stephano teste) condita, quæ umbilicus Siciliæ dicitur, quòd in medio insulæ constituta sit. Imminet subjacentibus campis, ubertate & florum varietate conspicuis: olim templum Cereris (ut Strabo testatur) habuit vetustissimum, ubi dea præcipua veneratione colebatur, ad quam propitiandam quindecim viros legatos misere Romani. Hinc rapiam à Plutone Proserpinam, Cereris filiam, dixit antiquitas. Vulgus hodie Aenna appellat, ubi qui regis locum tenet, ob loci commoditatem, tanquam insulæ solet conventum habere. Cicer. in Verrem: Vetus est (inquit) opinio, Iudices, quæ cōstat ex antiquissimis Græcorum literis atque monumentis, insulam Siciliam totam esse Cereri & Liberæ consecratam. Hoc cùm cæteræ gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis tàm persuasum est, ut animis eorum insitum atque innatum esse videatur illam & natas esse has in iis terris deas: & fruges in ea terra primùm repertas arbitrantur: & raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Ennensium nemore: qui locus quòd in media insula est lucus, umbilicus Siciliæ nominatur. Hactenus Cicero.

Ἔννεάς, a, um, ἐννεάς, ὰς, ὸν, Ennæa Ceres, quæ augustissimo in templo apud Ennam colebatur: cujus simulachrum tanto erat effectum artificio, ut qui illud intuerētur, aut ipsam videre se Cererem, aut effigiem Cereris non humana manu factam, sed cœlo delapsam arbitrarentur. Autor Cic. 7 Verr.

Ἐννεάκρουνος, ἐννεάκρουνος, Nomen fontis apud Athenas à Pisistrato conditi numero fistularum dictus, quos Græci ἐννεάκρουνα appellant: nostri verò Seluntes.

Ἔννιος, [ἔννιος. Germ. Ein vralter Lateinischer Poet.] Poëta antiquissimus apud Romanos. Quint. Valerio & C. Manilio Coss. natus fertur. Hic Tarentinus (si Eusebio credimus) fuit. At Pompon. Mela scribit, Rudias Apuliæ, seu Calabriæ oppidum, Ennio clarum esse nobile. Cui astipulatur Silius: Miserunt Calabri, Rudiæ genuēre vetustæ. Quia ipse etiam Cic. in Orat. pro Archia Poëta Ennium, Rudinum hominē vocat. Eusebius dicit Ennium à Catone Quæstore Romam translatum, in Aventino habitasse, ac unius ancillę ministerio contentū fuisse. Scipionis etiam Africani familiaris erat, quem in bellis semper comitabatur: unde & in sepulchro Scipionum putatur esse constitutus. Sequutus est M. Fulvium Nobiliorem ad bellum Aetolicum, cujus filium erudit. Ab hoc & Cato jam senex dicitur Græcas literas didicisse. Scripsit plurima, inter quę Annales, bellum Punicum secundum hexametris, quę omnia penitùs interciderunt, exceptis versibus aliquot, quos Macrobius ostendit ab eo desumptisse Virgilium, & paucis immutatis in suos transtulisse. Sententiarum gravitate in primis excelluit, sed cui verborum cultus minimè respōderet. Unde interrogatus aliquando Virgilius quid ageret: Aurum se ex Ennii stercore colligere respondit. Perit articulari morbo, quem ex immodico vini usu contraxerat. Horatius: Ennius ipse pater nunquam nisi potus, ad arma Prosiluit dicenda, &c. ¶ Ennius alter fuit Grammaticus, qui duos libros de literis ac syllabis & metris conscripsit: autor est Tranquillus.

Ἐνοσίγαιος, [ἐνοσίγαιος. German. Ein erschütterer der Erden/ein Gott des Meers.] Dictus est Neptunus, quòd terram quatiat. Unde etiam Enolichthon, ἐνοσίχθων dicitur. Extat carmen melius unico non scribetur. Dicitur enim ἀπὸ τῆς ἐνόσεως τῆς γαίης: hoc est, à terræ concussione. Iuvenal. Satyr. 10. de Xerxe ipsum compedibus qui vincxerat Enosigæum.

Enoch, Ἐνὼχ, Nomen viri in sacris literis, qui significat Gratia Dei. Fuit septimus ab Adam doctor & gubernator Ecclesiæ Dei ante diluvium, ab ipso Deo vivus in cœlū traductus est, anno post mortem Adæ lvii, Genes. 5.

Ἐνόδιᾶ, ἐνόδια, Hecate, quòd in viis inventa sit ab Inacho, Stephanus in Troadis.

Enona, æ, Oppidum in ora Liburniæ, apud Plinium libro 3. capite 21.

Ἐνόπη, ἐνόπη Stephano, Urbs Peloponnesi, in tractu Messeniaco, juxta Pylum, sub ditione Agamemnonis, teste Homero lib. 9. Iliad.

Ἐντέλη, ἔντελα, Siciliæ urbs à Campanis habitata, Carthaginiensium primi belli Punici tempore socia. Stephanus. Vulgò Castro vetrano.

Entribæ, ἐντρίβαι. Populi Thraciæ à Stephano commemorati.

Enyalius, ἐνυάλιος, Vnum est ex Martis cognominibus, teste Macrobio lib. 1. Saturnal. cap. 16, qui Enyalius dicitur quasi ἐνυσάλιος: hoc est, Bellonæ filius. Accipitur & pro bellicoso.

Ἐνυώ, ἐνυώ, Bellona dea, bellorum præses: quanquam etiam Egnatiè pro ipso bello sive prælio accipitur. Martial. libro primo: Nec te decipiat ratibus navalis Enyo: hoc est, prælium navale.

E ante O.

Eordææ, ἠορδαῖαι, duæ regiones Mygdoniæ: item aliæ duæ, una Iberiæ, altera Thraciæ, ab Eordo quodam. Gentilia, Eordæus, Eordus, Eordica. Steph.

Ἔορδι, ἠορδοί populi Thessaliæ, Steph. in Amyro.

E ante P.

Ἐπᾱκρία, ἐπακρία, Atticæ pagi oppidum, unum ex illis quæ à Cecrope in civitatis formam sunt redacta. Autor Steph.

Epagris, ἔπαγρις, Insula una ex Cycladibus, quæ notiore nomine Andros appellatur, teste Plinio, lib. 4. cap. 12.

Ἐπᾰμῑνώνδας, [ἐπαμεινώνδας. German. Ein Herrlicher Oberman von Thebe/sonderbarer weisheit/tugendhaben Sitten.] Nobilis Thebanus, Polymni filius singulari modestia, prudentia, & gravitate præditus, re militaris peritus, manu strenuus, animo maximo: adeò autem amans veritatis, ut ne joco quidem mentiretur. Adhæc multiplici artium cognitione eximius fuit. Nam & fidibus novit, & ad earum sonum accinere: quæ ante præceptorem habuit Dionysium. Tibiarum autem artem ab Olympiodoro hausit, quemadmodum saltationem à Calliphrone. In Philosophia verò Lysiæ Pythagoræo operam dedit. Hic quum apud Leuctram Lacedæmonios plaga pestifera adeò affecisset, ut exco tempore Lacedæmoniorum opes corruerint, & principatum Græciæ amissum ultra reparare nequiverint, dicere solebat: Orbum se, non tamen sine liberis mori, & ex se natam relinquere pugnam Leuctricam. His post clarissima facinora edita, extremo tēpore apud Mantineam, cum acie instructa, & ducis optimi, & militis fortissimi officio fungitur, sparo, agresti telo, percussus ictu mortifero, relatusque in castra semianimis, sequilivit à circumstantibus salvúsne esset clypeus: quum salvum esse ferentes sui respondissent, allatum, velut socium laborum gloriæque osculatus est iterum quæsivit essentne fusi hostes, quum id quoque ut cupiebat, audivisset, evellit tum demùm spiculum jussitque etiam multo sanguine profuso, in lætitia & in victoria mortuus est. Cujus morte Thebanorum vires ita heberatæ sunt, ut non tam illum amisisse, quàm cum illo interisse omnes viderentur. Nam ante Epaminōdam Thebani alieno imperio paruerunt, & post interitum ejusdem in servitutem pristinam revoluti sunt ut manifestum sit gloriam Thebanam cum illo natam, & cum illo extinctam fuisse. Vide Xenophontem lib. ult. Rerum Græcarum.

Ἐπᾰφρόδῑτος, pen. prod. ἐπαφρόδιτος, Grammaticus patria Chæronensis: Archiæ grammatici alumnus, & discipulus, quē Modestus Aegypti Præses sibi coēmit, eoq; filium Pitholaum idem in disciplinā tradidit, quem ille Romæ instituit sub Nerone. Mortuus est hydropisi. Reliqua vide apud Suidam.

Ἔπᾰφος, ἔπαφος, Iovis filius ex Io, qui Memphim in Aegypto condidit. Ovid. 1. Metam. postquam fabulam Iûs in vaccā conversæ recitavit, subdit: Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem Creditur esse Iovis.

Eparitæ, ἐπάριται, populi Arcadiæ, quorum civitas Eparis dici debebat: non repericut tamen id nomen. Steph.

Ἔπειος, pen. prod. ἔπειος, Nomen proprium Endymionis filii, & Paeonis

& Pæonis fratris, qui primus in muralibus machinis equum reperit, qui & artes excitat. Plin. lib. 7. cap. 56. quæ res locum fecit fabulæ: Epeum fabricatorem fuisse equi, ignei quo Troja prodita est. ἐπέω timidor, ἐπεύω ἐπείγω. De magnopere pavido dicebatur ab Epeo quopiam ductum, non ut timiditatis homine.

Epēi, pen. prod. ἔπειοι. Populi in occidentali ora Peloponnesi, ut ipso nomine Eli dicti, teste Plin. lib. 4. cap. 5. Cujus sententiæ etiam Stephanus subscribit. Homerus tamen in Catalogo navium Epeorum urbem diversam facit ab Elide, quam videtur Epeorum juri subjicere. Vide Strabonem lib. 8.

Ephesiades. Vide EPHAESTIADES.

Ephĕlis, pen. corr. ἐφέλις. Gerrh. Ein berümpte Stadt gelegen in Asia so der Landschafft Ionia, bestilt sint Regius Ephesius.] Urbs Joniæ, celeberrimo Dianæ templo clara, ab Amazonibus condita. Hoc templum ducentis viginti annis à tota Asia factum fuit, in solo palustri, ne terræmotus sentiret. In eo centum viginti septem columnæ fuerunt, singulæ à singulis regibus factæ sexaginta pedum altitudine, inter quas triginta ex cælatæ fuerant miro artificio. Hoc templum impensa non facile æstimanda ab Herostrato quodam (qui hac potissimum via sibi nominis immortalitatem venabatur) jacentem totum conflagravit, eadem Olympiade, qua Alexander Magnus natus fuit. Hæc urbs navale & portum habuit. & loci opportunitate multum crevit, & maximum citerioris Asiæ emporium fuit. Ex Epheso Heraclitus cognomento Scotinus fuit, & Hermodorus, qui propter excellentiam ingenii, & doctrinæ, vitæque probitatem in exilium missus fuit. Præterea Hipponax poeta, & Parrhasius pictor, & Apelles, & Alexander orator. & Theodotion Judæus, qui sacram Scripturam interpretatus est. Ephesus, inquit Stephanus, urbs Joniæ clarissima, velut Herodotus, Lydiæ, & portus in sinu. Dicta olim Trichia, & Ortygia, & Prelea (ἀπὸ τοῦ πρέλλω, unde Prelæus, & Preleates) & Samorna ab una Amazonum quam & reginam & Dianæ sacerdotem fuisse aiunt, & filiam habuisse Amazonem, à qua Amazones dictæ sint. Hæc civitas in loco cavo olim habitata, diluvium passa est: quo cum plurimi exuncti essent, Lysimachus civitatem in eum locum, ubi nunc est, transtulit, & ab uxoris nomine Arsinoën vocavit: ea mortuo, priorum nomen recepit. In hoc diluvium Duricis elegans tetrastichon Stephanus recitat. Est & Ephesus insula Nili, ut etiam Chius, & Lesbus, ex Steph.

Ephĕsĭus, pen. prod. Adject. ut Ephesina, Cic. 3. Philip.

Ephĕsĭus, ἐφέσιος. Adjectivum. Cic. 1. de Divin. Quamobrem templum Ephesiæ Dianæ deflagravit. ¶ Ephesiæ literæ, Ἐφέσια γράμματα. Dictum videtur de iis quæ minùs felicitate, tanquam divina virgula, quæ quod operarent, assequerentur. Ajunt enim, Ephesiis notulas quasdam & voces magicas fuisse, quibus utentes, in omni negotio victores evaderent.

Ephŏrus, pen. corr. ἔφορος. Historicus fuit Cumæus, Isocratis auditor, & condiscipulus Theopompi: cujus vitam & scripta vide apud Suidam. ¶ Ephori item apud Lacedæmonios magistratus ejusmodi fuerunt, quales apud Romanos Tribuni plebis, qui à Theopompo sic appellis Regibus sunt, ut apud Romanos Consulibus Tribuni. Veniam à Consulibus ad Tribunos provocare quisque poterat: sic Lacedæmonii à Regibus ad Ephoros. Satis constat ab Ephoris Reges alios ejectos fuisse, alios interemptos. Olim pro multis Regum facinoribus paulatim deinde omnem potentiam in se transferentes, ad id licentiæ pervenerunt, ut sensim à Rege magistratum, proprium constituerent, nomine Ephoriam. Ita dicitur τὸ ἐφορᾶν, quòd est intueri, quòd ad civitatis salutem oculos intentos haberent.

Ephўra, ῥας, ἐφύρα, Vulgò Corone, urbs Peloponnesi, in ipso fere Istmo, quæ alio nomine Corinthus dicta est. Ephyræ autem nomen accepisse volunt ab Ephyra nympha, Oceani & Tethyos filia: cujus meminit Virg. 4 Georg. Lucan. lib. 9. Aut Pelopis latis Ephyren erumpere tegnis.

Ephyræus, ῥea, ῥeum, ἐφυραῖος, hoc est, Corinthius. Propertius: Non ita complebant Ephyreæ Laidos ædes. Lucan. lib. 6. Insedit castris. Ephyræa aquæ mortua servat. Virg. 2. Georg. Ephyræus per quinque syllabas exultat: illius aurei vestes, Ephyræique æra. ¶ Fuit & alia ejusdem nominis urbs in Epiro, aliaque rursus in Enibus. Thessaliæ autem aliæ nonnullæ, quas vide apud Stephanum.

Epicerides, ἐπικήριδες, Vir Cyrenæus, qui ob singularem suam in populum Atheniensem liberalitatem, amplissimis vicissim ab illo honoribus est affectus. Vide Demosthenē in Oratione adversus Leptinem.

Epichărmus, ἐπίχαρμος, Philosophus Syracusanus, Pythagoræ auditor, Tyri (ut Suidas scribit) vel Chrami filius, vir multâ eruditione clarus, comœdiæ auctor. Horat. lib. 2. Epist. Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi. Scripsit de natura rerum, & medicina commentarios. Hujus mentionem facit Cic. lib. 1. Tusc. quæst.

Epiei, ἐπιεῖς, Italiæ populi, Stephanus in Ἀτέστη.

Epicrumidii, ἐπικρημνίδιον, pars Locrorum. Vide OZOLÆ.

Epimenĭdes, pen. prod. ἐπιμενίδης, Nomen Philosophi Stoici, qui ex Hierapoli Phrygiæ urbe originem duxit. Romæ Epaphrodito cuidam Neronis familiari servivit, atque ad Marci usque Antonini tempora vixit. Domitiano autem imperante, ejus dominatu offensus, Roma Hierapolim migravit, ratus verum esse quod dicit apud Tragicum, patriam esse cuique ubi quis rectè ageret. Tanto ceteris apud omnes homines ejus vitæ admiratio exstitit, ut Lucianus Syrus Epicteti lucernam ferreum tribus drachmarum millibus, ob ejus auctoritatem venisse tradat. Scripsit Enchiridion, opus utile, quod Angelus Politianus Latinum fecit.

Epicurus, ἐπίκουρος. Germ. Ein Philosophus so den weltlust des gemüets für das beste Gut helt.] Ejus sectæ auctor fuit, quæ ab eo Epicurea dicta est. Summum bonum in voluptate ponebat, non tamen in voluptate corporis, quemadmodum Aristippus: sed in voluptate animi: hoc est, in absentia dolorum omnium. Dialecticam damnavit, quòd Philosophiam simplicibus verbis aliis enarret posse comprehendi. Deorum providentiam è rebus humanis tollebat. Hinc Lucretius tàm tribuit, ut non dubitet asserere Epicurum è quorum omnium Philosophorum lumen obscurasse, quemadmodum Sol facis ipsius ardore aliorum cœlestium corporum claritatē obtenebrat. Traditur fuisse continentissimæ vitæ: nomen tamen illud voluptatis, in qua summum bonum ponebat, effecit ut ab eo homines voluptarii, epicurei dicantur.

Epidămnus, sive Epidamnum, ἐπίδαμνος, Vulgò Durazzo, Germ. Ein Statt Macedoniæ am Adriatischen Meer gelegen: von welcher ein beschribene vberfahrt ist in Italiam.] Oppidum in ea parte Macedoniæ quæ Adriatico mari incumbit, celebratissimo è Græcia in Italiam trajectu, nulli non cognitum. Epidamnum dictum ab Epidamno rege Barbarorum. Sed Romani eò colloniam deducentes (inquit Plin. lib. 4. cap. 17.) Dyrrhachium dicere maluerunt, propter infausti ominis nomen Epidamni, tanquā à damno dicatur Epidamnum. Ad quod alludēs Plautus in Menæchmis, inquit: Nemini damnum in Epidamno duas, tanquam nomen indium sit Epidamno, quòd illuc nemo hinc damno divertat. De hac Lucanus lib. 10: Ad campos Epidamnetuos. Appianus sic habet: Epidamnus rex urbem condidit, quæ ab ipso nomen assumpsit. Hujus ex Chaonos Dyrrhachus portum urbi adjecit, quod Dyrrhachium appellatur.

Epidaphne, ἐπιδάφνη, Urbs insignis Syriæ, ad Orontem fluvium, quæ earum quæ Tetrapolim efficiunt: alio nomine Antiochia appellata, ab Antiocho Seleuci Nicanoris patre. Epidaphne verò dicta à Daphne vicino suburbano, quod lucum habebat amœnissimum, adjuncta fabulosa, & finxit Apollinis, cum Dianæ delubro. Julius Capit. Verum postea quàm in Syriam venit, in deliciis apud Antiochiā & Daphnen vixit. Ammianus: Apud Daphnē amœnum illud & ambitiosum Antiochiæ suburbanum.

Epidaurus sive Epidaurum, ἐπίδαυρος. Germ. Ein Statt in Peloponneso gelegen so jetzt Malvasier heist.] Urbs in Peloponneso, Æsculapii templo celeberrima: de qua Plin. lib. 4. ca. 5: In Saronico (inquit) Epidaurum oppidum, Æsculapii delubro celebre. Fuit hic Podalirii & Machaonis pater, medicus maximus & doctissimus: hinc artis præstantiam, in deorum numerum relatus, quum Apollinis filius existimatus esset. Venustas ei dicavit anguem, quòd multa hoc animali remedia inesse, ut scribit Plin. lib. 29. cap. 4. Inde factum Romanos quum gravi pestilentia laborarent, contulisse consilio habere Æsculapium Romam advehere, triremem cum legatis ea de causa Epidaurum misisse. Verum quum Epidaurii ea de causa Epidaurum à se non vellent dimittere, ferunt, illis cunctantibus ingentem anguem ad Romanorum triremem adnavisse, sese; in puppi in gyrum complicuisse: quem illi Æsculapium arbitrati, magna cum veneratione Romam advexerunt. ¶ Hoc etiam nomine dicta fuit urbs Dalmatiæ, ad Illyricum maritima, de qua Lucanus lib. 2: Illyris Iomas urgens Epidaurus in undas. Pausaniæ & Strabonis Lymera cognominata, quòd sit portuosa: dicta à Gorbis, è cujus ruinis Ragusia juxta ædificata. Raph. Volaterranus.

Epigenes, ἐπιγένης, Nomen Philosophi Byzantini. Item Poëtæ cujusdam Comici, cujus fabulæ recensentur à Suida.

Epigŏnus. Vide in APPELLATIVIS.

Epicide, ἐπίκιδαι, Vicus in tribu Cecropide. Steph.

Epikeneidi, ἐπικεινείδαι, Vicus pagi Acharnici. Steph.

Epimachus, pen. corr. ἐπίμαχος, nomen proprium viri, & Latinè faciit expugnatu dictus.

Epiménides, pen. corr. ἐπιμενίδης, Poëta Epicus Siculus, patria Cretensis, teste Apollodoro. Fuit, qui à patre Agiasarcho in agrum ad colendum missus, in quodam antro obdormivit annos LXXV. [Ger. Ein Poet der auf Candia buttig gewesen ist, dem Weidt Bruder Solon seit: sein vnd vebergin Sun an

einander gebrauchet hat.] Vnde emanauit proverbium: Vltra Epimenidis somnum dormisti, ἢ τὸν Ἐπιμενίδου κοιμηθεὶς ὕπνον. In eos dictum qui perperam agunt otium. Lucianus in Timone. ¶ Epimenidium somnum, Παυσανίου ἔτος. De re tempestiua, miraculoq; loco seruata. Hic idem Athenis pestilentia laborantibus dixit ciuitatem purgari, expiarique oportere. Itaq; quum rogatus eò venisset, iussit oues albas atq; nigras apud Areopagum immolari. Reuertens deinde domum, oblatam ab eis pecuniam remisit. Memini huius Plato in primo & tertio de Legibus.

Ἐπιμηθεύς, pen. quatuor syllabas, ἐπιμηθεύς. A Poetis Iapeti filius fuisse fertur, & frater Promethei, qui ingenio valès, nominis datum primus exacto tempore fraxit: quare indignatus Iupiter cum vertit in simiam, atq; in insulas Pithecusas relegauit. Hic putat fuit Pyrrhæ uxoris Deucalionis, quæ ab illo Epimethis dicitur. Ouid. Inde Promethides placidis Epimethida dictis Mulcet, &c. Vide infrà de Prometheo, Pandora, & Pithecusis insulis.

Ἐπιφάνης, ἐπιφανὴς, Cognomen Antiochi regis, qui Antiochiam Syriæ urbem condidit, quæ etiam a cognomine ejus Epiphania appellata est. Dictus Epiphanes, quasi illustris, à rerum gestarum claritate.

Epiphania, ἐπιφάνεια, Vrbs Syriæ iuxta Raphaneas, in confinio Aradi, ubi natus est Euphrates Stoicus: altera Ciliciæ tertia Rithymnes: quarta iuxta Tigrim. Vocata est etiam Arcesicera, utpote ab Arcesilo condita, Steph.

Epipole, ἐπιπολαὶ, regiuncula prærupta, iuxta Syracusas, Steph. Vide EVRYALVS, & LARDALON.

Epipoli, ἐπιπολαὶ, Vide EVRYALVS.

Ἐπίρρις, pen. prod. ἔπιρρος. Germ. Ein Lembtschafft in Gelo ländt, Epiretes Cimeræ, oder Albaneſe.] Regio est Græciæ, in qua olim Pyrrhus regnauit: hæc primùm Molossia dicta est, & à Chaone Heleni fratre Chaonia: nunc verò Albania vocatur. Quondam urbibus, populisq; fuit frequentissima, sed à Romanis subacta, quum sæpius obsisteret, penè in solitudinem redacta est. De ea multa Strabo lib. 8. Ouid. 8. Metamor. Milit apros quanto maiores Erymanthidas tauros Non habet Epirus, &c. Terminatur Epirus à Septentrione Macedonia: ab Oriente, Achaia: ab Occidente, Ionio mari. In ea sunt ciuitates Nicopolis, & Ambracia.

Ἐπιρῶται, ἐπιρῶτης. Qui est ex Epiro. Liv. li. 2. Decad. 5: Martius & Attilius ad Gitanas Epiri oppidum decem millia ab mari quum accendercat, consilio Epirotarum habito, cum magno omnium assensu audiri sunt.

Epirotica, æ um, ἐπιρωτικὸς. Cic. Att. lib. 12: Hodie tuas literas exspectabamus matutinas: cum fortasse alteræ pomeridianæ, aut etiam Epiroticæ literæ impediant, quas ego non interpello Epiroticis bonis, qui ex Epiro sunt. Var. 2. de Re rust. ca. 3: Tanta nunc Epirotici nō solùm meliores totius Græciæ, sed etiam Italiæ. Epirotica mala, ἐπιρωτικὰ μῆλα, dicuntur, quæ in Epiro Græciæ regione nascuntur: à nostris dicuntur orbiculata, à figura orbis in rotunditatem circumacti.

Ἐπίτροφιος, ἐπιτρόφιος, Nobilis fuit Phocensis, Iphiti Naubolidæ filius, qui unà cum fratre Schedio Phocēsibus præfuit in bello Troiano. Autor Homerus in Catalogo nauium.

Epitalium ἐπίταλον, Vrbs Tryphaliæ, Steph.

Epicherias, civitas in Gon Arabico, alias Arsine dicta, ut supra indicatum est.

Epii, populi sunt, qui Ebidenses postea dicti sunt, auth. Tortello. Vide EPEI.

Ἐπιζεφύριοι, ἐπιζεφύριοι, Populi in extrema ora Italiæ, quæ olim magna Græcia dicta est: à Locris, qui Cassæum accolūt sinum, originem trahēres. Dicti Epizephyrii, quòd supra Zephyrium promontorium inhabitarent. Vide Strab. lib. 6.

Ἔπωπε, es, pen. corr. ἔπωπα, Stephano. Corinthiorum arx, quę & Acrocorintho dicitur. Epope dicta, à verbo Græco ἐποπτεύω, quod est inspicere. Illinc enim fertur Sysyphus Iovem conspexisse Asopum rapientem.

Ἐπορέδια, ἐπορεδία, Ptolemæo, Salassiorum oppidum in Gallia trāspadana: olim ex Sibyllinorū librorū oraculo à Romanis conditum, & ab Eporedicis (eo nomine Galli præfātes equorum domitores sua lingua appellabāt: nominatū, ut non obscurè innuit Plin. lib. 3. cap. 17. & Dom. Mar. Nig. lib. 7.

Epura, ἔπουρα, Vrbs quæ nunc Amorena dicitur prius Paralia, Steph.

Ἐπυλῶ, Virgil. 12. Aen. Archetium Mnestheus, Epulonem obtruncat Arbates.

Epy nomen urbis, Scribendum est Aepy, ut suprà.

Ἔπυλις, Ouid. Fast. 4: Propius est titulis Epylus alba tuis.

E ante Q.

Equestris, Colonia, Galliæ Belgicæ oppidum est, apud Plin. lib. 4. cap. 17.

Equitius, nomen viri proprium, & cognomē familiæ Romanæ ab equo deductum.

Equicolus, Virg. 9. Aen. Cōtinuo Quercens & pulcher Equicolus armis.

E ante R.

Ἐραφφόρος, ἐραφφόρος. Bacchus dictus est, ab inducenda cōtentione: quoniam vinum, mare, atq; certamen inducit. Iuer enim contentio: pulsio offendere.

Ἔρασινος, penul. prod. ἔρασινος, Fluvius est ex Stymphalide Arcadiæ lacu profluēs, qui deinde terra occultatus in agro Argivo denuò erumpit, & in finē Argolicum illabitur. ¶ Est & alius ejusdem nominis, juxta Buræ ruinas, in sinum Corinthiū illabens. ¶ Item alius in Eubœa insula, juxta Eretriam urbem. Rursus alius in Attica juxta Babronem. Autor Strabo lib. 8.

Eratisthratus, ἐρατισθράτος. Nomen medici eximii, ex Aristotelis familia oriundi quem non raro invehitur Galenus. Hujus etiam frequens est mentio apud Plinium.

Ἔρατε, tes, pen. corr. ἔρατη, Nympha Oceani & Tethyos filia: ἀπὸ τοῦ ἐρᾶσθαι: hoc est, ab amore nomen habens.

Ἐρᾶτω, pen. corr. ἔρατω, Vna Musarū, ab amore dicta, ꝙ præsit his qui amoris face capiuntur. Virg. li. 7. Nunc age, qui reges Erato, quæ tempora rerum, Quis Latio antiquo fuerit status.

Ἐρατοσθένης, pen. corr. ἐρατοσθένης, Cyrenæus, Aristonis, Chii, & Callimachi poetæ discipulus, Platonicus: ob doctrinam vocatus: præfuit bibliothecæ regiæ: cosmographus insignis, qui primus universum totius orbis circulū circa trecentorum quinquaginta duorum milium stadiorum esse prodidit unde & orbis terrarum mensor appellatus est. Scripsit præter philosophicas historias, astronomica, defectis dialogos, & poemata quædam, autore Suida. Obiit anno ætatis octogesimo primo, quem annum maximum climacteras & humanæ vitæ periodum finemq; veteres credidērunt. Est enim numerus quadratus cōstans ex novem novenariis. Eodem etiam ætatis anno decessit Plato, & Diogenes Cynicus, & Xenocrates Platonicus.

Ἔρβησσός, ἐρβησσός, Vrbs, Steph.

Ἑρκυνία silva, Vide HERCINIA.

Ἐρκύλιος Iupiter, Vide HERCIVS.

Erebides, ἐρεβίδες, pars Lotophagorum, Steph.

Ἔρεβος, pen. corr. ἔρεβος, Fluvius inferorum. Virg. 6 Aeneid. magnos Herebi tanavimus amnes. ¶ Quandoq; pro obscurissima inferarum parte: imas Erebi descēdit ad umbras. Varro ex Erebo natam Noctem ait: Vnde & illud, Erebo creata fatis crimibus Nox te invoco. Hæc Festus. ¶ Alii malunt Noctem Erebi uxorem fuisse: quibus est Cic. de Natur. deorum: Amor (inquit) dolus, metus, senectus, labor, invidentia, fatum, mors, tenebræ, miseria, querela, grauia, haus, pertinacia, parcæ, hesperides, somnia: quos omnes Erebo & Noctē natos ferunt. ¶ Frequenter Erebus autem Erebus pro ipsa inferorum sede accipitur. Vnde etiam Proserpina ab Ovid lib. 5. Metam. Regina Erebi vocatur.

Ἐρεχθεύς, ἐρεχθεύς, Atheniensium rex fuit, cujus filiæ mortem pro patria cōtempserunt. Cic. pro Sestio: Mortem quam etiam virgines Athenis regis (opinor) Erechthei filiæ pro patria contempsisse dicūtur, ego vir Consularis tantus rebus gestis timerem?

Ἐρεχθεῖδαι, ἐρεχθεῖδαι, vicus Atticæ in Aegide tribu, ab Erechtheo, qui Cererem hospitio susceperat.

Ἐρεμβοί, ἐρεμβοί, Populi in Arabia, qui prærupta saxa nudi inhabitant. Autor Strabo lib. 16.

Ἐρεμνή, ἐρεμνὴ, nomen insulæ, Steph.

Erechthion. Vide ERISICHTHON.

Ἐρέσσος, ἐρέσσος, Vrbs in Lesbo, Theophrasti Eresii patria, ab Eresio Macaris filio dicta, Steph.

Ἐρέτρια, pen. corr. ἐρέτρια, Oppidum est Euboeæ insulæ, circa quod effoditur terra in medicinæ usu præstantissima, quam ab ea Eretriam vocant. Ejus Dioscorides duas facit species: unam vehementer rubam: alteram ad cineris colorem vergentem. Plin. etiam Eretriam terram inter pictorum colores enumerat lib. 35. cap. 6. Hujus urbis meminit & Homerus 2. Iliad. in Catal. nauium.

Ἔρετρον, pen. prod. ἔρετρον, Oppidulum est Sabinorū, non procul à Tybri, in colle situm, quem etiam veteres montem Eretum vocaverunt: hodie Italorum vulgus corrupto vocabulo Monte rotundone vocat. Ejus meminit Virgil. lib. 7: Eretī manus omnis, olivæq; Mutusteæ.

Ἔρεβαρις, ἐρεβαρὶς, Vrbs Libyæ, à Revaste & Eleutheta, Steph.

Ἐρευθαλίων, ἐρευθαλίων, Viri proprium, quem Neleus interemit, dixitq; cum miraculo corporis, tùm excellentia animorū præcipuum in bello Pyliorum & Arcadum fuisse.

Ἐριγαίτερα, orum, ἐριγαίτερα. Vicus insignis inter Pergamum & Cyzicum, quadringentis & quadraginta stadiis à Pergamo distans, metallorum fodinis nobilis: à quibus & nomen accepit. Celebratur hic vicus à Galeno lib. 9. Simplicium medicamentorum.

Ergalylus, nomen proprium viri, Tortello.

Ergavica,

Ergavica, ἐργάουικα, Oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Vasconum, teste Ptolem. lib. 2. cap. 6. Plinius quoque libro 3. capite 3: Ergavicenses populos connumerat in eodem Hispaniæ tractu.

Ergĕtium, ἐργέτιον, Oppidum Siciliæ, cujus incolæ dicuntur Ergetini, ἐργετῖνοι, quorum meminit & Plin. lib. 3. cap. 8.

Ergīnus, ἔργινος, Tyrannus fuit qui ab Hercule & Minyis Orchomeni urbe expulsus, postea & extinctus est. ¶ Erginus Thraciæ fluvius, autoribus Plin. libro 4. cap. 11. & Pomponio Mela lib. 2 in descriptione Thraciæ.

Eribœa, ἐριβοία, Dicta ab Homero Iuno, quasi bucularum molestia, quòd ea in bovem versam multis affecerit molestiis. Nam ἔρις contentionem, litem, sive molestiam significat: βοῦς, bovem. ¶ Est etiam hoc nomine urbs Macedoniæ, teste Ptolemæo lib. 3. cap. 13. Vulgò Prasta.

Ericætes, pen. prod. Vir cujusdam Lycaonii nomen, à Messapo Turni comite interfecti, ut Virgilio placet, 10. Aen. Cedicus Alcathoum obtrũcat, Sacrator Hydaspem. Messapus Clonium q; Lycaoniumq; Ericatem. Interpretari potest, ira confractus. ἔρις, ira, κατάγνυμι, infringo.

Ericea, ἐρίκεια, Vicus Athenis in tribu Aegide, Steph.

Erechtheus, ἐρεχθεύς, Nomen proprium fuit Athenarum regis, quem Minerva è rure ubi natus erat, latuisse, educavit, & Atheniensi populo pro rege tradidit. Ab eo Athenæ Erichthæ dictæ sunt. Virg. in Cir. Qualis Erichthei olim portatur Athenis.

Erechthonĭus, ἐρεχθόνιος, Qui etiam Erichthcus dictus est, Atheniensium Rex fuit ex semine Vulcani in terram projecto editus: Vnde & nomen habet, ἐρί ἐχθος: id est, ex certamine, aeq; humo. Nam quum Vulcanus eius arma fecisset, nisi Iupiter optionem deos fecisset quod vellet postulandi, ipse ferq; per inferna paludem se ubi negaturum ne Minervæ ea arma postulavit, quæ quum Iupiter juramento obstrictus, ei negare non posset, Minervam tamen monuit repugnare, poteritamq; defendere. Tum in ea colluctatione Vulcanum in terram profudisse ajunt semẽ, atq; inde editum fuisse puerum draconum pedibus nomine Erichthonium: qui quum adolevisset, ut pedum deformitatem tegeret, primus currus usum adinvenit. Hanc fabulam refert Servius in illud Virg. li. 3. Georg. Primus Erichthonius currus & quatuor ausus jungere equos, rapidisq; rotis insistere victor. Ab eo populus Atheniensis Erechthonius dictus est.

Erichtho, ἐριχθώ, Mulieris Thessalæ nomen est apud Lucanum lib. 6 multitudine veneficiorum famosæ. Eo nomine usus est Ovidius in Epist. Sapphus, pro Furiæ cujusdam infernalis nomine, illud (inquit Sappho) mentis inops, ut quam furialis Erichtho impulit, in collo crine jacente, ferar.

Ericis, portus Ptolem. Liguriæ oppidum: Plinio Delphini portus.

Eridānus, pen. corr. ἠριδανός. Vulgò Po: Italiæ fluvius in Vesulo monte nascens, & per agrum Gallicum in mare Adriaticum influens. Hodie notiore nomine Padus appellatur. Eridanum autem dictum volunt ab Eridano Apollinis & Cymenes filio, qui à Ioue fulmine ictus in Padum fluvium decidisse, ejq; Eridano nomen fecisse. Virg. quòd Italicorum omnium maximus sit, regem fluviorũ appellat. ¶ Est item Eridanus cœleste signum Arcti proximum. Cic. ex Arato: Nanq; etiam Eridanum cernes in parte locatum Cœli.

Erigŏnē, ἠριγόνη, Icarii filia fuit, teste Hygino, quæ ex dolore patrem necis, quem rustici temulentum occiderant, se ipsam suspendit, deorumq; miseratione in cœlum translata, Virginis nomen obtinuit. Virgil. Georg. Qua locus Erigonem inter, Chelasq; sequentes Panditur.

Erigŏnēĭus, adjectivum, ἠριγονήιος: ut Canis Erigoneius, apud Ovid. libro 5. Fastor. Nocte sequente diem Canis Erigoneius exit: id est oritur Canis, sydus cœleste. Vide Hygini. Et canis Erigones vocabatur Chimera. Porrò quum ejus umbra regionem illam infestaret, ad iram mitigandam imagunculas ex cera confectas arboribus appenderunt, quòd in Bacchi sacrificiis fieri consuetum est. Vide Virg. lib. 2. Georg. - ubique Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

Erimanthus, qui ites dicimus in dando divinat, ἔρις, lis, μάνθω divinus Iuvenalis: Aut Dyrphilos, aut Erimanthus.

Erimum, ἔριμον, Vibs Oenotrorum in mediterraneis, Steph.

Erinēŏs, ἐρινεός, Locus asper sub Ilio inter duas à capris cornu, quos Graeci ἐρίνους appellant, multitudine dictus. Meminit hujus loci Andromache, apud Homerum Iliad.

Erineum, ἐρινεός, Vrbs in Doride à caprifico dicta, ut autor est Strabo. ἐρινεός, Steph. urbs Dorientium sub Parnasso, dicitur etiam ἐρινεόν. Est & alia Italiæ, & Achaiæ.

Erinnă, ἐρίννα, Nomen poetriæ ex Teo urbe Laconica, quæ floruit circa Olympiadem centesimam septimam.

Erinnўs, yos, ἐρινύς, Una Furiarum: ita dicta ἀπὸ τοῦ ἐρίζειν φιλεῖν: hoc est, à contumpendo amence. Virg. 2 Aen. quòd nullis Erinnys. Quò fremitus vocat. ¶ Erinnys ex tragœdia. Ἐρινὺς ὁ τραγῳδία: De fœdis aniculis, qualis exitium cœna, repræsentantes Erinnys. Ex Aristophanis Pluto

Erionia, ἐρίωνα, regio circa Sardes, quæ & Asia, Steph.

Eriphia. Veneficæ fascinatricis cujusdam nomen fuit, de qua vide Erasmum in Adagiis.

Eriphўlē, es, vel Eriphyla, æ, pen. prod. ἐριφύλη, Nomen uxoris Amphiarai, & sororis Adrasti: quæ accepto à Polynice aureo monili, maritum latentem, ne ad bellum Thebanum ubi se moriturum sciebat, proficisci cogeretur. Portus procidit. Virg. 6 Aeneid. His Phaedram, Procrimq; locis, maestamq; Eriphylen. Cic. 6 Verrina: Eriphylã antepono in fabulis ea fuisse cupiditate, ut quã vidisset monile ex auro, ut opinor, & gemmis, pulchritudine ejus incensa, salutem vendideret. Juvenal. Satyra sexta. Occurrunt multæ tibi Belides, atque Eriphylæ.

Erĭphўsă, ἐρίφυσα, Insula una ex Aeolis. Strabo, li. 6

Erisichthŏn, ἐρυσίχθων, Vir impius fuit in Thessalia, qui quũ Cereri nemus conseratum: præsertim verò querceam in qua Nympha quædam succidisset: irata Ceres famem ad eum misit, quæ toto exhausto patrimonio, eò coegit eum ut propria membra ipse absumeret. Hanc eratũ in puella præsertim forma, nomine Metra, quam ubi prostituisset, adolescentes qui commeabant ad illam, vana munera deferebãt: alius equos, alius boves, alius vervecesinam id temporis nondum auri, argẽti, gemmarumve erat usus. Porrò Thessali per jocum dicebant Metram Erisichthonis, vertit in ea omnia, quæ illi à mercatoribus filiæ donabantur? Atque hinc proverbium. Marcabior Metra Erisichthonis, μᾶλλον Μήτρας τοῦ Ἐρυσιχθόνος. In eum congruit, qui sectum non constat, sed fabulosa tum alia aliam personam tum. Fabulam Erisichthonis tractat Ovid. lib. 8. Metam.

Ero, ἠρώ, Puella formosissima ex Sesto Thraciæ urbe, ad Hellespontum sita, & Veneris sacerdos: cujus mutuo amore correptus Leander Abydenus adolescens, noctu ejus causa Hellespontum solebat trajicere. Verùm quum aliquando nimio amoris desiderio, mari temperatibus agitato se committeret, viribus destitutus, submersus est. Cujus cadaver quum fluctuum impulsu Sestum esset delatum, Ero doloris impatientia, ex celsissima sese specula in mare præcipitavit. Multus horum amores elegantissimo carmine exequitur.

Eroeiadæ, ἠρωιάδαι, Vicus in tribu Hippothoontide, Steph.

Eropia, Insula una ex Cycladibus, aliter Acte: & postea Syphnus appellata.

Eropolistides, nomen apud Plautum, quo significatur ob amorem vendita. ἔρως, amor, πωλέω, vendo.

Erōtium, ti, ἐρώτιον: Mulierculæ nomẽ est apud Plautum per diminutionem: ἀπὸ τοῦ ἔρωτος: hoc est, ab amore detortam. ¶ Erotium item Graecis Cupidinis imaguncula significat.

Erphordia, Vrbs Thuringiæ celebris. [Vulgò Erfordt.]

Errina, ἔρρα, Vrbs Parthiæ ad Euphratem.

Erўcĭus, ἐρυκῖος à Cicerone in 4 Verrina appellatur Siciliæ mõs, quem Strabo & alii Erycem vocant. Non enim ἐπιστρατεύεται Quæstor per Siciliam, sed consuetudo ita qui Erycum manẽ obtinebat. Et paulò post in eadem Actione: Hoc de homine, ac de hujus bonis etiam in Eryco mõte monumenta posuit. Vide plura in dictione ERYX.

Erўcīnă, æ, Ἐρυκίνα, Venetiæ cognomentũ est ab Eryco Siciliæ mõte, in quo religiosissimè colebatur. Ovid. 2. Amorũ: Quid geminas Erycinæ meos fine fine dolores! Vide Cic. in Div. in Ver.

Erўmanthus, Ἐρύμανθος, Mons Arcadiæ, in quo aprum agrorum vastatorẽ Hercules domuit, vivumq; in humeris ad Eurystheum detulit: quo conspecto, Eurystheus in aereo ilice se abscondit. Virg. lib. 8. Aen. fixerit utpote cervam licet, aut Erymanthi Pecarit arcentora, & Lernam tecent fecent arcu. ¶ Est & fluvius hoc nomine in Alpheum defluens, ut ostendit Plin. lib. 4 cap. 6.

Erўmanthēus, a, um: ut Monstrum Erymantheum. Valer. in Arg. Quinq; Erymanthe: fudantem pondere monstri Amphitryoniadem, &c.

Erўmanthĭus, a, um: ut Aper Erymanthius. Cic. 6. Verr. Ajebãt in laboribus Herculis nõ minùs hunc immanissimum Verrem, quàm illum aprum Erymanthium referri oportere.

Erўmānthŏs, idos, Aliquando legitur pro ipsa Arcadia. Ovid. 2. Metamor. Nexilibusve plagis sylvas Erymanthidos ambit. ¶ Erymanthis ursa, dicta est Callisto Lycaonis filia, quæ versa est in ursam: ut docet Ovid. lib. 2. Metamorph. ¶ Cultor Erimanthidos Vrsæ. Arctophylax. Manil. 2 Trist. Eleg. 3: Tingitur Oceano cultor Erymanthidos Vrsæ, Aequoreasq; luo lidere rorabat aquas.

Erymna, Urbs Lydiæ, Trallis postea dicta. Steph.

Erymna, Urbs Lyciæ, Steph.

Erythen, Urbs Cypri in quo Apollo Hylates colitur, Steph.

Erysice, Vide Oeniadæ, urbs Acarnaniæ, quæ postea Oeniadæ nominata est: unde totam Oeniadarum regionem Erysicem nominarunt, ab Erysice Achelöi filia, gentile Erysiceus. Steph.

Erythreus, rex fuit Athenarum, Orithyiæ pater, quam Boreas rapuit, & in Thraciam deduxit.

Erythia, Ger. Ein Insel im Hudmeer nahe bey den Gadibus, heist jetzt Tolus.] Insula est in Oceano, proxima Gadibus, in qua olim Geryones regnasse creduntur. In ea tanta aëris benignitas esse fertur, ut homines parat penè immortales. Strabo lib. 3. & Plin. lib. 4 cap. ult.

Erythini, Vrbs Paphlagoniæ, unde Erythinus. Apollonius Erythinon dixit Steph.

Erythra, Urbs Ioniæ, quæ & Cnopupolis, à Cnopo vocabatur. Alia est Libyæ, & alia Locridis, alia Bœotiæ, & alia Cypri, quæ nunc Pythus. Steph.

Erythra acra, Promontorium est Libyæ. Steph. quasi dicas glebam rubram, urbs Aegypti, Steph.

Erythræ, Vulgò Cebolbianco, Civitas Asiæ, non longè à Chio, ex qua Sibylla fuit, quam à patria Erythræa nominavere: cantatrix quæ fuit mulier, & divinatrix, tempore Alexandri.

Erythræum mare, Pars Oceani, Arabiam à Meridie alluens: ad Occidentem, Arabico: ad Ortum, Persico sinu terminata. Ἐρυθρὸν πέλαγος, Ger. Das Rotmeer oder das Arabisch Rotmeer.] Ratio nominis varie traditur à scriptoribus. Proximè tamen ad veritatem videntur accessisse, qui ab Erythra rege, Persei & Andromedes filio, dictum putârunt etiam opinionem subscribit Arrianus, Gellium Alexandri, li. 8. Reliquas opiniones, hic brevitatis causâ omissimus. Strabo lib. 16. A Latinis autem per errorem videtur appellatum Mare rubrum. Nam quum audirent à Græcis Erythræum vocari, existimarunt à rubedine aquarum ita dictum, ipsi quoq; Mare rubrum dixerunt.

Eryx, Ger. Ein Berg in Sicilien, heist jetzt Monte di S. Giuliano.] Nomen montis in Sicilia, ab Eryce ibi sepulto, & nomen civitatis in eo fuit, in quo templi Veneri cõstitusit Eryx ejus filius. Ovidius secundo de Arte: Sed dea nec patitur sic ad sua munera cogi, Colle sub umbroso, qui rent altus Eryx. Pomponius: Mons in Eryx maximè memoratur ob celebrii Veneris. Vnde Venus Erycina dicta est. Ovidius secundo Amor.: Quid geminas Erycina meas fine fine dolores?

E ante S.

Esau, Nomen filii Isaac, qui & Edom; hoc est, rufus. Scit, quod pilosum significat, appellatus est.

Esis, pro Ruvi nomine, Vide AESIS.

Eslingia, urbs Germaniæ in ducatu Wirtembergico.

Essedones, forte Plin. lib 4. cap. 12, populi sunt Asiæ, utrinq; Scythiam incolentes, super Maotim lacum, non procul à Riphæis montibus, quibus (teste Herod. lib 4. Hist. mos fuit parentum funera cantu prosequi, & congregatis proximis, cadavera ipsa pecudum admixtis carnibus comedere: os autem capitis, quod καρήατον vocamus, auro cingere, & ad poculi usum asservare.

Essæi, Una ex tribus religiosioribus Iudæorum sectis: quæ omninò tres erant, esse Iasepho, Pharisæorum, Essæorũ, & Sadducæorum. Ex his Essæi uxoribus & vino, & carnibus abstinebant, quotidianumq; jejunium vertebant in naturam.

Essus, Urbs Laceridis, Steph.

E ante T.

Etaei, Urbs est Laconica, Steph.

Etaxalis, Insula est juxta Lilybæum Perticum, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 28.

Etearchus, chi, Oxi civitatis Creticæ rex fuit, qui amissa uxore filia sua Phronima novercã superinduxit, quæ domum ingressa, ut erat, ita recipta se novercam prestitit, cum lædendo, atque omne injuriarum genus excogitando, tum ad extremum impudicitiam impingẽdo. Etearchus criminationibus uxoris fidem habens, Themisonem quendam Thereum jurejurando astringit, ut acceptam Phronimam in mari demergeret. Qui quum se neque Etearchi crudelitatis ministrum præbere vellet, neque rursus jusjurandum violare, revinctam saxis puellam demisit in pelagus, eãq; subitò retracta, Theram pervenit: ubi Polyxenus vir inter Thereos spectatus, in concubinatum Phronimam accipit: qui ex ea Battum genuit Cyrenæum in Africa conditorem. Autor Herodotus lib. 4.

Eteocles, penul. correp. Oedipi filius, ex nefando Iocastæ matris cõcubitu editus: cui cum fratre Polynice ita convenerat, ut alternis annis regnarent. Exacto deinde primo anno, quũ Eteocles qui quod major natu esset, primo anno se-

E ante V.

gnaret, removeret fratri regno cedere: Polynices adjutus à Tydeo & Adrasto socero, septi bellum intulit, in quo amborum mutuis vulneribus occiderunt. Impositis deinde cadaveribus eidem rogo, flamma se divisisse traditur tanquam odium illud quod inter vivos fuerat, ne morte quidem finiri potuerit. Interpretatur autem Eteocles veraz gloria, ab ἐτὸς quod verum significat, & κλέος, gloria. Vnde etiam sine aspiratione scribendum est.

Eteoneus, urbs Euboeæ, ab Eteoneo quodam, nunc Scarphea vocant, in colle sita: Ἐτεώνειον enim lego, nõ Ἐτεόνεον. Steph.

Etesiæ, Ger. Wind so jährlich etlich tag in den Hundstagen wehen.] Venti qui certo anni tempore flant. Hos Strabo lib. 3. Sublolanos vocat hoc est, Euros. H. quotannis in vigore ætatis persistat XL. diebus post Canicularem exortum. Dicti Etesiæ id est, annui: ἔτος enim annus, ἐτήσιος, annuus: quòd ex omnibus ventis hi maximè stati sint, & singulis annis eodem tempore redeant. De his Plin. libro 17. cap. 5. & Gell. lib. 2. cap. 18.

Ethalia, Insula in Ligustico mari, Populoniæ urbi opposita, ab Ethalio, qui ei præfuit, sic dicta. Quidam hoc nomẽ eam ob id longo fuisse aiunt. Vide AETHALIA.

Etherusa, Insula est in ora Cariæ, nõ procul ab Argilia insula: Plin. lib. 5. cap. 31.

Ethrleum, Fluvius minoris Asiæ, olim Troadis & Mysiæ terminus, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. ult.

Ethemon, nomen vel proprium, de quo Virg. li. 10. Aen. meminit, quum ait:

Et claras Ethemon Lycia comitatur ab alta.

Ethici Asiæ populi, apud Plin. lib. 5. cap. 4.

Ethneæ, ἔθνος, populi Thessaliæ, ab Ethnesto Neoptolemi filio, Steph.

Ethusa, Olim insula fuit in mari Myrtoo, quæ deinde continenti apud Myndum accessit. Plin. lib. 2. cap. 89.

Etis, ἔτις, vicus Laconiæ, aut Cretæ civitas parva Mylonis, unius ex septem sapientum, unde Etius nominatus, Steph.

E ante V.

Eva, Vrbs Arcadiæ: genitivus Evæus, Steph.

Evadne, per diæresin, Mattis filia ex Thebe uxore Asopi, & conjux Capanei, quæ illum incredibili amore dilexit. Itaq; quum audisset illum apud Thebas vere dilexisse, se in mortua ejusdem ipsius rogum projecit. Ejus meminit Virg. 6. Aen. Evadnenq; & Pasiphaën, etc.

Evæmon, Pater fuit Eurypili qui cum Græcis ad Troiam profectus cum quadraginta navibus, præfuit: Omeritis, Autor Homerus in Catalogo navium.

Evænetus, Nomen regis Lacedemoniorum, qui ad custodiendum introitum Thessaliæ contra Xerxem, unà cum Themistocle Atheniensium duce, à Græcis constitutus fertur.

Evagoras, ad quem Isocrates scripsit.

Evaleni, populi quorum meminit Glaucus libro 2. de Arabia.

Evan, Vnde est ex Bacchi cognominibus: Ovid. lib. 4 Metam. Nyctelius q, Eleleusq; parens, & Iacchus, & Evan. q Inde Evantes, dictæ sunt Bacchæ, quæ Liberi patris Orgia celebrantes, Evantis nomen identidem acclamabant. Virg. 5 Aen. Evantes Orgia circum Dardanæ Phrygiæ.

Evander, Proprium nomen Carmentis filii, qui quum patrem imprudens occidisset, relicta Arcadia, in Latium se contulit, atq; pulsis Aborigenibus, in Palatino mõte consedit, ut oppidum Pallanteum fundavit, à nomine Pallantis (ut Virgilio placet) proavi sui. Virg. 8. Aeneid. Arcades his oris, genus à Pallante profectum, Qui regem Evandrum comites, qui signa sequuti Delegêre locum, & posuêre in mõtibus urbem, Palanteis proavi de nomine Pallanteum. q Legitur & nominativus Evandrus. Virgil. 8 Aeneid. Tum pater Evandrus dextram complexus euntis Hæret. q Fuit etiam ejusdem nominis plastes ac sculator egregius Atheniensis, à M. Antonio Alexandriam perductus, eoque victo, inter captivos Romam advectus, curore Acrone in illud Hor. 1. Serm Sat. 18. mendaxve canalium Evandri manibus tritum dejecit. Id est, ratiocem nobilem cælatum.

Evandrius, ia, ium, adjectivum est, Evandria regna. Silius lib. 7: Qui Carmẽtis opes, & regna Evandria servas. Virgil. 10. Aen. Namtibi Tymbre caput Evandrius absstulit ensis.

Evax, Vide in APPELLATIVIS.

Euboea, Ger. Ein lange Insel im Aegeischen Meer welche mit einem engen Meer von dem Lande Boetia abgescheid ist: heist jetzt Negropont.] Nomen insulæ est in mari Aegæo tam angusto corpus à Bœotia divisa, ut ponte illi conjungatur, intagnis tribus promontoriis, Geresto scilicet ad Actæum vergente: ad Hellespontum Caphareo, extrio Græciæ insulæ notissimo:

tissimus ad Septentrionem, Cauto, teste Plin. lib. 4. cap. 12.

Euboicus, a, um, adjectivè ut Plebs Euboica. Stat. lib. 3. Syl. -Stupuit primæva ad carmina plebes Euboica.

Euboicus, a, um: ut carmen Euboicum, Ovid. 4 Fast. Carminis Euboici fatalia verba fuere. Sic Iasp. Sibylla Euboica: id est Cumana. Stat. 1. Syl. -Euboicæ carmen legit ille Sibyllæ.

¶ Hinc Euboicum mare, Εὐβοϊκὸν πέλαγος, quod duplex esse dicitur: alterum in Aegeo mari: alterum in Campano, seu Tusco, quod in Aegæo, Euboeæ adiacet insulæ, à qua denominationem est: quod autem in Tusco, Cumarum, Bajarumque alluit oram, ab Euboicis advenis & Cumarum conditoribus nomen habuit.

Eubulus, pen. prod. Εὔβουλος, Atheniensis civis fuit, contrarias ferè Demosthenis in Reipubl. administratione partes fovens. ¶ Fuit & Eubulus media comœdiæ poëta, ut scribit Suidas. ¶ Eubulus præterea nomen fuit historici, qui historiam Mithræ multis voluminibus explicuit.

Eucarpia, Εὐκαρπία, Urbs Phrygiæ, in qua racemi feracitate ac magnitudine spectabiles sunt: unde & nomen, quasi uber fructuum proventus. Meminit hujus oppidi Strabo libro 12. Eucarpia Stephano, vicus est minoris Phrygiæ, in qua Metrophanes refert, racemus tantus provenit, ut currus medius præonere aliquando compleatur. Hanc regionem Barbari favem Cereri & Baccho fœcunditatis gratia donasse fabulantur. Est etiã Eucarpia castellum Siciliæ, inter Thymæos.

Euclides, Εὐκλείδης, Philosophus fuit Megarensis, Socratis auditor, ad quem bello tempore assumpta mulieris veste fœpiùs commeasse traditur. Defuncto verò Socrate in patriam sese cõtulit, ibiq; celebri auditorio (in quo etiam Plato fuisse perhibetur) Philosophiam professus est. Scripsit dialogos quamplurimos, quorũ nomina recensent Suidas & Diogenes Laërtius. ¶ Fuit & alter ejusdem nominis Platonicus philosophus, & geometra insignis, tempore primi Ptolemæi, posterior aliquanto his qui Platonis temporibus vixerunt, antiquior verò Eratosthene, & Archimede. Hic multa de Geometria & Musica conscripsit, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur.

Eucratida, urbs Bactrianorum (Steph. ex Strabone) ab imperãte cognominata.

Eudæmon, onis, pen. prod. genitivi corr. Εὐδαίμων, Aegyptius grammaticus, teste Suida, patre Pesinoëte, Libanii sophistæ contemporaneus. Scripsit varia poëmata, item artem Grammaticam, & de recta scribendi ratione.

Eudemus, Εὔδημος, Orator fuit Megalopolitanus, Philopœmenis præceptor. Autor est Plutarchus in vita Philopœmenis.

Eudamidas, pen. corr. Εὐδαμίδας, Nomen filii Archidami, & fratris Agidis Lacedæmoniorum regis.

Eudipnè, Εὐδίπνη, insula Libyæ Phœnicum, Steph.

Eudorâ, pen. prod. Εὐδώρα, Nympha Oceani & Tethios filia, ut placet Hesiodo in Theogonia, septem una ex Atlantidibus, quæ septem numero esse perhibentur, Amboralia, Eudora, Pasithoe, Coronis, Plexaura, Pitho, Tyche.

Eudorus, Εὔδωρος, Mercurii filius fuit ex Polymela Phylantis filia, qui Achillem ad bellum Trojanum tequutus est, ut est videre apud Homerum 8. Iliad.

Eudoxus, [Εὔδοξος. Ger. Ein erfarner Astrologus der erstlich von der Griechen Zeit gerechnet hat.] Peritissimus Astrologus fuit & Geometra, filius Aristonis, patria Gnidius, qui primus apud Græcos annum ad Lunæ cursum ordinavit. Lucan. lib. 10. Nec menses Eudoxi concedet fastibus annus. Scripsit leges, & de Geometria arq; Astrologia libros edidit. Cic. lib. 2. de Divin. Ad Chaldæorum, inquit, monstra veniamus, de quibus Eudoxus, Platonis auditor, in Astrologia judicio doctissimorum hominum facile princeps, hic opinatur: id quod scriptum esse ajunt? Chaldæis in prædictione & notatione cunctis, vitæ exitialis die, minimè esse credendum. ¶ Fuit & alius Eudoxus Rhodius historicus: alius Siculus, filius Agathoclis, poëta comicus.

Evelgia, Εὐέλγεια, Vrbs quædam, Steph.

Euemërus, pen. corr. Εὐήμερος, Nomen historici, de quo Lactantius: Euemerus, inquit, antiquus autor fuit è civitate Messana. Res gestas Jovis, & cæterorum qui dii putantur, collegit, historiamq; cõtexuit veritatis, & interpositis factis, quæ in antiquissimis templis habebantur. Hanc historiam interpretatus est Ennius, & sequutus.

Euenetus, Lacedæmoniorum dux fuit, qui ad arcendum Thessaliæ finibus Xerxem, Themistocli datus adjutor fertur. Autor Herod. lib. 7.

Euenus, pen. prod. [Εὔηνος. Ger. Ein fluß in Aetolien.] Euenus est Aroliæ in Calydonio monte nascens, & juxta Calydonem in mare Ionium influens: ita dictus ab Evenio Martis filio, & Marpessa patre, qui se in hunc Evenum præcipitavit. Ovid. lib. 9. Metamor. Nunque nova repetens patrios cum conjuge muros, Venerat Eveni rapidas Jove natus ad undas. Lucanus: Et Meleagrea maculatus sanguine Nessi, Evenus Calydona secat, &c.

Evenus, Εὔηνος, Philosophus qui famem optimum ciborum condimentum esse dicere solebat, ut refert Plutarchus. ¶ Fuerunt item Eveni duo Parii, Elegiarum scriptores: quorum meminit Suidas.

Evergetes, Εὐεργέτης, Cognomen Ptolemæi Aegyptiorum regis, qui Philadelpho successit, à maximis ejus in Græcos civitatem meritis impositum. Nam εὐεργέτης à Græcis dicitur quem nos benefactorem, vel benemerentem appellamus. ¶ Evergetæ item dicti sunt populi Scythiæ, qui & Arimaspi, quòd benefici fuerint in Argonautas maris tempestate ad eorum litora delatos, Steph.

Euganei, Εὐγάνειοι, Populi fuerunt ad intimum maris Adriatici finum, Alpes versus, qui deinde à Trojanis & Henetis, qui Antenore duce in eam Italiæ partem venerant, sedibus suis pulsi, Alpes Grajas tenuerunt. Liv. lib. 1. ab Vrbe. Cæsibus deinde variis Antenorem cum multitudine Henetum, qui seditione ex Paphlagonia pulsi, & sedes & ducem, rege Pylæmene ad Trojam amisso, quærebant, venisse in intimum maris Adriatici sinum, Euganeisq; qui inter Alpes, marq; incolebãt, pulsis, Henetos, Trojanosq; eas tenuisse terras, & in quæ primùm egressi sunt loca, Troja vocatur, pagoq; inde Trojano nomen est: Gens universa Veneti appellati. Hactenus. Quamvis sint Euganei ἀπὸ τοῦ εὖ γένους, hoc est, à generis nobilitate, teste Plin. lib. 3. cap. 20. Hinc Euganeus, a, um. Juvenalis: Euganea quantumvis mollior agna. Lucanus: Euganeo (si vera fides memorantibus) augur Colle sedens, Aponus ubi tepris fumifer exit, Atq; Antenoræi dispergitur unda Timavi.

Eugii, Εὔγιοι, regiuncula Arcadiæ, Steph.

Euhyus, Εὔϑυος. Germ. Guter Sohn: Sonderlich Jacobs, welchem jhm Jupiter gegeben/als er mit ein Schaaf für jhn wider die Riesen gestritten hat.] Vnum ex Bacchi cognominibus, a love ei inditum eo in bello quod Gigantes cum diis gesserunt. Fabulantur eorum Poëtæ, cæteris diis pernecessitis, Liberum patrem se in leonem convertisse, unumque ex Gigantibus interfecisse, & ob rem tam fortiter gestam, Euhyon: hoc est, bonum filium à love salutatum. Stat. libro secundo: Et tũc fortè dies notos signata tonãtis Fulmine, præreptum te tenet Euhye parens Tranquillæ patri. ¶ Inde fit feminarum cultus, Bacchi sacerdos. Horat. libro 3. Carminum: Non secùs in jugis exsomnis stupet Euhyas, Hebrum prospiciens, & nive candidam Thracen.

Evii, papæ Liguriæ, Steph.

Evila [רְוִלָה, Chavilah.] Regio ad Orientem vergens, sacris literis celebrata, quam circuit de Paradiso Phison egrediens, quem nostri mutato nomine Ganges vocant. In ea aurum purissimum, quod Hebraicè Zahab, & gemmæ pretiosissimæ, carbunculus, smaragdus, nascuntur.

Evippe, Εὐίππη, vicus Cariæ, Steph.

Eumæus, Εὐμαῖος, Subulcus fuit Vlyssis, qui dominũ à bello Trojano redeuntem opera sua adjuvit contra procos uxoris. Homer. lib. 21. Odyss.

Eumelus, Εὔμηλος, Admeti Regis Thessaliæ ex Alcesti uxore filius.

Eumenes, Εὐμένης, Vir Cardianus ex intimis Philippi & Alexandri familiaribus, qui cura, diligẽtia, patria calliditate, & celeritate omnes Macedones superavit: de quo multa à Græcis historicis traduntur. ¶ Fuit præterea hoc nomine Pergami rex, qui Antiochum apud Sardes ingẽti præsidio superavit: de quo vide Strabonem lib. 13. & infra in additione PERGAMVS.

Eumenia, Εὐμένεια, urbs Phrygiæ quam Attalus ab Eumene Philadelpho sic vocavit: aut Hylas, quòd bene in ea mãtisset, sic eam appellavit. Alia etiã Cariæ tertia in Hyrcania.

Eumenides, [Εὐμενίδες. Ger. Wütende vnnd vngütige Teuffel (Weiber.] Furiæ quæ εὐμενίδες dictæ, quòd minimè benevolæ sint. Εὐμενὴς enim benevolum significat. Has autem tres ferunt fuisse, Acherontis & Nocte filias, uno partu editas. Et apud inferos vocantur Canes unde Lucanus: Jam vos ego nomine vero Eloquar, Stygiasq; canes in luce lupercas Deferam. Apud mortales, Furiæ, ab effectu. Cicer. secundo de Legibus: Agitant Scelestorum impios Furiæ non arcentibus cædis ultoribus. Est in fabulis, sed angere conscientiæ, & fraudis cruciatus. Apud Superos dicuntur, Diræ. Virg. lib. 12. Aen. At procul ut Diræ stridorem agnovit & alas, Infelix crines scindit sua germana soluros. Vocantur & Volucres, ut apud eundem: Jamam hinc ingens cum voce per agmina clamat Erigonen, nec me terrent, nec tela timentem. Obscenæ volucres, alarum verbera nostra.

Eumolpus, Εὔμολπος, Nomen viri Atheniensis, quem Suidas Musæi patrem filium tuisse scribit, & Pieriorum victorem. Alii Orphei vatis filium fuisse credunt, qui Poëta fuit ipso etiã Homero antiquior. Ab hoc Eumolpidas, sacrorũ quorũdam præsides dictos volunt, quorum meminit Æschines in oratione contra Ctesiphontem.

Εὐμολπίδαι, Εὐμολπίδαι. Dicti sunt sacerdotes, seu magistratus Athenis, in memoriam & honorē Eumolpi regis, quem Aegyptii generis fuisse Diodorus refert.

Eumonides, Εὐμονίδης, Nome proprium viri Thebani, cujus meminit Plutarchus.

Εὔνη, Εὐνή, urbs Cariæ, in qua fluvius est Eunæus. Est etiam Euna, urbs Argos, quam habitabant Cyrenæi, Steph.

Euneus, pen. prod. Εὔνεως, Iasonis filius ex Hypsipyle filia Thoantis regis Lemni, teste Homero lib. 7. Iliad.

Eunomyanitæ, Εὐνομιανῖται, populi Aegyptii, juxta Archiepiū, Stephan.

Εὐνοστίδης, Εὐνοστίδης, Vulgò Lastega, Insula est una ex Vulcaniis dicta, quòd è Lipara in Siciliam navigantibus finitima asseratur. Nam Εὔνους Græci ἐφημερίαν vocant Epistolia. Autor Strabo lib. 6. ¶ Est item Eunostos Theophrasto, arbor infœcunda, malo Punicæ similis, in Lesbo insula potissimum provenions, pecorum gustatu lethalis. Vide Plinium lib. 13. capite 22.

Eupalia, Εὐπαλία, Nomē urbis in Lucride, apud Plin. lib. 4. c. 3.

Eupator, filius Antiochi Epiphanus, successit patri in regno Syriæ, cui præfuit annos duos. Postea confectus est à Demetrio patruo, 1 Mach.

Euparria, Εὐπαρρία, urbs Lydorum, Steph.

Eupheme, Εὐφήμη, Matris nomen, nutricis Musarū, & Graciarum.

Euphemiā, Εὐφημία, Vxor Iustini Imperatoris, cujus meminit Suidas. ¶ Græcis item Euphemia, faustam acclamationem significat, qualis fieri soles principibus recens inauguratis.

Euphorbus, Εὔφορβος, Vir Trojani nomen est, à Menelao occisus Ovid. lib. 15. Metam.

Ipse ego (nam memini) Trojani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram: cui pectore quondam
Hastilia adversio gravis hasta minoris Atridæ. Sunt verba Pythagoræ, qui suo exemplo ait se probare animas a corporibus separatas in alia atq; alia corpora commigrare, quòd tempore belli Trojani ipse fuerit Euphorbus à Menelao interfectus, suumq; clypeum agnoverit à Menelao in templo Dianæ suspensum.

Euphorion, Εὐφορίων, Nomen Poëtæ Chalcidensis, qué transtulit Cornelius Gallus. Meminit Cic. 2. de Natur. deor. Quid (inquit) poëta nemo? nonne physicus obscurus? ille verò nimis etiam obscurus Euphorion? at non Homerus.

Euphranor. [Εὐφράνωρ. Ger. Ein kunstreicher Gut Hertzer und Maler.] Nomen statuarii laudati Isthmici, qui de tympana & coloribus aliquot volumina conscripsit. Floruit centesima quarta Olympiade: plurimarū signa nobilissima ex ære confecit, quæ enumerantur à Plinio, lib. 34. cap. 8. Idem & pictor, & marmoraticus fuit, in unoquoque genere excellens, tibiq; æqualis, teste eodem Plinio, libro 35. cap. 11. Huius meminit & Quintilianus Institut. Orat. libro 12. Item Juvenalis Satyr. 14: Hic aliquid præclarum Euphranoris & Polycleti, &c.

Euphrantis, Εὐφράντις, arbs Libyes, Steph.

Euphrantis, Εὐφράντις, regio eadem quæ Syria, à vicino Euphrate. qui cum Araxe fluit ex Niphate monte Armeniæ profluit, Steph.

Euphrātēs, is, pē. pro. [פרת Euphrath, Εὐφράτης. Ger. Ein grosser fluß in Mesopotamien, der auch durch Babylon lauffe.] Fluvius Mesopotamiæ, quem Strabo fluere ait ex Niphate monte Armeniæ magnum profundā, & celerem: nasci; influere autem in Mare rubrum: prius tamen Babyloniam per medium dividere, & Tigri conjungi. Metopotamiam facere. Salustius quoq; certissimus autor asserit, tam Tigris, quàm Euphratis in Armenia fontes demonstrari. Cui etiam assipulatur Plin. libr. 6. cap. 24. ubi Euphratem in Caranitide: Armeniæ majoris præfectura, nasci tradit. Quorum testimoniorum consensū adductus Hieronimus, locum Geneseos de Paradiso, quatuorq; fluminib. eum irrigātibus, (inter quos enumerantur & Euphrates) secùs intelligendum esse existimat, quàm verba ipsa videantur sonare. Dictus autem putatur Euphrates (quod & Ambrosius annotavit) ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν: hoc est, à lætificando: quòd circumjacentem agrum restagnationibus suis adeo lætum, fœcundumq; reddat, ut sequātē annā sponte retibilis fiat seges, impressis tantum vestigio seminibus. Qua de re vide Plin. lib. 18. ca. 15. & 16. ¶ Fuit etiam hoc nomine Philosophus, Adriani temporibus, qui tædio tenebrarū & perpetuæ noctis impetrata prius ab Adriano venia, ne sibi ignominiæ esset, cicutam bibit, tibiq; voluntariam mortem attulit.

Euphrŏsynā, æ, & Euphrosyne, es, pen. corr. Εὐφροσύνη, Una ex tribus Gratiis, ab hilaritate, seu lætitia (id enim Græcis sonat Εὐφροσύνη) nomen habens.

Eupilis, Lacus Cisalpinæ Galliæ, per quem Lambrus in Padum defluit. Autor Plinius libro 3. capite 19. Vulgò Lago de Eyliano.

Εὐπόλις, Εὔπολις, Priscæ comediæ scriptor, in reprehendendis hominum vitiis liberrimus. Vnde etiā Persius iracundum Eupolidem vocat, quasi hominum vitiis vehementer infensum. Scripsit Comœdias septemdecim, ex quibus novem victoriā meruerunt. Perit in prælio navali inter Lacedæmonios & Athenienses juxta Hellespontum commisso. Cujus mors quantam civitati luctum attulerit, vel illud unum abundè magno documento esse potest, quòd publico edicto cautum est, ne Poëtæ in posterum militare liceret.

Εὐπομπίδης. [Εὐπομπίδης. Germ. Ein berümpter und trefflicher Maler.] Pictor nobilis, patria Sicyonius, Parrhasii & Zeuxidis æqualis, tantæ inter ætatis suæ artifices autoritatis, ut genus quoddam picturæ, ab eo Sicyonium fuerit appellatum. Hujus discipulus fuit Pamphilus Macedo, qui Apellem instituit.

Εὐπυρία, æ, Εὐπυρία, urbs Macedoniæ ab Alexandro Magno condita, & à soli fertilitate nomen tortita. Autor Stephanus.

Eupŏrus, Εὔπορος, C. Gracchi servus fuit, qui dominum ex Aventino fugientem, quandiu potuit, tutatus tibi vecisō demōc dominō super ejus cadaver prostratus, sibi quoque mortem conscivit. Autor Valerius lib. 6. cap. 8.

Euprŏsopŏn, Εὐπρόσωπον, Promontorium est Phœnices ad Byblon oppidum: ita dictum ab aspectus jucunditate. Nam Εὐπρόσωπον interpretatur jucundus aspectus.

Euranium, ni, Οὐράνιον, Cariæ oppidum est, Halicarnassensi jurisdictioni ab Alexandro Magno attributum. Plinius libro 5. capite 29.

Eurīpĭdes, pen. corr. [Εὐριπίδης. Germ. Ein fürtrefflicher Griechischer Tragedienschreiber von Alten Zeiten.] Insignis Poëta tragicus fuit, natus eo die quo numerosus ille Xerxis exercitus ab Atheniensibus fusus est. Floruit tempore Archelai Macedonum regis, à quo etiam summo in honore est habitus. Scripsit fabulas LXXV, ex quibus quinque tantùm victoriam meruerunt. Castitate autem vitæ tanta fuit, ut vulgo μισογύνης hoc est, mulierum osor fuerit cognominatus. Perit noctu, ab Archelai canibus, ut ferunt, discerptus. Ossa ejus Regis jussu Pellam sunt translata, repulsis Athenienstum precibus, qui sæpè per legatos contenderant, ut civis sui reliquias sibi in patriam referre liceret.

Eurīpĭdīus, Εὐριπίδιος, Numerus in tabis quadragenarius ab Euripide inventus eo tempore quo exactis triginta tyrannis, quadraginta principes Atheniensium Rempubl. administrabant. Legitur & Euripides in eadem significatione. Vide Cælium Rhodig. lib. 20. cap. 27.

Eurīpus, pen. prod. [Εὔριπος. Germ. Ein ungestümbig Meergwüst in dem Land Grecia und der Insel Negropont.] Dicitur fretum id est, mare angustum, inter Aulidem Bœotiæ portum, & Euboeam insulam, quod unus dies & noctis spatio septies recurrit eo impetu, ut navigia repugnantibus ventis prima secum rapiat. Autor Mela. ¶ Inde locus factus proverbio: Homo Euripus, Εὔριπος ἀνθρωπος de inconstantibus ac moribus inæqualibus homines dicitur. Quadrat & in fortunæ vices, quæ res mortalium, velut æstu quodam furibundo ac deorum jactat. ¶ Sunt item Euripi, canales, seu ductus aquarum aliunde deductarum in sublime salientium, si paulò minutiores sint, quos intra domos Romani per pratum ducebant: si autem majusculi sint, ut dicuntur. Cic. lib. 2. de Legibus. Ductus aquarum, quos ibi nos, Euripos vocant, quis quam viderit, non irriserit? ¶ Euripi quoque fuisse in ludis circensibus prætepos, quorum loco temporaria prius claustra fuerūt, Autore Plinio.

Euromē, es, penul. prod. Oppidum est Cariæ, apud Plinium libro 5. capite 29. A Stephano Εὔρωμος appellatur.

Eurōnŏtus. [Εὐρώνοτος. Gall. Sud-Ost Wind. Ital. Xalque meridionale. Ger. Der Mittag zwischen Mittag und der Morgen auffgang hergehet. Pland Sud-Ost-Oster gud.] Ventus inter Eurum & Notum flans: cujus meminit Plin. lib. 2. cap. 47.

Eurōpa, Εὐρώπη, Ger. Hat den theil der Welt / so zwischen dem Nidermeer und der Mitt so auff das mitt Teutschland sich umb die gantze Italien vnnd Griechenland herumb zeucht / darzu dem fünfften Theil der gantzen Welt begriffen ist.] Tertia pars orbis, ab Asia, Tanaide fluvio: ab Africa, Mediterraneo mari discreta: ita dicta ab Europa, Agenoris Phœnicum regis Elia, quam Jupiter (ut Poëtæ fabulantur) in bovem transformatus, raptam abduxit in Cretam. Habet quatuor sinus magnos: quorum primus est à Gaditano freto ad Lacinium usq; promontorium Italiæ in Loctis. Secundus, à Lacinio ad ipsa Epiri Acroceraunia. Tertius inde ad Hellespontum. Quartus, ab Hellesponto ad Mœotidis ostia. ¶ Hinc Europæi, Εὐρωπαῖοι, qui Europam incolunt. ¶ Est item Europa Nymphæ nomen, Oceani & Tethyos filia, cujus meminit Hesiodus in Theogonia.

Eurōpus, pe. pen. prod. Εὔρωπος. Oppidum Macedoniæ ad Axium amnem, teste Plin. lib. 4. cap. 10, ita dictum (si Stephano credimus) ab Europo Macedonis & Orithyiæ filio.

Eurōpum, Εὔρωπον, Syriæ urbs, olim Thapsacum, postea Amphipolis

phipolis appellata. Autor Plin. lib. 5. cap. 24. ¶ Est item ejusdem nominis oppidum apud Parthos, cognomento Nomadas: cujus meminit idem Plin. lib. 6. cap. 25.

Eurotas, pen. prod. Εὐρώτας, Fluvius Laconiæ, Spartam præterlabens. Liv. li. 34. bel. Maced. ripæ; habens frequentibus lauris consitas. De hoc Virgil. in Sileno: Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus Audit Eurotas, jussitq; ediscere lucos.

Eurus, [Εὖρος. Ital. Xaloque levante. Ger. Einer auß den Oſtwinden, der nemlich ſo wen des Winters auffgang fürwärt. Dan. Østen Vind. Pol. Wschod wiatru. Hisp. Viento Solano. Ang. Orientem eastwind.] Ventus ipsius ab Ortu brumali, quē Latini Vulturnum appellant. Plin. lib. 2. capite 47: Ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, ab Oriente brumali Vulturnus: illum Apeliotem, hunc Græci Eurum appellant. Colum. libro 5. capite 5: Quum plerunque ideris Caniculæ tempore, quædam partes ejus regionis sic infestantur Euro, (quem nonnulli Vulturnum appellant) ut nisi regnicolis vites operiantur, velut habitu flammeo frondes urantur. Ovid. 1 Metam. Eurus ad Auroram, Nabathæaq; regna recessit, Persidaq; & radiis juga subdita matutinis.

Eurydice, penul. corr. Εὐρυδίκη. Fuit regis Minois filia, quæ Neptuno Orionem peperit. ¶ Alia fuit Prœti Argivorum regis filia. ¶ Tertia ex Gorgonibus una, quæ tres fuerunt in extrema Africa, circa Atlantē montem: quæ omnes unum oculum habebant, quo utentes, quoscunq; aspiciebant, convertebant in saxa. Harū nomina fuerūt Medusa, Sthenyo, & Euryale. Servius eximia, pariq; pulchritudine virgines fuisse tradit, quarū solo aspectu adolescentes obstupescebant: quam rem scribit occasionem fuisse hominibus fictæ fabulæ, ut dicerentur quoscunque aspexissent, in saxa transmutare. Hanc ille, enarrans illud Virgilii lib. 6. Aen. Gorgones, Harpyiasq;, & forma tricorporis umbræ.

Eurystheus, pen. corr. Εὐρυσθεύς, Vnus ex principibus Peloponnesiacis, qui Argos & propinquas urbes incolebat, & ad Troiam cum octoginta navibus venerunt: ut tradit Homerus in Catal. ¶ Fuit etiam hoc nomine Trojanus, arctissimo amicitiæ vinculo cum Nisi conjunctus, Virgilio carmine notissimus. ¶ Fuit & comœdi histrionis nomen. Nobilis Euryalum, aut Mnemosynem exprimat infans.

Euryalus, Εὐρύαλος, vocabatur metropolis Epipolarum. Est autem oppidum Syracusanum in loco præcipuo, Strepti. Vide EPIPOLAE.

Eurymptis, pr. Εὐρύμπτις, Oppidum Magnesiæ, apud Stephan.

Euryanassa, æ, Εὐρυάνασσα, Insula est maris Argoi, ereginæ Joniæ, non procul ab Arginusis. Autor Plinius libro 5. capite 31.

Eurybates, Εὐρύβατες, Nomen viri Ithaci, Vlyssis nuncii, ab Agamemnone in Troiam, ut ab Achille auferret Briseidē. Ovid. in Epistol. Briseidis ad Achillem: Nam simul Eurybates me Talthybiusque vocarunt, Eurybati data sum, Talthybiique comes.

Eurybiades, [Εὐρυβιάδης. Germ. Eingeſchwindter und erſchrockner Mann. Pol. Kudzyba, mszlony. Vid. Notitiam Eurybiades.] Furis ligur ædituus, qui aliquando à custodibus in furto deprehensus, quum illi vellent cupercot quo ingenio domos conscenderet, funibus quibusdam ferreis, & funibus irrepsit in patrem, diisque intuentibus, expeditamque hominis agitatem admirantibus, per tegulas subfugiens periculum evasit. Vnde proverbium fertur Eurybiadi fore, Εὐρυβιάδῃ ἔσεται: de re aliquis quam se manifesta deprehensus, aliqua tamen arte elabitur.

Eurybiades, des, Εὐρυβιάδης, Lacedæmonius quidam nobilis fuit, Eurycleæ filius, universæ Græcorum classi dux à Lacedæmoniis constitutus adversus Xerxem. Vide Herodot. lib 8.

Eurycleā, pen. prod. Εὐρύκλεια, Ojos Pisenoridę filia pulcherrima, quam Laertes in prima rediēs pubertate virginī hoium pretio emit, ac honore parem uxori domi habuit. Vlyssēq; nutricandum dedit: quem & prima in patriam redeuntem agnovit. Vide Hom. lib 1. & 19. Odyss.

Eurycles, pen. corr. Εὐρυκλῆς, Vatis nomen, qui de suis incommodis semper aliquid divinabat. Hinc factum est, ut proverbialiter quidam Egregiæ divinaturus Eurycleæ diceretur, ut refert Cælius Antiquus (sed) lib. 5. cap. 10.

Eurycratidas, Εὐρυκρατίδας, Vir Lacedæmonius, de quo Plutarchus.

Eurydamas, antis, pen. nomin. corr. Εὐρυδάμας. Ger. Der Erſchrockner. Fran. qui terrā manu figet.] Vir fuit Trojanus, somniorum interpres. Ovidius Ibin. Vel Eurydamas ter circum bella Thracis, Et Lamidis tractus ab hoste toris. Vbi per eurydamāta intelligunt Hectorē, qui vivente cuncta domi nabat. Εὐρυ enim Græcis latē significat, & ἐυρύς, domo.

Eurydamē, ames, Εὐρυδάμη, Diadem Lacedæmonii filia fuit, & soror Menii, uxor autem Leotychidæ Lacedæmoniorum regis, ex qua & Lampito filiam suscepit, quam Archidamo Xenidami filio in matrimonium tradidit. Autor Herodotus lib. 6.

Eurydice, [Εὐρυδίκη. Germ. Die durchſtreuete. Orphi ſeyn unter Gebrauch iſt in todt gebiſſen worden.] Vxor Orphei, cujus amore captus Aristæus, quū vim ei inferre pararet, illa per avia fugiēs incidit in colubrum in herba delitescentem, cujus morsu interiit. Orpheus autem uxoris mortē ægerrimē ferens, acceptā citharā inferos adiit, ubi Plutonem, Proserpinamq; tam suavi carmine demulsit, ut ei uxorem ab inferis reducendam permitteret: ea tamen conditione, ne priùs eam quam ad superos rediisset, intueretur. Quam legem quum ille amoris impatiētia esset prævaricatus, Eurydice denuò ad inferos est revocata. Virgil. lib. 4. Georg. Restitit, Eurydicen, suaq; jam luce perditam, Immemor heu, victusq; animi, respexit, &c. ¶ Alia fuit Eurydice, Clymeni filia, uxor Nestoris, ex qua ille septem filios & unicam filiam suscepit. Autor Homerus. Odyss. lib. 3.

Eurydomēne, Εὐρυδόμενη, nympha marina, Εὐρυ ut Εὐρὺ & δόμενος est, abundanter do. Perhibent hanc matrem Gratiarum fuisse, quam alii Etymecutam à verbo Græco μήδω, quod rego significat, vocant.

Eurydochus, Εὐρύδοχος, Phlegyarum rex, & conditor Thebarum, quas postea Cadmus instauravit. ¶ Fuit etiam hoc nomine unus sociorum Vlyssis, qui solus Circes pocula nō gustavit, neq; in suis figuris transmutatus est. Ovid. 14 Metam. Sors solum cæruisse figura Vidimus Eurylochum: solus data potus a fugit.

Eurymedon, Eurymedontis pen. nom. corr. Εὐρυμέδων, Pacei Pembœe, ex qua Neptunus Nausithoum suscepit, regē Phœacum, & Alcinoi patrem. Autor Homerus lib. 7 Odyss. ¶ Est & Eurymedon Pamphyliæ fluvius, juxta quem Athenienses, Cimone duce, Medos profligarunt. Autor Thucydides lib. 1.

Eurymachus, Εὐρύμαχος, Thebanorum potentissimus fuit: qui quum Plateas hostium perfidiosē cepisset, rebellātibus deinde civibus vivens in hostium potestatem pervenit, unaq; cum suis omnibus supplicio affectus est. Autor Thucydides lib. 2.

Eurynome, Εὐρυνόμη, Nympha, Oceani & Tethyos filia, mater Leucothoes, quam Apollō sibi compta matris illius effigie cōpressit. ¶ Alia fuit Apollinis filia, quæ Adrastum Argivorum regem, & Eriphylen Amphiarai conjugem peperit.

Eurynoe, Amyntæ Macedonum regis filia, quæ patrem à matris cæde liberavit.

Eurypylus, pen. corr. Εὐρύπυλος, Herculis filius, qui regnavit in Cō mula, & consultum Græcorum augur peritissimus est habitus. Virg. 10 Aen. Subjecit Eurypylum scitatum oracula Phœbi Mittimus.

Eurystheus, Εὐρυσθεύς. Suidæ fuit Stenelī Mycenarum regis filius, qui Junonis instinctu imperabat Herculi, ut varia monstra superaret quo posset perire. Vide divus Eurystheus vocatur à Virgil. lib. 1. Georg. quòd nullos Herculis labores pōtuerit mitigare. quis (inquit) aut Eurystheā durum, Aut desaudati nescit Busiridas aras?

Eurytion, nomis. Εὐρύτιων, Faber insignis fuit, qui Pallanti Evandri filio arma fabricavit. Virg. 10 Aen. Quæ bonus Eurytion multō cælaverat auro.

Eurytus, penul. corr. [Ger. Einer auß den Centaurꝛ, welcher vom Theſeo iſt erſchlagen worden.] Vnus fuit ex Centauris, qui cùm Hippodamiā vi rapere vellent a Theseo est occisus. ¶ Alius fuit Eurytus, Occhaliæ rex, qui soles suæ filiæ nuptias publicebatur, quicunq; sagittandi arte vel, ut alii tradunt, Elatos suos vicisset: nam ab Apolline hanc artem dono acceperat. Ab Hercule igitur victus filiam, & regnum, quæ propter, Hercules iratus Eurytī urbem cepit, Iolenq; occiso patre abduxit. Hinc Eurytis, patronymicum fœminin. Ovidius:

Eurytidos Ioles,
Et Dulichiæ Alcidæ.

Vide EVRYTIVS Steph. in Feretrio, Melaneum Eurytī patrem nominat.

Eusebia, Cæsæ civitas Cappadociæ, Cæsarea pōst dicta.

Eusebius, Εὐσέβιος, Episcopus Cæsariensis, fuit Eino amicitiæ fœdere cum Pamphilo martyre conjunctus: quo & Pamphili cognomen mutuatus est. Hujus temporibus Constantii & Constantini Cæsarum. Scripta multa reliquit, quorum varia legum vice apud Suidam.

Eustathius, Εὐστάθιος, Nomen fuit Grammatici Constantinopolitani, cujus extant Commentaria in Homerum, quemadmodum Servius in Virgilium. ¶ Eustathius alius fuit Epiphaneus, qui temporum Eortomen ab Aenea Trojano usque ad Anastasium principem, sub quo vixit, septem voluminibus conscripsit. Autor Suidas. ¶ Eustathius alius genere Pamphilus, præsul Antiochenus, adversus Arianorū dogma multa compulsus sub Constantino principe: pulsus demum est in

exilium Trajanopolim Thraciæ civitatem, ubi & sepultus est. Sunt quoq; ipsius volumina de anima, epistolæque complures. Hieronym. ¶ Fuerunt hoc nomine Eustathius martyr inter auctores Historiæ, & Trajani principis, Placidus antea vocatus: qui quum in venatione rerum scrutator, conspecto inter ejus cornua cruce simulachro, & voce ex ea facta audita: Cur me persequeris? dominum uxori Theophyæ & filiis rem manifestavit: qui verbis ejus fidem adhibentes, Christo nomen dederunt. Martyrii palmam accepit sub Adriano una cum uxore, ænea in taurino exustus. Volaterr. lib. 15.

Eustéphius, Ἐυστέφιος, Aphrodiseus sophista, scripsit declamationes. Autor Suidas.

Eustóchius, Ἐυστόχιος, Cappadox Sophista, scripsit ad Constantem principem de Cappadocia, aliarumq; gentium antiquitate. Volaterr. lib. 15.

Eustráthius, Ἐυστράθιος, Nomen Philosophi, qui in Etica Aristotelis & omnia alia scripsit.

Eutæa, Εὐταία, urbs Arcadiæ, Steph.

Euterpe, Εὐτέρπη. Ger. Eine von den neun Musen, so die Music erfunden hat.] Una ex Musis quam Mythologi finxerunt, ut aliis placet, tibias invenisse: a concentus suavitate nomen trahens: ex eorum & bene, & vigere delectare. Virg. in Epigr. de Musarum inventis: Dulciloquis calamos Euterpe flatibus implet.

Euthenæ, Εὐθῆναι, urbs Cariæ. Steph.

Euthydémus, Εὐθύδημος, penul. prod. Φιλόσοφος, Philosophus fuit Tarsensis, Apollon. Tyanei præceptor: de quo vide plura apud Suidam.

Euthymus, Εὔθυμος, Pugil insignis, in Locris Italiæ, qui Epizephyrii cognominantur, ortus, Astyceo patre, vel (ut alii genitorem pertulisse citi) Cacina amne genitus, qui Locros à Rhegiis divisit. Hunc tradit Pausanias perpetuum fuisse Olympiorum victorem: fremelq; tantum fuisse superatum a Theagene Thasio, non justo quidem certamine, sed circumvectum dolo: unde orc Theagenes decretus honor: insuper damnatus ut mulctæ nomine talentum Euthymo repræsentaret. Reversus inde in Italiam, cum Temesæo heroe congressus, (cui oppidani quotannis eximia forma virginem tributi loco prodebant) victoria potitus est, Temesæus q; servitute liberavit, virginemq; illi destinatam uxorem duxit: quo nomine divinos honores etiam vivus meruit. Vide hæc latius apud Suidam. Meminit hujus & Aelianus. Varie hîc historiæ sit: Euthymus (inquit) Locrus ex Italia pyctes invictus, & robore insignis fuit: fabulam (puto) gelotis attingens magnitudine, qui Locris ostenditur: & Temesæum heroa, quod cum per vim asfulserat, reddere coëgit, etiam cum foco: ut inde natum sit adagium iis qui sordide & injuste quæstus faciunt, a Lare Temesæum genium. Hæc Euthymus ad amnem Caicinum, oculis hominum apparare dicitur. Meminit ejus & Plin. lib. 7. cap. 47.

Eutocus. Autore Baccatio lib. 5. Apollonii & Cyrenes filius, qui Patribus ex Africa redeuntibus, Cyrenis dicitur remansisse, & iis imperasse, qui una secum eodem remanserc.

Eutrapélus, pen. corr. [Ἐυτράπελος. Gesn. Der nemen einer beschrieben Buchs.] Apud Horatium lib. 1. Epist. Vir ejusdam nomen est in circumvenciendis hominibus callidi. Tum. Eutrapelus (inquit) cui cunque nocere volebat, vestimenta dabat pretiosa. Vox est Græca, idem significans quod urbanus, lepidus, & facetus.

Eutresium, Εὐτήσιον, urbs Arcadiæ, Steph.

Eutresis, Εὐτρησις, pagus inter Thespias & Platæas, situs, quem Zethus & Amphion muris cinxerunt: sic dictus quòd multis ὑπορρύσεσι ad eli, vias seu vicos primus & quasi perforata fuerit. Hinc Eutresites Apollo, cujus templum ibi & oraculum celeberrimum fuit, Steph.

Eutychia, Εὐτυχία, insula est Thessaliæ adjacens, ante Sinum Pagasæum. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Eutyche, es, pen. corr. Εὐτυχὴς, Mulier Italiana, triginta partus enixa, & virgo libens rogo illata. Autor Plin. lib. 7. cap. 3.

Eutychès. [Ger. Ein böse Ketzer von Constantinopel / welcher verleugnet das Christus warhafftig vom fleisch an sich genommen hette.] Constantinopolitanus abbas, tertius post Nestorium & Apollinarem, alium affirmabat esse Christum, aliud verbum Dei. Negabatq; Christi carnem nostræ similem, nec in parte duas in eodem suppositio naturas esse. Sed de cœlo corpus descendisse dixerat, ac in virginis utero tanquam Solis radios penetrasse, ut visum sit sane ex muliere generatum, quàvis verè generatum non sit. Autor Suidas.

Eutychides, Εὐτυχίδης, Insignis fuit Statuarius, qui Olympiade centesima vicesima floruit, teste Plin. lib. 34. cap. 8.

Euxinus pontus. [Ἄξενος πόντος. Ger. Das ungastfrey mör / das vngastbar Meer so vil hat vngen Meerschlund in Thraciam / gegen Aufgang vnd Mitnacht erstrecket.] Mare illud est, quod incipiens a Bosphoro Thracio, vergit in Orientem & Septentrionem, prius Pontus Axenus dictus, ἄξενος enim est, inhospitalis: propter immanitatem eorum qui ejus maris ora incolebant. Illi enim & hospites immolare solebant (ut autor est Strabo lib. 7.) & crudelibus præsis, ex cujus eorum sibi poculum conficere. Postea verò quam in locis maritimis fones aliquot oppida condidissent, exhibito Scytharum assueto latrocinio, receptoque Græcorum hominum commercio, pro Axeno Euxinus: hoc etiã hospitalis appellatus est. Idem pene de hujus nominis origine tradit Ovidius de Ponto: Frigida (inquit) cingit hunc Euxini litora ponti: dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

E. ante X.

Exampæus, Ἐξάμπαιος, Scythicę locus est inter Borysthenem & Hypanim Euvios, fontem habens ejusdem nominis usquec adeo amarum, ut Hypanis aquas in quem influit, reddat impotabiles. Autor Herodotus, lib. 4.

Excetra, nomen hydræ. Vide in APPELLATIVIS.

Exgyius, Ἐξγύιος, Vibs Siciliæ, dicta Ἀξ ἧς ἐξέγυιαι ἕκαστοι, Steph. Eryca videtur corruptum.

Exquiliæ, arum, fem. plurale. [Ger. Der höchst Berg in der Statt Rom / darauff die Kirch S. Mariæ maior ist.] Mons Urbis Romæ, dictus ab excubiis regis Tullii Hostilii, qui hunc collem urbi adjecit, (ut auctor est Liv. lib. 1. ab Vibej & in eum, ut frequentius habitaretur, domicilia sua transtulit. Ovid. lib. 3. Fastorum: Adde quòd excubias ubi rex Romanus agebat, Quæ nunc Exquilias nomine colis habet. Sunt qui ab excolendo, Exculias dictas volunt, quòd ea pars urbis quum antea neglecta jacuisset, a Tullo rege fuerit exculta. Quicquid est, constat certè per x. & sine diphthongo scribendum esse, contra receptum abusum.

Exquilinus, a, um, Quod in Exquiliis est, aut ad Exquilias pertinet: ut Exquilina porta, Mons Exquilinus, Varro: Exquilinus mons septiceps apud eadem junonis Lucinæ, ubi ædituus habitare solet.

F

FAbăris, Insola est in mari Germanico, nõ procul à Cimbrica Chersonesto, alio nomine Burchana dicta. Fabaria a Romanis dicta, propter similitudinem fragis, sponte ibi provenientis. Autor Plinius.

Fabăris, pen. corr. Tuvius in Sabinis, cujus meminit Virg. 7. Aen. Qui Tyberim, Fabarimq; bibunt. Alio nomine vocatur Farfarus, autore Servio, Plautus: Dissipabo te jam, folia Farfari. Ovid. -Xanthique Farfarus undæ.

Fabiánus, Φαβιανὸς, Martyris nomen, qui una cum Sebastiano, quòd Christum profiteretur, supplicio affectus est.

Fábiorum familia, Romæ nobilissima fuit, cognomen hoc sortita ab eo tempore quo Romani pene omnes nobilitimi agriculturam exercebant: quòd primus qui hoc cognomen acceptus est, in faba fervida excelleret: sicut etiam Ciceriones, Pisones, & Lentuli dicti sunt à lente, cicere, & pisi bene serendis. Horum tanta Romæ potentia fuit, ut bellum adversus Veientes soli cum suis clientis & servis inter se receperint: quòq; ex levibus aliquot prælijs fœdo victoriam reportarint, tandem ad Alliam Etruscæ in insidiis circumventi, ad unum omnes cæsi sunt. Ovid. Lib. 2. Fast. Una dies Fabios ad bellum miserat omnes: Ad bella missus abstulit una dies. Extant Fabiorum cade nata tecta supersunt, qui nondum armis per ætatem idoneus, in urbe relictus erat: ex cujus sanguine per longam nepotum seriem, unus Fabius ille Maximus est, qui Dictator adversus Annibalem creatus, cunctabunda quadam prudentia rem Romanã aliorum Imperatorum temeritate labefactatam, primus restituit. ¶ Fuit & alius Fabius, Allobrox cognominatus, a rege Allobrogum ad Hiram flumen interfectus. ¶ Item Fabius pictor, homo nobilissimus, juris & literarum antiquitatis bene peritus, ut est autor Ciceto in Bruto.

Fábiānus, a, um, denominativum: Arcus Fabianus, Romæ erat juxta regiam, in via sacra.

Fábĭus, a, um, aliud adjectivum: genus Fabium. Ovid. 3. de Ponto.

Fabrātĕrĭa, Φαβρατερία, Oppidum Campaniæ ad Verum fluvium. Iuven. Satyr. 3. -optima Soræ, aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paretur. Meminit hujus oppidi & Silius, libr. 8. Hinc deducitur denominativum Fabraternus, a, um.

Fabrĭcĭus, ci. Φαβρίκιος. Nomen Romani civis frugalissimi, qui in tenuissimo censu, Samnitum munera forti animo spreverit. Hic unicum frugalitatis exemplar fuit apud Romanos, patellam & salinum ex argento tantùm colendorum deorum causa domi habuit, ita tamen, ut patella corneo pedicello insisteret. Hujus filiæ ob paupertatem de publico dotatæ, ad maritos revenientes gloriam domesticam pecuniam publicam. Hic adversus Pyrrhum Epirotarum regem & Samnites gravissima bella gessit adversus quos, ut bello invictum, ita muneribus se præbuit incorruptum. Regis etiã medicum

corrupti

domini sui mortem per venenum poliicitem, vindictam ad regem remittit.

Fabricianus, Fabricianæ, Fabriciani filius, qui matrem Fabiâ interfecit, quòd illa mariti sui necem decidisset, ut liberius adulterium cum Perennio adolescente committeret. Autor Dositheus apud Plutarchum.

Fibrenus deus. [Ger. Der Quellbergott bey den Marsern/ welchem sie zu Ehren alljährlich Fischer anfangen zu reden.] Qui pueris primò fari incipientibus præesse putabatur: cui etiam Romani sacrificabant, quam primùm liberi eorum fari incipiebant. Autor Nonius, citans testimonium Varronis de liberis educandis.

Fabius, Pompeianus miles, cujus meminit Asinius Pollio, apud Cic. lib. 10. epist.

Falacrum Φαλακρὸν, Ptolemæo 7. Europæ tabula, promontorium est Siciliæ, quod nonnulli idem esse credunt, quod vulgò hodie appellatur Melazo, vel Rasbalem.

Falēri, orum, Φαλῆροι, Oppidum fuit Faliscorum in Tusciæ mediterraneis. Autor Ptolemæus lib. 3. cap. 1.

Falernus ager, teste Plin. lib. 14. cap. 5. Campaniæ tractus est, qui à ponte Campano incipiebat lævâ petentibus urbanam coloniam Syllanam. Totus hic tractus vitiferos habet colles, generosissimo vino nobiles, quod à regionis nomine etiã Falernum est appellatum. Huic inter generosa Italiæ vina, secunda nobilitas tribuebatur. Prima enim laus dabatur Putino, quod à Graecis Πάστιον appellabatur. Neque quam verò non videri debet, si hoc vini genus hodie, aut prorsus ignotum sit, aut minùs celebre, quum etiam Plinio tenuiore (ut ipse testatur) exoleverat, culpa agricolarum, copia magis studentium quàm bonitati. ¶Pro vino frequentissimè neutri generis est: Tibullus tamen in masculino genere usurpavit. Nunc [inquit] mihi famosos veteres proferte Falernos.

Falisci, Φαλίσκοι, Populi Hetruriæ fuerunt, quorum oppidum Falerii, Φαλῆροι Stephano vocabatur. Ovidius: Addecimum Tatium, Junonico sacro: Falisca. Vulgò, Nome Feyso.

Falisci venter, non dissimilis Lucanicis. Juventus primò in Faliscis. Papias lib. 4. Sylvarum: Non Lucanica non graves Falisci. Martial. lib. 13. Et Lucanica venter cum Falisco.

Fanesii. [Germ. Völcker im Rhetischen Alpgebürg haben Mäntel mit so großen Ohren haben/ daß sie/ wenn sie/ damit sie nicht bedecken können.] Populi in Oceano Septentrionali, qui (ut ait) Plin. lib. 4. cap. 13. calces habent aures, ut eorum nuda corpora his tegantur.

Fanestris colonia, Pomponio Vinitoria, sive agri Gallici oppidum est, nõ procul à Pisauro urbe, & Metauro amne, quod à Plin. lib. 3. cap. 14. Fanum fortunæ appellatur. Vulgò Fano. Vide FANESII.

Fannius, Duorum oratorum nomen, quorum meminit Cicero in Bruto: Horum [inquit] ætatibus adjuncti sunt duo C. Fannii, Marci filii, quorum C. Fannius qui Consul cum Domitio fuit, unam orationem de lege & nomine Latino contra Gracchum reliquit tanc & bonam & nobilem. Alter autem C. Fannius, M. F. C. Lælii gener, & moribus & ipso dicendi genere durior. Hæc ille.

Fanum fortunæ, Φανὸν Stephano, Agri Gallici urbs est, teste Plin. lib. 3. cap. 14. in litore Adriatico, inter Pisaurum & Sinagallium, non longè à Metauro amne fluvio. dicta quòd in ea pulcherrimum Fortunæ templum fuerit. Hujus urbis incolæ, Fanenses: & colonia ipsa, Fanestris à Pomponio appellatur. Vide Fanestris colonia.

Fatuus, Deus qui cunctis præerat, vel deus anni. Cujus imaginem quum Phœnices velle exprimere, draconem finxerunt in orbem reductum, caudamq; suam devorantem, ut appareat mundum in se revolvi. Macrob.

Faran. [פארן Φαρὰν, Φαρὰ.] Oppidum trans Arabiam, Sarracenis finitimum, quo in solitudine vagabantur. Pharan [inquit Stephanus] oppidum est inter Aegyptum & Arabiam: à quo fit gentile Pharanites, Φαρανίτης & posscssivum, Pharanitenus, φαρανιτηνός.

Farfarus, sive Farfar. [Germ. Ein fluß in Syrien so vber zu dem Berg Libano entspringt.] Syriæ fluvius, qui ex radicibus Libani montis emittitur, & per Antiochiam fluens, Syriaco mari infertur. ¶Farfarus etiam dictus est Tiberis per Sabinos fluens, de quo Ovidius: & amœnæ Farfarus undæ. Alio nomine dictus Fabaris, penultima correpta. Virgil. lib. 7. Aeneid. Qui Tybrim, Fabarimq; bicorni. ¶Farfarum vocat Plautus in Pœnulo arborem populum: Prosternebam [inquit] eos ut folia farfari, quæ levi pulsu venti alicujus, Autumno noctesti al quando cadunt.

Farfarus, dis, Dicta est Diana à farre ignorum, in quo abscondirum ejus simulachrum Orestes & Iphigenia ex Taurica regione Aricinos traduxerunt.

Fatua. [Germ. Ein Göttin der Römischen weyberen/ welcher sie zu nacht opfferten/ vnd sich Mañspersonen darzu nahmen beschlieffen.]

Dea nomen erat cui à Romanis matronis in occulto sacra fiebant nocturno tempore. Viri autem tanta vinia ab ejus sacris arcebantur, ut vel in ædem ejus inspexisse, capitale haberetur. Rationem hujus affert Macrob. libro 1. Saturn. cap. 12. Cùm adhuc inter homines ageret, Faunum autorem fuisse fabulosa ficta, ut perpetuò genus in hoc esset, mulierum conclave inclusa, nullum unquam virum præter maritum aspexerit. Varro eandem esse existimat quæ & Tellumo & Terra nomine à Romanis colebatur. ¶Fatuæ autem communi fundo decretum volunt, quòd infantes partu editi, cõpetus vocem emittunt quasi fatuam augerint. Eadem & Bona dea vocata est, quòd omnium nobis ad victum bonorum causa est: & Fauna quòd omnibus animantium favet: & Ops, quòd ipsius ope vita constat.

Fatuelius. Qui & Faunus dictus est. Pici Latinorum regis filius, cujus uxor Fatua, vel Fauna dicta fuit. Vide Servium in illud Virg. lib. 7. Aen.

Hunc Fauno & Nympha genitum Laurente Marica
Accipimus: Fauno Picus pater.

Faventia, Φαβεντία Stephano, Civitas in octava regione Italiæ quam nos Italicè lingua vocant Favenza. Ejus incolæ vocantur Faventini, Φαβεντῖνοι finitimi, teste Plinio, libro 3. capite 15.

Favi, Antes Fovii à familiæ autore dicti, qui ex ea natus fuit cum qua Hercules in fovea concubuit. Quidovis alii putentur vocitasse, quòd primus ostenderit quemadmodum ursi & lupi fovea caperentur. Virum, si, constat à fovea dictos fuisse. Unde Fovii, non Favi primùm appellati sint.

Fauni, Vide FATVELVS.

Fauni, [Ger. Bäldgötter/ oder Wattgötter.] Agrorum & Sylvarum patritii dicti, qui post priscum tempus mortalium quod è cera genti Ital. Ovidius 1. Metam. Sunt mihi semidei, sunt rustica numina Fauni. Et Nymphæ, Satyriq; & manticolæ Sylvani. Ex quo loco apparet, alios esse Faunos, alios Satyros, & rursus alios Sylvanos.

Faunus, Φαῦνος, Filius Pici & patre Latini, antiquissimus Aborigionum rex, Deus post mortem habitus, qui regnante Latino gentilis eorum secta Faunos, Satyros, Panes, & Sylvanos rusticorum numina, quos Poetæ fingunt & cornigeros, & caprinis pedibus.

Favonius. [Germ. Der Westwind Belg. West.] Ventus ab Occasu æquinoctiali spirans, contra Solis cursum, teste Plinio lib. 2. ca. 47. A fovendo dictus, quòd teneris favear, Φαβώνιος. Est enim genitalis spiritus mundi, quo plantæ hebetes segetesque revivescunt. Unde etiam à Græcis Ζέφυρος dicitur, quasi ζωὴν φέρων. hoc est, vitam afferens.

Favorinus, Φαβωρῖνος, Nomen philosophi, de quo Gellius frequentem mentionem apud Sellium, Orandus fuit Arelate celebri Galliæ Narbonensis oppido. Inde in Græciam profectus, sub Dione philosophiæ operam dedit. Hectia præcipuè in re floruit adeò ut quòd Gallus quum esset, Græce tamen quamq; eruditus esset, in adulterii tamen suspicionem aliquibus veniret: & quum imperatorem in invidiam haberet, adhuc tamen viveret. Erat enim Adriano Cæsari infestissimus. Hunc Herodes Atticus patrem solebat appellare, hæres quibusdam ab eo factus est. Hæc ex Philostrato. Aelianus de varia historia, dicit hunc quandoq; in disputatione quadam Adriano cessisse, admirãtibusq; proximis: Nunc cedam, [inquit] ei qui viginti habeat legiones?

Faustulus, Pastor, Remi & Romuli nutritor, Vide Liv. lib. 1. ab Vrbe.

Faustus, L. Syllæ Dictatoris cognomẽ fuit, quod sibi Deos perpetuam in rebus gerendis felicitatem arrogavit. ¶Faustus Cornelius Senior sub Juliano principe fuit. Fuerunt & alii hoc nomine, quorum catalogum vide apud Volaterranum.

F ante E.

Felsina, Vulgò Bologna, Vrbs Italiæ, postea Bononia appellata, ut scribit Plin. lib. 3. ca. 15. in descriptione octavæ regionis Italiæ: Inde [inquit] colonia Bononia, Felsina vocitata, quæ princeps Hetruriæ esset.

Fenestella, nomen proprium historici, cognitus à Plinio citato, qui novissimo tempore Tyberii Cæsaris claruit, de hoc nomine acta Alciatus in lib. 11. parergon: Latini, [inquit] veteres, calvos remedio capitis hoc est fenestellas vocabant, quòd ea calvities sicut vasculo ficedula etiam fenestræ simile indicium præ se ferret. Hinc quæ historici Fenestellæ cognomen apud Festum, quòd ea corporis parte glaber autoris ejus familiæ fuisset. ¶Fenestellarum alius fuit, cujus de magistratibus Romanorum liber extat.

Ferentinum, penult. prod. [Φερεντῖνον Ptolemæo. Germ. Ein Stadt in Hetruria.] Oppidum est Faliscorum, juxtà Tiberim, non procul ab Arno flumine. Cujus oppidi incolæ dicuntur Ferentini, Φερεντῖνοι. Autor Plin. lib. 3. cap. 5. & Pomponius Mela lib.

lia lib. 2. ¶ Feretinates autem, Latij populi sunt, apud eundē Plinium loco jam citatore eorum oppidum Feretinum commemoratur à Strabone, lib. 4.

Féreriūs, *gr. φερέτριος*. Dictus est Iupiter non à pace ferenda (ut quibusdam visum est) sed à ferendis spoliis. Nam Romulus devictis Cæninensibus hostium spolia feretro adiecto, in Capitolium detulit, ibiq; ex quercu suspensa, Iovi cōsecravit, eodemq; in loco Iovi Feretrio templum condidit, anteà non fuit posterius, ut eō capta ex hostibus spolia deferrent. Liv. lib. 1. ab Urbe: Inde exercitu victore reducto, ipse cùm suis vir magnificus, tūm factorum ostentator haud minor, spolia ducis hostium cæsi suspensa, fabricato ad id apte feretro gerens, in Capitolium ascendit: ibique ea quum ad quercū pastoralem sacram deposuisset, simul in domo designavit Iovis templo fines, cognomenq; addidit Deo: Iupiter Feretri, inquit, hæc tibi victori Romulus Rex gerens ipse tibi templum hoc fundat. Feretrio templumq; tuis regionibus, quas modò animo metatus sum, dedicet: dedē opimis spoliis quæ regibus, ducibusq; hostium cæsis me autorem sequentes pulchri ferent. Hæc compli est origo, quòd primum omnium Romæ sacratum est. Ita deinde eius vitium, nec inritā condentoris vocem esse, qua futuros eō spolia posteros nūcupavit, nec multitudine compotum ejus cōsecrandi gloriam. Bina postea intra tot annos, tot bella, opima parta sunt spolia: adeò rara ejus fortuna decoris fuit.

Feronĭă, æ, [*Θεὰ Φερωνία*. Germ. Ein Wolgelein.] Nemorū dea, à ferendis arboribus. Virg. 7. Aeneid. & vicina gaudens Feroniæ lucus. Traditur enim cum lucus ejus forte arbitrio incendio, & ob id trans fera inde desertus in aliud locum incolæ vellent, mentes subitò extitisse. ¶ Fuit & Feronia civitas sabinorum Soracte, in qua ejusdem nominis dea erat, quam finitimorum religione venerabantur.

Ferrarĭă, [Vulgò *Ferrara*. Germ. *Ferrar.*] Nomen urbis celeberrimæ in Italia circumpadana, item promontorium in Hispania non procul à Carthagine novavetere nominatum quod habeat ferri fodinas feracissimas. Vide Melam, lib. 2.

Fescennĭă, [Germ. *Ein Stat in Hetruria heist Cisterna.*] ut ait Plin. lib. 3. cap. 5. Hetruriæ civitas est, cujus populi originem trahunt ab Athenientibus.

Fescenninus, a, um, Virg. 7. Aeneid. Ibi Fescenninas acies, æquoreosq; Faliscos.

Festus, Domitiani amicus, qui dum mentagra usq; ad desperationē laboraret, gladio se injecit: prius tamen amicos consolatus. Ejus mortem Martial. lib. 1. descripsit.

Fesŭlæ, arum, Olim Hetruriæ insignis civitas fuit: hodie modicum vicum non procùl à Florentia: Concinnam autem volunt ab Adante Maurita nōn rege.

F ante L

Fidēnæ, æ, pen. prod. *Φιδῆναι*, *Φιδῆνα* Stephano: & Fidenæ, arum, *Φιδῆναι* Strabo. Urbs Latinorum mediterranea. Virg. 6. Aeneid. Hi tibi Nomentum, Gabios, urbemq; Fidenam. Iuven. Satyr. 6. Vivat Fidenis, & agello cedat paterno.

Fidēnātes, *Φιδηνάται*, *Φιδηνάτης* Stephano. Dicti sunt Fidenarūm incolæ: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Fidentĭă, *Φιδεντία*. Vulgò *Fiorenzola*. Oppidum est in octava regione Italiæ, cujus incolæ dicuntur Fidentini, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 15. ¶ Est & Fidentia, Hispaniæ Baticæ urbs, inter Baticam amnem & Oceanum sita, alio nomine Iulia appellata, autore eodem Plin. lib. 3. cap. 1.

Fīliculanus Falisca, Senator levissimus, quem Cicero in Oratione pro Cecinna splendorem ordinis Equestris, decus judiciorum, & exemplar antiquæ religionis per ironiam appellat.

Fidĭūs, Iovis filius creditus est, quem ut fidei præsidem colebant. *Φειδ.* Plaut. per Deum Fidium crēdis iurato mihi. Vide dictionem Medius fidius de quo suo loco.

Figites, ut ait Plin. Sunt animalia Aethiopiæ, setis coloris, mammillas geminas in pectore habentia, sunt homini nec feræ multum, ut quæ cum uti non possint, nec ita manifesta, ut noceant hominibus non nocant.

Fimbrĭă, Nomen fuit Romani civis crudelitate insignis, qui quum Scævolæ, quem graviter vulneraverat, diem dixisset, quærentibus quid in Scævola esset accusaturus? Quod, inquit, non totum corpore ferrum recepit.

Firmum, Pomponio, *Φίρμον* Ptolemæo, Piceni castellum est, cujus meminit & Plin. lib. 3. cap. 13.

F ante L

Flamĕn, hujus Flaminis, masculino genere, sacerdotē significat. [Germ. *Ein Pfaff oder Priester.* Pol. *Pop, pleban.* Vng. *Pap, predikator.* Ang. *A preest.*] Sumebant autem Flamines ab eo Deo cognomen, cui sacra faciebant ut Flamen Dialis: Martialis, Quirinalis: hoc est, à Iove, quasi Jovialis: Martialis à Marte: & Quirinalis à Quirino: hoc est, à Romulo. Ratio autem nominis ducta est à filo, quo caput cinctum habebant: ut docet Servius his verbis: Flamines in capite habebant pileum: quod quum pervectos ferre non pollent, filo tantùm capita religare cœperunt: nam nudis primùm capitibus incedere nefas erat unde à filo quo utebantur, Flamines dicti sunt, quasi filamines. Plin. lib. 18. cap. 1. Varro Flaminem fabam non vesci tradit. Cic. 2. de Legibus: Divosq; alios alii Sacerdotes, omnibus Pontifices, singulis Flamines sunto.

Flamĭnĭă, Flaminis domus. [Pol. *Flabooye.* Vng. *Pap hāse.*] Gel. lib. 10. cap. 15. Ignē è flaminia id est, Flaminis Dialis domo, nisi sacrum, efferri jus non est.

Flaminĭcă, Flaminis uxor erat. Gell. lib. 10. cap. 15. Eadē fermè cæremoniæ sunt quas Flaminicas sacerdotii sui Diales facere sibi jussum ajunt observare. Hoc etiam nomine appellabantur virgines Flaminicæ Dialis præmissæ. Autor Festus.

Flamĭnĭum, ii, Est Flaminis dignitas, sive sacerdotium. [Pol. *Flabooshype.* Vng. *Papidōm.*] Liv. 6. bell. Punic. C. Claudius flamen Dialis, quòd extra pomœrium decesserat, Flaminio abiit. Gell. lib. 10. cap. 15: Vocem hanc, Flaminio decedit. Hic notat, Abire, & decedere Flaminio, eo modo dictum, quo abire magistratu, obire, &c.

Flamĭnĭcās jactor, (inquit Festus) dicitur qui Flamini Diali sacrorum causa præfectus erat. ¶ Flaminius Camillus, puer patrimus & matrimus, qui Flaminii Dialis in sacrificiis præministrabat. Antiqui enim minores Camillos dicebāt. Autor Festus.

Flamĭnĭorum nobilis fuit Romæ familia: ex qua fuit T. Flamininus, qui ad Thrasimenum lacum ab Annibale cum universis pene copiis deletus est. Hic etiam Flaminiam stravit à Roma Arimino usq;. ¶ Fuit præterea T. Quintius Flamininus superioris filius, cujus vitam latè exequitur Plutarchus. Hic in suo Consulatu Macedonum Regem Philippum acie victum eō necessitatis compulit, ut Demetrium filium obsidem daret. Græciæq; civitatibus, quæ illius jugo parebant, abstinere cogeretur. Hujus frater fuit L. Flamininus fratri dissimillimus, qui à Cirone tum Censore per ignominiam Senatu fuit ejectus, quòd quum Galliæ provinciæ præesset, in gratiam pueri quem impotenter amabat per omnē provinciam circumvexerat, Gallum quendā in convivio tum manibus interemisset. Autor Livius.

Flamĭnĭă via, Quæ per portam Flaminiam ad Tyberim fluvium, Arminum usq; ducta, nomen habet à Flaminio Consule qui eam stravit: a quo & Circus Flaminius, & Forum Flaminium nomē acceperunt. Cic. 12. Philipp. Ties ergo, ut dixi, viam à supero mari Flaminia: ab infero Aurelia: audis Cassia. Ovid. 1. de Ponto, Eleg. 9: Spectat Flaminiæ Claudia jungta viæ.

Flandrĭă, æ, [Germ. *Flandern ein Landtschafft offt am Niderland.*] Regio est in finibus Belgarum, ad littora Oceani Septentrionalis posita: in qua sunt urbes insignes, Gandavum & Brugæ, Flandræ.

Flavĭă familia, à flavedine capillorum dicta, quæ tres continuos Romano populo Imperatores dedit, Vespasianum, Titum & Domitianum.

Flavĭă colonia. [Germ. *Die Stat Cæsarea in Palestina.*] Palestinæ urbs, primùm ab Herode condita, & in gratiam Tiberi Cæsaris Cæsarea appellata. Postea deducta eō à Flavio Vespasiano colonia, Flavia appellata est. Autor Plin. libro 5. capite 13.

Flavĭāles, ut flavialium collegium apud Sueton. in Domitiano: Aflidennibus Dialibus sacerdote, & collegio Flavialium pari habito.

Flaviobriga, *Φλαουιόβριγα*. Oppidum Vardulorum in Hispania citeriore, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 20.

Flaviopolis, *Φλαουιόπολις*. Thraciæ oppidum, eo in loco condituni ab antea Zela fuerat. Autor Plin. lib. 4. cap. 11.

Flavĭus. Vide in APPEL.

Flavium, *Φλάουιον*, Noricī oppidum est apud Plinium lib. 3. capite 24.

Flāvinium, locus Italiæ in Sabinis sub Soracte monte. Vide Servium in 2. vel Virg. 7. Aeneid. Hi Soractis habens arces, Flavinaq; arva.

Flavona, pen. prod. *Φλάουονα* Ptolemæo. Oppidum est Illyrici, apud Plin. lib. 3. cap. 22.

Flevo. [Germ. *Einer von den außgängen des Rheins, wird jetzt die Mör genennet.*] Rheni fluminis ostium, ut scribit Pomponius Mela, lib. 3. Plin. lib. 4. cap. 15, alterum ostiorū Rheni, Flevum: alterum Helium appellatum scribit. ¶ Cornelius Tacitus lib. 3. Flevum castellum esse ait prope Rhenum in Oceanum exitum, à quo aut fumptum nomen, quòd alveo dicatur: cæterùm ab alveo natum, in castello retentum est.

Florĭæ, [Germ. *Die Bömen der Brunnen / ist eine rauhe gemeine Art / so offt wächst die Römer zu Zeit gesetzt hat / auff daß sie jeder zeit gehalten werden.*] Dea quondā à Romanis in honore habita, quam floribus præesse volebant. Hanc meretricem fuisse aiunt, quæ quum magnas opes corporis quæstu quæsivisset, populum Romanum templi hæredem, certamq; pecuniæ reliquit, cujus ex annuo fœnore sunus natalis dies celebraretur

editione ludorum, quos appellant Floralia, sive ludos Floreales. Quod quia Senatui flagitiosum tractu temporis videbatur, ab ipso nomine argumentum sumi placuit, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur: deam finxerunt esse quæ floribus præsit, eamq; oportere placari, ut fruges cum arboribus, aut vitibus bene, prosperrimq; florescerent. Celebrabantur illi ludi omni cum lascivia, convenientibus meretricibus: præter verborum licentiam nudabantur flagitante populo meretrices, quæ minarum fundæ officio, in conspectu multitudinis ad satietatem usque impudicis motibus detinebantur. Hæc à Græcis χλωρίς dicitur. Ovid. 4. Fastor. Chloris erã quæ flora vocor.

Flōrālĭă, lium, [αἱ Floralien. Ger. Jarzeitliche Füring vnd Schauwspil / so man zu ehren der Blumen Göttin zu Rom hielt.] Dies festi, ludiq; in honorem Floræ instituti, quæ floræ dea habita fuit. Quintil. lib. 1. cap. 9. Quædam tamen & faciem solemnium habent, & deri vitiosa non possunt: ut, Tragœdia Thyestes, & Ludi Floralia, ac Megalesia. Ovid. 4. Fastor. Exit & in Majas festum Florale Calendas. ¶ Floralia etiam dicuntur loca in quibus sunt flores. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 23. Nec minùs ea discriminanda in cõserendo quę sunt fructuosa, ab iis quę sunt propter voluptatem, ut quæ pomaria, aut floralia appellantur.

Flōrālĭs, is, m. & f. adiectivum à Floralibus deductum, quo id significatur quod ad Floralia pertinet, aut quo in Floralibus uti debeamus. Mart. lib. 8. Et Floralitias inter arena feras.

Flōrentĭă, æ, [Ger. Florenz in Italia.] Vrbs insignis Hetruriæ, olim Fluentia dicta, quòd sita sit ad fluentum Arni fluminis: & populi ipsi, Florentini: quorum meminit Cato in Originibus. ut refert Angelus Politianus Epistola ad Bartholomæum Scalam. Vulgo Florenza.

Flōrĭānŭs, Imperator, qui Tacito successit, dolens Probum militiæ pestium à magna exercitus parte esse electum, suopte venas incidit, effatoq; sanguine contumptus est.

Florius, flavius est Galleciæ in Hispania. Plin. lib. 4. cap. 20.

Flumentanam porrò. [Ger. Die Wasserpforten der Stat Rom.] quam Tyberis in urbẽ intrans, in duas partes partitur, & alterã quæ Tyberis quandoq; in eam influxerit.

Flūōnĭă, æ, Iono, quam mulieres colebant, quod sanguinis fluorem in conceptu retinere putabatur. Rocatus in Gentalogia deorum.

F ante O.

Focunates. Plinio populi sunt in Alpibus. lib. 3. cap. 20.

Folia, Mulier quædam fuit Ariminensis, veneficiis famosa. Horat. Non defuisse masculæ libidinis Ariminensium Foliã.

Fōns Sōlis, In celsis Libyæ est, ultra Cyrenaicam regionẽ: juxta Jovis Ammonis oraculum, cujus aqua manè & vesperi tepida est, meridiano tempore gelidissima: tuo meridiem ortum fervidissima. [Libie sayt. Germ. Der Sonnen Brunnen in der wüsten Libya / welcher Wasser alle zeit morgens kalter ist / zu Mittag gantz heiß.] Fontem autẽ Solis appellarunt, quòd à Sole regi videatur, & pro ratione diversorum cardinum: quos ille petiabitur, calorem tepore, teporemq; frigore permutet. Apud Ammonios (inquit Herodotus lib. 4.) aqua fontana est, quæ loco matutinum quidem tepet sub horam, qua forũ frequentissimum est, tegelit: sub meridiem non ita frigidior est, eaq; hora aortas irrigant. Declinante jam die remittit frigus, donec Sol occidit: tunc tepelit, magis ac magis calescens usque ad medium noctem, quo tempore fervens existit: præterea nocte media, ad auroram usque refrigescit. Cognominatur autem Fons Solis, Hæc ille. Meminit hujus fontis & Ovid. lib. 15. Metam. cum vis Ammonis, nõ Solis fontem appellet: medio (inquit) tua cornigeri Amnion. Vnca die gelidi est, orituq; obituq; tepescit. Silius quoq; lib. 3. Ammonis oraculum describens: Stat (inquit) fano vicina novum & memorabile, lympha, Quæ nascente die, quæ deficiente tepescit: Quæque riget, medium quum Sol accendit Olympum. Plin. lib. 2. cap. 103. cujus hujus naturæ fontes commemorat, quorum alterum à vicino oraculo, Ammonis fontem appellat: alterum apud Troglodytas collocat, Aethiopiæ populos, eumq; Solis fontem nominat. Verba ejus sunt hæc: Jovis Ammonis fons, interdiu frigidus, noctibus fervet. Deinde sub dittis Troglodytis, fons Solis appellatur, dulcis & circa meridiem maximè frigidus: mox paulatim tepescens, ad noctis media fervore, & amaritudine infestatur.

Fontēĭă, Virgo Vestalis, Fonteii soror, cujus meminit Cicero in Oratione pro Fonteio.

Fontĭnālis porta dicta est Romæ, quæ alio nomine Capena dicitur, ob propinquitatem fontium. Juvenalis Satyr. 3. Subibat ad Veteres arcus, madidamq; Capenam. Livius: Acdiles alteram porticum ad portam Fontinalem, ad Martis aram, qua in campos iter esset, perduxere. [German. Bronnen Thor zu Rom.]

Forcys, φόρκυς, Nomen viri proprium, qui tres filias habuit Gorgonas, Sthenyo scilicet, Euryalem & Medusam, quæ animis insidiantes fuerunt, & Gorgones dictæ sunt: id est, terræ cultrices.

Fordicidĭă, dicebatur à fordis bubus: hoc est, prægnãtibus: quòd eo die immolarentur boves prægnantes in curiis. à fordis cædendis fordicidia dicta.

Forculus. Deus putatur, fortium præses. [θεὸς Germ. Der Thürmgott.] sicut Cardinea Dea, quæ cardinibus præerat: & Limentinus Deus, qui præerat limini.

Formĭæ, arum, φορμίαι. Vulgò Molen, Formie. Vrbs est Campaniæ maritima juxta Cajetam, Lacedæmoniorum quondam sedes, à Laconibus (ut Strabo auctor est) condita: à quibus primum Hormiæ dictæ sunt. Eve à frequentia, habitatore; vel ὁρμοὶ id est, stationum, ut Festo placet: sive ἀπὸ τῆς ὁρμῆς id est, ab impetu Læstrigonum (ut Servio placet) qui antiquitus populos sibi esse prohibentes. Quicquid id est, primùm Hormiæ dictæ putantur: & deinde aspiratione in F communiata, Formiæ. Verisimile est, illud esse oppidum quod quinto à Cajeta lapide situm, vulgò Nolam vocant.

Formiones, Vide PHORMIONES infrà.

Formĭo, Ptolem. Mariæ Iuvavis, hodie Gysam.

Fortūnātæ insulæ, A fruituum ubertate, ἀπὸ τῆς εὐετηρίας dictæ sunt, μακάρων νῆσοι. Strab. lib. 3. Fortunatæ insulæ contra extremam Mauritaniam ad Occidentem sunt, quam quidem ad partem & Hispaniæ terminus Occidentalis convertit. Sunt autem sex numero, ut ex Iubæ sententia tradit Plin. lib. 6. cap. 32. quarum primam Ombrion appellari ait. secundam Junoniam: tertiam eodem nomine quattam Capriariam: quintam Nivariam, perpetuis nive nebulosam: sextam Canariam, plenã canibus ingentibus. Fortunatæ insulæ (inquit Mela lib. 3.) abundantibus ipsæ sponte genitis, & subinde aliis superadditis innascentibus, nihil solicitos alunt: bestiis quidem ut ferocissimis exuit: una singulari duorum fontium ingenio maximè insignes: alterum quo gustavêre, ritu solvuntur in mortem: huic infestis remedium est ex altero bibere. Solinus magna ex parte fabulosa esse putabat, quæ de Fortunatis insulis traduntur, unam ejus tantùm esse, quæ nomen habeat ferendi tritici, matutinam ex parte inscitæ. Hodie omnes uno nomine Canariæ vocantur, à fertilitate canum, in quibus nasci fertur siccharum.

Fōrŭlī, orum, [Ger. Ein Statt in Italia heißt jetzt Foruli.] Oppidum Sabinorum, favore in loco situm: Strabo lib. 5. Petram vocat ad rebellandum, quam ad habitãdum aptiorem. Virg. 7. Æn. Qui Tetricæ horrentes rupes, montemq; severum, Casperiamq; colunt, Fabulos, & Flumen Himellæ.

Fōrum Bibalorũm, Vulgò Fomilla, Hispaniæ Tarraconensis oppidum est non procul à Vaccæis, cujus meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Sunt nonnulli qui putent idem esse cum eo, quod hodie Fomilla appellant.

Fōrum Claudii, Oppidum Alpinum, Centronum metropolis, apud Ptolemæum, lib. 3. cap. 1. sunt qui existiment idem esse cum eo quod hodie Tarantasiam vocant.

Fōrum Clodii, Vulgò Feroclodio, Oppidum Hetruriæ, cujus incolæ Foroclodii nominantur à Plin. lib. 2. ca. 3. Tà πρὸς ἕσπερα ejusdem comminus oppidum in octava regione Italiæ, cujus meminit idem Plin. lib. 3. cap. 15. Do. in Mar. Neg. lib. 7.

Fōrum Cornelii, Vulgò Imola. Oppidum est in via Æmilia, quod & forum Syllæ appellatum: itaque nomine deducto à Cornelio Sylla Dictatore, qui hic primus fora instituit. Forocornelienſia agri meminit Plin. lib. 3. cap. 16. Hodie Imole vocant, quasi Aemolam. Ammonet via in qua sita est.

Fōrum Iŭlii, sive Forum Iulium. Oppidum est Narbonensis provinciæ, Octavianorum colonia, teste Plin. lib. 3. cap. 4. hodie tervatis nõ obscuris pristi nominis vestigiis Frejus vulgò appellatur. ¶ Fuit & Cantorum sive Lapideum oppidum ejusdem nominis, teste Ptolemæo, lib. 3. cap. 1. à quo tota regio hodie corrupto nomine Frejus dicitur appellatur.

Fōrum Segusianorum, Galliæ Lugdunensis oppidum est, apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 9. idem cum eo (ut putatur) quod hodie Forez Burgus appellant. Bourg en Forez.

Fōrum Livii, Vulgò Forli. Oppidum Æmiliæ, in octava regione Italiæ, Cornelii Galli Foliæ natalibus nobilitatum. Meminit hujus oppidi Plin. lib. 3. cap. 15.

Fōrum Gigurrorum, sive Figurorum, à Ptolemæo, lib. 2. ca. 6. appellatur urbs quædam Hispaniæ, in ora lib. Tarraconensi, quæ à nonnullis eadem esse creditur, quam Hispani sua lingua vocant Molins de Rioſeo.

Fossæ Marianæ. [Ger. Ein Statt Delphinat / heißt jetzt Aigües mortes.] Apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 9. Galliæ Narbonensis oppidum est ad alterum ex Rhodani ostiis fluminis dictum: à propinqua fossa, quam Marius ex Rhodano duxit in vicinum lacum, ut scribit Strabo lib. 4. officis abundantem.

Fossæ Papyrianæ, Tuscorũ civitas Ptolemæo, hodie Figline est.

Francfordia, Vrbs Francoviæ ad Moenum sita, ob rotius Europæ

sopæ emporiū celebratissima. ¶Est & alia in Germania ejusdem nominis ad Viadrū sita. [Vulgo Brandfort an der Oder.]

Francones, [Germ. Die Franden.] Germaniæ populi sunt, quos nonnulli Francos Orientales vocant: à Septentrione Chattis, & Cheruscis à Meridie, Nortis finitimi ad Occasum Rhenū duvumiad Ortum, Hercyniæ sylvæ parten, qua Boëmiam attingit, habentes. Hi olim bonam Galliarum partem occupaverunt, ubi Hodie Lutetia Parisiorum sita est, quæ etiam Galliæ pars ab illis Francia dicta putatur. Francorū meminit Cicero in Epist. ad Attic. lib. 14.

Frēgellæ, arum, Φρεγέλλαι Stephano, Vulgò Pontecorvo, olim civitas fatis clarissima inter Formias & Sinuessam sita, non procul à Liri amne, quem nunc Garigliano vocamus. Cujus etiā hodie non obscura extant vestigia, ex quibus facilè potest æstimari, quanta olim fuerit ejus urbis amplitudo. Hæc quum à Romanis deleretur, diruta fuit, & ad vicum jam ætate Strabonis tempore redacta. Situs hujus Strabo obsessæ campo æqualem fuisse Fregellæ. Idem alio loco: Et quæ fuerant olim ex terra gigantia Fregellæ. Inde Fregellani populi dicti, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Frēgellānus, adjectivum: ut Fregellana vina, Colu. lib. 3. cap. 2.

Fregellanus, Nomen proditoris, cujus meminit Cic. 5. de Finibus: Quis Fregellanum proditorem, quanquam Reip. nostræ profuit, non odit?

Frentānus, Populi sunt Italiæ, nō procul à Daunijs & Picentinis, divisi ab iis, quos alibi Peligninos, & ab iis quos Vestinates diximus appellari. Horum regionem Plinius lib. 3. capite 11. Frentanum vocat, à Frentone vicino fluvio deducto nomine.

Friburgum Vrbs, alia in Brisgoia, alia in Vechtandia, alia in Misnia.

Frisii, [Germ. Friesländt.] Populi sunt Oceanū Septentrionalem tenentes, Batavis & Sicambris hostiles, etiam hodie nomen retinentes.

Fronto, Philosophiæ Consul, & dicendi præceptor M. Antonini principis, adeò ab illo dilectus, ut ille statuam ei à Senatu statui decretam nō susceperit. Autor Capitolinus. ¶Frontonis alterius sub Nerone meminere Tacitus, Iuvenalis, & Martialis: Clarum nobile, Fronto togæ, decus.

Frusino, pen. corr. Frusinonis, Civitas Campaniæ, à qua Frusinates populi ad Fabratum, quorum meminit Plin. lib. 3. ca. 5. Iuven. Satyra 3. optima Suræ, Aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratur. Silius lib. 12. Bellator Frusino. Sed hic populum significat. Ptolemæus Frusinum inter Latii oppida enumerat, lib. 3. cap. 1.

Frutinal. Dictum est templum Veneris Frutis. Festus.

Fruxinum, Fryssinga, Vrbs Bavariæ.

F ante V.

Fucinus, pen. corr. Lacus in quarta regione Italiæ, prope Albenses Marsorum populos. Martial. lib. 1: Fucinus & pigri recreātur flagna Neronis. Virg. 7. Aen. Tenemus Angitiæ, vitrea te Fucinus unda, Te lucus Dianæ Nemorensis. Et lacus.

Fufidius, Oratoris nomen, cujus meminit Cicero in Bruto: Fufidius, quoque, in aliquo patronorum numero fuit.

Fugālia. [Germ. Römische Festtag so man hat gehalten zur Widergedächtnus der vertriebnen Königen / und der erlangten gemeinen Freyheit.] Festa fuerunt Romæ in memoriam exactorum Regum, libertatisq; Reipublicæ restitutæ. Celebrabantur de die quinto Februarij hoc, Regifugium vocat, quòd eo die Tarquinius ab exercitu ad Portenam Hetruscorum regem fugisset. Celebrabantur autem Fugalia mense Februario post exacta Terminalia. Augustinus lib. 2. de Civit. Dei. Sed demonstrentur loca talibus aliquando conventiculis consecrata, non ubi ludi agerentur obscœni, verbis & motibus histrionum: nec ubi Fugalia celebrarentur, effusa omnium licentia turpitudinum, & verè fugalia, sed pudoris & honestatis.

Fulco, Andegavensium princeps fuit, quintus Rex Hierosolymorum, qui equo in caput verso occubuit, quum regnasset annis undecim. Volaterranus.

Fulginates, populi sunt Umbriæ in Italia, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 14.

Fulfinates, Populi sunt insulani, juxta oram Illyrici: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 23.

Fulvia, fuit uxor quatuor turbulentorum civium, qui pestes fuēre patriæ: primùm Catilinæ: deinde Clodii. tertiò Curionis, qui bellum civile inflammavit: quartò Antonii triumviri, cujus jussu cùm Cicero Orator interfectus esset, Fulvia uxor Antonii adeò lætata est, ut linguam ei exemptam ex interfecti capite, acicula confoderit.

Fulvius, Flaccus Centot tectum marmoreum Iunonis Laciniæ spoliavit, ut ædem quam dedicaverat Equestri Fortunæ tegeret, Autor Livius lib. 42.

Fundi, orum, φοῦνδοι, Vulgò Fondi, Oppidum est Campaniæ inter Tarracinam & Cajetam, quod intercidit: Hodie tolum palustribi: ita tamen ut ad ejectorum ruinæ ac vestigia cernantur: à quo Fundanus lacus appellatus est, & Fundanus ager. Plin. lib. 3. cap. 5: laude generosa vinā Fundana, scripto tibus commendata.

Furiæ, Videsis APPELLATIVUS.

Fusidius, Fœneratoris nomen, apud Horat. 1. Serm. Sat. 2:

Fusidius appete famam unde queas, ac nebulonis,
Dives agris, dives positis in fœnore nummis.

Fusius, pro Furius, Antiqui dixerunt, ut Valesius pro Valerius Autor Festus.

Futius, Oratoris nomen, cujus meminit Cicero lib. 2. de Oratore: Futius (inquit) nervos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, nō adjequitatoris pravitatem, & verborum latitudinem imitatur, &c.

Fyternus, Prol. Ferentanorum fluvius. Typernus aliis.

G

GAlva, per simplex l. [גבע gibheh. γαῖα.] teste Iosepho lib. 5. Antiquitatum Iudaicarum, Galilææ oppidum est.

Gabale, es, [גבל gibbēl. γαβάλη.] Promontorium est in ora Syriæ, in quo sita est Laodicea libera civitas. Autor Plin. lib. 5. cap. 20. Hodie Gibel.

Gabales, apud Plin. lib. 4. cap. 22. Aquitaniæ populi sunt.

Gabalus, Romanorum Imperator fuit omni genere luxus effeminatissimus: qui quum se Solem appellari vellet, quē Græci ἥλιον vocant, compositā dictione vocatus est Heliogabalus. Autor Servius.

Gabalum, γαβαλον, Oppidum Arvernorum, in ea parte Galliæ Aquitanicæ situm, quæ Narbonensem provinciam spectat. Hinc Gabales, γαβαλεῖς, populi, apud quos olim fiebat optimus caseus.

Gabaon, [גבעון gibbōon. γαβαων.] Olim metropolis & regalis civitas Hevæorum, & nunc (ut refert Hieronymus) ostenditur villa eodem nomine ad quartum milliarium à Bethele contra Occidentalem plagā juxta Rhama, ubi Solomon obsatis victimis divinum meruit oraculum.

Gabaonitæ, pen. prod. [גבעונים gibbonim. γαβαωνῖται.] Populi in Gabaon habitantes.

Gabatha, [גבעת gibbāth. γαβαθ.] Vrbs Galilææ, teste Iosepho lib. 6 Antiquitatum.

Gabaupolis, γαβαυπολις, Oppidum Galilææ, Steph. ex Iosepho Antiq. lib. 4.

Gabbā, Per duplex b, [גבעה gibbāh. γαβαα.] sive (ut alii ferebant) Gabaa, Syriæ urbs.

Gabienus, Fortissimus dux classium Cæsaris à Sex. Pompeio captus, ejusdem jussu missa cervice jacuit in littore tota die. Deinde quum advesperasceret, petiit ut Pompeius ad se veniret, testatus se ab inferis remissum, habere quod nuntiaret. Ex Plin. lib. 7. cap. 52.

Gabii, orum, γάβιοι, Volscorum urbs fuit X X. millibus passuum ab Vrbe distans, à Galacto & Bio fratribus Siculis condita, sicut scribit Solinus, fraude Sexti Tarquinii superbi filii in Romanorum ditionem redacta, ut tradit Liv. lib. 1. ab Vrbe. Gabiarum meminit & Virg. lib. 6. Aen. Hi tibi Nomentum, & Gabina, arbemq; Fidenam, Hi Collatinas imponent montibus arces.

Gabinensis, adjectivum. Plin. lib. 2. cap. 91: Quædam verò terræ adingressus tremunt, sicut in Gabinensi agro, non procul ab urbe Roma.

Gabinius, a, um: ut, Gabina lano, Virgil. 6. Aen. Vrbs Gabina, Ovid. 2. Fastor. Robore fecta Gabino, Claud. 5. Paneg.

Gabinius, Romanus, qui Ptolemæum Auletē Ægypto pulsum in regnum reduxit, præsidiumque ei, quò adversus horum insidias tutior esset, ex suis copiis reliquit. Autor Plutarchus in vita Pompeii.

Gabinus, Presbyter, civis Romanus, jussu Diocletiani Imperatoris in carcerem conjectus est. Ibiq; fame extinctus, quòd Christianam profiteretur religionem. Frater fuit Caii pontificis, patrui Sulannæ virginis & martyris, quæ nuptias filii Diocletiani respuit. Volater.

Gabriel, [גבריאל ghabriēl. γαβριηλ. Germ. Starcke Gottes.] Vox Hebraica, quam Latinè Dei fortitudinē interpretari possumus.

Gadareus, γαδαρεύς, Sophista, qui priùs more mendicorum peregrinabatur, Maximiani beneficio Consulatū adeptus est.

Gadara, [גדרה ghadhārāh. γαδαρα.] Civitas est in Decapoli Syriæ, non longè ab Ascalone: ex qua ortus est Theodorus Rhetor, cujus professor, quem Strabo sua ætate floruisse testatur. Meminit hujus oppidi & Plin. lib. 5. cap. 18.

Gādes, dium, [γάδειρα. πλ. Vulgò Gades, & Cales. Germ. Zwo Insulen zu einer Meerstraben Hispaniam im Meer gelegt / in der Enge zwischen Europa und Africa.] Duæ insulæ sunt, teste Plin. lib. 4. cap. 22.

ultra

ultra finem Bæticæ provinciæ, & in extremo nostri orbis versus Occidentem, ubi Europæ ab Africa dirimuntur Herculis columnæ. Major, Scythia dicta est a Tyra ab Erythræo mari oriundis, qui in hac insula urbem condiderunt. Distat a Calpe, teste Strabone, septingentorum quinquaginta stadiorum intervallo, parva quidem insula, sed vicinarum frugiferæ excellens. In qua Equestris ordinis Gaditanos (ἱππεῖς γαδειτανούς, γαδειτανοὺς) quingentos in anno consulto numerato aliquando fuisse compertum est. Insula hæc ubi continenti est proxima, interfluitur freto D C C. non amplius pedum. ¶ Huic adjacet altera insula minor, & ipsa Gadis appellata, unius tantum stadii Europen interfluente ab altera dirempta, in qua tanta est pabuli lætitia, ut pecudum ibi pascentium lacteum non efficiat, neque ex eo cæseus fieri possit, nisi multa admista aqua. Quæ illud etiam traditur, pascentes in hac insula pecudes, nisi subinde sanguine exhaurias, intra triginta dies pinguedine suffocari. Quæres Poëtæ occasionem videtur mutuatus eorum quæ de Geryonis armenta fabulantur. Autor est Strabo lib. 3. Plin. tamen vult Geryonem in majori insula habitasse. ¶ Declinatur autem hoc nomen in utroq; numero: dicimus enim Gadis ut nomen singulari pro alterutra harum insularum: vel in plurali numero Gades. Plin. lib. 4. cap. 22. Gadis longa est XII. lata III. M. passuum.

Gāditānus, na, num, pen. prod. γαδειτανός, ut mare Gaditanum: Vulgò Ἐδεκλυς de Gibraltar, & Gaditanæ puellæ, quæ agilitate, & vivacitate nomine olim in pectio fuerunt.

Gāditāni, oriundi à Tyriis. Lucanus. Tyriusque à Gadibus hospes.

Gādir, unico d scribendum, quem admodum & Gades, quum utrumq; eadem sit origo. Est autem Gadir urbs opulenta in Gadibus, quæ antea Tartessus dicebatur. πανσεσ. Vulgò Cales, Rufus Avienus in descriptione orbis: Gadir prima Deum fabula superemines arces. Attollitque caput geminis intexta columnis: Jamnis: Hec Continua prius facta ab nomine pulso, Tartessusq; dehinc Tirii dixere coloni. Barbara quinetiam Gades hanc lingua Hesperiæ, Pœnus quippe locum Gadir vocat undiq; septum. Quibus in versibus Avienus hoc animadvertendi est, quòd prima Gadir dixerit, fœminino generis usus. Salust. tamen lib. 3. Historiarum referente Priscano, usus est in neutro genere. Tartessum (inquit) Hispaniæ civitatem, quam nūc Tirii mutato nomine Gadir habent.

Gæon. A Iosepho dicitur esse Nilus. Recitat Scriptorem Cuthæum.

Gætūlia, [γαιτουλία Stephano. Germ. Ein Landschafft bey meer Africæ.] Africæ interioris regio est. Garamantum proxima: cujus incolæ Gætuli appellantur, qui primi omnium Africam tenuisse dicuntur, nullius imperio subjecti, nullaq; habentes domus, sed ubi eos nox deprehenderat, pernoctantes, carneq; ferina, & terræ pabulo victitantes. Autor Sallustius in Iugurtha. Habet autem hæc dictio duas primas syllabas productas, quamvis à plerisq; scribantur apud Græcos. Virg. 4. Æn. aut captum ducat Gætulia lætas Iarbas. Item. Quæ Gætula ducem portaret bella Iubam.

Gagæ, γάγαι, Liciæ oppidum ad Gagem amnem situm: quo & nomen accepit. Autor est Steph.

Gages, γάγης, Liciæ fluvius est, Phaagyopolin civitatem præterfluens: in quo gagates lapis primum inventus est. Autor Dioscor. lib. 5.

Galaad, [גלעד galhâdh. γαλααδ.] Mons est, à quo civitas in eo condita formam & vocabulum, quam & accepit de Amorrhæorum rege Galaad filius Machir filii Manasse.

Gālactophāgi, [γαλακτοφάγοι. Germ. Milchträhmer / die Milch für ihr Mayn vnd Speise haben.] Cognominati sunt Mysi & Thraciæ populi, quòd lacte alterentur, quos Homerus 13. Iliad. hominum iustissimos appellat propterea quòd tenui victu contenti, ab omni injuria sese continerent.

Gālactophōtæ, pen. corr. arum, [γαλακτοφῶται. Germ. Milchessender / Milchfar in den nähern vnd fernern Scythia. Pol. Mlekie pijący, mleczni. Vng. Tey iuek.] Lactis potu utentes. Quo cognomine cieti sunt populi aliquot in Scythia Europæa ex Nomadum, Getarumq; gente. Columel. lib. 7. cap. 2: Quibusdam nationibus frumenti expertibus victum commodat, ex quo Nomadum, Getarumque plurimi, γαλακτοφάγοι dicuntur.

Galaila, vel Galadene, vel Galadius, regio Arabiæ. Autor Stephanus.

Galadræ, γαλάδραι, Urbs Macedoniæ in Pieria. Autor Steph.

Galaitrus, γαλαίτρου, Mons quidam à Galadio Amathi filio dictus. Stephanus.

Gālānthis, [γαλανθίς. Germ. Die Hausin mit Alcmena, welcher die Göttin Iuno in der Wehetin verwandelt hat.] Vtitur in fabula, Alcmenæ ancilla fuit, quæ quum domina sua partus doloribus laboraret, à Iunone ne pareret impediretur, mira allusit dicitur deam eludisse. Lucio enim vultu egressa custodium, in quo illa parturiebat, pependit: jam lucrā simulat, eoq; nomine pa-

lām dis gratias agit. Cujus verbis fidē adhibens Iuno, eiectis, quas pectinatim manibus habebat, manibus, surrexit, pellicisq; patiendi tempus concessit. Verūm quum Galanthis ob eam rem tam prospere gestam omnium sibi placeret, deamq; etiam risu & insultatione prosequeretur, ita anicula provocata tandem aliquando serens, in γαλῆν: hoc est, mustelam eam dicitur transformasse hac additia pœna utero, quo prius peperisset, pareret. Late exequitur hanc fabulam Ovid. 9. Metam.

Galarina, γαλαρῖνα. Vrbs Siciliæ à Margo Siculo condita. Dicitur & regio Galarea. Steph.

Gălătēa, γαλάτεια Theocrito, Nympha marina Nerei & Doridos filia, à lactis candore sic dicta, γάλα enim lac significat. Virgil. 7. Aeglog. Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ.

Gălătæ, [γαλάται. Ger. Ein andere art der mindern Asie. Erst gegen Mitnacht an das Euxinisch Meer stossen an Cappadociam. Pauo γαλάδων, quòd lactentium.] Regio omnium Asiæ ab Oriente Cappadociam & Halym fluvium: ab Occidente Bithyniam & Asiam à Meridie Pamphyliam, à Septentrione Pontum Euxinū habens. A qua Galatæ populi. Lucan. lib. 7. Illis parce precor, vivant Galatæ, Syrtis. Hec & Gallogræcia dicitur: populiq; ipsi, Gallogræci. Nam quum à Rege Bithyniæ Gallidimi & Græci in auxilium vocati venissent, partem regni tenuerunt, & ab utriq; populi Gallogræci facti sunt.

Galata. A Pomponio & Mela numeratur inter insulas Siciliæ adjacentes, non procul à Melita.

Gălătēa Nereïd, Nympha marina à lactis candore sic dicta.

Gălbă Sergius, ut autor est Suetonius in Galba, Nobilis Romanus Orator insignis, qui cùm Hispaniam provinciam Prætor obtineret, convocato populo, tanquam de commodis ipsorum actum, XXX Lusitanorum millia trucidavit. Ejus frequens est mentio apud Ciceronem in Bruto.

Gălēnus, pen. prod. γαληνός. Germ. Ein mensch der bey Asien gelebet hat] Nomen medici excellentissimi, ex Pergamo Asiæ urbe. Floruit temporibus Traiani adusq; Antonini Pii tempora. Plurima reliquit de re medica cōscripta volumina, quæ hodie omnium ferūntur manibus. Scripsit & de dissimilium in omnia Hippocratis opera ordine literarum. Fama est 140 annos vixisse.

Gălĕsus, γαλῆσος. Erant varices quidam in Sicilia & Attica: à Galente Apollinis filio, qui frater Telmissi ejus fuisse traditur, qui Telmissum urbem in Caria condidit, oracula ex Dodonæ accepto. Aelianus scribit Dionysium tyrannum Galeotas solitum consulere in Sicilia. Meminit horum Cicero lib. 1. de Divinatione, quum ait Huic interpretes portentorum quid Galeotæ illum in Sicilia nominabantur, respondere. γρ.

Galeptus, γαλεπτός, Vrbs Thraciæ, & Pæoniæ, auct. Steph.

Gălĕsus, is, pen. prod. γαλέσος, Fluvius juxta Tarentum. Virgil. libro 4. Georg. Quo niger humectat flaventia culta Galesus. Horat. 2. Carm. Ode 6. Dulce pellitæ ovibus Galesi Flumen.

Gălĭlæa, lea, pen. prod. [גלילה galîl. γαλιλαία.] Nomen duarum regionum, ex quibus una, Galilæa Gentium vocatur, ejusdem Tyriorum finibus, ub. & Salomon viginti civitates donavit Hiram Regi Tyri in fortibus Nephthali. Altera Galilæa dicitur regio Iordanis ad Tyberiadem, & stagnū Genezareth in tribu Zabulon. Plin. lib. 5. cap. 14. Pars Iudææ Syriæ conterminæ, Galilæa vocatur.

Gallæci, sive Gallæci, γαλλαικοί, Vulgò Gallegi, Hispaniæ populi sunt Gallis finitimi. Martial. lib. 11. Nec quos Gallaico linuntur auro. Sunt tamen qui hoc loco apud Martialem legāt Gallici, per secundam consonantem.

Gallæcia. [Vulgò Galicia. Germ. Ein Landtschafft in Hispanien / heisset Galicia.] Regio est citerioris Hispaniæ: cujus descriptionem vide apud Plin. lib. 4. cap. 20.

Gălĭlæa. [גלילה galhîlâh. γαλιλαία Stephan. καὶ γαλιλαία. Ptolemæo. Vulgò Iuiers. Pol. Francuzka ziemia. Vng. Francziaorszag. Ang. France.] Europiæ pars: à candore populi dicta. Gala enim lac Latinè dicitur. Nam mōres & rigor cœli ab ea parte solis ardorem excludunt, ut eorum corpora non colorentur. Est autem triplex. Togata, Comata, & Braccata. Gallia Togata dicitur Cisalpina, quæ Ici iacet Alpes est, & Rubiconem fluvium, antiquum Italiæ limitem intra dicta, quòd populi illi, Romanorum more, toga uterentur. [Germ. Dasselbe theil welches vor Italien gegen Mittag ligt.] Braccata autem Gallia, dicta est Gallia Narbonensis, Romanorum provinciali bracca villosæ vestis genere appellata, quibus peculiariter ejus provinciæ homines utebantur. [Germ. Die Reysing oder Deckmantel.] Comata cognominatur omnis trans Alpina Gallia, à coma nutrienda studio. [Germ. Das gantze Landt so jenseiten dem Rheinstrom / dem Niderwald vnd Hirtzberg gegen den Mitnacht herumb ligt / welches grösser dann jetzt Frankreich genennet wird.] Hæc rursus in tres partes dividitur. Belgicam Celticam, & Aquitanicam, quæ Aremorica ante dicta est. Nā à Scalde ad Sequanam, Belgica, ab eo ad Garumnam, Celtica, eademq; Lugdunensis;

fissimè ad Pyrenæi montis excursum, Aquitanica.

Gallia togata non est, ut quidam credunt, ipsa planè Cisalpina, sed Cisalpinæ pars: Togata enim incepit à Rubicone flumine, & Placentia terminatur: Cisalpina verò initium quidem ipsa quoq; capit ab eodem flumine, sed terminum habet alpes. Erant autem in Togata multa municipia, multæ coloniæ Romanæ, Præterea dicit Cicero in Epistol. 1. ad Attic. Videtur in suffragiis multum posse Gallia: jus enim ferèdi Romæ suffragii habebant omnia municipia, eaque omnes coloniæ, ideò Romanæ dicebantur: quia jura possiderent eadem Romanorum. Nam Latinæ suffragium non habebant, sed tantùm jus Latii, unde appellatæ. Ex Aldi commentario in epist. ad Attic.

Gallicus, a, um, Quod est ex Gallia: ut Gallica vestibra apud Columellam libro de arboribus, capite octavo. Gallicũ aer, in transpadana Italia, transq; Alpes nascens, præcipui candoris. Plin. lib. 16 cap. 15.

Gallicanus, a, um, Gallicanus: ut, Gallicanæ res. Cic. pro Quintio: Quum & de societate multa inter se cõmunicarent, & de tota alia ratione atq; re Gallicana, &c. Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 32: Cæteraq; quæ alii legumina: alii (ut Gallicani) legaria appellant.

Gallus, a, um, Sicut Gallicus, & Gallicanus, quod originem haberet ex Gallia. Solin. lib. 14. Hister. Duæ Gallæ mulieres conventum virántes, ad menstrua solvenda montem ascendunt. Catul. de Berecynthia: Agitate ad alta Gallæ Cibeles nemora simul.

Gallinăria, riæ. γαλλινάρια, Insula est in mari Tusco secundùm Italiam, contra montes Ligesticos, à Gallinarum agrestium copia, ut inquit Varro libro 3. de Re rust. appellata. ¶ Est & sylva gallinaria, γαλλινάρια ὕλη, Comis vicina, de qua Cicero ad Pætum: Qu. Cæpasius obviam mihi fuit in sylva Gallinaria. De hac Strabo ita scribit: Hoc quoq; in sinu fructuosis virgultis freques, & arboribus, sylva est multis portecta itadis, aquarum indiga.

Gallogræcia, [γαλλογραικία. Germ. Ein Landschafft im mindern Asia so sonst Galatia heisst.] Regio Asiæ minoris, Cappadociæ, Bithyniæ, & Pamphyliæ finitima, quæ alio nomine Galatia dicitur: cujus incolæ Galatæ dicuntur, & Gallogræci. Nam quũ Galli, multitudine abundante relicto natali solo Italiam invasissent, Græciam implevernnt, Macedoniam occuparunt, in Asiam transierunt duce Leonnorio, qui Gallogræciam multo ex Gallis, Græcisq; vocabulo cognominaverunt.

Gallogræci, Idẽ sunt qui Galatæ ad quos Pauli epistola exarat. Eorum regio est Galatia, quam Gallorum aliquot populos insedisse Plin. lib. 5. cap. 32. refertur, & Ptolom. lib. 5. tabula Asiæ prima. Strabo quoq; lib. 4. Tectosages è Narbonensi, Tolistobogios & Trocmos è Celticis Galliæ profectos, Phrygiam Cappadociam & Paphlagoniæ viciná occupasse scribit: tanto olim hominum robore Gallia valuerit. Meminit & Livius pluribus lib. 8.

Gallumbri, populi qui nunc Remandi sic vocantur.

Gallus, i. [γάλλος. Ger. Ein pfaff der Göttin Cybele.] Cybeles sacerdos: à Gallo Phrygiæ fluvio, cujus aquam qui gustasset, redebantur insani. Lucan. lib. 1. crinemq; rotantes Sanguineum populis ululatum tristia Galli. Ovid. 4. Fastorũ: Amnis ut insana nomine Gallus aqua.

Gamalẽ, pen. corr. γάμαλα, Vrbs in Judæa, sive in Syria Judææ finitima. Josephus, Syriæ habitatio quædam Gamale. Suetonius in Tito: Tarachiam & Gamalen urbes validissimas Judææ in potestatem redegit.

Gambrium, γαμβρίον, Vrbs Joniæ, Steph.

Gamphasantes. [Germ. Nackets leut so in den innern Libya wohnen.] populi Libyæ Æthiopiæ, sine ullis vestibus viventes, qui (sicut scribit Pomponius) à præliis abstineant, quũ nec tela jacere aut vitare noscant, ideoq; obvios fugiunt. Plinius lib. 5 cap. 8. Gamphasantes nudi, præliorumq; expertes, nulli externo congregantur.

Gandavum, Vrbs Flandriæ, Vulgò Gent.

Gandari, Populi sunt interiores Asiæ Pomponio, quos Plinius trans Margianem in Ortum ponit. ¶ Sunt & Gandaræ populi quos Ptolemæus libro 7. in India, ad ipsum Indum sitos esse ait.

Ganganorum, promontorium Hyberniæ, Ptolem. libro 2. capite 1.

Gangăridæ, γαγγαρίδαι, ut inquit Curtius, populi inter Assyrios & Indos, juxta Gangen. Virg. 3. Georg. In fontibus pugnã ex auro, solidaq; elephanto Gangaridum faciam, victoris q; arma Quirini.

Gange, Vrbs Indiæ regia.

Gangēs, gis, & Gangens. [γάγγης. Germ. Ein grosser fluß in Indien.] Indiæ fluvius maximus. Quinquaginta secat Indiam, secum arenas trahens: alio nomine Physon à Græcis dictus: quem Sacræ literæ inter eos annumerãt, qui de paradiso prodeuunt. Fontes ejus alii incertos esse tradunt, vicinaq; omnia rigare, quemadmodũ & Nilum. Alii in Scythicis nasci, ipsamque Indiam fecare dixerunt, fluereq; in eum triginta amnes. Maxima Ganges latitudo per octo millia passuum, maxima per viginti patet. Altitudo ubi vadosissimus est, mensurã centũ pedum implet. Dictus Ganges à Gange Æthiopum Rege, ut ait Suidas. Ovid. lib. 4. Metam. Decolor extremo quà gangine India Gange.

Gangēticus, ca, cum, γαγγητικός. Denominativum. Colum. lib. 8. cap. 8: Iam nunc Gangeticas & Ægyptias aves tenuiter eructus.

Gangra, γάγγρα, ὁ vel ἡ, Vrbs Paphlagoniæ. Causam nominis Stephanus explicat. Vide Candara. Alia est in Arabia felici.

Gannodurum. [γαννόδουρον. Vulgò Confluens. Germ. Confluentz am Gebeusse.] Helvetiorum oppidum est ad Ararim montem, teste Ptolemæo, lib. 2. cap. 9.

Ganymor, nomen est viri proprium Tornellio.

Ganymedes. [γανυμήδης. Ger. Ein schöner Knab, welchen Jupiter durch ein Adler in Himmel hat entragen lassen, damit er sein Cupidinem möchte.] Troïs filius fuit formosissimus puer, quem quũ Jupiter cepisset, jussit in cœlum ab aquila portari, & sibi à cœlicolis esse, repudiato ministerio Hebes, quæ ante illius raptũ miscendo nectari præerat. Hanc tabulam tangit Virg. lib. 1. Æneid. quum inter casus olim insignes in Trojanos, recenset rapto Ganymedis honores. Higinus in Astronomia Poëtica rapto Ganymedis honores. Higinus in Astronomia Poëtica tradit Ganymedem inter sidera triangulum conficere signum illud quod Δ majuscula vocamus, quod ejus stellæ suo situ aquam Jovialis imaginem videantur referre.

Garāmantes. [γαραμάντες. Germ. Wohnet im innern Libya.] Populi interiores Libyæ Phyllis finitimi, à Garamante Apollinis filio cognominati, qui sibi Garamantia oppidum ex suo nomine condidit. Fuit etiam Garamantes regis nomen, cujus filii Garamantida Jupiter apud Bagradam fluvium compressit, & ex ea genuit Iarbam.

Gărāmanticus, adjectivum: ut, Garamantica signa, apud Silium, lib. 1.

Gargănus, ni, penult. prod. γάργανος, Mons in Apulia, cujus accolæ propriè Apuli dicuntur. Hodie vulgò vocant Monte S. Angelo. Lucan. lib. 4: Appulus Adriacas exit Garganus in undas.

Gargarenses. Gens mixta Amazonibus, γαργαρεῖς.

Gargăris, gari, & in plurali numero Gargara, [γάργαρος. Ger. Ein fruchtbarer Kopff oder Berg des Brunnquellichten Bergs Ida in Phrygia.] Cacumen est montis Idæ, teste Macrobio, in ea parte ubi ad Mysos declinat: tanta frugum ubertate fœcundus, ut quoties infinitum rei alicujus numerum velimus denotare, à quoties infinitum rei alicujus numerum velimus denotare, à Gargarorum frugibus sumamus similitudinem. Ovid. lib. 1. de Arte amandi, quum vellet Romanarum puellarum numerum immensum ostendere, dixit tantam esse Romæ puellarũ copiam, quantam in Gargaris segetem. Hujus autem tantæ ubertatis causa est fontium abundantia, quibus solum irrigatur: adeò ut æstivis caloribus fruges non facilè possint aduri. Nũ est Ida mons totus ferè plenissimis irrigetur fontibus. Unde & Homerus πολυπίδακα vocat, præcipuè tamen ea pars hujus montis, quæ ad Orientem Solem Mysiam contingit. ¶ Et etiam oppidum hac nomine in radice hujus montis fuit: ut docet Macrobius lib. 5. cap. 19.

Gărge, γάργη. Vrbs Libyæ, Steph.

Gargettius, γαργήττιος, Oppidum est, pars de tribu Ægeide.

Gargettius, γαργήττιος. Pollux. Canis cujusdam generosi nomẽ, qui Geryonis boves custodiebat, & leonibus insuetus erat: quem tunc Hercules interfecit quum illius armenta abduxisset: cujus Cerberi epitomen frater, ut scribit Julius Pollux, lib. 5.

Garumna, æ. [Garonne. Germ. Ein fluß in Gascomen, heisst jetzo Garonne.] Nobilis Galliæ fluvius est, Celtas ab Aquitanis dividens. Oritur octingentesimo à Narbone stadio in montibus Pyrenæis. Vide Pomponium Melam.

Gastromantia, Fons in Achaia apud Athenienses, teste Pausania lib. 7.

Gastronia, regio Macedonica, Stephano, γαστρωνία. Vide GESTRONIA.

Gathex, γάθηξ, Vrbs Arcadiæ, Steph.

Gaudăra, γαύδαρα, Vicus Macedoniæ, Steph. in Gadara.

Gaugamela, vel Gangamela potiùs, γαυγάμηλα, locus Persidis, Steph. Vide Strab. in initio lib. 6.

Gaulos, γαῦλος, Teste Solino, insula est Libyæ objacens, in qua serpens neque nascitur, neq; invectus vivit: pulvisq; ejus quocunq; gentium jactus, angues & scorpiones perimit.

Gaurus, γαῦρος, Mons Campaniæ, Massicis & Surrentinis propinquus, in quo nascitur vinum præcipuæ bonitatis. Statius libro 3. Sylvar. Seu tibi Bacchæ vinetа madentia Gauri. ¶ Hinc Gaurānus, a, um, ut Gaurani montes, apud Plinium libro 3. capite 5: Gauranum vinum, quod in summis agri Falerni jugis nascebatur. Nam quod in mediis gignebatur montibus,

bus Faustinum: quod in imis, Falernũ dicebatur, teste Plin. lib. 14. cap. 6.

Gaza, nomen civitatis in Perside: ita dicta quòd Cambyses cõ, velut in munitissimam totius regni arcem, omnes opes, pretiaq; congesserit.

Gazæus, a, um, γαζαῖος, Et Gazæticus, ca, cum, quod est ex Gaza urbe Persica, circa quam nobilissima vina nascebantur, teste Pomponio Mela. Solinus in Faustum: Vina mihi nõ sunt Gazætica, Chia, Falerna.

Gazaci, γαζακοὶ, ων, οἱ, Vrbs aut vicus maximus in Media, Stephan.

Gazẽtæ, γαζῆται, Populi Galatiæ aurum gerentes, Steph.

Gazõrus, γαζωρὸς, Vrbs Macedoniæ, Steph.

Gazus, γαζὸς, Vrbs Indica longè maxima, Steph.

G ante E.

Gĕ, γῆ, Oppidum est Arabiæ Petræ, non procul à Petra Regionis totius metropoli. Autor Steph.

Gebal, [גבל gebal. γεβαλ.] Tertia Palæstinæ portio, à qua deducitur gentile Gebalenus. Quin ipsa etiam Idumæorum regio, Gebalene, γεβαλήνη, cognominatur. Autor Stephanus.

Gebalena, γεβαλῆνη, Regio in finibus Eleutheropoleos.

Gebanitæ, Populi sunt maris Rubri accolæ, in Arabia deserta, quorum præcipua oppida sunt Nagra, & Tamna, teste Plinio lib. 6. cap. 28. Hinc genus myrrhæ Gebanitum appellatur.

Gebeleizes, Dæmon, idem Zamolxidi putatur. Vide Herodotum lib. 4.

Gĕhennã, [Germ. Ein Gehäng in Franckreich.] Mons est in Gallia, Arvernos ab Helvia videns, ab ea parte qua Cadurci & Ruteni Arvernos spectant. Cæsar lib. 7. bel. Gal. Partem copiarum ex provincia, supplementumque quod ex Italia adduxerat, in Helvios, qui fines Arvernorum contingunt, convenire jubet. His rebus comparatis repentè jam Lutterio, & remoto, quòd intrare intra præsidia periculosum putabat, in Helvios proficiscitur: est mons Gebenna qui Arvernos ab Helvis dirimit, durissimo tempore anni altissima nive iter impedit. Ex quo loco Cæsaris facilè deprehendi potest error eorum, qui extremum Allobrogum oppidum ad Lemanni lacus ostium, in confinio Helvetiorum vocant: Geneva, quum omnino constet ex primo Commentario Cæsaris, Genevam appellari, ut latiùs suo loco dicemus. Lucan. lib. 1. in plurali numero usus est pro oppido in Gebenna monte sito: Gebennæ, ἱερατικὸν, pendentes rupe Gebennas.

Gedanium, [Vulgò Dantzig. Pol. Gdańsko. Vng. Danczka.] Vrbs est totius Borussiæ emporio celeberrima: ad ostium Vistulæ, fluminis Polaniæ, in mare Balticum sese exonerantis, sita. Hæc omnis generis mercium copias secundo Vistula ex regno Poloniæ accepta, magnificis regnis & urbibus mutat, sive vendere imperat. Paret verò Regi Poloniæ: & ad omnia quæ ad jus & personam Majestatis Regiæ pertinet juramento obligatur. lib. 3. Statut. Polon. cap. 3.

Gĕdĕon, [גדעון gidẽon.] Nomẽ proprium Iudicis Israël, qui octavus Orib, Zeb, Zebee, & Salmana.

Gĕdrosĭa, γεδρωσία, Regio majoris Asiæ. Hodie Lanãregnum vocant, antè est bellicus.

Gĕla, γέλα Stephano, Volgò Ghersa. Fluvii nomen est in Sicilia, & urbis à pluvia, quam multam gignit (Si tubi enim γέλασα pro γέμισα vocant) deductum nomine. Virg. 3. Aen. Immanisque Gela fluvii cognomine dicta. Hinc Gelous, a, um, denominativum. Ibidem: Apparet Camerina procul, campique Geloi.

Gĕlboë, [גלבוע gilbõa. γελβοὲ.] Montes Syriæ ad sextum lapidem a Scythopoli, in quibus etiam est vicus grandis, qui vocatur Gelbo.

Gellĭus, viri proprium, γελλίου: id est, ridere, cujus extant Atticæ noctes. Prænomen habet Aulus, quanquam non desint qui conjecturam legendo, Agellium dici putent.

Gĕlŏi campi, γελῶοι πεδία, In Sicilia sunt ad Gelam fluvium. Virgil. 3. Aen. Apparet Camerina procul, campique Geloi.

Gĕlŏni, γελωνοὶ populi interioris Scythiæ, Agathyrsis proximi: qui faciem pingunt, ut terribiliores in pralio videantur. Patientissimi laboris ac famis, atque algoris, equo quo vehuntur, tanquam nonnihil detrahunt, eoq; cum lacte commixto inediam levant. Hodie Tatari appellantur. Virg. 2. Georg. pictosq; Gelonos. Lucan. lib. 4. Mutageres quo fugit equo, forsesq; Gelonus. Virg. 3. Georg. Sithiæ quo more solent, accinctiq; Gelonus. Quum fugit in Lucloopen, atq; in deserta Getarũ, Et lac concretum cum sanguine potat equino.

Gelŏs, Cauæ portus est, juxta Halicarnassum, ut scribit Pomponius lib. 1. in descriptione CARIÆ.

Gelŏum, [Germ. Ein stehender oder todter wüster Pfuhl in Sicilia.] Stagnum est Siciliæ, quod appropinquantes tetro odore abigit: à quo non procul duo fontes fluunt, ex quorum altero si fœtilis sibi, contra ex altero si fœcunda, sterilis fit. Hinc campi Geloi, stagno illi adjacentes. Sunt tamen qui ab Gela fluvio dictos volunt.

Gemella, Nomẽ alæ militũ Macedonensium. Liv. 7. Belli Macedonici. Addita his ala mille fermè equitũ, gemella vocabãt.

Gĕnãlium, Vide GENEVA.

Gĕnĕa, (γένεα, alias, γενεὰ) vicus Corinthi, unde proverbium: ἀπὸ γενεᾶς ἐπὶ γενεὰν, ἐφ' ἑκάστης γενεᾶς: aliqui tamen incolas Γενεάτας vocant. Steph.

Genelara, Galilææ lacus circumseptus urbibus plurimis, & celebris. Autor Solin. cap. 48.

Gĕnĕsăreth. [גנסרת ginnesereth. γενεσαρὲθ κώμη.] Strabo. Stagni nomen proprium ab eo (ut quibusdam videtur) sic dictum, quòd flantibus ventis, crispantibus undis, aurum exse generare videatur. Sed hoc profectò ridiculum videtur in voce Hebraica Græcam quærere etymologiam. Idẽ dicitur mare Tiberiadis, a Tiberiade civitate: & mare Galilææ, ab adjacente Galilææ provincia. Habet hoc mare, sive stagnũ, CXL. stadia in longitudine: XL verò in latitudine. Non tamen id cisco mare vocatur, quod ejus aquæ sint amaræ: sed Hebraæ linguæ consuetudo est, omnes congregationes aquarum, sive dulces sint, sive dulces vocare maria, hinc in Græcũ scriptũ est: Congregationes aquarum vocavit maria.

Gĕnĕse, γένεσε, Vrbs Laconicæ. Steph.

Gĕnĕtes, γενέτης, Promontorium Themiscyræ regionis, inter Amisum & Phasin amnes, templo Iovis, què ξένιος, id est, hospitalem vocabant, nobilitatum. Vide Strabonem lib. 12.

Gĕnĕvã. [Ital. Geneva. Germ. Genff.] Oppidum est Allobrogum ad Lemanum lacum, proximum Helvetiis, quod etiam hodie nomen retinet. Cæsar belli Gallici libro 1. Extremum oppidum Allobrogum est, proximumq; Helvetiorum finibus Geneva. Ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet. Ex quo loco Cæsaris, facile deprehendi potest error eorum, qui hoc oppidum Gebennam appellant quum Geneva, eodem Cæsare teste, sit mons ille qui Arvernos ab Helvis dividit. De quo vide plura suo loco. Glareanus in Annot. in eum Cæsaris locum sic inquit: Quatuor hæc nomina, Genua, Geneva, Genabum, & Gebenna, nullum obscuritatis lectori attulerunt, ac non attentum sæpe fefellerunt: quæ ipsa longè diversa sunt. Genua enim Ligurum caput in Italia ad mare est nostrum. Geneva verò Allobrogum, ad ostia Lemani lacus, ubi Rhodanus exit: Genabum, Carnutum oppidum ad Ligerim amnem hodie (ut quidã putant) Aurelia, Vulgò Orleans: denique, Gebenna mons est, qui Helvios ab Arvernis separat: ut libro 7. postea dicet Cæsar. Hæc Glareanus.

Genæi, populi Molossi à Genoo, duce ipsorum, Steph.

Gĕnĭã γένια, Vrbs Indiæ extra Gangem. Steph.

Genitinus, γενιτῖνος, Vrbs Troadis, ab uno ex filiis Aceæ condita. Steph.

Genĭdis Illyrici rex qui gentianæ herbæ à se inventæ nomen fecisse fertur. Plin. lib. 25. cap. 7.

Gĕntĭa, γένυα. Ital. Gionna. Germ. Genua ist die gewaltige Gewerb stat in Ligurien in Welschland gelegen.] Ligurum caput Italiæ ad mare Ligusticum. Hinc incipit Apenninus mons, distans à Sabatis stadiis ducentis sexaginta: Genua verò est extremum Allobrogũ oppidum, proximũ Helvetiorum finibus: de quo suo loco dicimus. Inter Varum amnem & Genuam habitant Ligures. Dicta Genua à genu: quia habet tanquã genu recurvum à latere maris. Vel à Genuo Saturni filio, cui fectur eam cõdidisse. Vel (ut quidã ajunt) à Genuino Phaëtontis socio. Hanc Annibal penitùs delevit: sed Cn. Servilius Cõsul instauravit, licut Livius refert. Hinc Genuensis, γενουήσιος. Quidã Ianuam hanc urbem appellant, quòd à Iano condita dicant.

Gĕnŭsus, Fluvius quem Dymachio euntes in Thessaliam invenimus. Lucan. lib. 5. quam volutet Genusus, quam mollior Apsus Circumcunctantem. &c.

Gĕōn, [גיחון gichõn. γεὼν.] Vnus ex quatuor fluminibus, quæ sacra Scriptura ex Paradiso profluere testatur. Iosephus eundem esse Nilum credit.

Geŏrgi, γεωργοὶ, Populi Scythici ab agricultura, cui unicè studebant, nomen sortiti: quibus vicinos Corbires, Phoritas, & Rhaptas Mela facit. Condat etiã Tauricam Chersonesum Georgiam cognominatam, propter memorabilem in ea frumenti copiam, ut notat Vadianus. Græci enim agriculturam γεωργίαν, & agricolas ipsos γεωργοὺς appellant.

Gĕōrgŏnỹtã, γεωργονύτα, Oppidum in altissimo monte in regione Arvernorum: cujus meminit Suetonius in Cæsare.

Gephyra, γέφυρα, Vrbs Bithyniæ, eosdem & Tanagræos esse aiunt. Stephan.

Gephyræ, Vrbs Libyæ, γεφυραὶ, Steph.

Gĕræa, γεραία. Oppidũ mediterraneum Lusitaniæ apud Ptolomæum lib. 2. cap. 5.

Gĕræstus, γεραιστὸς, Promontorium Euboeæ insulæ, Atticam spectans, celte Plinio lib. 4. cap. 12. Ptolem. lib. 3. cap. 15. portũ esse ait in ea.

Gĕranĕa, ἡ γερανεία, Laconici agri locus est, teste Plinio lib. 4. cap. 5. Est item Geranea alterius loci nomen inter Megara & Corinthum,

Corinthum, teste eodem Plinio lib. 4. cap. 7. ¶ Fuit præterea ejusdem nominis oppidum in ea parte Thraciæ, quam Pygmæorum gens olim creditur tenuisse, Autor idem Plinius lib. 4. cap. 11.

Gĕrānēĭum, γερανεῖον, Oppidū Laconicę regionis à quo fingunt fabulę Geranthotes, γερανθώτης, ut ex Paulaniæ sententia docet Steph.

Gerrha, γέρρα, Oppidum est in ea parte Syriæ Cœles, quæ à numero tredecim civitatum τριακαιδεκάπολις appellatur. Gentile est Gerraleus, γερραῖος. Steph.

Gĕrēnĭa, æ, γερηνία, Oppidum agri Messeniaci, in quo Nestor Pylius educatus fuit: unde ab Homero Gerenius cognominatus fuit. Hæc Stephanus. Ptolemæus verò Gerenium Laconico agro attribuit.

Gĕrēn, ēnis, γερήν, Vicus est in Lesbo insula à dictus à Gerene Neptuni filio. Strabo lib. 8. ejusdem nominis oppidum in agro Messeniaco collocat: quod idem esse opinamur cũ eo, quod alia inflexione Gerenia appellatur.

Gĕrgīs, thos, vel Gergithos, thi, γέργις, γέργιθος. Stephano. Oppidum Troadis, sive (ut Plinio placet) Æolidis, à quo Sibyllarum una Gergithia cognominata est.

Germalum, locus Romæ fuit, cui nomen à germanis fratribus Romulo & Remo inditum, quod hic ad ficum ruminalem ad quam hyberna aqua Tiberis, eos in alveo expositos detulerat, invenerunt dicitur. Hic postea palatio conjunctus nomen amisisse videtur. Varro lib. 4. de Ling. Latina.

Germanicĕa, γερμανίκεια, Oppidũ Euphratesiæ, quod à Quadrato lib. 2. Rerum Parthicarum in Parthis numeratur.

Germānĭa, niæ, [γερμανία Ital. Lamagna, Terra Todesca. Germ. Das Teutschland. Pol. Niemcy, ka germa. Vngar. Nemet orszag.] Regio quę à Gallis, Rhætis, ac Pannonia, Rheno & Danubio fluminibus à Sarmatis, Dacisq; metu mutuo, ac montibus separatur: cætera ambit Oceanus, latos sinus, & insularũ immensa spatia complectens. Rhenus, Rhæticarum Alpium inaccessio & præcipiti vertice orius, modico flexu in Occidentem vergit, Septentrionali Oceano miscetur. Danubius mollibus & clementer editis Arduennæ jugo effusus, plures populos adit, tandemq; in Ponticum mare sex meatibus erumpit, septimum ostio paludosus imitatur. Germani ipsi indigenæ existimantur: quoniam nõ est verisimile aliquos Asiæ, aut Africæ, aut Italiæ relictâ, Germaniam petiisse antiquis temporibus: informem rerum, asperam cœlo, tristem cultu, aspectuq; ne cui quam nisi cui patria non erat, magnopere expetendam. Hanc ea Teutones appellabantur à Teutono deo eorũ, quem terra ortum existimabant: sive à Teutono oppido, cujus adhuc tenues superant reliquiæ, etiam hodie nomen servantes Germanicæ vocabulum, ut autor est Strabo lib. 7. à Romanis primùm inventum est: quoniam quum primùm Rhenum devictis Gallis transgressi fuissent, videntes eos & feritate animorum & procericate corporum, & colore flavo, forma præterea, & moribus, & vivendi ritu Gallis similimos, Germanos eos: hoc est, fratres Gallorum esse existimaverũt. Sunt qui Germanos inde dictos putent, quòd peculiari ejus regionis ritu, se mutuò sua lingua Germanos: hoc est, fratres consalutent. Eruditi tamen inter Germanos hujus vocis etymologiam ex sua lingua petunt. Ii enim Gar, sive Ger, totũ dicunt, & Man virum, quasi plane virum. Quibus ut facilius accedam, facit Alemanni vocabulum, quod apud inferiores Germanos idem sonat, quod Germanus apud superiores. Illi enim pro eo quod est totũ, dicunt Al, quod in superioti Germania Gar, vel Ger, dici ostendimus.

Gĕrmānĭcus, adiectivum, sicut ab Hispanis Hispanicus, ab Italo Italicus. Vide Germanici dicti Imperatores aliquot à devictis Germanis.

Germānĭcĭānus, aliud adiectivum: quo aliquoties usus est Suetonius: ut in Vespasiano. Neq; enim, inquit, deteriores esse aut Hispaniensi exercitu, qui Galbam, aut Germaniciano, qui Vitellium Imperatorem fecisset. Idem in Tiber. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem, ante omnia ut æquarentur stipendia Prætoriani Germaniciani. Quibus in locis Germaniciani dicuntur, non qui ex Germania erant oriundi, sed qui in Germania militabant.

Germara, γέρμαρα, populi Celticæ, qui dẽ non videret Steph.

Germẽ, γέρμη, Oppidum est ad Hellespontum, non procul à Cyzico. Steph.

Gĕrōntĭa, γερωντία, Insula ante Sinum Pegasicum, teste Plinio, lib. 2. cap. 28.

Gĕrra, γέρρα, Arabiæ fœlicis oppidum, turres habens ex salis quadratis mollibus: à quo sinus propinquus Gerraicus cognominatus est. Autor Plin. lib. 6. cap. 28.

Gĕrrus, γέρρος, Fluvius Scythiæ, septimus ab Istro memoria dignus: Meminit ejus Herodotus lib. 4.

Gĕrunda, γερούνδα, Oppidum Autrigonum, in Hispania citeriore, juxta mõtes Pyrenæos, Autor Ptolemæus lib. 2. ca. 6.

Gerulã, Sarmatiæ Vrbs in Asia. Ptolem. hodie S. Georgius.

Gerỹon, [γηρυών. Germ. Ein Riese in Hispanien, welchen Hercules vmbgebracht hat, vnd seine Rinder hinweg getrieben.] Nomen regis Hispani, quem Hercules interfecit, ejusq; boves abstulit. Hunc tricorporem fuisse fabulantur, ob triplex regnum præfuit enim tribus insulis quæ adjacent Hispaniæ. Balearicę majori, minori, & Ebusę. Fingitur etiam tricipitem habuisse exercitum: quia & terrestri, & navali certamine plurimùm potuit. Declinatur etiam Geryones, æ. & Geryoneus, secundum Priscianum. Virgil. 8. Aeneid. Tergemini nece Geryonæ. Sic enim habent emendatiora exemplaria. Lucret. lib. 5. Quidve tricorporis tergemini vis Geronæ. Quo in loco Geryonæ antiquus est genitivus primæ declinationis, per diæresin diphthongi, factus: quales crebri occurrunt apud Lucretium.

Gerỹonēĭus, cea, ceum, γηρυονήϊος, Plaut. in Aul. Qui multis in promticuli in quibus quingentos coquos, cum senis manibus, genere Geryonaceo. Aristophanes Geryonem τριφάλλον nominavit: hoc est (ut Suidas ait) τριπρόσωπον.

Gĕsŭdūnum, [γεσούδουνον, Germ. Jps.] Nonci oppidum est sub Danubio: teste Ptolemæo, lib. 2. cap. 14. Quanquam in quibusdam exemplaribus Gebodunum legitur, non Cesodunũ.

Gĕsŏrĭācum, [γεσωριακόν, Germ. Calles.] Morinorũ navale fuit: teste Ptolem. lib. 2. ca. 9. Vnde nonnulli comicium oppidum illud esse unde brevissimus est in Angliã trajectus, quod vulgò Calesium vocant.

Gessem. [ΓΗΣΕΜ γεσέμ.] Locus Ægypti, in quo habitavit Jacob.

Gĕsĭus, γέσιος, Fluvius apud fontes in regione Trogilia, quæ & Pannonia dicitur. Plin. lib. 3. cap. 20.

Gĕtæ, [γέται. Germ. Völcker im Europischen Scythia so dem Caspischen Meer zugegen/ als jetzt Walachei/ Moldauen vnd Lettaw. Pol. Tatarzy. Vng. Olah.] Populi in Scythia Europea: Appellatus Dacos appellat. Strab. lib. 7. Getas a Dacis ita differre, ut Getæ Getæ qui ad Pontum in Orientem vergunt: Dacique in opposito versus Germaniam, & ad Istri fontes, quos etiam Davos vocatos nonnulli volunt: ex quo apud Athenienses Davorum & Getarũ servilia nomina in usu maximè fuisse. Getas à Lucullo victos Salustius scribit. Aelius Spartianus scribit Getas dictos fuisse, qui postea Gothi appellati sunt. Ovidius de Ponto: Nulla Getis toto gens est truculentior orbe. Hujus nominativus singularis est Geta vel Getes. Getarũ defertæ, Virgil. 3. Georg. Pharsalæi Getæ, Ovid. 4. Trist. Eleg. 3. ¶ Getarum leges & ritus, vide apud Steph.

Gĕtĭcus, a, um, [γετικός. Pol. Tatarski. Vng. Olah országúé vagy.] quod est ex Getarum regione: ut, Humus Getica. Ovid. 3. de Ponto: Qui Getica longè nõ ita distat humo. Litus Geticum. Idem 3. Trist. Eleg. 12: Nam procul à Getico litore vitis abest. Plectrum Geticum. Statius 2. Syl. & Getici celatti bigotia plectri.

Geth. [ΓΗΘ geth.] Allophylorum civitas fuit, hæc nunc appellatur Zeph.

Gethūlĭa, γητουλία, Vrbs Libyæ, Steph.

Gĕrĭa, γηρία, regio Geratum in Thracia: Gentile γήριος, & femininum γήρις, quo nomine etiam Philippi Amynthæ uxor vocatur. Possessivum γηρικός. Arrianus γηρίκιος vocat.

Gephyra, γέφυρα, Vrbs Bœotiæ, eoidem & Tanagræos esse aiunt, Steph.

Gephyroeæ, Vrbs Libyæ, γεφυραῖαι, Steph.

Getulia, Vide GAETVLIA.

G ante I.

Glārĭs. Vide GYARVS.

Gigonitis, vetus nomen Arcadiæ, Steph.

Gigas. Vide in APPELLATIONIBVS.

Gigonus, penult. prod. γίγωνος, Oppidum est ad sinum Thermaicum non procul à Pallene: cujus meminit Herod. lib. 7.

Gildã, γίλδα, Vrbs Libyæ, Steph.

Giligambæ, γιλιγάμβαι, populi Libyæ, Steph.

Gilo. Nomen nocturni adulteri tempore Juvenalis.

Gillus, Exul Tarentinus, qui quum Persarum exploratores à piratis captos pecunia sua redemisset, & ad Darium reduxisset, jussus eo nomine petere quicquid vellet, hoc unũ petiit, ut regis opera in patriam reduceretur. Vide Herod. lib. 3.

Gilo, nomen civitatis, à qua Gilonitæ, gen. prod. homines in ea habitantes dicuntur. Est & nomen viri. γίλων. Juvenalis:

Vocicolam Proculejus habes, sed Gilo deuncem.

Gimanti, populus in Gimanti natus, Alexander Myndius scribit sex menses non bibere. Aelianus.

Gindānes, γινδάνες, Libyæ populi, Lotophagis contermini, quorum uxores multis pelliceis fimbriis adornantur. Nam quum pulcherrimum ducant à plurimis adamari, à singulis quibus sui copiam fecerunt, fimbriam unam exorant, eoq; argumento ostendunt quot habuerint amatores. Autor Herodotus lib. 4.

Gittdara, γιτδάρα, Oppidum Syriæ Cœles, cujus incolæ dicuntur

cumpsit Gindarum, γενεθλίους, quorum meminit Plin. li. 5. c. 23.
Gindes, Rutuli qui per Dardanos Iliens ingrediuntur Tigrim.
Gingli, ων, Oppidum Cossugenes, nō procul ab Euphrate fluvio. Autor Ptolem. li. 5. cap. 14.
Giōn, Vide GIHON
Girim, mons apud Garamantes, in quo nasci gemmas vetustas scripta est.
Gitta, ης, Vrbs Palestinæ, Steph.
G ante L.
Glandomiron, γλανδόμιρον, Oppidum est Gallæcorum Lucensium in tractu Tarraconensis Hispaniæ. Autor Ptolemæus lib. 2. cap. 6.
Glanicus, Amnis, qui & Liris appellatur, in cujus ripa templum fuit Maricæ nymphæ Minturnensis. Vulgò Garigliano. Plinius lib. 2. cap. 51. Minturnæ Glanico amne diversæ, Liri appellato.
Glanis, γλάνις, Hetruriæ fluvius, in Tyberim influens: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò Chiana. ¶ Glanis item sive Glanus piscis admodum nomen, qui avertos morsu hamos, nec devorat, sed eliat potius. Idem lib. 32. cap. 10. Venenis tollit glanis ocyus illitum.
Glanum, γλάνον, Salyum oppidum est in Alpibus, Narbonensem provinciam spectantibus. Autor Plinius libro 3. capite 4. Vulgò Cap.
Glaphyrus, pen. corr. γλαφυρός. Nasi simus adulter Iuvenalis tempore, cujus meminit Satyr. 6. Vxorem ducis, de cujus naribus Echion, Aut Glaphyrus fiat pater. Nomen dictum ex ea scholiasta & elegantia, quam Græci γλαφυρότητα dicunt.
Glaphyræ, γλαφυραί, Vrbs Thessaliæ, à Glaphyra conditore Magnetis filio. Homerus: βασίλευε δ' ἐγλαφύρας. Vid & vicus Cretæ, à Thalso versus Occidentem triginta stadiis distans, Stephan.
Glaucē, γλαυκή, oppidum Ioniæ. Steph.
Glauci tribus, γλαυκὴ φυλή, in Lycia ex Lā Glauco Heroë dicta Gentile Glaucodemus.
Glaucus, γλαῦκος, Hippolochi filius, qui in Trojano bello Priamo supperias talichomo tam stupidus, ut cum Diomede armorū permutatione facta, æraca acceperit pro aureis. Vnde et am hodie Glauci & Diomedis permutatio proverbio celebratur: quo utimur, quoties permutatorum rerum inæqualitatem volumus denotare. ¶ Fuit & alter Glaucus pirator, qui quum pisces capros in ripa explicuisset, subitò contacta quadam herba se colligentes, in fluvium prosiluerunt. Admiratus itaq; Glaucus herbæ illius vim, quum & ipse degustasset, piscē secutus, in aqua influxit. Quo ipse Deus factus creditur. Alii aliter referunt fabulam: Glaucum insignē piscatorem fuisse, qui quum sæpius inspectantibus suis municipibus in fluvium se dejecisset, diutiusq; sub aqua moratus tempore illo reversus eadem quum illis frustra exspectantibus non rediret, creditum est Glaucum factum esse maris Deum. Hinc natum proverbium: Glaucus conchas habitat in mari, γλαῦκος ἐν θαλάσσῃ κοχλίας οἰκεῖ. Dictum apparet per jocum de iis, qui quum perierint, tamē vulgò creduntur vivere. ¶ Annus præterea Glaucus fuit, Sisyphi filius, qui quum equos suos humana carne pasceret, ab illis etiam ipse devoratus est. Vnde natum adagium: Glaucus alter, γλαῦκος ἄλλος ὑπ' ἵππων ἐσθίων: id est, Glaucus alter ab equis devoratus. Quadrabit in hominem alienis equis exhauriendum faculates suas. ¶ Est etiam Glaucus, nomen piscis Plin. lib. 6. cap. 16. Quidam rursus effusa impatientia medius fervoribus, fœtigens illuvies lacte cui glaucos, fatelli, aurata. Idem lib. 32. cap. 11. tradit glaucum ad lactē non apparere.
Glessaria, Insula in Oceano Germanico, quæ (Solino teste) succinum gignit Sudas vulgò appellata, haud longe à Prussia.
Gletes, γλήτης, gens Iberica post Cynetas. Steph.
Glisas γλισάς, Vrbs Bœotiæ, à Glisante aut Glisante quondam dicta. Stephanus.
Glycon, γλύκων, apud Horatium lib. 1. Epist. Nomē est gladiatoris robustissimi. Nec (inquit) quia desperes invicti membra Glyconis: Nodosa corpus nolo prohibere podagra. ¶ Fuit & nomen medici Pœnæ, qui mortuo domino ex vulnere, quod in prælio Mutinensi acceperat, in carcerem conjectus est, & à Torquato patricio accusatus, tanquam vulnus venenum indidisset. Suetonius in Augusto: Pœnæ quoque adeò exspecta mors fuit, ut Glycon medicus custodibus sit, quasi venenum vulneri indidisset. Cicero Brutum: Tibi Glycona medicū Pœnæ, qui sororem nostri Achilleos in matrimonium habet, diligentiùs commendo.
G ante N.
Gnidus, γνίδος. Vulgò Cabo Crio. Vrbs insignis in extremo cornu promontorii Cariæ adhærentis Ita, Veneris templo & signo Praxitelis in primis nobilis. Horat. 1. Carm. Ode 30. O Venus regina Gnidi, Paphiq;. E Gnido viri memorabiles fuerūt, Eudoxus mathematicus Platonis socialis, Agatharchides Peripateticus, historiæ conditor. Theopompus Isocratis discipulus, Artemidorus ejus filius, & his antiquior Ctesias, qui Xerxem memoravit, & res Syriacas, Persicasq; conscripsit.
Gnidius, a, um, ut Gnidia Venus. Cic. de Divinatione.
Gnosidicus, γνωσίδικος. Clarissimus Asclepiadarum. Nebri filius, gener Hippocratis, Aeneæ & Podalirii avus autem Heraclidæ qui patet fuit Hippocratis medicorum omnium doctissimi. Autor Steph. in dictione Cos.
Gnossus, γνωσσός, Vulgò Candia. Vrbs Cretæ fuit Minois regia, quæ alio nomine Cerathus, ut scribit Strabo appellata fuit à fluvio ejus nominis.
Gnossius, a, um, quod est ex Gnosso urbe: ut Gnossius civis, Gnossia arbor. Gnossia regina Ovid. in Ep. fl. Parid. Non habuit tempus quo Gnossia regna videret. Apul. ¶ Pro eodem etiam dicitur Gnossiacus, a, um: ut Corona Gnossiaca apud Statium lib. 1. Syl.
Gnosius, a, um, idem quod Gnossius. Lucan. lib. 3. Creta vetus populis, Gnosiasq; attigerat pharetras Dicta
Gnosis, idis, Patronymicum fœmininum. Ovid. Epistol. 21. Et Phœbus Daphnen, & Gnosida Bacchus amavit.
G ante O.
Gōarene, es, γοάρενε, Regio Arabiæ non procul à Damasco, quæ & Gouraea γουραία, dicitur, Autor Stephanus.
Gobræum γόβριον, Promontorium Galliæ Lugdunensis, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8. In plerisq; exemplaribus Gabreum legitur, non Gobræum.
Gobryas, γωβρύας. Nobilis Persarum Satrapes fuit, unus ex iis qui una Dario conjurarunt adversus Magos. Nam erat Darii fortunam regnum Darius ipse adipiscerentur, ut ostendit Herodotus initio lib. 3.
Gog, גוג & Magog, מגוג מגוג.] Voces sunt in Sacris literis aliquoties repertæ: quibus tanquam populi Scythicæ significari. Hieronymus tamen in Ezechielem malut allegoricum sensum subesse, nullosq; ita nominibus populos significari.
Golgi, γόλγοι Strabone, Locus est in Cypro insula Veneri & Cupidini sacer. Catullus in Nupt. Pel. et Thetidis: Quem neque Golgi neque Idalium frequentant, Nec Paphum pinguis Amathus nec arces Cnidi Threiciæq; nives Lemnus. Quo in loco in omnibus fere ruinis lapidibus hactenus corruptè lectum est Colchos: Alii vetus editio tamen Golgos habet.
Gomolitæ γωμολίται populi Idumææ Gomphi. Vide Philippi, & Gomphi item urbis modo oppidi. Solin.
Gomōrrha, æ vel Gomorrhum, i, (utroque enim modo dicitur, גמורה Gomorrha.) oppidum Iudææ, ad Asphaltiten lacum hodium, quem & modernum & Sodoma, & alia nonnulla. Vide Solinum.
Gōmphi, γόμφοι, Vrbs Thessaliæ, Steph.
Gondræ, γόνδρα, pagus Thraciæ, apud Herod. Cindra & Rhōdæ regiuncula, Steph.
Gonēi γονεῖς, Vrbs Thraciæ, cujus incolas aliqui vocāt Adrianopolitas. Steph
Gonni, γόννοι, vel γόννος, & γόννη, Vrbs Penthebiæ à Cunēo quodam Cyphi nepote dicta. Regia Gonnia, Stephan. Vide GONYSA.
Gōnnus. Vrbs est in superiori parte Thessaliæ, unde ad Thessalonicam montes conspiciuntur.
Gōnōs, γόνος. Thraciæ oppidum est, non procul à Philippis & Strymone fluvio. Autor Plin. lib. 4. cap. 11.
Gonusa, Penthebiæ Vrbs, Steph.
Gorama, Regia Arabum Scenitici, cujus incolæ Gorraei.
Gordiani, Tres fuerunt Romanorum Imperatores, pater, filius, & nepos. Vide Herodianum lib. 8.
Gordius, γόρδιος, Phrygiæ rex fuit, nullius alioquin & ignobilis. Quum enim Phrygibus oraculum de rege creando cōsulentibus, responsum esset, ut eum in regem deligerent, qui primus templum ingrederetur: evenit ut Gordius summo mane ad agrum properans, loraque plaustri gestans, primus templum introiret. Quare ab omnibus rex consalutatus, lora ad rei memoriam in templo suspendit, in quibus erat nodus adeò perplexus, ut indissolubilis putaretur: circūferebaturq; oraculum, ut regno potiretur qui lora dissolveret. Hunc nodum Alexander quum dissolvere non posset, ense disseuit. Hinc factum est, ut Nodus Gordius, notissimo proverbio dicatur de rebus inextricabilibus.
Gordium, γόρδιον urbs magna Phrygiæ juxta Cappadociā, à Gordio patre Midæ.
Gordiumarus, γορδιάρης, Vrbs Mice, à Gordio filio condita.
Gordiza, γορδίωσα, regio Persica, à Gordia Triptolemi filio, ut Stephanus vocat Gordyæ & Gordothos hos populos, & montes Gordyæos.
Gordynia, γορδυνία, urbs Macedoniæ, Steph.
Gorgias, γοργίας. Leontinus fuit Rhetor, Empedoclis discipulus, &

lus,& Isocratis præceptor,vt refert Quint.lib.3 cap.2. cui tãta fuit artis fiducia,vt de omni re,quæcunque in disceptationem,quæ thesin vocaretur,se copiosissimè dicturum esse profiteretur. Meminit eius Cicero in Bruto,& libris de Orat. Hic arte sua tantum pecuniæ comparauit,vt auream statuam primus omnium ponere in templo Apollinis Delphici.

Gorgŏnēs,pro.com.γοργόνες,Dictæ sunt Phorci filiæ,Medusa, Sthenyo,& Euryale,q Gorgadas insulas in Oceano Aethiopico sitas habuisse dicuntur,contra Hesperidem hortos. Nomẽ habent a truculentia,quam Græci γοργότητα appellant. Scribit Diodorus feminas fuisse in Africa bellicosas, aduersus quas Perseus bellum gesserit,& earum reginam Medusam deuicta verit,ac interfecerit. Vide MEDVSA, & PEGASVS.

Gorgŏnĕus,a,um,γοργόνειος,Nomen possessiuum. Ouid.2. Metam. Gorgoneas tetigisse domos.

Gorgŏphŏros,γοργοφόρος,Palladis epitheton est,quasi Gorgonem ferens:in eius enim scuto pictum est Medusæ Gorgonis caput. Cicero antequam iret in exil. Teq; Tritonia armiporens,gorgophora Pallas,Minerva,cæteriq;ciui,deæque immortales &c.

Gorgўthĭon,γοργύθιων,Priami filius ex Castianira Threissa susceptus,qui postea in bello Troiano à Teucro Telamonis filio confossus occubuit. Autor Homerus,Iliad.8.

Gorgonĭus,Vir propitium malè olentis. Horat.2.Serm. Pastillos Rufillus olet,Gorgonius hircum.

Gorlitium,Lusitaniæ Vrbs.

Gŏrtyn,siue Gortys,ynis,siue Gortyna,næ,γόρτυν,ἔος,γόρτυνα, Stephanus. Oppidum mediterraneum Cretæ insulæ ad Lethæum fluuium,cuius meminit Plin.lib.4.cap.12.

Gortynius,ia,ium,γορτύνιος,ut Gortynia spicula,apud Statium, lib.3.Thebaidos.

Gortynis,idis,patronymicum femininum,γορτυνίς. Lucanus lib.6:Dictæa procul ecce manu Gortynis arundo Tenditur in Scæuam.

Gothia. [Ger. Gothland ist ein Mitnächtige Landtschafft/gelegen an Schweden vnd Reichen.] Regio Europæ,contermina Daniæ & Norvegiæ ex qua Gothi immanes populi,qui olim Italiam armis subegerunt,Romamq;ipsam solo æquarunt,suamq;in totum orbem inuexerũt barbariem. Hæc dictio potius videtur tanico tenenda,quam à Latinis puetis prima syllaba ferè semper corripiatur. Ausonius: Hunc possem victos inde referre Gothos. Et Sarpus apud Claudianum. Non multùm tamen peccaverit qui consonantem geminabit: quod & in Græcis aliquot cocticius facilitatum animadvertimus.

G ante R.

Grăcchŭrĭs, Vrbs Iberiæ,ita nominata à Sempronio Gracho,qui acceptis in deditionem Celtiberis,hanc urbem,quæ antea Iturcia dicebatur,splendidiùs restitutam,ut superesset rerum à se gestarum monimentum,à suo nomine appellauit Gracchuritem.

Gracchus, Semproniæ familiæ cognomen fuit, ex qua fuit Ti.& Gracchus Caii & Tyberii pater,qui in Hispaniam Procõs. missus,Celtiberos in deditionem accepit,Iurciamq;eorum oppidum splendidius à se restitutum,ut gestarum à se rerum memoria superesset,de suo nomine Gracchurim appellavit. Huic uxor fuit Cornelia ex Scipionã familia,insignis pudicitia,& eruditione mulier,ex qua Tybertum & Caium Gracchos suscepit,generosissimq;quidẽ indolis juvenes,eloquentiaq;in primis admirabiles,cæterùm populatis auræ plus satis ardidos. Quæ res fecit,vt relictis optimatibus ad plebem se contulerint,legesq;agrarias perpetuos seditionum fomites in locem reduxerint:neque antea quieverint,donec Senatum in suã necem armarent. Tyberius prior occisus est in concione à Publio Natica. Caius autem biennio post quam mõtem Capitolinum occupasset à consule Opimio. Vide plura apud Plutarchum in vita Gracchorum.

Gradīvŭs, pen. prod. [German. Ein gewaffneter Mann.] Mavis cognomen,à gradiendo (vt Festus ait) quia gradatim,& per ordines in bellũ iret. ἀπὸ τοῦ ἐγείρειν. Sive à vibratione hastæ,quod Græci vocant κραδάνειν. Sunt tamẽ qui à gramine dictũ putent: quia gramine fit ortus. Vnde & graminea corona in remilitari maximæ est honorationis. Hæc ille. ¶ Alii gradivum,nõ Latinũ, nec Græcum,sed Thracium vocabulũ esse,& significare bellicosum ac fortẽ dicunt. Virg.3.Aen. Gradivumq;patrem,Geticis qui præsidet arvis. Gradivus,Mars dicitur,quũ sævit,inquit Servius:quum tranquillus,Quirinus.ideniq;in Vrbe duo ejus templa fuerunt,unum Quirini intra Vrbem,quasi custodis & tranquilli. Alterum in Appia via,extra Vrbem,quasi bellatoris vel gradivi. Hæc Servius.

Gradivĭcŏlă, læ, Qui colit Martem. Silius lib.4. jaculatorẽq; Sabellum,Et Gradivicolam celso de colle Tuderten.

Græ æ,γραῖαι,Tres fuerunt sorores,Phorci filiæ,unicum tantum habentes oculum & dentem,quibus vicissim inter se tres utebantur. Harum ope Perseus ad Gorgonas perveniens. Vide proverbium apud Erasmum: Ouo gales, ubi hæc omnia copiosiùs.

Græcĭa. [Griechenland. Germ. Griechenland / Griechey. Pol. Grecya. Vng. Görög ország.] Europæ regio est, olim omni disciplinarum genere exculta,hodie,nõ sine ignominia nominis Christiani,Turcarũ imperio subjecta. Hæc à Ptolemæo Achaia nominatur. Principium sumit ad Meticem ab Istmi Corinthiaci angustiis,indeq;ad Septentrionem in Thessaliam usq;& partem Aegæi maris extenditur. Ad Occasum Acheloo flavio ab Epiro dirimitur. Ab Ortu rursus habet mare Aegæum,qua parte Sunium eo abluitur. Scinditur in multas regiones,quarum precipuæ sunt Attica,Bœotia,Phocis & Locri. Dicta est Græcia,a Græco primo ejus provinciæ rege,teste Plin.lib.4.cap.7. Cic.pro Flacco: Hæc cuncta Græcia,quæ fama,quæ gloria,quæ doctrina,quæ plurimis artibus,quæ etiam imperio & bellica laude floruit,parvum quiddam loci in Europæ tenet,semperq;tenuit. Italiæ maritimam oram bello superiam cinxit urbibus. Idem 1.de lege Agraria: In angustiis & faucibus Græciæ posita erat Corinthus. Magna Græcia dicta est extrema Italiæ ora,à Lucris Italiæ fronte initium sumens,intus recedens maris Ausonii sinus, patens in longitudinẽ LXXXIII.M.pass.ut ex sententia Varronis tradit Plin.lib.3 cap.10. Hanc Græci subactam maximis,potentissimisq;urbibus frequentarunt: in quibus numerantur Croton,Argi,Thurium,Tarentum,aliiq;complures. Cic. 2.de Orat. Nam & referta quondã Italia Pythagoreorũ fuit,rum quum erat in hac gente magna illa Græcia. &c. Idem 4. Tuscul. Quum florerent in Italia Græcia potentissimæ & maximis urbibus,ea quæ magna nunc est dicta,&c.

Græcus, Qui est ex Græcia. [Griechisch. Germ. Ein Griech. Vng. Görög.] Cicer.pro Flacco: Quanquam quis ignorat,quomodo unquam mediocriter res illas tractare curavit,quin ma Græcorum genera fuerint? quotum uni sunt Athenienses, quæ gens lonum habebatur: Acoles,alteri Dores,tertii nominabantur. Idem Qu.Fratri,lib.1:Familiaritates Græcorum neq;tam fideles sunt,ut videnti non possis fidere,verumetiã furis. Idem de Aruspicum resp.motis,artibus Græci,Gallis robore,Hispani numero Poenis validitate valent.

Græcus,ca,cum,adjectivum: [Griechisch. Vng. Görög.] ut Literæ Græcæ. Cic.de Clar.Orat. Gallus q maximè omnia nobilium Græcis literis studuit. Exemplaria Græca. Horat.in Arte. vos exemplaria Græca Nocturna versate manu,versate diurna. Græco more bibere. Cic.4.Verr. Fit termo inter eos & invitatio,ut Græco more biberent. Græca rosa,ῥόδα,ων, Græca mala,Diosc.quidi,violæ magnitudine est,non nisi in locis humidis provenientes,quinq;folia non excedens,omnis odoris expers,coloris tantùm gratia expetita ad coronamenta:unde & lychnis coronaria appellatur. Vide Plinium lib.21.cap. 4. ¶ Græca talix,dicitur talis tubra.

Græcè, adverb. [Griechisch. Vng. Görögül.] Cic.1.de Orat. Quum ea quæ legerem Græcè,Latinè redderem. Idem 1.Tuscul. Scis enim me Græcè loqui in Latino sermone,non plus solere quam in Græco Latinè.

Græcānĭcus,ca,cum,Plin.lib.35.cap.9: Maximeq;ita colorem bibit,quem Græcanicum vocant.

Græcēnsis,se,Græcus,a,um [Vng. Görög.] Gell.lib.19.cap. 10: Offendimus eum cubantem in sympolio Græcensi. Sic apud Plinium: Græcense molinum,lib.35.cap.6.

Græcŭlus,diminutivum [Griechlein. Vng. Görögöcske.] Iuven. Satyr.3:Græculus esuriens in cœlum jusseris,ibit. Assectator Græculus,Cic.pro Milone. Idem 2.de Orat. Homines Græculos controversia verbi tandu torquet. ¶ Græcula rosa,diversum omnino genus est ab eo quod paulò suprà Rosam Græcam appellavimus. Folia habet latissima,sed panniculos ita convolutos,ut nunquam nisi manu coacta dehiscat,semperque nascenti similis sit. Autor Plin.lib.21.cap.4. ¶ Græcula mala,à patria sic dicta Plin.lib.15.cap.14: Partias nobilitavere Cumerina & Græcula.

Græcŏr,pen.prod. [γραικίζειν,γραικίζω. Ger. Griechisch reden. Pol. Grecyc. Vng. Lakást az ki,zokodni. Ang. To barkerize and make strange words.] Est convivis & computationibus operam dare:ab eo quòd Græci genio plurimũ indulgent,& intemperantiùs in cõviviis tegerentur. Nam quandoq;verba ea hauntur à moribus patriæ. Horat.2.lib. Serm.Sat.2: vel ti Romana fatiget Militia assuetum græcari.

Græcŏstăsis,pen.cor. [γραικοστάσιον. Pol. Grecyca szamoszko. Vng. Asztalkörökben kóstolás.] quasi Græcorum statio. locus Romæ celebris,de quo Varro de Ling.Lat.lib.5.De habet: Ante curiam Hostilium rostra,cujus id vocabulum ex hostibus,capta fixa sunt rostra. Dextra à comitio locus subfructus,uti nationum subsisterent legati qui ad Senatum essent missi græcostasis appellatur. Cic.ad Qu.Fratrib.2: Deinde ejus operæ repente à græcostasi,& gradibus clamorem satis magnum sustulerunt.

Grātŭs,

Grāius, idem quod Græcus. [Griechiſch. Griechiſch. Germ. Ein Griech.] Quint. lib. 8. cap. 4. Non putant indignum Troiani principes, Grajos Troianosque, propter speciem Helenæ tot malâ tanto temporis spatio sustinere. Virgil. lib. 4 Aeneid. Grajumq; ideo non vindicat armis.

Grāius, a, um, Græcus, a, um. [Griechiſch. Griechiſch. Virg. Görtz.] Virg. 3. Aen. Priamiden Helenum Graias regnare per urbes.

Graiugĕnæ, arum, pen. cor. Græci dicti sunt. [Griechiſch. Griechiſch. Griechiſch. Griechiſch.] Cic. 2. de Nat. deor. Graiugena de isto aperte ipsa oracio Ex Pacuvio. Virg. 5. Aen. Graiugenumq; ut domos, suspectaq; Troianis arva.

Grammītum, urbs in Græcia, γράμμιτον, cives Grammitæ & Grammitii. Sunt & Grammitæ populi juxta Celticam. Stephanus.

Granāta, Hispaniæ urbs celebris.

Granīcus, γρανικὸς Ptolemæo, Fluvius est minoris Mysiæ ex Ida monte producus, & inter Priapum & Lapsum in Propontidem influens; juxta quem Alexander Darii Satrapas memorabili prælio superavit, & ventis Persarum mollibus cœlis, fugatisque, quum victoris copiæ triginta pedituum millia, & quatuor millia equitum & quingentos non excederent. Autores Plutarchus in Alexandro, Justinus libro secundo, Diodorus item Siculus libro 17.

Grāstillus γρασσίλος. Vrbs Macedoniæ, alii Prasillus, Steph.

Gratiæ. Vide in APPELLATIO GRATIA.

Gratidiā, γρατιδία, Proprium nomen mulieris Neapolitanæ unguentariæ, ac malitiæ, quam Horatius in Epod. Canidiam nominavit.

Graucāsum. [Ger. Ein Gönnegebirg Scythiæ & Asiæ gelegt.] Caucasum montem nominarunt Scythæ, quod illorum lingua significat nive candidum. Autor Plin. lib. 6. cap. 17.

Gravionārium. Oppidum est Germaniæ, apud Ptolem. lib. 2. cap. 11. Vulgo Bamberg.

Grāviscæ, Ptolemæo, Hetruriæ castellum est in Tuscia, quod hodie Montalto vocatur: dicti ab aëris gravitate. Virg. 10. Aen. Et Pyrgi veteres, intempestaq; Graviscæ.

Grestinus γρηστῖνος, Vrbs Chersonesi, Steph.

Gretiōnis, γρητιὼν, regio Thraciæ juxta Macedoniam à Castro quodam dicta, Gastrones gentile, vide GASTRONIA.

Grōmā, Γρῶμα, Vrbs Phocidis, Steph.

Gronii. Hispaniæ Tarraconensis populi sunt ad Durium amnem, quorum meminit Pompon. Mela lib. 3.

Groninga. [German. Gröningen in Frießland.] Vrbs Frisiæ.

Gryllus, Xenophontis Socratici filius, qui pro patria fortiter pugnans, honestam mortem appetit, mutorum ob id encomiis celebratus. Autor Aristoteles in Politicis.

Grȳneus γρύνειος, Dictio duplex, nomen est Centauri. Ovid. 12. Metam. Cumq; suis Gryneus immane fretus labat aram Ignibus, & medium Lapitharum jecit in agmen.

Grynīa, Plinio, Strabone Grynium γρύνιον, γρύνειον Stephano, Oppidum est Myrinæ tum in Aeolide Asiæ regione, Apollinis fano & perquam nobili oraculo nobile, à quo Apollo Grynæus, γρυναῖος dictus putatur. Vide Strab. lib. 13, & Plin. lib. 5. cap. 30.

Grȳneus, a, um, ad Grynium nemus pertinens γρυνεῖος. Cognomen est Apollinis indutum, à Gryneo nemore juxta Clazomenem Asiæ civitatem, in quo Apollo colebatur. Virg. 4. Aen. Sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo: Italiam Lyciæ jussere capessere sortes. Idem 6. Aeneid. His tibi Grynei nemoris dicatur origo. Servius: Gryneum notatur est in finibus Aeolidis, Apollini consecratum. Dictum est autem hoc nemus à Gryneo vicino oppido. De quo vide Strab. lib. 13.

G ante V.

Gūnis, γοῦνις, Locus habitatus in Syria uberis & fœcundi soli unde nomen civitatis γουνίτης, Steph.

G ante Y.

Gȳārus, ri, fœm. gen. γύαρος Stephano, vel Gyara, æ, pen. cor. Germ. Ein Inſel in Egeiſchen Meer gelegen, eine auß den Sporadibus, da welche die Römer ihre Uebelthäter verſchickten.] Insula est maris Aegæi, una ex Sporadibus in quam Romani noxios deportabant. Plinius libro 8 cap. 29: Ex Gyaro insula incolas à moribus fugatos. Iuvenal. Satyr. 10: Vt Gyaræ vinctus sopulis, parvaque Seripho. Idem Satyr. 1: ubi est numero plurali. Aude (inquit) aliquid brevibus Gyaris, & carcere dignum, Si vis esse aliquid.

Gȳas, γύας, Viri Troiani nomen est apud Virgil. 5. Aen. Ingentemq; Gyas ingenti mole Chimæram, &c.

Gȳgæus lacus, γυγαῖος λίμνη, Lydiæ lacus est, stadiis quadraginta à Sardibus distans: qui postea Colous dictus est. Propertius: Lydia Gygæo tincta puella lacu. Meminit hujus lacus Homerus in hac Catalogi. Plin. lib. 5. cap. 29: Gygæum stagnum appellat.

Gygerīorus, Thraciæ mons est, apud Plin. lib. 4. cap. 11.

Gyges, [γύγης. Germ. Ein groſſer Rieſ.] Nomen viri proprium, qui Cœli & Terræ filius fingitur, gigas maximus, & centimanus, frater Briarei. Sunt tamen qui Briarcum, Gygen, & Aegeona eosdem putant. Ovid. 4. Trist. Centimanumq; Gygen, geminumq; virum. ¶ Est & nomen viri proprium apud Maronem lib. 9 Principio Phalarim, & surgentis poplite Gygen Extipit. ¶ Item formosi pueri apud Horatium, 2. Carm. Luctuosam Geticis Gygen. ¶ Alius fuit Gyges quidam Lydus, cui quum Candaules rex uxorem suam nudam ostendisset, illa mane indignata, Gygen ad cædem ejus impulit, seseq; cum regno Lydiæ illi tradidit. Historiam hanc vide latius apud Herodotum, libro primo. Cicero libro tertio de Offic. Hinc ille Gyges (inquit) inducitur à Platone, qui quum terra dilapsus esset magnis quibusdam imbribus, in cavum hiatum descendit, æreumq; equum (ut fert fabula) animadvertit, cujus in lateribus fores essent: quibus apertis, nomine mortui corpus vidit magnitudine insigne, anulumque aureum in digito quem ut detraxit, ipse induit. (Erat autem Gyges regius pastor) tum in consilium pastorum se recepit. Ibi quum palam ejus anulo ad palmam converso, à nullo videbatur: ipse autem omnia videbat, idem rursus videbatur quum bilocem anulum inverterat, itaq; hac opportunitate anuli usus, reginæ stuprum intulit, eaque adjutrice regem dominum interemit, sublatis quos obstare arbitrabatur, nec in his factionibus cum quisquam videre potuit. Sic repente anuli beneficio rex exortus est Lydiæ. Hactenus Cicero. ¶ Hinc locus proverbio, Gygis anulus, γύγου δακτύλιος. Quadrat vel in homines rerum ignaros, vel in fortunatos, qui veluti virgula divina, quicquid agunt, id sine arbitrio consequuntur. ¶ Eodem nomine dictus est Lydiæ fluvius.

Gylacea, Τυλάκεια, Illyriæ civitas à Gylaca Corinthio, alias Apollonia.

Gymnāsiæ Plinio, Sive Gymnesiæ, γυμνήσιαι Strabonis & Stephano, insulæ duæ ante Hispaniam, quæ à Latinis Baleares appellantur: eò quod incolæ harum insularum præcipuè se funda exercerent. Autores Strabo lib. 14. & Plin. lib. 3. cap. 5.

Gymnetes, γυμνῆτες, Acthiopum populi, Nigritis & Pharusiis vicini, Plin. lib. 5. cap. 8.

Hercules nominat. Verum tamen nomen, qui robore præstiterunt, hoc nomine ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuisse affirmat. Martinus 1. Sacræ cap. 20. affert Herculem, ἔλιον Σολέα. Breve vero, inquit, Herculem Solem esse, vel ex nomine claret. Ἡράκλεια enim quid aliud est nisi ἡρὼς καὶ ἔαρ, ἥρα, & ἀνδρὸς gloria? Quæ porrò alia nisi Solis illuminatio est, cujus recessu profundæ spiritus occultantur tenebræ? Duodecim adhibet labores, quos Hercules creditur confecisse, nihil aliud significans, quàm XII signa Zodiaci, quæ Sol singulis annis conficit. Sed de his vide plura apud Macrobium. Herculem autem Alcmenes filium maximè nobilitavit implacabile Junonis odium, quæ quòd ex pellice natus esset, perdere illi cupiens, novis semper molestiis objecit quæ res expectationē eius maximè fefellit. Ille enim semper victorias referens, immortalē sibi deos peperit, adeò ut illa priùs jubendo, quam hic laborādo defungeretur. Quo factum est, ut acerrimos inierint Hercules, qui variis temporibus Europæ, omnes heroica virtute, rerumq; gestarū magnitudine insignes, tamē nunc uni cesquantum omnium labores tribuantur: quorum quando nisi quam mox mentio occurrit, visum est, celebremnos aliquot simul exire. Primò itaq; quum adhuc in cunabulis jaceret, geminos angues à Junone immissos elisit. II. Thespii filias numero quinquaginta adhuc puer, sed corporis robore præstans, una nocte compressit, susceptosq; quinquaginta filios, quos Thespiadas vocaverunt. III. Iam adultus Lydiam colubris & capitibus pullulantem, face & ferro in Lerna palude oppressit. IIII. Cervam æripedem, aureaq; habētem cornua, in Menalo monte cursu comprehendit, atque interfecit. V. In Nemea sylva juxta Cleonas inusitatæ magnitudinis leonem jugulavit, & detracta pelle pro insigni gestavit. VI. Diomedem Thraciæ regem, qui equos suos hospitum carnibus & sanguine pascebat, devovit victumq; ipsius equis in pabulū dedit. VII. In Stymantho Arcadiæ monte terribilem aprum, & omnia vasta illum locum devastantem, cepit, eumq; vivum ad Eurystheū attulit. VIII. Stymphalides aves sagittis, ut quidā volunt, interfecit, ut alii, fantum abegit, ne postea ullæ ibi visi aut auditi fuerint. IX. Taurum (cui Neptunus furorem immiserat, eò quòd Minos Neptuno sacrificare noluit, optasset ut illum à majestate illius dignum cui quem pulcherrimus taurus ab eode deo fuisset oblatus, ipsum Minos servare voluisset) insulam Cretam ferocem omnia devastantem domuit, eumq; vinctum ad Eurystheum attulit qui postea eum Atticæ regioni immisit, ex qua plurimum damni intulit, donec à Theseo interfectus fuit apud Marathonem, ut canit Ovid. lib. 7. Metamor. X. Achelooum lapidavit, ut supra dictum est. XI. Busiridē Ægypti regem hospites suos mactantem occidit. XII. Antæum gigantem in Libya luctando victum suffocavit. XIIII. Calpen & Abylam montes antea conjunctos, divisit. XIIII. Aureomala in Hesperidum hortis, interempta prius draconis pervigili, qui ea custodiebat, sustulit. XV. Cœlum ipse sollo & succumbente pōderi Atlante, humeris tulit. XVI. Geryonē Hispaniæ regem tricorporem bello superavit, ejusq; armenta abduxit. XVII. Cacum latronem, Vulcani filium, fœdissimum, & flammivomum oppressit. XVIII. Lacinium latronem, extremam Italiæ oram infestantem sustulit; unde Junoni templum constituit, quod Laciniæ appellavit. XIX. Albionē & Bergiona inter ipsius impedientes, haud longè ab ostio Rhodani, à Jove patre lapidum imbre adjutus, devicit. XX. Pyrechmum Euboiæ regem Bœotios bellum inferentem prostravit, eumq; pulsis e cunis aliquot in diversas partes dilacerat. XXI. Centauros domuit. XXII. Augæ fabula repurgavit vide supra. XXIII. Hesionem Laomedontis filiam monstro marino exposītam liberavit, occiso prius cete. Sed quam Laomedon equos præstantissimos in præmium ei polliceretur, denegavit, Hercules indignatus, Troiam evertit & occiso rege, Hesionem Thalamone, qui primus murum cōscenderat, in præda partem concessit. XXIIII. Diripuit insulam Cōo, regemq; Eurypylū cum uxore & liberis trucidavit. Vide supra in dictione Cos. XXV. Amazones debellavit, earumq; reginam Hippolycem cepit, cui balteum abstulit. Eurystheoq; regi tradidit captam verò Amazonem Theseo bellorum socio dedit. XXVI. Ad inferos descendit, & Cerberum ire prohibentem, triplici catena vinctum ad superos traxit. Sunt qui dicant Herculem etiam adjuvasse Theseum in rapienda Proserpina: alii solum Theseū eam eduxisse ad superos. Dirēpq; vulnerasse. XXVII. Alcestim Admeti regis cōjugem ab inferis ad virum reduxit. XXVIII. Ab inferis revertens Lycum Thebarum regem, eò quòd Megaræ conjugi vim voluisset inferre, interemit. XXIX. Aquilam quæ Promēthei in Caucaso reliquias perpetuo renascentes jecur exedebat, sagitta trajecit. XXX. Cygnū Martis filium equestri certamine vicit. XXXI. Occidit Theodomantem, quòd ei cibum denegasset: filiumq; filium Hylam ibi charissimum, secum abduxit. XXXII. Cercopas vicit, dum Omphalæ Lydorū reginæ servitet. XXXIII. Pylum diripuit, ejusq; regē & Neleū cum tota domo, præter Nestorē trucidavit: intuptias unonē Neleo opem ferentem tela trifulco vulneravit. XXXIIII. Eurytū Oechaliæ regem occidit, ipsamq; Oechaliam urbem delevit, & Iolen Eurytī filiam sibi in uxorem denegatam, quamvis tamen parens antea ei despondisset, abstulit, eamq; secum in Euboeam abduxit. Quod ipsum Dejanira conjux resciscitans, maritum sumta Ioles amore ardentem, per Lycham servum vestem illi misit Nessi Centauri sanguine infectam, futurum ea ratione languentem viri amorem excitaret, eumque ab aliis avellum, ad se unam revocaret, quem mox dum Centauri ipsi pestulaterat. Quem itaq; Hercules vestem sacrificaturus induisset, in tantam rabiem versus est, ut conflicta pyra seipsum combusserit. Post mortem verò in deorum numerum relatus est. Habentur & alia res ab eo gestæ apud Diodorum Siculum: quas si quis velit, inde petat. ¶ Hercules cothurnos aptare aiebant, à quibus Horatius, deperorat, dicuntur qui minimis applicant maxima, quæ cum aptari non congruant, videantur: ut si quis rem humilem oratione tragica prosequatur. ¶ Hercules & simia, ἡρακλῆς καὶ πίθηκος. De minimè congruentibus. Simia dolis valet: Hercules viribus antecellit. ¶ Frustra Herculi, ἔπος ἡράκλειον, sudanti calumnias struxerit. Deus deo confuerit, qui de omnia sua negotia gerunt, ut nemo queat aut audeat calumniari. Convenit autem vehementer laudatum, probatumque, autin præpotentem, quem insimulare tutum non sit. ¶ Hercules hospitans, ἡρακλῆς ξενίζων. Dicitur ubi quis deditus in convivio commorari videretur: propterea quòd qui recepissent Herculem hospitio, convivio, his multum temporis erat operendum, donec ille satur esset.

Herculis portus, ἡρακλείου λιμένος. Vulgo, Porto Hercole. Oppidum est in ora Ligustica, cum portu, apud Ptolemæum lib. 3. cap. 1. & apud Plin. libro 3. capite 5. ¶ Ill. & Herculis portus, littore Bruttio, non procul a Metaura duriore cum meo nomine Plin. lib. 3. cap. 5.

Herculeus, a, um, per e corr. quasquam Græci ἡρακλεῖος cum ει diphthongo in pen. efferant. Est autem proprie nomen possessivum, significans id quod ad Herculem pertinet, ut, Clava Herculea. Labor Herculeus. Horat. lib. 1. Carm. Per quod Acheronta Herculeus labor ire est, labor ipsius Herculis. Nonnunquam Herculeos labores, ἡρακλείους πόνους, pro immensis & penè insuperabilibus laboribus accipimus, quibus vires deficerent Herculis: quem admodum usurpavit Catullus sedne, inquit, quæso, jam Herculis labor sit iste Properi. Deinde ubi pervenerit, quod dicunt famosa labore Herculis. Item Herculis labores dicuntur, qui sunt ab eo inventi, ut alius quidem maximas afferat commoditates, exercitium autem suum nihil fere studiosis adducant, præterquam ut sit famæ plurimum invidiæ. ¶ Herculeus pedes, ἡρακλείους πόδας, proverbium hoc pedem habet pro nodo indissolubili. ¶ Herculeus morbus, ἡρακλεῖος νόσος, dicimus quæ comitialem alio nomine vocamus, quòd Hercules morbum hunc aliquando passus credatur.

Hērculē de ἡρακλέους pro fortiter dixit Cic. lib. 8. ad Atticū: Nunc fortem Herculem: Sed Mehercule est legendum.

Herculaneus, nea, neum, Nomen positivum ἡρακλανεύς. Gell. lib. 1. cap. 1. Comprehensa, inquit, mentura Herculanea pedis, secundum debitam nominum omnium inter se competentiam modificatus est Herculaneæ formæ. Plin. lib. 21. cap. 4. Herculaneum unctæ genus odorem fundens. Plin. lib. 21. cap. 15. ¶ Herculanei dicti, ἡρακλανοὶ ἐκλήθησαν, dicebantur molles ac delicati. Athen. lib. 12.

Herculēum, ἡράκλειον, Promontorium est, non longè ab Leucopetra distans. Autor Strabo lib. 6.

Hercynia sylva. [ἡρκυνία Strabo.] Vulgò in nonnullis locis vocatur Schwartzwald: in nonnullis nominis autori sedigni retinetur Hartzwald. Pol. Cyrnæus.] citrompum Herc. Arcan. selvatū longè maximam quam Cæs. lib. 6. Comment. describit. Eratosthenes. Hanc Hercyniæ sylvæ quæ supra demonstrata est, latitudo nove dierum iter expedientibus patet. Non enim alter hanc potest, neq; mensuras itinerū novimus. Oritur ab Helvetiis, & Nemetis & Rauracorū finibus, rectaq; fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum, & Anartium. Hic se flectit sinistrorsus diversis à flumine regionibus, multarumq; gentium finibus propter magnitudinem attingit. Neq; quisquam est hujus Germaniæ, qui se aut audisse, aut accessse ad initium ejus silvæ dicat, cum dierum iter XL. processerit, aut quas ex loco oriatur acceperit. Plura de Hercynia sylva vide eodē loco apud Cæsarem.

Hērēbus pen. corr. ἔρεβος. Pol. Nicol. Vn. Pelobak mlwgs.] profunditas inferorum dicitur. Vide in dictione ΑΒΥΣΣΟΣ.

Hērillus, ου, ὁ, Chalcedonius philosophus, Zenonis discipulus fuit, qui quum audisset scientiam laudatam esse ab Aristotele & Theophrasto, summum bonum ea posuit. Meminit ejus Cic. lib. 4. Acad. & 2. de Finibus.

Hermæ, æ, ἡ Ἑρμαί, Promontorium Africæ propriè dictæ, apud Ptolemæum lib. 4 cap. 3.

Hermagĭras, æ, ὁ Ἑρμαγόρας, Carion cognominatus, Rhetor egregius ex Temno Aeolidis civitate. Scripsit artem rhetoricã libris sex, de Cultu oratoris: de Decoro: de Elocutione: de Figuris. Docuit Romæ Augusti temporibus, decrepitus senex. ¶ Fuit item Hermagoras alter Amphipolitanus philosophus, discipulus Persei, qui plures scripsit dialogos. Autor Suidas. Hermagoras philosophus & orator apud Ciceronem de Claris Oratoribus.

Hermăndŭri, sive Hermunduri, Germaniæ populi Cheruscis finitimi, eo in tractu quem hodie *Misniam* vocant. Meminit horum Plin. lib. 4. cap. 14.

Hermaphrŏditus, pen. prod. [ὁ Ἑρμαφρόδιτος. Ger. Ein Sohn Mercurii und Veneris.] Mercurii & Veneris filius: ut ex ipsa illarum vocis compositione apparet. Nam Mercurius ἑρμῆς, Venus ἀφροδίτη à Græcis dicitur. Hic quum errabundus in Cariã ad limpidissimum fontem, quem Salmacis Nympha incolebat, pervenisset, illa subitò eius amore correpta (erat enim adolescens formosissimus) quam neq; blanditiis, neq; precibus ad concubitum flecti posset, dimisso recessu post reprehensum. Is autem Nymphã abscedentem fontem vadus intravit: quod videns Salmacis, subito accurrit, & abiectis vestibus artissimè eum complexa est. Sed quum ne tunc quidem obstinatum exorare posset, à dijs petiit ut duo corpora illorum in unum redigerentur. Cujus precibus exauditis, amborum in unũ corpus coaluerunt, in quo sexus uterque remanebat integer. Quod quum vidisset Hermaphroditus, à fonte petisse dicitur, ut ea fonti natura maneret, ut qui virum intraret, ἀνδρόγυνος id est, utrumq; sexum adeptus, exiret. Hinc omnes Androgyni vocati Hermaphroditi.

Hermeas, ἑρμέας, Ionigenis belli dux fuit, teste Polybio, cujus prima opera ad res maximas utus est Antiochus: à quo tamen postremò ob suspicionem affectati regni, cum uxore & liberis sit occisus.

Hermēni, Populi Moschorum sunt prope Colchos, Peretras.

Hermes, Trismegistus. [ὁ Ἑρμῆς τρισμέγιστος. Ger. Ein hertzlicher Philosophus in Egypten/bald nach dem zeiten Mose.] Philosophus in Aegypto post Mosen claruit, eo tempore, quo Philosophiæ studia in Aegypto cœperũt efflorescere: quum antea tantum circa Astronomiam & Mathematicas disciplinas versarentur, quæ ad exercendum ingenium magis, quàm ad illustrandum animum valent. Scripsit lingua patria dialogum, in Latinum sermonem postea conversum, ubi Asclepius introducitur. Deum omninò unum opinatur, omnium conditorem, eroremq; fatetur parentum, qui superstitiones idolorum invexerunt. De hac pluta apud Suidam & Augustinũ, de Civit. Dei. ¶ Hermes alter item philosophus Aegyptius, auditor Syriani sophistæ, condiscipulus Proclo sub Adriano principe, vir non minore judicio, quàm doctrina præditus. Morieris juravit & immortalem se esse & incorruptibilem animum habere. Hæc Suidas.

Hermēs. [Ἑρμῆς. Ger. Mercurius der Gendgott vnd Dolmetsch der Göttern.] Dicitur à Græcis quem nos *Mercurium* vocamus: ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν hoc est, ab interpretatione, quòd nuntius, & interpres deorum habitus sit. Servius in illud Virg. 4. Aeneid. Nũc etiam interpres divũm, Iove missus ab ipso. Hermes, inquit, Mercurius dictus est, ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν id est, à sermone. Præstabat enim eloquentia: quem effingebant alas in capite & pedibus habentem, quòd sermo hominum peracta volitet. Vide infrà in dictione MERCVRIVS.

Hermĭŏnē, pen. prod. ἑρμιόνη. Oppidum Peloponnesi maritimum, ad sinum Argolicum situm, non procul à Phliunte, Junonis templo nobile. Virgil. in Cirin: Hinc fossus, hinc dicta cõtrà patet Hermion æ. Versus est Ipondaicus.

Hermiŏnē, pen. corr. [Ἑρμιόνη. Ger. Die Tochter des Königs Menelai von der schönen Helena erzeugt.] Filia Menelai ex Helena, admodum formosa, militante patre apud Trojam, Oresti Agamemnonis filio desponsata fuit: sed nanc Menelaus hujus rei inscius apud Trojam promisit Pyrrho Achillis filio. Qui domum reversus, quum Aegisthus regiam, occiso Agamemnone, occupasset, atque Orestes ad Strophium Phocensium regem Electra sororis auxilio clam ablegatus esset, Hermionẽ reluctantẽ vi rapuit, tradita Andromacha Hectoris conjuge, quæ illi in sortem cesserat, quamq; pro uxore habuerat. Helenus vati, filio Priami. At Orestes posito furore, quo ob interfectam à se matrẽ cruciabatur, ex Taurica regione rediens, Pyrrhum in templo Apollinis Delphici trucidavit, suamq; sponsam recepit. Virg. lib. 3. Aen. qui deinde sequutus Ledæam Hermionem Lacedæmonios; hymenæos, &c.

Hermĭŏnes, populi sunt in finibus Germaniæ. Autor Pomponius lib. 3. Vadianus arbitratur eos esse, quos hodie *Pomeranos* vocant. [Ger. Die Pommern und Mechelburger.]

Hermippŭs, ἑρμίππος, Atheniensis Poeta fuit, antiquæ Comœdiæ scriptor, altero capitis oculo, frater Myrtili comici. Scripsit fabulas XLI. ¶ Fuit item alter Hermippus Berytius, discipulus Philonis Byblii, qui multa composuit sub Adriano principe. Vide Suidam.

Hermŏcrătes, ἑρμοκράτης, Nobilis sophista tempore Severi principis: à quo coactus, filiam Antipatri magistri epistolarum, infensi forma puellam, duxit uxorem, quam postea sæpe odiavit.

Hermĭas, ἑρμίας, Eunuchus, trapezitæ cujusdã famulus, Athenas profectus, Platonẽ, Aristotelemq; audivit & domũ reversus cum domino suo Atarneates & Assenios aggressus, subegit, & illos simul cum domino imperavit. Ex Suida.

Hermĭnĭus, [Ger. Ein Hauptman der Teutschen/ so Varum mit fampt dreyen Legionẽ vom Keyser Augusto vber Rein einen Zug gethan/ gar erschlagen haben.] Germanorum dux fuit, qui Varum Augusti legatum cum tribus legionibus ad internecionem cecidit: cujus cladis meminerũt Suetonius in Augusto, & Tacitus de rebus Germanicis. ¶ Fuit etiam hoc nomine Romanus quidã fortissimus, unus ex iis, qui unã cũ Cocle Horatio in ponte Sublicio restiterũt, donec à tergo solveretur. Liv. lib. 1. ab Urbe condita. ¶ Est præterea nobilis cujusdam Hermsciminum, apud Virg. 11. Aeneid. ingentem corpore & armis Dejecit Herminium.

Hermŏdōrus, pen. prod. ἑρμόδωρος, Fuit philosophus Ephesius, quem in Italia exulantem, Pomponius Iureconsultus scribit autorem fuisse Decemviris ferendarum legum XII. tabul. Plin. lib. 34. cap. 5. dicit hunc fuisse interpretem legum Decemviralium: cui ob id statuã publicè dicatã. Cicer. 5. Tusc. quæst. Est illud dictum apud Heraclyteum Physicum, de principe Ephesiorum Hermodoro. Volvisse aiunt Ephesios mortem sibi mandare, quòd quum civitate expellerent Hermodorum, ita loquuti sunt: Nemo de nobis unus excellat: si quis extiterit, alio in loco, & apud alios sit. Radetere refert & Strabo lib. 14. ¶ Fuit & alter Hermodorus Siculus, auditor Platonis: cui victo datũ sit quæstus philosophiã habuisse, dictare quæ sub præceptore audierat colligendo, ac deinde in Sicilia venditando. ¶ Hinc locus factus proverbio: Verhaimpottat Hermodorus, λέγων τὰ ἑρμοδώρου καὶ τοῦ ἑρμοδώρου. In eum dicebatur, qui præter verba nihil afferret. Aut in eos qui verba vendũt pecunia: quod in poetas, advocatos, fumi venditores, atq; id genus homines rectè dici poterit.

Hermŏdōtus, ἑρμόδοτος, Poëtæ nomen, cujus aliquoties meminit Plutarchus.

Hermŏgĕnes, pen. corr. ἑρμογένης, Tarsensis Sophista fuit, in puericia tãto dissertandi acumine, ut natus annos nõ amplius XV, tum sui nominis M. Antonium principem ad auditorium excivcrit, ab eoq; non pœnienda tulerit munera. Accedente verò ætate, tanta illi oborta est stupiditas, ut omnibus ejus indubio. Nam Cranius ac nomen ejus alludens dicebat, cum à patre degenerare, quòd quũ Hermogenes esset: hoc est, Mercurio genitus, nulla tamen paternæ eloquentiæ haberet micam. Antiochus autem Sophista cavillatur, cum in puericia fuisset senex, in senectute puerum.

Hermōlaus, ἑρμόλαος, Byzantinus Grammaticus fuit, qui in librum Stephani de Urbibus ad Iustinianum Cæsarem scripsit epitomen. Suidas. ¶ Memoratur & ante hunc alius, qui contra Alexandrum conjuravit. ¶ Alius item apud Plin. lib. 36. cap. 5. statuarius, inter eos qui ædes principum lignis nobilibus ornarunt.

Hermōn, nomen Hebraicum, quod interpretatur lignum exaltatum, mons longè disjunctus ab Ierusalem trans Iordanem. Hermon ἑρμών, etiam dicitur pilcatorium in Peloponneso.

Hermonĭlla, ἑρμωνίλλα, Insula parva in Cimmerio Bosphoro, urbem habẽs nomen Colonicam. Steph. ἑρμώνασσα vocat. Strabo Hermonassæ vicum: Menippus regiunculam: Trapezuntius, Hecatæus & Theopompus civitatẽ esse dicũt. Steph. Adjacet Tauricæ. Plin. lib. 6. cap. 6.

Hermontĭcis, ἑρμωνθίς, Vrbs Aegypti. Steph. ubi Iupiter, Apollo & Isis colantur.

Hermŏpŏlis, ἑρμοῦ πόλις Stephano. Latinè Mercurii civitatem sonat, urbs est Aegypti in præfectura Sebennitica, ubi Pan colitur & hircus. Autor Strabo, lib. 17. vide Volaterr. lib. 12. Herodianus duas esse tradit, magnam & parvam, & tertiam in Aegypto, & quartam, καὶ τρισμέγιστον, & quintam in fluvio, & sextam in Co insula, septimam in Arcadia. Steph.

Hermŏs, ἑρμῶν, vicus in Tribu Acamantidæ. Steph.

Hermŏtўmbĭi, ἑρμοτύμβιοι, pars bellicosorum in Aepto, dicuntur & Labarei. Steph.

Hermupedion, ἑρμοῦ πέδιον, Locus apud Cumam. Steph.

Hermus, ἑρμος, Fluvius Minoris Asiæ, aureas arenas trahens. Oritur juxta Dorylaum Phrygiæ civitatem: ac tacto Paitolo, Smyrnæ campos irrigat, tandemq; in Phocaicum sinum illabitur.

bitat. Vide Plin. lib. 6. cap. 29. & Strab. lib. 13. Virgil. 2. Georg. Nec pul herr ranges, atq; aurifer Hermus.

Hernici *ἔθνος*, Populi in Campania saxa incolentes: unde & nomen acceperunt. Nam hernias Sabini saxa vocant. Hos tamen Hernicos appellatos voluit Macrobius ab Herno quodam Pelasgi ipsorum duce. Horum metropolis est Anagnia. Virg. 7. Aeneid. - & rotecta cavis Hernica saxa colunt, quos dives Anagnia pascit.

Herodes, [*Ἡρώδης*. Ger. Ein König von den Alten/ der die Juden verfolget.] Antipatri filius, anno decimo Augusti rex Judæorum à Romanis declaratus est, regnavitq; annis xxxvii. Hic vir ferinus Samariam olim in cineres redactam à fundamentis erexit, eamq; in honorem Augusti *σεβαστὴν*, hoc est, Augustam appellavit. Crudelissimus fuit fuit, quippe qui multos injuste occiderit. Nam omnes legis interpretes, & parvulos Bethlehemitas gladio interemit. ¶ Fuit Herodes Antipas eodem nomine, de quo refert Lucas in Actis Apostolorum, quem ad populum contionem habentem, acclamante contumax: Vocem Dei esse illam, non hominis: ab irato Deo, cujus honores sibi vendicabat, percussus, scatentibus toto corpore vermibus, miserando genere lethi periisse. ¶ Fuit alius Herodes Antipas, hujus filius, praefectus Galilææ, post Archelaum, qui impiissimus etiam fuit. Nam in cives sicarios, in nobiles latrones, in socios populatores habitus est, uxorem Philippi fratris duxit, Joannem Baptistam occidit, & Dominum nostrum Jesum Pilato remisit tandem Lugdunum à Caio Caesare relegatus, ibi vitam finivit. ¶ Quartus Herodes dictus Agrippa, Aristobuli filius, qui Jacobum occidit. ¶ Alius Herodes, fuit Atticus, qui Graeca oratione (inquit Gellius) fere cunctos gravitate, atque copia, elegantiaq; vocum longe praestitit. Is Athenis natus, nobilitate generis, potentia simul & sophistica facultate clarus, genus ex Aeacidarum sanguine ducebat, patre Attico, qui civitatium initium ex hac familia prope commune reperta fuit. Hujus Herodis vitam vide apud Philostratum.

Herodianus, *ὁ Ἡρωδιανός*, Alexandrinus grammaticus, Apollonii etiam grammatici filius & discipulus, floruit sub Marco Antonino imperatore. Scripsit de arte grammatica: praeterea Caesarem historiam à Commodo Marci filio usque ad Gordianum, cujus Gordiani nepotem, qui Maximino successit. Autor Suidas.

Herodotus, pen. corr. [*Ἡρόδοτος*. Ger. Ein Griechischer Historienschreiber.] Historiographus Graecus, quem Cicero lib. 2. de Legibus patrem historiae appellat. Hunc Halicarnassaeum fuisse autor est Suidas, claruq; apud suos genere ortum. Floruit tempore Cyri Persarum regis tyranni omnibus infensissimus. Quare, quod patriam à Lygdamo Tyranno quondam videret occupatam, discessit in Samum: eoque extincto, quum ad suos rediisset, invidiae obnoxius factus, sponte Thurium Achaeorum coloniam in exilium profectus est, ubi etiam mortuus esse dicitur, & sepultus. Scripsit historiarum libros novem, quorum singulos singularum Musarum nomine inscripsit.

Herodotus, *Ἡρόδοτος*, Athenaeus orator, scripsit commentarios in Herodotum Xenophontem & Thucydidem. Autor Suidas.

Herophila *ἡ Ἡροφίλη*, Proprium nomen fuit Sibyllae Erethriae, quae Tarquinii Superbi tempore Romam venit, secumque libros attulit: heroico carmine conscriptos: quorum nomine quum magnam pecuniae summam à rege petisset, nec obtinuisset, duos exussit: unumq; qui reliquus erat, nomine tantundem obtinuit, quantum paulo ante pro tribus popposcerat. Autor Suidas.

Herostratus, pen. corr. [*Ἡρόστρατος*. Ger. Ein Oder Schandthäter/ der den wunderbarlichen Tempel der Göttin Dianae zu Ephesi angezündet hat/ und damit ein ewiges Gedächtnus seiner Boßheit gestiftet.] Ephesius homo ignavus fuit, & sceleris ausus qui celeberrimum illud Dianae Ephesiae templum suis manibus incendit, ut ea re nominis immortalitatem sibi compararet. Ephesii autem ne sperarum ex scelere fructum consequeretur, severissimis edictis caverunt, nequis eum unquam nominaret: non tamen efficere potuerunt, ut nomen illius ad nos non perveniret: ut tubet Strabo libro 14.

Hersilia, *ἡ Ἑρσιλία*, Nomen uxoris Romuli, quam Ovid. 14. Metamor. fabulatur, post mariti apotheosin, & ipsam deam factam, communia cum Quirino templa habere, mutatoq; nomine cum illo eam esse Oram.

Helicon, *ὁ Ἑλικών*, Mons qui Pannoniā & Mediam dirimit, in quo fecit Mnopem repetunt apud, Aristoteles ab initio mirabilium naturalium. Alibi tamen lib. 6. historiae Mesappus legitur montis illius nomen.

Helias, *ὁ Ἠλίας*, nomen propheta proprium, qui nobili genere ortus in Israelem prophetavit, sibi ruditerato in sermone habens, qui nō tam propheta, quam Evangelista fuit. Universa enim Christi, ecclesiaeq; mysteria ad liquidum prosequutus est, ut non putes eum de futuro, sed de praeterito historiam texere. Tandem Iab Manasse regefectus in duas partes occubuit. Vide Hesychium.

Hesiodus, pen. corr. *Ἡσίοδος*, Poeta vetus, ex Ascra vico Boeotiae unde & Ascraeus dictus est, Homero (ut creditur) coaetaneus. Hic primus de agricultura versibus scripsit, quae Virgilius imitatus est. De morte ejus scribit Plutarchus in convivio septem Sapientum, apud Nemeum Locrici occisum fuisse à Locrensibus quibusdā adulescentibus, cum quorū sorore clam rem habebat: hospes quidam Milesius, quo Hesiodus familiarissimè utebantur. Suspicatiq; fratres puellae, Hesiodum ab initio relationis conscii fuisse, dispositis insidiis eum interfecerunt, & in mare abjecerunt. Corpus autem à delphinis protinus acceptum, ad Rhium Molycriam est advectum. ¶ Hesiodus senectus, *γεραιὸς*. Longaeva, vivaxq; fic appellabatur. Ferunt enim de Hesiodi longaevitate Pindari epigramma hujusmodi: *χαῖρε τὸ πρῶτον ἔπος, ἐς δεύτερον αὖτις ἀείσω. Ἡσίοδ' ἀμφοτέρων ἀντιβολῶ σε χάριν.* Hesiode salve primo, iterum ad te canturus. Hesiode utriusque gratiam precor.

Hesiodius, *ὁ Ἡσιόδειος*, Quicquid Heliadi est. Cic. in Brutum. Illud Hesiodium laudatum à doctis, quòd, &c.

Hesione, *Ἡσιόνη*, Laomedontis regis Trojae filia, & Priami soror, quam Hercules Pelitis meritò periculo liberatam, uxorem dedit Telamoni.

Hesperiae, *Ἑσπερίαι*, duae sunt, una quae Hispania dicitur, altera Italia. Quae de re diversi autores. Hesperiā Italiam dixerunt, Virgil. 1. Aeneid. Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt. Aut ab Italiae extremam, vel ultimā, & Egnificat Hispaniam, quae in Occidentis est fine. Horatius lib. 1. Carm. Qui mare Hesperium sorbere abrupta. & haec ab Hespero Occidentali stella dicta est. Italia verò ab Hespero Atlantis fratre, qui à germano patrio, Italiā tenuit, & ex nomen vel suum, vel hujus patriae regionis imposuit. Macrobius tamen voluit Hesperiam à Tiberi esse Italiam, quod Occasui subjecta sit.

Hesperides, pen. corr. [*Ἑσπερίδες*. Ger. Des Atlantis Töchter/ Hüterinnen/ welche Gärten gehabt haben/ in denen Bäum gewesen sind/ so guldene Aepffel getragen haben.] Appellatae tunc Hesperi filiae Atlantidum, Aegle, Arethusa, & Hesperethusa, quas Poetae fabulantur habuisse pomos aureos in monte auritifero prope oras, ubi erat draco custos pervigil, mala aurea vigilanter observans, quem interfecit Hercules, pomaq; aurea retulit ad victricem Eurystheum. Plinius & Solinus interpretantur fuisse ibi arbusculas meras, flavescentes, ut draconis, quod hortos Hesperidum amplectebatur, ubi praeter olea rum, aliud nihil ex celebri illo auritifero nomine extare prodiderunt. Varro per mala aurea, oves suas flavescentes, quas Hercules ex Africa in Graeciam exportaverit: nā mēla apud Graecos Egnificat ovē & pomū. Hinc Meliorae, *μελιόραι*, dictae vestes ex pellibus ovium confectae. Alii tractat Diodorus lib. 5. Bibliothecae, quem videre potes. ¶ Hesperidum mala largiri, *μῆλα τὰς Ἑσπερίδας διδόναι*, dicuntur, qui quoquo modo liberaliq; largiuntur.

Hesperium, *τὸ Ἑσπέριον*, Promontorium in Africa est, navigatione decem dierum ab Oriente distans à monte, quem *ἀπὸ τοῦ ἑσπέρου* vocant Graeci. Vide Plin. lib. 5. cap. 1.

Hesperus, pen. corr. [*Ἕσπερος*. Ger. Der Bruder der Königs Atlantis.] Atlantis frater, unde Hesperia. Scribit Diodorus hunc Hesperum contendisse cacumen montis Atlantis, ad cursus astrorum observandos, & non quam deinde comparasse: cui vulgus honores divinos exhibuit, à nomineq; Junonis Eunū ejus nomine appellavit. Virg. Aegl. 7. Ite domum saturae, venit Hesperus, ite capellae. Haec est à Sereno stella, & Vesper dicitur, & Vespertugo, & Lucifer. & Venus: de quibus suo loco. [Polyxena gnapta. Virg. Ἐλαφηβολιῶνος Arg. *Thargelione, hoc est, Martio, aut Aprili.*] Hujus meminit Cic. lib. 2. de Nat. deor. Infima est, inquit, quinq; errantium, terraq; proxima Stella Veneris, quae *φωσφόρος*, Latinè Lucifer dicitur, quum antegreditur solem: quum subsequitur autem, Hesperus.

Hesseni, Populi Palaestinae, fine ulla foemina viventes, & omni Venere abstinentes. Autor Plin. lib. 5. cap. 17. Apud hos capitale erat columbae interficere. Quare tam securi fetae traduntur, ut etiam adagium sonum quaq; advenarum advolantes, sibi rostro velut exoculerentur. Ad hoc alludit Tibullus lib. 1. Eleg. Quid referam, ut volitet crebras intacta per urbes Alba Palaestinus sancta columba vias?

Hestiaea, *ἡ Ἑστιαία*, Euboeae oppidum, quod Plinius ab uvarū copia *πολυσταφυλὸν* cognominat. ¶ Est & ejusdem nominis oppidum in Acarnania, teste Stephano. ¶ Pars item quaedam Thessaliae à Strabone lib. 13. Hestiaea appellatur.

Hesychius, *ὁ Ἡσύχιος*, Milesius historicus aetate Anastasii principis. Scripsit historiarum libros sex de Romanorū, aliarumq; gentium principibus item Dictionarium, quo in rebus fatetur Suidas.

Hetruria [Ger. Ein herrliche Landtschafft in Italien/ heißt jetzt Toscana.] Regio est Italiae ad primam usq; Tiberis ripam protensa, Macra fluvio à Liguria discreta. *Ἑτρουρία* Stephan. cujus hodie praecipua metropolis est Florentia. Dicta est autem Hetruria, quasi *ἠερόεσσα*, *ἀπὸ τῆς ἠέρος*,

ἐξ ἐκ εὐ quòd extendebatur ad alteram ripam Tyberis: qui est terminus inter Latium & Hetruriam. Alii dictam Hetruriā autumant ab eadem regionis oppido Atria, quam Diomedes condidit, & Acthiam primò nominatam scribit Stephan. Vel ἀπὸ τοῦ ἐθίζειν ἑαυτὸν, propter augurionum peritiam, quā de cœlo servantes excerent æthera Pallas. Claruit olim maximè aruspicina, quam Tages ex hac regione oriundus primus invenerat.

Hetrusci, Regionis ejus incolæ, *nisi leg.* Martialis: Quantum solvit a fortunæ cacentis Hetrusco.

Hexagon, teste Plinio, libro 8. cap. 3. Legatus Oblogenum, qui popinā fecit in Cypro, Consulibus Romæ in dolium serpentium conjectus, experimenti causa, circa mulcentibus linguis miraculum præbuit.

H ante I.

Hiarbās, ἱάρβας, Jovis filius, ex Garamantide nympha, & Getulorum rege, qui quum ab Elisa, quam in matrimonium petierat, repulsam tulisset, ita commotus, nascentem adhuc Carthaginī bellum intulit. Cujus belli metu quum illa à civibus suis cogeretur Hiarbæ nubere, impetrata mora, ut Sichæi prioris manes placaret, se ipsam in pyram, quam tanquam sacrificaturā, exstruxerat, conjecit, malluitq; se cōburere, quàm secundas nuptias experiri. Dō Africæ tyrannis sine stipatione.

Hiĕrā. [ἱερὰ. Vulgo Insula Sacra. Ger. Ein Insul gheheiſchen Stratien und Imperatam / in Serro Vulcanus sein Schmidten gehabet hat.] Insula inter Siciliam, & Liparam, Vulcano sacra, una ex Aeolis. Iohannes Vetustas Vulcani officina fuisse credidit, quòd noctē eructet vetustas vulcanos ignium plurimorum, interdiu famam copiosissimā emittens, ut Vide Thucydid. lib. 3. ¶ Fuit & via sic dicta in agro Attico, quòd eā irent sacerdotes ad Eleusinam Cererem. ¶ Hoc nomine etiam appellata est uxor Telephi regis Mysorum, quæ à Nereo interfecta dicitur, quum marito ferret opem, nuda ab Achille vulnerata fuerat. Eaq; fabulæ tradunt tantæ fuit pulchritudinis, ut etiam Helenam superaret.

Hiĕraea ἱέραια, exigua regio Libyæ in Cyrene, Steph.

Hieracome, Vide HIEROCOMITAE.

Hiĕrāmi, ἱεράμη, in mari Cretico est, & alia Aegypti, Steph.

Hieraphe, ἱεράφη, Insula Libyæ, Strab.

Hierapyrna, ἱερὰ πύρνα, Vrbs Cretæ, quæ prius Cyba, deinde Prinias nominabatur, postea Camyros, postremò Hiera Pyrna, inde Hierapytnius.

Hiĕrāpŏlis, pen. corr. ἱεράπολις, Civitas Asiæ, contra Laodiceam, ubi aquæ calidæ fetarum ebullebant, quæ in cophinum adhuc dum factile durabantur. ¶ Est præterea Hierapolis alia miraculis insignis. Præcipuè verò admiratione dignum videri potest, quod de Platonio refert Strabo lib. 13. ut colubris Hierapolitanorum fabrico, pereā esse remedium magnitudine, tum pestilentes exhalantē nebulas, ut omnia animalia serpentia ingressa protinùs exstinguat, quā tamen vicinus aër sit innoxius. Strabo ipse aliquando passeres intra septū hoc immisisse testatur, qui statim mortui cōciderunt. Autor est præterea idem Strabo, circa Hierapolim aquā esse adeò ingēdis lapidis idoneā, ut extracti dentis, cujus ex purpura tingebantur. ¶ Dicta est aūc Hierapolis, teste Stephano, à multitudine sacrorū, five templorum, quæ Græci ἱερὰ vocant. Hujus oppidi incolæ, Hierapolitæ, ἱεραπολῖται, dicuntur. ¶ Secunda est Cretæ tertia Syriæ quarta Cariæ.

Hiĕri, Populi sunt ultra Sauromatas, calvi & simi à nativitate omnes, & promiscuè barbā habentes. Qui ideò ἱερεῖοι id est, tauri dicuntur, quia nihil injuriæ agunt, nec bella norunt.

Hiĕrĭcūs, untis, [ἱεριχοῦς. Ger. Hiericho / ein Stat in Jüdischem Landt.] Oppidum Judææ, inter Hierosolyma & Iordanem fuit, palmeti circunquaq; consitum & fontibus irriguum. Vide Plin. lib. 5. cap. 14.

Hiĕron, ἱέρων, Syracusanorum quondam tyrannus, qui manſuetudine & lenitate, itemq; corporis pulchritudine, & viribus adeò præstitit, ut omnibus pene mirabilis ellet. Vide de Iustinum lib. 23. ¶ Hiero alter Festeus cognomento, Athenensis, familiaris Niciæ ducis Athenienſis, unàq; cum eo disciplinis eruditus: poēmata nōnulla conscripsit, quæ Plutarchus in Nicia ad ætatem suam pervenisse testatur.

Hiĕrŏcomĭtæ, ἱεροκωμῖται. Populi ab Hieracome civitate Cariæ. Autor Polybius.

Hiĕrōnўmus. [ἱερώνυμος. Ger. Ein Nam vnd ſtendiger Lehrer der Kirchen von Stridon büttig. Pol. Gremus. Vng. Cremer.] Propriam nomen doctoris Ecclesiastici, cujus opera in pretio habentur. Latinè facto nomen interpretari possumus, qualis ἱερὸς ἀνὴρ, o parvis in sacra commutato. ¶ Fuit & hoc nomine philosophus ex Rhodo insula, qui finem summi boni posuit in indolentia, quæ Græcè dicitur ἀοδυνησία. ¶ Alius præterea fuit hoc nomine Siciliæ Tyrannus, Hieronis filius, qui patri admodū puer successit. Quapropter pater ejus metuēs, relictis tutoribus XV I, mandavit moriēs, ut idem erga popul. Roman. annos quinquaginta ab se cultā, inviolatam servaret. Hic postea abjecta tutela, contempta patris disciplina ac moderatione, luxuriosius & arrogantius agendo à Romanis defecit, Annibaliq; adhæsit. Quōq; tuto sibi nō mis in civitas fefa haberet, ab ipsorum interfectus est, Autor Liv. lib. 24. ¶ Hieronymus bibliotecæ Rhodiæ familiaris Demetrii Pulcreatis, relictusq; ab eo præfectus in regione Boeotiæ, scripsit res ab illo gestas, ut scribit Plutarchus in Demetrio.

Hieras colpos id est, sacer sinus, prope Aradum civitatem est, Steph.

Hiĕrŏsŏlўmă. [ירושלים *jeruschalaim, ἱερουσαλήμ.* Ger. Jerusalem zu Grich Gottes Stat in Jüdischem Landte. Vng. *Jeruſalem.*] Hierosolymæ, & Hierosolyma. Hierosolymorum, & Hierosolymæ, Hierosolymarum, numero plurali urbs Iudææ, totius Orientis clarissima, quæ & Hierusalem vocabatur. Cicero Flacco: Quū autem Iudæorū nomine ex Italia Hierosolymam exportari soleret, hic Cn. Pōpeius captis Hierosolymis victor ex illo fano nihil attigit. Sueton. Neroni: Spoponderūt tamen quidē destinato ei gubernationem Orientis & regnū Hierosolymorū. Hierosolyma (ut scribit Hegesippus) quæ primò Salyma dicebatur, postquam rex Chananæus, cognomento Iustus, qui fuit conditor Solymorū, templum ei ædificavit, quod Græci regis templum vocant. Euseb. lib. 9. Evang. præpar. Hierosolyma appellari ait, quasi hieron Solomonis: hoc est, ædē Salomonis, à templo quod Solomon Hierosolymis pulcherrimum, magnificentissimumq; construxit.

Hiĕrŏsŏlўmĭtă, pen. prod. [ירושלמי *jeruschalaimi, ἱεροσολυμίτης.*] & Hierosolymitanus.

Hiĕrŏsŏlўmĭtēs, dictus est Cn. Pompeius ab Hierosolymis expugnatis. Cic. lib. 2. ad Attic. Si verò quæ de me pulla sunt, ea non servavit, in cœlo sum, ut sciat hoc nostrī Hierosolymarius traductor ad plebem, quam bonam meis purissimis orationibus gratiam retulerit.

Hiĕrŭthĕlis, ἱερύθελις, nomen viri proprium, & interpretatur, sacer deus.

Hilarius, ἱλάριος, Phrygius quidā vates, sub Iovinniano principe, literarū quidem imperitus, cæterum tanta divinandi peritia præditus, ut Deus cum illo futurorum cognitionē communicasse videretur. ¶ Fuit præterea eodem nomine Senator quidam Antiochenus, de quo vide multa apud Suidam. ¶ Est præterea Hilarius nomen proprium doctoris Ecclesiastici, cujus etiam multa extant opera.

Himantŏpŏdes, pen. corr. ἱμαντόποδες, Populi in Aethiopia longipedes, quibus perpetuo ingredi natura est: hoc est, ut Solinus interpretatur, lexia crurū nexibus ingredi. ἱμὰς enim Græci lorum dicunt. Plin. libro 5. cap. 8. ¶ Est etiā himantopus avis ardeæ magnitudine, de qua Plin. lib. 5. cap. 8.

Himĕllă, Fluvius est Sabinorum, de quo Virgil. lib. 7. Aen. qui fluunt Himellæ, & Tyberim Fabarimq; bibunt, &c.

Himĕrā, ἱμέρα, Fluvius Siciliæ, in cujus partes dividitur, & in altera dulcem saporem, in altera salsum retinet. Est etiam ejus nominis ejusdem insulæ. Silius lib. 4: Arnavēque suos, qua mergitur Himera Ponto. Vide Plin. lib. 3. cap. 8.

Hippārchus, ἵππαρχος. Ger. Ein Astrologus. Pol. Astrologi. Vng. Lauſs Gadnagy.] Magister equitū. Quo nomine dictus est quidā celebris Astrologus, quitur Columella autor est futurū asserui, ut aliquando cardines mundi locum moverentur. Scripsit de Arati Phænomenis, de stellis fixis, de lunæ motu contra Platonem. ¶ Primus instrumenta mathematica invenit, unde hæc sensibus deprehendi possent, Plinio maximè laudatus. ¶ Hipparchus item alius fuit Poēta Comicus, cujus fabula quædā ἐλεγχόμενος: id est, de nuptiis inscribitur. Suidas. ¶ Alius propinquus Aristotelis. Alius Tyriæ tyrannus. ¶ Fuit etiā hoc nomine filius Pisistrati, qui ob libidinē in Harmodiū, Aristogitonis conjurationē in se concitavit. Hic ut tyrannicis invidiā ingenti æ opinione leniret, eruditos præcipuo in honore habuit. Autor est Aelianus de Varia hist. Idem Academiā muro sepsit, atq; hujus rei nomine, magnā pecuniæ vim ab Atheniēsibus exegit. Vide Hipparchi mensa, ἵππαρχου τράπεζα, dicebatur res quæpiā, quæ magnis cōstaret expēsis. Autor Suid.

Hipparis, ἵππαρις, Fluvius in Camarina, cujus aquarum pars dulcis est, pars salsa. Interpres Pindari.

Hippasus, ἵππασος, Philosophus Metapontinus fuit, auditor Pythagoræ, qui mundi mutationis certum tempus præfinitum esse ajebat. Vide Laertium.

Hippē, ἵππη, Chironis Centauri filia fuit, quæ quum in monte Pelio se venando exercet, gravida facta est: & ob id patris indignationem timens, deorum misericordiā in equam conversa est & in cœlum translata. Nōnulli vatem fuisse fabulantur: sed quia deorum consilia hominibus patefeciſſet, in equā esse conversam.

Hippĭdās, [ἱππίας. Ger. Ein Gelerter Philosophus: der sich understuhnd ihm vorzunemen zu schreiben sine vorbotzen.] Philosophus Eleus fuit, teste Cicer. lib. 3. de Orat. qui accidente pœ tota Græcia gloriatus est, nihil esse ulla in arte rerum omnium,

nium, quod ipse nesciret: nec solùm has artes, quibus liberales doctrinæ atq; ingenuæ continerentur, Geometriam, Musicam, Literarum cognitionem, & Poëtarum, atq; illas quæ de naturis rerum, quæ de hominum moribus, quæ de rebus publicis dicerentur: sed & annulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se suâ manu confecisse. ¶ Fuit item Hippias, Pisistrati filius, de quo Cic. ad Attic. lib. 6. scribit: Nefarius (inquit) Hippias, Pisistrati filius qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens, &c.

Hippion Argos. ἄργος ἵππιον. Oppidũ fuit à Diomede conditum, postea Argyrippa, ἀργυρίππη Stephano, & Arpi appellatum. Meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

Hippo, ὁ Straboni, Oppidum Locrorũ in Brutiis, quod postea Romani Brutiis ereptum, Vibonem Valentiam appellarunt, teste Strab. libro 6. & Plin. lib. 3. cap. 5. ¶ Sunt præterea duæ hoc nomine urbes in Africa, quarum alteram Vticæ proximiorem, Hipponem regium: alteram à littore remotiorem, quod in palustri loco sita sit, Diarrhytum: hoc est, dilutum vocant, interprete Plinio, lib. 5. cap. 4. Est autem hoc nomen modò masculini generis, modò fœminini: unde Hipponem dilutum legimus apud Plin. lib. 5. cap. 4. & utranq; Hipponem apud eundem lib. 6. cap. 34. Autor est Solinus, utriusq; horum oppidorum à Græcis equitibus conditum fuisse, atq; inde nomen accepisse. ¶ Est & Hippo, ἵππω, puellæ Bœotiæ nomen apud Plutarchum in Pelopida.

Hippobŏtŏn, ἱππόβοτον. Pratum quoddam amplissimum est sub Calpis montis in quo regium armentum, quinquaginta millium equorum pascitur: unde & nomen accepit. Autor Strab. lib. 11.

Hippocentauri. [ἱππόκενταυροι. Ger. Wunderbare Völcker in Thessalien, so nemlich auß Menschen Kindern auß Rossen sind.] Monstrosum hominum genus in Thessalia juxta Pelion montem, anteriore parte (ut Poëtæ fabulantur) hominũ, posteriore equorum effigiem referentium. Cui fabulæ occasionem ministrasse videtur, quòd primi equos domare cœperant, iisq; ita aptè insidere, ut homines una cum equis unum in corpus coaluisse viderentur. Idem antea Centauri dicebantur, κεντεῖν ταύρους ἅμα ἵπποις, hoc est, quòd tauros stimulis agitarent. Verùm quum idem postea ex equis exsisterent, iisque insidentes stimulis tauros prælo agerent, Hippocentauri dici cœperant: qui cùm ad Pencum amnem aquatum venissent, conspecti ab ulteriore ripæ accolis, pro monstris hauriri sunt, præsertim quum inclinata potandi gratia equorum capita nõ conspicerentur. Hinc factus est locus fabulæ, Hippocentauros monstrosam Centaurorum fabulam fuisse, quæ dimidia sui parte hominem, reliqua equum referret, quam tamen certum est nunquam exstitisse. Quod & Cicero affirmat secundo de Natura deorum: Quis (inquit) Centaurum fuisse, aut Chimæram putet? quæve anus tam excors inveniri potest, quæ illa quæ quondam credebantur apud inferos portenta, extimescat? Hæc Cicero. Conflat tamen monstrosos hujusmodi partus aliquanda editos fuisse, non sine gravi alicujus mali imminentis præsagio. Nam & Claudius Cæsar memoriæ prodidit, referente Plinio, Hippocentaurum in Thessalia natum eodem die periisse: & Plinius ipse testatur, se eiusdem Claudii principatu Hippocentaurum vidisse in melle ex Ægypto allatum.

Hippocŏmītæ, ἱπποκομῖται. Incolæ vici cujusdã in Lycia, cui Hippocome, ἱπποκόμη, nomen est ab equo viatoris cujusdam ibi extincto. Ex Stephano.

Hippocrātes, pen. corr. [ἱπποκράτης. Ger. Ein Hochberumbter Artzet aus der Insul Coo buttig.] Nomen medici excellentissimi patria Coi, cui tanta fuit artis peritia, ut vulgò crederetur Æsculapio prognatus. Extat apud Valerium Artaxerxis Persarum regis honorificentissima de eo epistola, in hæc verba: Rex regum magnus Artaxerxes, Hystani Hellespontiæ Præfecto salutem. Hippocratis medici, Æsculapio prognati, ad me artis fama pervenit. Da igitur operam ut animum illi tribuas, quantum cupit, aliaq; item quorum indiget, & eum ad me mitte. Erit enim par honore summis in Perside viris, &c. Hic de re venerea eam habebat existimationẽ, ut coitum speciem esse putaret morbi comitialis. Exstant adhuc ea de re ejus verba apud Gell. lib. 19. cap. 2: ἀφροδίσια ἐστὶ παντὶ ἐπιληψίᾳ ἐπιπλήξια. Ejus libri, tanquam divino emanaverint ore, ubiq; celebrantur: in primo enim jusjurandum continetur: in secundo Prognostica: tertia Aphorismi: quarto illa admirabilis compositio, LX. literis omnem fere artem medicinæ complectens. Excessit è vita annos natus CIIII. Suscepit filios Thessalum & Draconem. Hæc Suidas. ¶ Hippocrates præter superiorem, Suidas quinq; commemorat, omnesq; ejusdem artis & familiæ: quorum tamen nemo primo ingenii glotidinve adæquavit. ¶ Hippocratem alium, Atheniensium ducem nominat in bello Peloponnesiaco Thucydides.

Hippocrēne, pen. prod. [ἱπποκρήνη. Ger. Ein berumpter Brun-

nen in Bœotia, nicht fern vom Berg Helicone, den Musis zugeeignet.] Fons in Bœotia non procul ab Helicone monte, quem Poëtæ fabulantur factum esse ungula Pegasi equi alati. Cui fabulæ occasionem videtur ministrasse Cadmus: qui cùm in Bœotia locum ubi condendæ quæreret, huc illuc obequitans, hunc fontem primus creditur invenisse. Et quoniam Cadmus literarum inventor creditur: factum est, ut hic fons Musis sacer habeatur. Persius ad verbum reddens vocem Græcã, fontem caballinum appellat. Nam ἵππος nobis equum sonat, & κρήνη fontem.

Hippocrenĭdes, ἱπποκρηνίδες. Musæ ab Hippocrene fonte.

Hippodāme, es, penult. corr. ἱπποδάμεια, & **Hippodamia,** penult. prod. ἱπποδάμεια, Filia Oenomai regis Elidis & Pisææ: quæ quum ex oraculo sè à genero interemptum iri didicisset, & illa tamen à multis procis ob formæ præstantiam expeteretur, curule certamen procis instituit, cum ea (habebat enim equos velocissimos, qui ex ventorum flatu creati erant) ipsa lege, ut qui vinceret, filiam haberet: victus subiret mortẽ. Tredecim igitur victis & occisis, Pelops Tantali filius, visa puella, ejus amore protinus exarsit: cujus nuptias ut assequeretur, Myrtilum ejus aurigã pollicitis corrupit, ut illi axes infirmos & fragiles subjunxerit: vel ut alii volunt, olim axi non objecerit: & sic facto vel dissoluto curru, Oenomaus excidit, moriensq; Myrtili caput devovit: obtestans Pelopem, ut vicem suam ulcisceretur: quod & factum est. Quum enim pactum sibi perfidiæ præmium à Pelope peteret, ab eodem in mare dejectus est, atq; hoc modo Pelops puella & regno potitus est. De hac Ovid. Venitur in Phrygios Hippodamia lucos. Virgil. 3. Georg. Hippodameq;, humeroq; Pelops insignis eburno. ¶ Alia item fuit Hippodamia Briseæ filia, quam Achilles expugnato Lyrnesso oppido secum abduxit. Hanc Poëtæ à patris nomine Briseida appellant. ¶ Alia quoq; Hippodamia fuit Anchisæ filia, quæ Alcathoo Troiano in uxorẽ data est, quem postea Idomeneus Cretensis in pugna occidit. ¶ Fuit & alia Hippodamia Pirithoi uxor: quam quòd ipso nuptiarum die Centauri ei præripere conarentur, ab Hercule & Theseo ingenti clade sunt profligati. Ovid. 12. Metam. ¶ Piræei item forum Hippodamia appellatum ajũt, ab Hippodamo Milesio architecto, qui Atheniensibus Piræum extruxit. Autor Suidas.

Hippŏdāmus, ἱππόδαμος, Milesius philosophus, naturæ studiosus, primus eorum qui in Republica versati nõ essent, cœpit aliquid dicere de optimo civitatis statu. Constituit enim civitatem ex numero decem millium divisam in partes tres, artifices, agricolas & milites. Regiones in totidem partes, sacram, publicam & privatam. Erat ob ambitionem vitæ, motionis, crinium probitatem, & supellectilis ornatu. Aristot. libro 2. Politic. ¶ Fuit item hoc nomine Architectus quidam Milesius, qui Atheniensibus Piræum portum extruxit, à quo forum quoddam Piræi Hippodamium appellarunt. Autor Suidas.

Hippŏdŏrus, ἱππόδωρος, Atheniensis fuit, qui filiã cum mœcho deprehensam, duobus quadrigis jussit alligari, & in partes discerpi. Autor Aelian.

Hippŏdrŏmus, Thessalus genere, patria Larissæus, circa M. Antonini principis tempora Athenis scholæ successit, ut est autor Philostratus, qui eum inter Sophistas refert.

Hippŏlē, ἱππόλη, Vrbs vetus Laconica. Gentile Hippolaites.

Hippŏlŏchus pen. corr. ἱππόλοχος. Filius Bellerophontis, & pater Glauci, esse Homero lib. 6. Iliad. ¶ Alter, ex eodem, lib. 11. fuit Antimachi Trojani filius, qui suã in Paridem fratre ab Agamemnone in Troiano bello interfectum est.

Hippŏlўre, ἱππόλυρη, Amazonum regina fuit, quam Hercules prælio victam Theseo dedit uxorem. ¶ Fuit etiam hoc nomine Acasti Magnetiæ regis uxor, quæ Peleum, quòd libidini ejus non paruisset, apud virum accusavit, tanquam ei vim inferre voluisset.

Hippŏlўtus pen. corr. [ἱππόλυτος. Ger. Ein Sohn Thesei vnd Hippolyte der Amazonen Königin, welcher ein stiefmutter namen führt.] Thesei & Hippolytæ Amazonis filius fuit, qui quum celebrem ducere vitam sole venatu exercere, & constanti animo spernere mulierum congressum, à Phædra noverca, absente patre, amatus est: cujus turpi desiderio quum obtemperare noluisset, illa apud virum illum dedecori quòd sibi vim inferre voluisset. Quam ob rem quum videret Hippolytus patrem dolo novercæ pertusum, de nece sua cogitare, contenso curru fugam arripuit. Sed dum Phocæ, quæ tum fortè in litus exierant, equorum & rotarum strepitu perterrita magno impetu in mare præcipitaret, exterriti equi, frustrà obluctante Hippolyto, currum pericolosè, & saxa traxerunt, juvenemq; infelicem loris implicitum in partes discerpserũt. Hunc postea Æsculapius revocavit ab inferis, & pristinæ incolumitati restituit. Hippolytus verò relicta terra Attica, in Italiam venit, ne patriæ iram rursus experiretur: & se Virbium appellari jussit, quòd

quòd bis vicisset. Oppidum non procul à Roma ædificavit, quod à nomine uxoris ejus Arician appellavit. ¶ Hippolytum in Tabor, ἐν Θεσσαλονίκῃ, Diogenianus in Collectaneis ait dedicatum Deæ, qui Tauri sunt putè, castèq; vivere, ut Hippolytus.

Hippŏmachus, ὁ ἱππομάχος, Atheniēsis tibicen, de quo tradit Aelianus: quum discipulo ab imperita plebe laudari videret, quem tamen in arte peccare cognoscebat, licentium ei imposuit, quòd nullam putaret majus esse ignorantiæ argumentū, quàm rudis multitudo placere.

Hippŏmĕnes, ὁ ἱππομένης, Macarei filius fuit, qui quū Atalantam puellam Scyriam cursu vicisset accepisset uxorē, & in luco magnæ matris cum ea concubuisset, abstracta dea in leonē est conversus. Fabula extat apud Ovid. lib. 10. Metam.

Hippŏmŏlgi, [ἱππομόλγοι. Ger. Rossmelcken.] Populi ab equis mulgendis dicti. Stephanus in Melancl. vi.

Hippōna. [ὁ ἱππών. Ger. Ein Rossgöpm, oder Stubrnē man in den Ställen gebraucht.] Dea erat, quam stabuli curam maximè cohibat, cujusq; effigies in stabulis locabatur. Apul. li. 2. Metamorph. Relicto pulæ medio, quæ stabula trabes sustinebat. In ipso vero meditullio Hipponæ deæ simulachrum retinens aediculæ, quod accurate coronis rosis eidem venerabilis faciebat ornatum. Iuven. Satyr. 8. juxta Hipponam, & taceles olida ad præsepia pilas.

Hippōnax, ὁ ἱππώναξ. Ger. Ein vngestalter hässlicher Poet. Iambicus Poeta tàm deformitate, & fœditate oris, ut ejus effigies à pictoribus quibusdam publicè propositæ fuerint deridendæ. Quumobrē indignatus Hipponax tàm amarè in illos est invectus, ut aliquos ex iis credatur compulisse ad suspendium. Hic creditur inventisse Scazontem carminis Iambici genus, quod ab ejus nomine Hipponactium, cum vocamus, sive Hipponacteū. Cic. de Oratore: Scazontes verò & Hipponacteos effugere vix possimus: magna enim parte ex Iambis nostra constat oratio. Vide Plin. lib. 36. cap. 5. ¶ Hipponactium præconium, pro infami nota potuit Cic. lib. 7. Epist. Eumq; addicium tam puto esse Calvi Licinii Hipponactio præconio.

Hippōnēnsis, ὁ ἱππωνήσιος, Insula ante Carthaginem, in sinu Ceramico. Plin. lib. 5. cap. 31.

Hipponĭcus, ὁ ἱππόνικος, Athenientis civis fuit Hippiæ filius, qui quum patria Tarentum dedicare decrevisset, inadentibus amicis, ut eam Polycleto faciendam locaret, vehementer ab aliis dissentit, quòd in statuis tam insignib. artificis potiùs industria, quàm dedicantis virtutem cōmendari arbitraretur.

Hippophăgi. [Ger. Rossfressen. Völcker in Asia.] Scythiæ populi in Asia.

Hippŏpŏdes. [ἱππόποδες. Ger. Völcker des Scytischen Hochlandes so Rossfüß haben.] Populi in Oceano Scythico, qui recte Solino, humanam usque ad vestigium formam tenent, sed in equinos pedes desinunt. Meminit horum Plinius libro 4. capite 12.

Hippŏrăctes, ὁ ἱππόρακτος. Ger. Aeolus der Winden König.] Dictus est Aeolus rex ventorū, quòd nepos esset Hippotæ Trojani ex Sesa filia. Ovid. 11. Metamor. Quòd pater Hippotades tibi sit, qui carcere fortes Continet ventos.

Hippotamadæ. Vicus in tribu Oeneidæ, Steph.

Hipsicrătea. Vide HYPSICRATEA.

Hippuaera, ἱππουαῖρα, quasi dicas equi promontorium. Urbs Libyæ. Gentile Hippuaeritæ. Steph. Malim civilis vocabulum in -ας ἁτος, ratione accentus.

Hippūris, Insula est una Sporadum, non procul ab Anaphe, & Astypalæa. Plin. lib. 4. cap. 12.

Hippūri autem pluralis numeri tantùm, Taprobanæ insulæ portus, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 22.

Hippūrĭcus, ὁ ἱππούριος, Insula Cariæ. Steph.

Hippus, ὁ ἵππος, Fluvius est Colchorum, in Phasim defluens. Strab. lib. 11. ¶ Est & Hippus mons Bithyniæ, in cujus radicibus condita est Prusa altera, diversa ab ea quam Annibal sub Olympo condidit. Plin. lib. 6. cap. 32.

Hippus, ὁ ἵππος, Insula Etruriæ, trium ab Sicilia, & alia Palæstinæ. Gentile Hippus, Hippenus, Hippinus. Steph.

Hipsĕus, Filius fuit Actoris fluminis, qui Eteocli in auxilium venit adversus Polynicē. Statius: Hipsēa quadrijugos clypeo septemplice tauro.

Hira Urbs. Vide in APPELL.

Hirasa, ἱρασσα, Locus Libyæ, in quem Asti Battū transtulerunt, Stephanus.

Hircĭus, ut alii scribunt, Hirtius, Consul fuit Romæ una cum Pansa, quo tempore Brutus ab Antonio obsessus fuit Mutinæ: ad quem liberandum profectus una cum collega est interfectus.

Hirpīni familiæ, in Falisscorum agro fuerunt, quæ in sacrificio annuo, quod fiebat in monte Soracte, ambulantes per ambustam ignium ignorantia non adurebantur. Autor Plin. lib. 7. cap. 2. Hi à Solino vocantur Hirpi.

Hismāēlitæ, pen. prod. [ישמעאלים gēbrēbaēlie. Ismaelitæ.] Populi fuere Africæ, qui nunc Saraceni dicuntur, ab Ismaele sic nominati, Abrahæ filio ex Agar ancilla.

Hispălis, ἡ ἱσπαλίς, Eiusdem provinciæ urbs celebris, Romanorum colonia, cognomine Romulensis: à qua omnes ex quatuor juridicis Bæticæ conventibus, Hispalenses dicuntur. Plin. lib. 3. cap. 1. Hæc hodie Sevilla dicitur.

Hispānĭa. [ספרד Sphārādh. Ἱσπανία. Ger. Hispanien/das theil Europe so mitthalb dem Mörcen Meer ombfangen ist.] Regio Europæ, quæ à montibus Pyrenæis incipiens per columnas Herculis circumiens usq; in borealem Oceanū protenditur. Decem millibus stadiis (ut Appianus scribit) ejus latitudo commensuratur. Longitudo prorsus eadem esse videtur. Terra frumenti, vini, olei, auri, gemmarum, metallorumq; ferax. Ex qua etiam bellicosissimi viri, ac velocissimi equi procreantur. Refert Varro in Hispanis equas credi ex vento concipere, quòd equus habeat hoc ex regio tam fœtam veloces, ut meritò ex ventis concepti ferantur. Dividitur autem omnis Hispania, teste Plinio, lib. 2. cap. 3. & 5. in citeriorem & ulteriorem. Ulterior rursus secatur in duas partes, in Bæticam, quæ hodie Granata dicitur, & Lusitaniam, quam vocant Portugaliam, quæ Anæ fluvio à Bætica distinguitur. Citerioris Hispaniæ conventus erant quatuor: Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, & Hispalensis. Citerior autem Hispania quæ Tarraconensis dicebatur, in septem dividebatur conventus: vide Plinium. Hodie dividitur in quinque regna: Castellam, quæ cum Legione permista unum efficit regnum, Galliciā, Catholoniam, Arragoniam, & Navarriam. Omnia autem Hispania ab Ibero fluvio primùm dicta fuit Iberia: postea ab Hespero Atlantis fratre: Live (ut alii malunt) ab Hespero stella lucida: Luna, quæ vespertino tempore in Occidente apparet. Solem subsequens, vocata est Hesperia: postremò ab Hispali urbe ad iterum Atlanticum sita, quam hodie Sivilam vocant, dicta fuit Hispalis unaq; deinde litera immutata Hispania.

Hispānus, & Hispaniensis, Fiunt adjectiva, sicut à Sicilia, Siculus & Siculensis: à Corintho, Corinthius, & Corinthiensis. [Ger. Ein Spanier.] Sed qui in Hispania natus est, Hispanus dicitur, non Hispaniensis, qui alibi ortus, in Hispania versatur hoc est, qui, licet in Hispania sit, non tamen in ea natus est. Ἐμπορίται Hinc Hispaniensis negotiatores, qui in Hispania negotiantur. Sic Hispaniensem exercitum vocabant Romani, qui in Hispania militabat. Plin. lib. 13. Cæsar Hispaniensi triumpho Chium Falernum dedit, quum in Hispania bellum adversus Romanos, non Hispanus gesserit.

Hispărta, ἱσπάρτα, Nobilis insulæ civitas, quam Homerus, in Catalogo navium, à vitium copia ἀμπελόεσσαν cognominat. Eadem postea Oropus dicta est, teste Stephano.

Hispiæus, ὁ ἱσπιαῖος, Miletiorum tyrannus, qui cum relicto Dario, Ionas ad defectionē sollicitaret, captus ab Harpago Darii præfecto, in crucem sublatus est. Vide Herodot. lib. 6.

Histonium, ἱστόνιον, Oppidum Frentanorū, in quarta regione Italiæ. Plin. lib. 3. cap. 12.

Histria, Histrius, pro regione. Vide ISTRIA, & in APPELL. HISTRIONES.

H ante O.

Hŏărus, ὁ ὦαρος, Scythiæ fluvius apud Thussagetas nascens, & in Maotim paludem influens. Autor Herod. lib. 4.

Hŏdĭus, ὁ ὦδιος, Fuit, teste Hom. lib. 9. Iliad. Vnus ex Græcorum præconibus in bello Trojano.

Hŏdŏmanti, ὦδομαντοι, Populi Thraciæ, Inde Hodomanticus, & fœminarum Hodomantis. Stephanus ex Thucidid. libro 2.

Hortychius, (quod hic pro nomine fabri corruptè legebatur, lege HYCHIVS. Quod quidem erratum primum ab Homeri interprete manavit. dictiones duas, quæ dividendæ erant, conjungente. Locus Poetæ est lib. 7. Iliad. ubi sic habet Αἴας δ' ἰοχέαιρα βάλε σχεδίην ἀσπίδα φωτός, Χάλκεον, ἑπτάβοειον, τὴν ῥ' Ὑρτίος ἤλασε τέκτων, ἐντί. Quem locum interpres sic vertit. Feriens Iaurum, turris multis, quod fecerat Hortycius non satis animadvertens ὑρτίος, ibi dativum esse pronominis ὅς, aequipollentem dativo Latino Sibi. Hujus generis non pauca ex fontibus ipsis repurgavimus, quæ eorum culpa irrepserant, qui voluminis magnitudini potiùs cōsulentes, quàm bonitati, quicquid ubiq; obvium fuit, nullo judicio, albaq; quod dici solet linea huc congesserunt, nihil interim penitùs habentes, se & bibliopolis, cuibus operas suas locāt, fucum facere, & rudi linguæ Latinæ tyrunculo ad ultima pro syncera tradere, unum privati sui commodi scopum sibi præfigentes, quo & librorū bonitatem, & otii sui metum non curant, quàm illud longè optimum judicantes, ex quo quamplurimum compendii ad se redeat, & emolumenti.

Hŏlĭcŭdes, ὁ ὦλικύδης, Populi intra Iberum fluvium. Stephanus ex tertio Polybii.

Holmi, Vrbs Ciliciæ asperæ, ubi priùs habitabant qui nunc Selenci,

Scleros. Gentile Holmeus. Sed apud Steph. sine aspiratione legitur Ὅλμος, apud Strab. Holmos cum aspiratione, & singulari numero, lib. 14.

Holmium, Vrbs Boeotiæ. Gentile Holmeis. Apud Steph. Ὅλμιαι sine aspiratione legitur.

Holmōnēs. Vicus Boeotiæ ab Holmo Sisyphi filio, Pausan. lib. 9. Gentile Holmonēs. In vulgatibus Stephani codicibus Ὁλμῶνες, & inde derivata non aspirantur.

Homeritæ. Populi Aethiopum, Steph.

Hŏmĕrĭdēs, ri, pen. prod. [Ὁμηρίδης. Ger. Ein Täfelsinger den Griechischen Poeten.] Poëtarum omnium præstantissimus, qui fuit ante Romam conditam annis circiter centum sexaginta, ut Cornelius Nepos in libris Chronicorum tradit. Hic fuit cæcus, & ob id Homeri nomē sortitus, quum prius Melesigenes diceretur, quòd ad Meletem fluvium natus esset. Cumæi namque & Ionce captos oculis ὁμήρους appellant, quod hometis: id est, itantis ducibus, egerant. Hinc Cæcutiens Mœonius nuncupatur à Martiano lib. 1. de Nupt. Philologiæ: Cæcutientis Mœonis suaviloqua senectus. De patria ejus nihil certi traditur. Fecit enim nominis ejus claritas, ut quem vivum, rebusq; omnibus egentem, nemo agnoverit, nunc multæ Græciæ urbes certatim sibi vindicent, adeò ut quibus potissimum credere debeamus, non facile sit discernere. Quod enim testatur Cicero pro Arch. Homerum ζωγραφεῖ Colophonii civem esse dicunt suum: Chii suum vendicant: Salaminii repetunt: Smyrnæi verò suum esse confirmant, itaque etiam deiubrum ejus in oppido dedicaverunt: multi alii præterea pugnant inter se, atq; contendunt. Extat ea de re distichon Græcum apud Gell. lib. 3. cap. 11:

Ἑπτὰ μὲν ἀντιθέου πόλεις διερίζουσιν Ὁμήρου,
Κῖος, Σμύρνα, Κολοφών, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Reliquâ ejus vitam brevitatis causa hic prætermittimus: quâ qui latiùs nosse cupit, Herodotum adeat, & Plutarchum.

Hŏmĕrĭcus, Homerica, Homericum, ὁμηρικός. Quod Homeri est. Quintil. lib. 1: Sit ergo tam eloquētiæ, quàm moribus præstantissimus, qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere, ac facere doceat. Iuvenalis:

Tum ser exclamas, ut vincere Stentora possis,
Vel potiùs quantum Gradivus Homericus.

Hŏmĕrŏmastix, [ὁμηρομάστιξ. Ger. Ein schändlicher Beschelter und Außhöuwer des herrlichen Poëtæ Homeri.] Cognomen Zoili cujusdam, qui eo solùm nomine innotuit, quòd præstantissimū Poëtarum omnium Homerum, livoris adversus eum edito, ausus fuerit inferiæ arguere: quos libros quum Ptolemæo Aegypti regi obtulisset, rex tum quidem dissimulata indignatione, quam ex hominis impudentia concepérat, post aliquot dies pecuniæ aliquid petenti, quò inopiam sublevaret: Mirum (inquit) te inopia premi, qui multò Homero es doctior, quum ille qui ante annos mille fato functus est, etiam hodie tot hominum millia pascat. Tandem parricidii accusatus, jussu regis in crucem sublatus est. Dictas Homeromastix quasi Homeri flagellum: μάστιξ enim Græcis idem est quod nobis flagellum. Vnde & Comici verbocones: hoc est, verberibus dignos mastigas appellitant. Extenditur & laridus Homeromastigos appellatio, ut omnibus plane detractoribus accōmodetur qui insatiabili reprehendendi libidine, optima quæque lacerant: quumq; Venerem ipsam nō possint, saltem illum ejus reprehendant. Plinius in proœmio operis, ut obiter ravearnistos Homeromastigas: ita enim carptores suos nominat. Ad eundem etiam modum obtrectatores omnes mastiges appellantur, addito nomine ejus cui obloquuntur: ut, Virgiliomastix, Virgilii reprehensor: & Ciceromastix, Ciceronis carptor: quo nomine Largius Licinius cum libruin inscripsit, quem in Ciceronem ēdidit, teste Gell. lib. 17. cap. 1.

Hŏmĕrĭdæ, ὁμηρίδαι. Familia apud Chios illustris, ut ait Hellanicus, quæ generis sui originem ad Homerum referebat.

Hŏmōlē, es, Ὁμόλη Stephano, Mons est Thessaliæ, Centaurorum olim sedes, quemadmodum & Othrys. Virgilius 7. Aeneid. Ceu duo nubigenæ quum vertice montis ab alto
Descendunt Centauri, Homolen, Othrynque nivalem
Linquentes.

Hŏmōlĭum, ὁμόλιον Stephano, Magnesiæ oppidū, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 9. & Strab. lib. 9.

Hŏmŏnŏĭă. Vide in APPELL.

Hŏrātĭus, ὁράτιος, Poëta Venusinus, Lyricorum & Satyrarum scriptor, qui anno Imperii Augusti Cæsaris XXXIII, ætatis verò suæ LXII, moriens, Augustum reliquit hæredem, maxima pompa apud Mœcenatem in Esquiliis sepultus. Quidam hoc nomen ab orando deduci putant: quibusdam tamen præter scripturam, primæ etiam syllabæ quantitas refragatur. Corripit enim hoc nomē primam syllabam. Ovidius: Detinuit nostras numerosus Horatius aures.

Hŏrātĭus Cocles. Vide COCLES.

Hŏrŏdes, sive (ut alii scribunt) Orodes, penultima producta, Rex Parthorum fuit, qui M. Crassum occidit. Vide Plutarchū in Crassō.

Hŏromasdes. Apud Chaldæos bonus dæmon erat, qui Iupiter putabatur. Sipontinus.

Hortēnsĭă. [Ger. Ein weitberuffte Römische Weib.] Q. Hortensii filia eloquentissima: quæ quum matronarum ordo gravi tributo à Triumviris Octavio, M. Antonio & Lepido premeretur, nec virorum quisquā ibertas loqui audere ausa esset, constanter egit, repræsentataq; patris facundia, impetravit ut major pecuniæ pars eis remitteretur. Ejus orationibus præsidia capita ab Appiano Alexandrino referuntur.

Hortēnsĭus, cui Quinto fuit prænomen. [Ger. Ein Römischer Redner.] Romanus orator, qui in foro Romano triduū rex ob eloquentiā dictus est: licet ejus scripta nō laudata facūdiā: melius enim dicebat, quàm scribebat. Dictionem enim incredibili gestus suavitate commendabat. De quō Cicero in Bruto sic refert: Primùm memoria tanta, quantam in viro cognovisse me arbitror, ut quæ secum cōmentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet quibus cogitasset. De quo etiam ferrur, quod tedens olim totum diem in auctione, omnes res venales, & pretia & emptores, ordine suo recensuit, argentariis recognoscentibus, ita ut in nullo falleretur.

Hōrŭs, ὥρος. Isidis filius, quem quum illa amisisset, veritæ ne illi obveniret quod Osiri patri acciderat, multùm flevit: sed eo invento, mœrorem in lætitiam convertit. Q. Horus præterea ab Aegyptiis vocatur Sol: unde & horas dictas arbitratur Macrobius. Fuit & Horus Assyriorum rex. Plinius libro 30. capite 15.

Hosa, Tuscorum fluvius Ptolemæo. Marsa hodie.

Hostĭa. Vide in APPELL.

Hostĭlĭus, habitator vum. Nomen Poëtæ fuit.

Hostĭones, vel Hostiani, ὁστιανοί. Populi juxta Oceanum occidentalem, quos Artemidorus Cassinos (aliàs Cossinos) vocat Stephan.

H ante V.

Hunny. [ὦννοι. Ger. Die Hunnen haben vorzeiten in dem nördlichen Scythia an dem Mœotischen Meer bey Asia gewohnet. Pol. Magierowic. Vng. Magyarok.] Populi fuere qui quondam in Scythia Europea supra Mœotin paludem incolucre: unde mutatis sedibus, ingenti multitudine in Pannoniam irruperē. Hæc gens temporibus Valentiniani principis duce Attila totam pene Europam pervagata, Galliam, Italiamq; fœdissimis cladibus affecit: donec Leonis Pontificis precibus victa, rursus se recepit in Pannoniam. Quare credibile est, Hunnos eos esse, qui etiam hodie Pannoniam incolūt, paulū immutatis literis, Hungari vocati. De his Hieronymus ad Oceanū: Ab ultima Mœotide inter glaciem Tanaim, & Maliagetarum immanes populos, ubi Caucasi cuspibus feras gentes Alexandri claustra cohibent, erupisse Hunnorum examina, quæ pernicibus equis huc, illuc q; volitantia, cædis pariter ac terroris cuncta compleverunt.

H ante Y.

Hўăcinthŭs, & Hyacinthia. Vide in APPELL.

Hўădes. [כימה alemáh sacra: Ger. Das Hügestirn ist ungefehrlich ein Kopf eines Stiers.] Suidæ, stellæ septem in capite Tauri, quæ quoties nascuntur, vel occidunt, pluvias creant: ὑὸ τοῦ ὕειν. Ovid. lib. 5. Fastorum: At simul adscendent oblitæ crepuscula noctem, Pars Hyadum toto de grege nulla latet: Ora micant Tauri septem radiantia flammis, Nivea quas Hyadas Graius abimbre vocat. Fabulantur Poëtæ: Hyades Bacchi nutrices fuisse, quæ & Dodonides nymphæ vocatæ sunt, à Dodona civitate Epiri: quæ cum Iunonis iram verērentur, fugerunt que Lycurgi regis sævitiam, à Iove in cœlum translatæ. Alii tradunt Atlantem ex Aethra uxore Hyantem filium suscepisse, septemq; puellas, quarum hæc fuerint nomina, Ambrosia, Eudāra, Pasithoē, Coronis, Plexaurix, Pytho, & Tyche: quæ cùm fratrem à Ioue devoratum implacabili luctu prosequerentur, dolori q; magnitudine extabuerēt, Iovis miseratione in septem stellas sunt conversæ: & ut perpetuum manerent tantæ pietatis testimonium, fratris nomine Hyades sunt appellatæ. Hæ à Latinis vocantur Suculæ, ignorantia Græcæ linguæ; ut Tiro Ciceronis liberius putavit. Nam quum scirent priſci illi linguæ Latinæ autores ſuæ à Græcis dici, quas vocamus sues, putaverunt etiam ὑάδας Latinè posse vocari Suculas: tanquam Hyades ὑὸ τοῦ ὕειν: hoc est, à suibus, ac non potius ὑὸ τοῦ ὕειν: hoc est, à pluendo dicerentur. Sed de Tironis judicio vide Gell. libro 13. capite 9: Non absimilem rationem videtur, ideirco Suculas à Latinis vocatas esse, quòd propter maximas quas afferunt pluvias, luto gaudere videantur, quēadmodum sues.

Hўæă, ὑάη, Vicus Locrorum Ozolarum, apud Thucydidem libro 3.

Hyæna. Vide in APPELL.

Hўămĕă, ὑάμεια, Messeniaci agri oppidum, unum ex quinq;, ut inquit

mus, quis Stephan. Gentile est Hyamna, ἡ, τὸ ἔθνικον, teste eodem Stephano.

Hyamnon, ὄνος, Troadis oppidum, à quo Et gentile Hyamnius, ἡ, ὃ. Steph. memorat.

Hyampŏlis, [ὑάμπολις. Ger. Die Stadt in Phocide am Berg Parnaſſo.] Phocidis oppidum, ad Parnassum montem, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 7. & Strabo lib. 9. Est & Hyampolis altera in Boeotia, non procul ab Orchomeno, cujus meminit Ptolemæus lib. 4. cap. 15.

Hyānes [ὑᾶνες. Ger. Die Bötier in Boetia.] Ab antiquis appellabantur Graeciæ populi, postea Boeoti appellati. Teste Plin. lib. 4. cap. 7. quod nomen à Hyante rege traxisse putantur, ut non obscure innuit Strabo lib. 7. ¶ Hinc deducitur adjectivum Hyantius, a, um, idem significans quod Boeotius unde Actionē Cadmi nepotem Hyantiū cognominat Ovid. 3. Metam. Quem juvenis placido per devia lustra vagantes Pattipes operum compellat Hyantius orc.

Hyapēi, ὧν, Vicus Phocidis à Hyape. Civis Hyapeus.

Hyās, antis, [ὑᾶς. Ger. Ein Sohn des Königs Atlantis, welcher mit seinen Brüdern den Hesperidischen garten hütet.] Atlantis filius ex Aethra uxore, qui quum adhuc puer vestitum sese exueret, à leone devoratus est. Hunc fuisse fratrem Hyadum, a patris nomine Atlantides dictæ: quæ cum fratris desiderio extabescerent, deorum miseratione in septem stellas convertæ sunt: quarum pietas exulto temporis intervallo oblivione obliteraretur, à fratris nomine Hyades appellatæ sunt. ¶ Fuit & Hyas Boeotiæ rex, à quo Boeotia quādo Hyantes fuerint nominati, Autor Strabo lib. 7.

Hyāsis, ὑάσις, Vrbs Libyes quæ & Oasis unde Hyasites, vel Oasites. Steph. Vide OASIS.

Hyba, vel Hybade, ὕβα, ἡ ὕβαδε, Vicus in tribu Leontide, Stephano.

Hybāndā, ὑβάνδα, Olim insula fuit Ioniæ postea maris recessu continenti annexa. Autor Plin. lib. 2. cap. 89.

Hyberes, Hyberi, & Hyberia, quæ his ut perpetuo scripsi, sic idem in codicibus erāt. Videsis Aberes, Iberi & Ibera.

Hybele, ὕβλη, Vrbs juxta Carthaginem. Gentile Hyblenses.

Hybernĭa, [ὑέρνια. Vulgò Islandia. Ger. Irrthümlich Island, Hibernia Angelsachsis hodie dicitur.] Insula inter Septentrionem & Occidentem Europæ, dimidio minor quàm Britannia, cui proxima est. Ab hyberno tempore (ut quidam putant) sic appellata propter hyemis magnitudinem. Hinc

Hybernĭcus, a, um, ὑερνικός, ut Apes Hybleæ, quæ in Hybla monte pascuntur. Virgil. 1. Aeglog. Hyblæis apibus florem depasta salicti.

Hyblōn, ὄνος, ὕβλων, Siciliæ regulus, qui Hyblæ civitati nomē fecit, quæ postea Megara dicta est. Autor Stephanus.

Hybrēas, ὑβρέας, Indignis Oratoribus ex Mylasis Cariæ urbe: cui quum pater nihil præter mulum Ignavum, & mulionē reliquum fecisset, Horum operā aliquādiu usus est. Dioclephi Sophistæ operam edit: postea ad Reipublicæ gubernacula conversus, proximam Euthydamo autoritatem obtinuit: quem quum patriæ quidem luce tyrannicē exercere, sed tamen multis utilitatibus id incommodi pensare videret, ferum eum cōcionem esse, Euthydamo, malum ex civitatis pernecessarium. Nam nec tecum vivere possumus, nec sine te. Hic quē Labienus Parthorum auxiliis instructus, in Asiam irrupisset, adolescentulumq; quendam jactantem audiret, se Parthicū Imperatorem esse. At ego, inquit, Caricus. Quo ejus dicto irritatus Labienus, impetu in urbem facto, eaq; capta magnificas Hybreæ ades diruit: (nam ipse fugā se Rhodum subduxerat) urbemq; ipsam tectis, incendiis, deformavit. Verūm quum ille Asiam reliquisset, reversus Hybreas, ædes suas, urbemq; reparavit. Strab. lib. 14.

Hyccarŏn, ὑκκαρών, vel ὑκκάρων, Oppidum Siciliæ: ubi Laidem meretricem natā ajunt, Gentile Hyccaricus, possessivum Hyccaricus, Steph.

Hȳdā, æ, sive Hyde, ἡ ὕδη, Oppidum Lyciæ, sub Tmolo monte situm, cujus meminit Homerus in Catalogo. Duos quidem esse putant cum Scholiastes. Vide Strab. lib. 13.

Hȳdārcæ, ὑδάρκαι, Indiæ populi, qui adversus Liberū patrem pugnarunt. Steph.

Hȳdarnes, ὑδάρνης, Fuit nobilis Persa, qui, teste Herodoto, lib. 3. cū Dario in Scythiam Magū eō, mavit. Vide Strab. lib. 11.

Hȳdaspes [ὑδάσπης. Ger. Ein Fluß in Indien.] Fluvius Indiæ qui per Parthos & Medos fluens, in Indiam extenditur, Hydaspe urbem alluens. Indo Bunodi miscetur. Ab hoc in Indum, sed in mare labi tradunt. Lucianus lib. de Quæ rapidus Ganges, & quæ Nyleus Hydaspes, Oceanus ab Hydaspe antiquissimo Neptuni rege.

Hydīllus, ὑδίλλος, Cariæ oppidum ita dictum à Hydisso filio Xanthi Lycophrontis, & Asteriæ Cliæ Hydei, teste Stephano. Hujus incolæ dicuntur Hydallenses, ἑος, ἔως, quorū meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Hydramia, ὑδραμία, Vrbs Cretæ cives Hydramitæ. Steph.

Hydrea, ὑδρέα, Insula juxta Troezenem. Gentile Hydreates. Steph.

Hydrela, ὑδρέλα, In Caria est. Gentile Hydrelites, Steph.

Hydrochŏus, [ὑδροχόος. Ger. Der Wassermann. Pol. Wodnik.] Signum coeleste, quod Latini Aquarium dicunt, ὑδροχόος hoc est, ab aqua fundenda dictus. Nam qui Astrologiā Poeticam scripserūt, putant hunc fuisse Ganymedem Trojanū puerum, Jovis jussu ab aquila raptum, & in mensa deorum ministerium lectum aquæ præpositum.

Hydrogārum, garum, ex aqua. [Vng. Vigasz hay.] Lampridius Heliogabalo: Hydrogarum Romanorum dictum primus publicè exhibuit.

Hydruntum, ti, ὑδροῦς, Vulgò Otranto, Oppidum extremi agri Salentini, apud Plin. lib. 3. cap. 11. quod à Stephano, & Strabone Hydrus appellatur.

Hydrūs, untis, Vide suprà HYDRVNTVM.

Hydrūsa, æ, ὑδροῦσα, Duarum insularum nomen in mari Aegaeo, quarū altera notio, à nomine Andros, Andros altera Ceos appellatur. Hydrusæ ab aquarum uberitate appellatæ. Virgilij meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Hȳĕlē, ὑήλη, Oppidum Carmaniæ, juxta Palinurum promontorium, à Phocensibus condium, teste Herodoto libro 1. postea Rea, deinde Helea, & postremò Velia appellata. Vide Strabonem lib. 6.

Hyettus, ὑηττός, Vicus Boeotiæ, quem nonnulli Aspledonem nominant: ab Hyetto quodam Argivo nomen habens: sive (ut alius placet) ab eo quod jugibus irrigetur pluviis. Vide Stephanum.

Hygāsĭus, ὑγασεύς, Cariæ civitas, apud Stephanū à qua campus vicinus Hygasseus appellatur.

Hygrēs, ὑγρής, Sarmatiæ Europææ oppidum, inter Lycum & Portum fluvios. Vide Ptolemæum Tabula 4. Europæ.

Hylactor, ὑλάκτωρ, Nomen canis, ἀπὸ τοῦ ὑλακτεῖν hoc est, à latrando. Ovid. 3. Metamor. & acutæ vocis Hylactor.

Hylæa, ὑλαία, Sarmatiæ regio sylvosa, non procul à loco qui Achillis cursum nominant: à qua vicinum mare Hylæum appellatum est. Vide Herod. lib. 3.

Hylarchus, ὑλάρχος, Centauri nomen, à sylvis deductum. Virgil. 12. Aeneid. Centaurique nubigenas invicte bimembres, Hylæumq; Pholoēmq; manu, tu Crethia mittis Procigra.

Hylas, ὕλας, Fuit Theodamantis, quem Hercules rapuit. Quum enim ex Calydonia oculo Oenei pincerna figeret, venissetq; cum Dejanira & Hyla filio ad Dryopes, & celumenū puero quum Lychas pedagogus abesset, à Theodamante aliquid cibi postulasset: ille autem denegasset, arreptum boum es bobus Theodamantis macavit, atq; coxit. Quam ob rem Theodamas, convocatis populoribus, arma adversus Herculem movit: & quavis in ea pugna ferè oppressus fuerit: Hercules, tamen victoriam obtinuit, & occiso Theodamante, Hylam filium ejus secum abduxit: quem postea unicè dilexit secumq; cum reliquis Argonautis Colchos navigans duxit. Verūm quum inter remigandum Hercules remum suum fregisset, unà cum Hyla navi egressus est, ut alium in Mysiæ sylvis quæreret. Invalescente autem æstu, quum sibi provenisset, Hylam cum urnā misit ad Alcanorum fluvium, ut inde sibi aquā afferret. Verūm quum ipse altior esset, quam ut stans haurire posset, procumbens in pectus Hylæ, urnam è manibus amittit: quam quum subito recipere conaretur, pondere ejus demersus est. Quæ res poētis occasionem præbuit fabulandi, Hylam à Nymphis fuisse raptum. Hercules autem quum Hylam à Nymphis fuisse raptum, casum ejus tam ægrè tulit, ut relictis Argonautis, Mysiam totam peragraret, Hylam quæreret. Juvenalis Satyra 6. Et multum quæsitus Hylas, urnaq; loquax. Unde locus factus poetis raptum Hylam indicare, ἀπὸ τοῦ ὑλᾶν. De hujus vocis derivationibus, aut in genere, de nihil profitentibus.

Hylatæ, ὑλάται, Populi Syriæ Coelen apud Plin. lib. 5. cap. 23.

Hylax, acis, ὑλαξ, Nomen canis, ἀπὸ τοῦ ὑλακτεῖν hoc est, à latrando.

Hyllarĭma, ὑλλάριμα, Oppidum Cariæ, supra Thessalotin, patria Hieronis ex athleta philosophi. Civis Hyllarimæus. Steph.

Hyllēēsĭi.

Hyllĕēſſi, Ὑλλήεσσα, Paros una Cycladum olim vocabatur. Eſt etiam Zacynthi epitheton. Steph.

Hyllŭrĭa, Ὑλλουρία, Vicus Cariæ, ubi Hylus interiit, cum templo Apollinis. Alla apud Cares equum ſignificat. Steph. Alias Hylaera.

Hyllŭs, Ὕλλος Suidæ, Filius fuit Herculis ex Melita Aegei Fluminis filia: à quo Hyllaenſes populos, & Hyllicum portum denominatũ tradunt. ¶ Hylas, ſimplici l, alius fuit filius Herculis ex Dejanira, qui lolco, patre mortuo, uxorem duxit, ut ait Ouid. lib. 9. Metamorph. Hic poſtea cum cæteris fratribus, qui ex Hercule ſuperſtites fuerunt, ab Eurytheo pulſus, Athenas confugit, ibiq; Miſericordiæ, vel Clementiæ templũ condidit, quod & accepti ab Athenienſibus beneficii teſtimoniũ, & miſeris in poſterum aſylum eſſet, & perfugium. Seneca in Hercul. Oetæo: Si vera pietas Helle quærenda eſt tibi, jam penitæ marrem. ¶ Hyllus item Strabonι libro 13: Fluvius eſt Lydiæ, in Hermum influens, qui poſtea Phrygius appellatus eſt.

Hylŏnŏmē, ēs, Ὑλονόμη, Mulier ex genere Centaurorum, Cyllari Centauri uxor, quæ mortuo marito gladio ſuo incubuit.

Hȳlus, ī, Filius Herculis ex Dejanira: de quo copioſiùs egimus in dictione HYLLVS.

Hȳmari & Aetnæ filius Geſon. Steph. in γῆσα.

Hȳmen, pro Deo nuptiarum præſide, qui & Hymenæus, & compoſitis dictionibus Hymen Hymenæus dicitur. Catullus in Epithalamio: Hymen, ô Hymenæe Hymen, Hymen ô Hymenæe.

Hȳmenæŭs, pen. prod. [Ὑμέναιος. Ger. Ein Gott der Hochzeiten.] Deus nuptiarum putatus eſt, ἀπὸ τῆς ὑμένος, hoc eſt, a membrana quæ clauſtrum virginitatis eſſe, & primo coitu rumpi putabatur. Hic Veneris & Liberi filius dictus eſt, vel (ut quidam aiunt) ex Urania progenitus, qui primus certas nuptias inſtituerit. Alii putant Hymenæum virum Atticum fuiſſe, qui raptas à latronibus virgines, parentibus intactas reſtituit: ideoq; in nuptiis ejus nomen invocari, tanquam defenſoris virginitatis: ideoq; hanc vocem nuptialem factum apud Græcos, quemadmodum Romanis in nuptiis virginalibus Thalaſſii nomen invocabatur. Alii dicunt Hymenæum fuiſſe quendam juvenem, qui die nuptiarum ſuarum oppreſſus interiit. Vnde poſtea inſtitutũ, ut expiationis gratia nominaretur in nuptiis. Sunt etiam qui putent hymnũ ipſum in virginalibus nuptiis cantari ſolitum, vocari hymenæum. Terent. in Adelph. hoc mihi in mora eſt, Tibicina, & hymenæum qui canteut, ubi Donatus: Sic accipe, ὑμέναιε, hymenæum in nuptiis, eucmadmodum ὑμέναιον in fabere, vel in ſacris hymnum. ¶ Accipitur etiã pro ipſis nuptiis. Virg. 1. Aeneid. Pergama quum peteret, incenſoſq; hymenæos.

Hymera. Vide HIMERA.

Hȳmettŭs, [Ὑμηττός. Ger. Ein Berg in Attica bey Athen gelegen.] Stephano & Suidæ per diphtong, Mons Atticæ clariſſimus, ſemper florens, cujus mel Plin. ſcribit eſſe pretioſiſſimũ. Mart. lib. 14: Hactibi Theſeo populatrix miſit Hymetto Pallados à ſylvis nobile nectar apis.

Hȳmēttĭus, tĭa, tĭum, adjectivum. Ὑμήττιος Stephano. Quod eſt ex Hymetto monte. Plin. lib. 36. cap. 5: Lucius Craſſus orator, primus peregrini marmoris columnas habuit Hymettias. Erant autem columnæ ex Hymetto monte excilæ nam ex hoc monte pulcherrimum marmor effodiebatur.

Hȳope, ēs, Ὑόπη, Vrbs Matienorum (ſunt Martianorum) Gentile, Hyopeus, eus, ius, ites. Vellit ſunt ut Paphlagones. Steph.

Hȳops, ŏpis, Ὑώψ, Vrbs in Iberia Cheronneſi, non procul à Lebro fluvio. Inde Hyopus. Steph.

Hypacaris. Scylax fluvius.

Hȳpæ, ārum, Ὑπαί, Maſſilienſium inſula, una Stœchadum. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

Hypaelochitæ, ārum, Ὑπαιλοχῖται, Gens Moloſſica. Steph.

Hȳpæpæ, ārum, Ὑπαιπαί Stephano & Strabone, Lydiæ oppidum, quod occurrit à Tmolo monte ad Caÿſtri campeſtria ingredienti. Nomẽ eſt (ut inquit Stephanus) quoniam ſub Aepo monte ſita eſt. Veneri ſacra eſt, eò quod pulchræ fœminæ ibi viſantur. Ovid. de Arachne: Orta domo parva parvis habitabat Hypæpis.

Hȳpānis, pen. corr. [Ὕπανις. Ger. Ein fluß in Scythien.] Fluvius Scythiæ, ex magna palude profluens, ſapore dulciſſimo, donec ad quadrageſimum miliare miſceatur ei exigua fonticulus, Exampæum nominat Herodotus lib. 4. qui ſua amœnitate totum corrumpit Hypanim. Ovid. 15. Metamorph. Quid non & Scythicis Hypanis de montibus ortus, Qui fuerat dulcis, falſibus vitiatur amaris? ¶ Eſt & alter ejuſdem nominis fluvius in India, cujus meminit Strabo, lib. 15. Ad quem referri poteſt illud Propertii: Quantum Hypanis Veneto diſſidat ab Eridano.

Hypania, Ὑπανία, Triphyliæ civitas apud Strab. lib. 8.

Hypārchus, [Ὑπάρχος. Ger. Ein Landvogt oder Vorſteher eines Kriegsheer. Pol. Στρατοῦ ἡγεμών: item, hetman und Kriegsoberſter. Vng. Tiſzt tartó. Ang. That hath the overſight and charge in doing any thing.] Præfectus provinciæ vel exercitus, cujus poteſtas & autoritas ſuperiorem poteſtatem ũpnoſcit: unde eſt illi imperandi jus, & provinciam adminiſtrandi: quaſi ὑπ' ἄνακτος ἀρχόμενος. Ejuſmodi erant legati in exercitu, qui ſub imperatore rem gerebant: & provinciarum Præſides à Principe vel Senatu conſtituti.

Hypărā, ōrum, Ὑπαῖα, Aenienſium civitas, teſte Stephano. Sunt autem Aenienſes, Aetoliæ populi, Perrhabis finitimi, teſte Plin. lib. 4. cap. 8. ¶ Eſt item Hypata Bithyniæ regiuncula, ad Sangarium fluvium, teſte Stephano.

Hypătŏs, ŏnis, Ὑπανις, Phœnices fluvius, apud Melam. lib. 1. ¶ Hypatum item Græci Conſulem appellant, & Hypatiam Conſulatum, & Hypaticon Conſularem. Verum hæc, quòd noſtro inſtituto parum conveniant, ex Græco potiùs Lexico petenda relinquimus.

Hyparia, ōrum, Ὑπαρία, Mulier Alexandrina, Theonis Geometræ filia, & uxor Iſidori Philoſophi, quæ magno & frequenti auditorio varia diſciplinarũ genera in patria profeſſa eſt, Suidas.

Hypēnŏr, ŏris, Ὑπήνωρ, Trojanus, quem, teſte Homero lib. 5. Iliad. Diomedes in bello occidit.

Hypēnus, Ὑπεύς, Athleta qui primus diaulo vicit. Pauſan.

Hyperbŏrĕi, pen. corr. [Ὑπερβόρεοι. Ger. Mannsſtiſche Berg und Völcker, von welchen die Alten viel gedichtet haben.] Montes & populi Septentrionales: ita dicti quòd ſupra Boreæ flatum ſi ſi eſſe crederentur. Feſtus Hyperborei ſupra Aquilonis flatum habitantes dicti: quoniam humanæ vitæ modum excedant, vivendo ultra centetimum annum, quaſi ὑπερβαίνοντες ὅρους humani ſeculi. Ferunt magnam his de cœlo clementiam conceſſam eſſe, auras ſpirare ſalubres, nihil noxii flatus habere, domos eſſe nemora, victum arbores miniſtrare, diſcordiam neſcire, ægritudine non inquietari, ad innocentiam omnibus æquale votum eſſe, mortem accerſere, & voluntario interitu obeundi tarditatem caſtigare. Sed hæc fabuloſa ſunt. Diodorus oppoſitã Celtis Oceani accolis eſſe inſulam ſcribit, haud multò Siciliam minorem, va. de fertilem, & biferam: hoc eſt, bis quotannis fructus ferentem: habitatiq; ab his qui Hyperborei appellantur, eo quòd vento Boreæ ſunt expoſiti. Hyperborei, inquit Pomponius Mela, ſuper Aquilonẽ, Riphæosq; montes ſub ipſo ſydere cardine jacent, ubi ſol non quotidie ut nobis, ſed primum verno æquinoctio exoritus, autumnali demũ occidit: & ideò ſex mentibus dies, & totidem aliis nox uſq; continua eſt. Terra anguſta, aprica, perfe fertilis: cultores ſuſtinent & diutiùs quàm ullus mortalium & beatiùs vivunt, &c. Hactenus Mela. Plura de his vide apud Plinium lib. 4. cap. 12.

Hyperdexiŏn, ὑπερδέξιον, Regio Lesbi eſt, ubi Jupiter Hyperdexius, & Minerva Hyperdexia colebatur. Steph.

Hyperēchĭus, ὑπερέχιος, Alexandrinus grammaticus ſub Martiano principe, ſcripſit de nominibus & verbis, & de orthographia. Suidas.

Hypĕrĕē, ſive Hyperia, pen. prod. ὑπερέη, Fons Theſſaliæ, apud Plin. lib. 4. cap. 8. Meminit hujus fontis & Strab. lib. 9. qui eum in medio collocat Metalenſe, quod oppidum eſt Phæreorum in Theſſalia.

Hypĕrēsĭa, ὑπερεσία, Oppidum eſt Achaiæ propriè dictæ, cujus meminit Homerus in Catalogo, & Strabo lib. 9.

Hypĕrĭdes, ὑπερίδης, Athenienſis orator, æmulus Demoſthenis, juſſu Antipatri execta lingua interfectus. Plutarch. in vita Demoſthenis.

Hypĕrmnēſtra, [ὑπερμνήστρα. Ger. Die ſittſame aus den 50. Töchtern Danai.] Una ex quinquaginta Danai filiabus: quæ quum totidem Aegiſthi filiis nupſiſſent, nullaq; eſſent à patre prima nocte maritos interficere, ſola ex omnibus maritum ſuum Lynceum nomine ab infidis liberavit, qui poſtea Danaum occidit. Extat inter Epiſt. Ovid. una Hypermneſtræ ad Lynceum virtus.

Hypĕrion, pen. prod. [ὑπερίων. Ger. Die Sonn.] Hyperionis in genitivo, penultima concepta, ὑπὲρ ἰόντος, ἰόντι, quod eſt eo, à Poëtis uſurpatur pro Sole: quamvis alii Solis patrem eſſe tradant. Ovid. lib. 1. Faſtorum: Placat equos Perſis radiis Hyperiona tinctum. Diodorus ſcribit Hyperionα Saturni fratrẽ fuiſſe, Cœli filium, qui Solis & Lunæ, aliorumq; aſtrorum, horarumq; primũm fuerit cura, obſervatione ejus à ſe percepta, ejusq; noſcendæ ratione: cujus hortatu Hyperionis nomen ſolis: vel ut ipſorum naturæ contemplatorem. Cicero in Progneſt. Vequum Luna meatus Hyperionis efficit orbis. Inde hic adjectivum Hyperionius.

Hypĭus, ŏnis, Ὑπιος, vel Ὑπις. Vrbs eſt & fluvius, ſub Pontica Heraclea. Item Hypii montes ſunt, quorũ incolas Mylos eſſe ajũt. Gentile Hypianus. Steph.

Hypobārus, ri, ὑποβάρος, India fluvius, à Septentrione in Orientalem fluens Oceanũ, juxta quem Cretias montem ſylvoſum

veram esse tradidit, cujus arbores electum exudarent. Vide Plin. lib. 37. cap. 2.

Hypochalcis, ἡ Ὑποχαλκίς, Urbs Aetoliæ in Europa. Gentile Hypochalcideus, sive sub Chalcide mõte. Steph. in Hypochalcis & Hypothecæ. Vide CHALCIS.

Hypothebæ, αἱ Ὑποθῆβαι, vocatæ sunt Pomiæ in Bœotia. Alii oppidum quoddam esse quod à loci situ ita nominatũ, Steph.

Hypselis, ὑψηλίς, Vicus Aegypti, quem inhabitant Hypselitæ. Sunt etiam Hypseliæ in vico quodam Thraciæ. Steph.

Hypsẽnor, ὑψήνωρ, Fuit, teste Homero lib. 5 Iliados, filius Dolopionis, qui sacerdos Scamandri in tanto honore habitus fuit, ut tanquam divinum quoddam numen coleretur, adi deus quidã fuisse dicatur. Hic Eurypylus in bello Trojano interemit.

Hypsicratẽa, [ὑψικράτεια. Ger. Eine gutherzige Gemahlin des Königs Mithridates.] Mithridatis regis uxor, insigne conjugalis fidei exemplar, cui maritum à Pompeio victum audienti capillus exciderat, cui maritum à Pompeio victum audienti capillus, vestibq; habitu assumpto, per loca inculta, feraq; gentes, infatigato corpore, animiq; robore lequuta est.

Hypsipyle, ἡ Ὑψιπύλη, Lemni regina Thoantis filia, quæ quum reliquæ mulieres eius insulæ omnes viros ex cõmuni sententia occidissent, sola patrẽ servavit. Ob quam pietatem à Lemnio ejecta capta à piratis dicitur, & Lycurgo Thraciæ regi venditã quo liberaliter habita, & nutriendo filio ejus præposita est. Nam paulò ante fugam gemellos pepererat, quos cunicipit ex Iasone, quem in Colchos navigantem hospitio fecepterat & lecto excepterat. Postea quam Argivis ad Thebanam expeditionem profitescentibus, Lunginam fontem ostensura, Archemorum adumum simul deposuisset, ea absente adrepens serpens puerũ interemit: quo nomine quum à Lycurgo ad supplicii quæreretur, ab Adrasto, cæteriq; Argivis servata est. Vide Statium in Theb. & Ovid. in Epist. Heroid. Propert. lib. 2.

Hypsius pluvius, ὑψίος, Lycaonis filius, condidit Thyreum Arcadiæ urbem. Stephanus. Fit & Hypsus Arcadiæ urbs, Steph.

Hyrcãnia [ὑρκανία. Ger. Die Landschafft Asia gegen Mitternacht.] Regio Asiæ magna ex parte plana, & præclarissimis arcubus insignis, quarum celeberrimæ sunt Talebrota, Samariana, Carta, & Tapes: adeò autem fertilis & opulenta, ut vitis vim mercedem ferat, & ficus sexaginta modios ficorum fomentum ex semine nascatur quod cadit ex culmo, in arborem ibi nascitur, perfluat mel ex oliis. Dicta Hyrcania, ab Hyrcana Sylva, quæ Scythiæ subjacet. Habet ab Oriente mare Caspium: Meridie Armeniam à Septentrione Albaniam ab Occasu Iberiam. In ea regione pantheræ, pardi, & ogres abundant: quum sylvis alioqui sit.

Hyrcãnus, ὑρκάνιος, ὁ, num, ἡ, ὑρκανὶς in Mare Hyrcanũ. Mar de Bacco, hominis Hyrcani. Hieronymus: Hyrcani volucribus & canibus semivivos projiciunt. Virg. 4. Aeneid. Hyrcanæq; admorunt ubera tigres.

Hyreus, [ὑρεύς. Ger. Der nach seiner Gattin in Bœotia, welcher Neptunum beherberget hat: und seine bergegen auff seinen wunsch mit einem jungen Sohn begabt haben.] Rusticus quidam Bœotius, qui quum Iovem, Mercurium, & Neptunum hospitio fuisset excepisset, jussus petere quicquid vellet, max voti cõpos factus: respondit se quidem nihil æquè cupere ac liberos, illam uxorẽ tamen dixisse nolle. Quo intellecto, tres dii in bubulã tergus, quod ille juvenco detraxerat, quam Iovi recẽs immolaverat, lotium reddidere: ex quo decimo ocnsle natus est puer, quem Urinãtor (hoc est hyrinam, Virinem vocavit: qui postea primæ literæ mutatione Orion dictus est.

Hyria, ἡ Ὑρία, Insula est Ionii maris, ante Peloponnesum, alio nomine Zacynthus dicta. Autor Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Fuit præterea Hyria Bœotiæ oppidũ in agro Tanagræo, autore Plin. lib. 4. cap. 7. & Strabone lib. 9. ¶ Item aliud in Iapygia, à Cretensibus condi tum, cujus meminit Herod. lib. 7.

Hyrmine, ἡ Ὑρμίνη, Oppidum in ea parte Achaiæ propriè dictæ, quæ Bœotiæ agro proxima est. Autor Plin. lib. 4. cap. 5.

Hyrnithium, ὑρνίθιον, Parva regio in Epidauro, cui nomẽ dedit Hyrnitho, filia Temeni. Gentile Hyrnithios. Steph. ex Pausania lib. 2.

Hyrtacus, ὑρτακὸς, Oppidum Cretæ, apud Stephanũ. ¶ Fuit præterea hoc nomine Trojanus quidam ex Idamonte, pater Nisi unius ex comitibus Aeneæ, qui à nomine patris Hyrtacides appellatur à Virg. lib. 9. Aen.

Hysiæ, ὑσιαὶ, Insulæ parva & magna Aethiopũ Insulares Hysiæ. Stephanus.

Hysbe, es, ἡ ὕσβη, Lydiæ oppidum, apud Stephanum: à quo deducuntur gentilia Hysbeus & Hysbiea.

Hyscana ὑσκάνα, ἡ, Vrbs Illyriæ: gentile Hyscanius, Stephan.

Hysiæ, æ, vel Hysiæ, arum, ὑσίαι, ὧν, ἡ, Bœotiæ oppidum, colonia Hyræotum, à Nisoa Anthoris patre condita: de hac Thucydides, lib. 3. Elt & alia regio Isdes Parthorum. Gentile Hysiæus. Ellirem vicus Argivus Thucydidis. Characi vero civitas. Vnde Hysiates, tis. Item Arcadiæ urbis denique Rhysia, forte Hysiæ urbs Bœotiæ, Stephanus. Vide ITEA & TEA.

Hystaspes, ὑστάσπης, Darii Persarũ Regis filius ex Atossa Cyri filia: cujus meminit Herodotus lib. 7. ¶ Fuit & ante hũc alter eodẽ nomine, Arsamenis filius, & Darii pater: de quo idem Herodot. lib. 1.

Hytenna, ἡ ὕτεννα, Vrbs Lyciæ. Steph.

Hytimatæ, ὑτιμᾶται, Populi juxta Lyburnos & Cyopios. Steph.

Hyttẽnia, ὑττηνία, Vide TRIPHYLIA.

I

IAbe, ἡ Ἰάβη, Filia fuit Atlantis, soror Majæ, matris Mercurii, de qua Homerus lib. 14 Odyss. ¶ Item Ia, Ἰά. Graci vocant violas, unde lactuca vestis vide infrà.

Iaboch, Fluvius, oriens prope Rabbath Metropolin Ammonitarum, & confluens in Jordanem infra Mare Galilææ, in cujus fluvii ripa Jacob cum angelo luctatus est. Gen. 32.

Iacchus, ὁ Ἴακχος, Nomen Bacchi, ab ἰαχὼ, clamo, canto, vociferorum qui Baccho sacrificabant, ululatibus & clamoribus omnia implere solebant. Virg. Aegl. 7. Populus Alcidæ gratissima, vitis Iacchо ¶ Ponitur quãdoq; pro vino. Virg. 6. Aegl. Inflatum hesterno venas, ut semper, Iacchо.

Iacob, [יעקב Iebekõ.] Lat. athleta, & exercens se dicitur, quã appellatione primùm habuit, quũ præclaris operationibus multos propriè ante labores ferebat. Quum autem primo luctando exerceret & speculationibus frueretur bonis, tum Israël ipse Deus appellavit, æterna præmia, beatitudinemq; ultimam, quæ in visione Dei constitit, ei largiens. Hominem enim qui Deum videat, Israël nomen significat.

Iacobus pen. prod. [יעקבי Iakobi Ioseph.] Nomen proprium quatuor Syllabarũ. Claud. Quod facetas versus dux Iacobe mens? Nomina enim propria apud Hebræos (sicut Priscianus docet) in fine acutum accentũ habent, quæ more Latino declinata, eundem retinent, & penultimam producunt ut, Adam, Adamus, Ioseph, Iosephus.

Iader, neutri generis, [ἰάδερ. Ger. Ein Haff auf der Meerfahrt der Seen Zara.] Havius est Illyrici, in Adriatici maris declivitate, juxta quem oppidum est Iadera. Lucan. lib. 4: Et tepidum in molles Zephyrus excurrit Iadera.

Iadera, quæ & Iader, neutro genere, ἰάδερα Ptolemæo. Vrbs est Illyrici nõ procul ab Apsilunia & Salona. Pomp. lib. 2. Iaderaq; meminit & Plinius in descriptione Liburniæ. Vulgò Zara.

Ialta, ἰάλτη, Vrbs Siciliæ, Steph.

Ialchilever, ἰαλχάδιοι, Populi Libyæ.

Ialmenus. Vide supra AYCALAPHVS.

Ialysus, ἰάλυσος, Oppidũ in Insula Rhodo, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31. Et Pomp. Mela: In Rhodo, inquit, tres quondam urbes erant, Lindos, Camiros, Ialysos. Ialysus autem hæc ipsa est, quæ Trichinas olim dicta fuit, hi qui in Creta fuêre, cognomines, maleficum genus hominum, & præstigiis infame.

Iamblichus, ὁ Ἰάμβλιχος. Ger. Ein gelehrter Philosophus in Syria.] Pythagoricus philosophus è Chalcide Syriæ fuit. Porphyrii discipulus, qui tempore Constantini Magni floruit: sub quo brevi tempore tantum profecit, ut secundas post præceptorem Romæ obtineret, nec ab eo quicquã differre videretur doctrina: nisi quòd ille melior fuit scriptor, candidiorq; orationis, hic paulò durior habebatur. atq; ut de Xenocrate Plato dicebat, venere dicẽdi carebat. Morib. adeò probatus, ut ejus vitæ abstinentia, modestiaq; ea tempestate nemo cognita fuerit. Hujus meminit & Hieronymus.

Iambrasus, ὁ Ἰάμβρασος, Samus à fluvio sic dicta, Steph.

Iamesais, ἡ Ἰάμησις, Arduarũ est mons Britanniæ, in quod illabitur flavius ille, quẽ Temesim Cæsar vocat. Plin. lib. 2. cap. 3.

Iami, ἰάμοι, Populi Scythiæ. Steph.

Iamnia, ἰάμνια, Oppidum Phœnitiæ. Strabo vinum esse scribit, ab Iamno ad Carmelum, aut quòd Iamnos Græci vocant humidos & floridos locos: gentile, Iamnites pro Iamnites.

Iamno, onis, Oppidum insulæ Balearicæ minoris: quæ duo olim habuit oppida, Iamnonem, & Magonem, teste Plin. lib. 3. cap. 5. & Pomp. Mela ad Eucm. lib. 2. Ptolemæus Iamnam, ἰάμνα, nominat.

Iana, Fanum dictæ fuit, quæ postea præposita litera d, Diana appellata est, teste Nigidio.

Ianaira, ἰανείρα, Nympha dicta est, à suaviter regendo, ἰανὸς, lætus, ὀνάσσω, regno, impero.

Ianulium, Oppidũ Celticæ gentis in Hispania citeriore. Pomponius Mela, lib. 2.

Ianiculum, Oppidum fuit in Ianiculo monte trans Tyberim: ita dictum à Jano condĩtore, ut quidam putaverunt: vel quòd tanquam Janus esset Romanis in Hetruriam proficiscentibus. Virg. 8. Aen. Hæc cum præterea disjectis oppida muris. Reliquias, veterumq; vides monumenta virorum: Hanc Janus pater, hanc Saturnius condidit urbem: Ianiculum hic, ille fuerat Saturnia nomen.

Ianira,

Ianira, pen. prod. Ἰάνειρα, Nympha nomẽ, Oceani & Tethyos filia. ἀπὸ τοῦ ἰάινω καὶ ἀνὴρ: huc etiã, à viris demulcendis. Hesiodus in Theogonia.

Ianoe, oppidum non procul à Iordane à Samaria dißtat duobus milliaribus versus ortum brumalem. Ios. 16.

Ianthe, Ἰάνθη, Puella fuit Cretensis, ex Phæstio oppido. Telestę filia, uxor Iphidis, qui pio nuptiarũ die ex fœmina mutatus est in marem. Ovid. lib. 9 Metam. Ternus interea decimo successerat annus, Quum pater Iphi tibi flavam despondet Ianthen, Iuter Phæstiadas quę laudatissima forma Dote fuit virgo, Dictæo nata Telestę.

Ianus, Ἰανὸς, Ab hiatu dictus est, detracta aspiratione: quę quidam Solem putant: ideoq; geminũ, quasi matutinũ & januæ cœlestis potentẽ, qui exortũ aperiat, occidens claudat. Alii Iunũ mundũ id est, cœlum interpretantur, quasi Eanũ ab eundo, ut inquit Cic. lib. 2. de Nat. deorũ. eò quòd mundus semper eat, dũ in orbẽ volvitur, & ex se initiũ faciens in se referatur. Hunc & bifrontis pingunt: duas enim facies habere dixerunt, alteram suo loco, alteri à tergo, eò quòd annus ex se initiũ facit, finit occurrat: vel quòd præterita teneat, & futura prævideat: seu quòd superorũ & inferorum janitor existeret. [Ger. Der Gott Janus / mahlt gemahlet mit zweyen Angesichten vom obersten gewendet: sein Ernst ist Rom stets offen so lang vnd sie krieg führet: zu seiten aber mahlt er beschlossen.] Huius templũ erat Romæ ad infimum Argiletũ, à Numa Pompilio positũ, quod tempore belli patebat, tẽpore pacis claudebatur unde Paulus & Clusinus cognominabatur, ut autor est Servius. Constat aũt templum hoc ter fuisse exustum. Primum regnante Numa: iterũ post bellum Punicũ secundum: tertiò post bella Actiaca, quæ confecit Augustus: quo tempore pax quidem fuit, quantũ ad exteras pertinet gẽtes: sed bellis flagravere civilibus Romani. Huius aũt claudendi vel aperiendi templi ratio varia est. Alii dicunt Romulo cõtra Sabinos pugnante, quib jam propè vincerentur, colũbã aquã ex eodẽ loco emisse, qua fugavit exercitum Sabinorũ. Hinc ergo tractũ morem, ut pugnaturi aperirent templum quod in eo loco tuerat constitutum, quasi ad spem præsidii auxilii. Alii dicunt: Tatium & Romulũ tacto fœdere hoc templum ædificasse. Vnde & Ianus ipse duas facies habet, ut ostendat duorum regum cognitionem: vel quòd ad bellum cautos æquum sit de pace cogitare. Alii alia meliori ratione, quòd ad præsentia, ejiciant revelatione. Hunc alii quadrifrontem fecerũt, ob quatuor mundi cardines, & Ianũ quadrigeminum vocitarunt: & Iunonũ, quasi Calendarũ principem: Calendæ enim sunt Iunoni dicatæ. ¶ Ianus præterea erat locus Romæ, ubi fœneratores consitebant exegisse Sabinæ: quorũ in eo Iani simulachra collocata videbantur. Ovidius: Qui puteal, Ianũq; timet, celeresq; Calendas. Horat. in Epist. hæc Ianus summus ab imo Prædicat. Suet. in Domit. Ianos, ἀψῖδας, arcusq; cum quadrigis, & ioliguibus triumphorũ pertegiones urbis extruxit. ¶ Ianus antiquissimus Italiæ rex, quę gentem faciem præcultisse ferunt: quod ad regis prudentiã, tolertiamq; referendum est: qui & præterita noverat, atq; prospiceret futura: unde etiã bifrons dicitur. Hic Saturnum à filio fugatũ è Creta, classeq; in Italiam advectũ, suscepit hospitio: & quoniã ab eodem rurali agriculturã edoctus est, regni partẽ illi concessit, amboq; una regnarunt concordes. Vtriusq; oppida cõmuni opera condiderunt. Romani, ut dictum est, hunc omnibus Ianuis præesse credidere: unde & clavigerũ ipsum vocarũt. Eum aũt primum in Italia dis templa fecisse, ritusq; sacrorum instituisse, atq; ob id eum in sacrificiis præfationem meruisse perpetuam, autor est Macrob. lib. 1. cap. 7. & 9.

Ianuālis, le, adjectivum à Ianus: Iana ianua virgo. Ovid. 2. Fast. Virgaq; Ianualis de spina sumitur alba. Quæ lumẽ thalamis parva fenestra dabat. Ianalis porta quę & belli porta vocabatur Romæ, à Iano dicta, ubi & potirũ ejus signũ dicitur. Hanc Numa ea lege instituit, ut esset clausa semper, nisi quũ bellum foret.

Ianxtaris, Ἰανξταρὶς, Vrbs Libyæ, gentis Ianxuantes. Steph.

Iapetus, pen. corr. Ἰαπετὸς, Cœli & terræ filius: ut inquit Hesiodus: vir quidam potens apud Thessalos, sed præterea in genio, magisq; filiorum, quàm sua virtute clarus. Ferũt hunc Asiam nympham uxorem duxisse, & ex ea Helperum, Atlantem, Epimetheum, & Prometheum suscepisse. Valer. Flac. lib. 1. Iapeti post bella trucis, Phlegræi, labores. Hunc quidam Prometheo patrem fuisse asserunt. Ovid. 1. Metam. Sive recens tellus, seductaq; nuper ab alto Aethere, cognati retinebat semina cœli, Quam satus Iapeto mixtam fluvialibus undis, Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum. De Prometheo loquitur. ¶ Iapeto antiquior, πρεσβύτερος Ἰαπετοῦ. Dere antiquissima dixit Lucianus.

Iapygium promontorium, Actam Iapygiam, ἄκρον Ἰαπυγίαν, cũ Græcis nominat Plinius: extremũ Salentinorum promontorium est, quò quam longissimè in mare excurrit Italia. Vulgò Capo de S. Maria de Terra de Otranto. Vide Plin. lib. 3. cap. 11.

Iapygia, æ, Ἰαπυγία. Ger. Das Land so jetzund ist Apulien in Italien in der Adriatischen Meers nähe ein halbe Insel gelegt: hat zur linge Terra d'Otranto. I. Reg. 10 est in finibus Italiæ, in Chersonesi formam cocta, cujus isthmus à Tarento Brundusiũ usq; extenditur. Alio nomine Messapia dicitur. Autor Strab. lib. 6. Servius in illud Virgilii: Ille urbem Argyripæ patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis arvis. Iapygia, quæ pars est Apuliæ, in qua mons est Garganus, qui usq; ad mare Adriaticum extenditur. Quod si verum est, longè majores sunt Iapygiæ fines, quàm quos modò ex sententia Strabonis descripsimus. Nam Garganus mons multis passuum millibus extra jam dictam peninsulam situs est. Dicta est autem Iapygia ab Iapyge Dædali filio, ut tradit Solinus in Polyhistore.

Iapyx, Ἰάπυξ. Ger. Der Wind so von der Sommere Nidergang herwehet. Gland. Nordwestwind.] Ventus est ab occiduo-hiberali spirans, qui alio nomine Caurus dicitur, teste Gellio lib. 2. Noct. Att. Dictus Iapyx à Græcis, quòd ab Iapygia spirare videatur: quare & commodissimus est ex Italia in Græciam navigantibus. Horat. li. 1. Carm. Ode 3. Sic te diva potens Cypri, Sic frater Helenæ, lucida sydera, Ventorũq; regat pater, Obstrictis aliis, præter Iapyga.

Iāpis, Ἰάπις, Nomen proprium cuiusdam Actoli, qui quũ in Venetiam venisset, oppidum de suo nomine condidit: in qua ea pars Italiæ, quæ Timavo fluvio irrigatur, Iapide dicta est. Quin etiã Timavũ ipsum ab hujus nomine lapidẽ cognominat. Virg. 2. Georg. Cattella in tumulis, & Iapidis ara Timavi.

Iarbas, Ἴαρβας, Getulorum rex, qui quum Didũ ambiret nuptias, ab ea repulsus, nascenti adhuc Carthagini bellum intulit: quod quum Pœni propulsare non possent, regnum suum eò adegerunt, ut nuptias suas pacem redimeret. Quod quum illa aliã ratione effugere non posset, simulat se ante Sichæi (id defuncti etiam nomẽ erat) manes placare velle. Eam rem ad rem imperato spatio, pyram ingentem extruxit, cui superimpositos, suis sibi manibus necem consciscit.

Iarchas, Ἴαρχας. Philosophorum Indiæ princeps, qui in sella aurea sedens apud suos, sapientiam profitebatur. Vide Philostratum in vita Apollonii Tyanei.

Iardanus, Ἰαρδάνης, Fluvius Lydiæ.

Iasius, Ἰάσιος, Pars Illyriæ dicitur etiam Ionica, incolæ Iatæ. Steph.

Iasi, Nomen civitatis quæ omnium Rubro mari, ubi cõ terminus Mosyllarum promontorius.

Iāsis, Ἰασὶς. Dicta eõ Atalanta ab Iasio patre. Propertius: Atq; animum duræ contudit Iasidos.

Iasius, Ἰάσιος, Filius fuit Abantis Argivorũ Regis, frater Dardani. Nam Dardanus, inquit Servius, & Iasius fuerunt ex Electra filii. Sed Dardanus de Jove Iasius de Corito procreatus est. Hæc Servius apud Virg. 3. Aen. Hinc Iasiadæ, Iasidæ, & Iasis vocatur Atalanta ejusdem filia. ¶ Fuerunt & alii eiusdẽ nominis unde Iasides Palinurus, apud Virgi. 5. Aen. Et Iapis Iasides, apud eundem, lib. 12.

Iasion, onis Ἰασίων, quũ Diod. lib. 6, etiam Iasiũ appellat, Jovis & Electræ filius, qui accò a Cerere admissus est, ut in ejus gratiam ad nuptias Harmonides ipsius Iasii sororis, messionũ & frumenti & pecudis copiã attulerit, atq; ex eo Plinius peperisse, qui cultũ vitæ instituere, pecudesq; coercere, atq; in usus cudendi nummi primus docuit, quũ antea pecora congregandæ, servandæq; pecuniæ fuisse cura. Alii addunt fabulæ, eum postea à Jove ex invidia fulmine ictũ, quamvis non desint qui aliam mortis causam afferant, quòd Minervæ vim attulerit, quòd ejus connubia affecerit. Hunc quoq; alio nomine Actionem vocant, Ovid. lib. 9. quæritur caneficere nutrem Iasiona Ceres, etc.

LAVINIUM, [Græcis Steph. Ἀουίνιον Strabonis. Germ. Ein Statt in der Landtschafft Latio, die Aeneas gebawen hat.] Vrbs tuic in Latio, ab Aenea condita, & à nomine Laviniæ uxoris ita appellata. Cujus rei tellis est Liv. 1. ab Vrbe Aeneâ (inquiunt) apud Latinum fuisse in hospitio tradunt. Ibi Latinum apud Penates deos domestricam publico adjunxisse fœdus: filia Aeneæ in matrimonium data. Ea res utriq; Troianis Italisq; affinitate tandem habuit, certaq; sede finiendi erroris. Oppidum condunt, Aeneas ab nomine uxoris Lavinium appellat.

Lauinēi Tullius, Ciceronis libertus fuit, cujus extat nobile de aquis Ciceronianis epigramma apud Plin. lib. 31.

Lauīnēnsĕs, [Germ. Eines Statts Volck so Romulus und Remus gejaget und auffgezogen hat; welche dienen sie ein offne Mäl mit Milch gesäuget worden.] Vxor Faustuli fuit, pastoris Amulii, qui Romulum & Remum expositos nutrivit: & quoniam in omnibus prostituebat, lupa dicta est: & hinc locus datus est fabulæ, Romulum & Remum à lupa esse nutritos. Hanc aliqui Larentiam vocant: festaque in honorem ejus instituta, Larentinalia.

Laurentā, Ἀουρεντῶα. Feriæ erant in honorem Aceæ Laurentiæ instituæ, quæ nutrix fuit Romuli & Remi: cui sacerdotes in velabro sacrificabant, teste Varrone lib. 5. de ling. Latin. Laurentalia (inquit Festus) Laurentiæ conjugis Faustuli, & nutricis Romuli & Remi fuit.

Laurentes Modò gentile nomen est, Λαυρεντῖνοι. Virg. 12. Aeneid. Ipsi Laurentes mutati, ipsique Latini. Idem 7. Aen. Laurentis regia Pici. ¶ Modò denominativum omnis generis. Virg. 12 Aeneid. Te quoque Laurentes viderunt Aceïe campi. Oppetere. Idem ad Bolgium. Laureus habet ora Mimanta. Idem lib. 7. postquam Laurentia victor, Geryone extincto, Tyrynthius attigit arva.

Laurentum, Civitas Latii, non procul à Lavinio: ita dicta à sylva laurea, quæ exsita ædificata est. Vel (ut inquit Festus) à lauro ibi primùm inventa, dum Picus eam conderet. Hinc Laurentes populi dicti sunt.

Laurēōlus, Poëtis creditus fuisse latro sceleratissimus, eoque nomine in crucem sublatus, & à feris devoratus. Quæ fabula aliquoties Romæ in spectaculis repræsentata est. Iuven. Laureolum velox etiam benè Lentulus egit, Iudice me, vera ciconus cruce. De Domitiano quoque memoriæ prodium est, hanc fabulam repræsentantium nocentissimũ quendam, ultimo supplicio damnatum, in crucem ex pijussisse & immissa ursa dilacerandum: ita rei veræ, non fictæ, spectaculum populo exhibuisse. Martialis in Amphitheatro Cæsaris: Qualiter in Scythica raptatus rupe Prometheus Assiduam nullo pectore pavit avem: Nuda Calydonio sic pectora præbuit urso Nõ falsa pendens in cruce Laureolus.

Laurīōn, Λαύριον, Locus in Attico montanis, mare spectans, argentifodinis nobilitatus: cujus meminit Thucyd. lib. 8. & Peloponnesiaci lib. 2. & 6.

Laurolavinium, Λαυρολάβινον, Vrbs Latii proxima Laurento.

Laus, Lai, dicitur dissyllaba, Λαὶς, Fluvii nomen est in finibus Italiæ, agrum Bruttiorum à Lucanis dirimens: cujus meminit Strabo lib. 6. & Ptolemæus lib. 3 cap. 1. ¶ Est & alter ejusdem nominis fluvius in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari proxima est, per Apolloniatarum agrum in mare effe evolans: idem (opinor) cum eo quem Plin. Aeantem appellat. Vide Ptolem. lib. 3. cap. 13.

Lausīnĭă, Allobrogum Vrbs, ad lacum Lemanum sita. Vulgo Lozanne.

Lausŭs, Filius fuit Numitoris, & frater Iliæ Sylviæ, quæ Amulius patruus fugato patre occidit. Ovid. 3. Fastor. ¶ Alius fuit Mezentii filius, quem Aeneas interfecit, quum patrem vulneratum defenderet. Virg. lib. 10. Aeneid.

Ingemuit chari graviter genitoris amore,
Vt vidit, Lausus, lacrymasq; per ora volutæ.

Lautŭlæ, arum, Locus fuit in urbe Romana, non procul à lano gemino: à lavando dictus, quòd aquas calidas haberet. Autor Varro lib. 4. de lingua Latina.

Lăvĭs, Pompeja, Italiæ Transpadanæ oppidum, à Bois conditum: teste Plin. lib. 3. cap. 17. Vulgo Lode.

Lāzi, Λαζοὶ, Stephano, Populi sunt Themiscyræ regionis, ad Pontum Euxinum. Vide Plin. lib. 6. cap. 5.

L. ante E.

Lea, insula juxta Cretam, una Sporadum: cujus meminit Plin. lib. 4. capite 12. ¶ Item oppidum Syrtitarum, qui sunt populi in ea Africæ parte, quæ finum Arabicum spectat. Vide Plin. lib. 6. cap. 29.

Lĕārmi, Icorum Athenis non ignobile, ob iram canum Harmodio, & Aristogitoni familiare. Hanc memoriæ proditum est, ad necem usq; ac tyrannis excruciatam: mulieris tamen tormentis addact: postillæ ut tyrannicidarum consilia patefaceret. Quamobrem Athenienses & honorẽ habere ei volentes, nec tamen eorum celebrare, animal nõ nisi canis fecere: atque ut intelligerent canis honoris, in opere linguam addi ab artifice voluerunt. Autor Plin. lib. 34. cap. 8.

Lĕāndĕr, [Λέανδρος. Germ. Ein frembder Jüngling zu Abydos in Asia: so seinen halben gar lieb vber das eng Meer schwam.] Iuvenis nomen ex Abydo Asiæ oppido, in litore Hellespontiaco, qui quum Erũs puellæ amore captus esset, quæ in opposito littoris oppido Sesto habitabat, noctu ad eam trajinabat. Quod ubi aliquoties non infeliciter cessisset, jam audacior factus, quum maritimido, & impacato se commisisset, vi ventorum, fluctuumq; victus, in Hellesponto submersus est. Fabulam hanc elegantissimo carmine apud Græcos prosecutus est Musæus: à quo Ovidius mutuatus est argumentum epistolarum Erũs ad Leandrum, & Leandri ad Erõ.

Lĕārchus, Λέαρχος, Athamantis & Inûs filius, quem pater furore correptus occidit. Quod quum vidisset Ino, amens Melicerto altero filio, in mare se præcipitavit atq; illa quidem in deam maris mutata est, quam Graci Λευκοθέαν, Latini Matutã vocant: Melicertes autem in Deum marinum, quem Graci Παλαίμονα, Latini Portunum vocant. Ovid. lib. 6. Fast. Tuq; cadis patria parve Learche manu.

Lebadia, sive Lebadea, pen. prod. Λεβάδεια, Vrbs Boëtiæ est non procul à Chæronea, & Orchomeno, nullam antiquã genuus talpam. Plin. lib. 8. cap. 38: In Boëotia Lebadia illata, ipsum ipsum fugerunt, quæ juxta in Orchomeno tota subruunt arva. talpæ quarum è pedibus cubicularia vidimus strigula, adeò ne religio quidem à portentis submovet deorum.

Lĕbĕdŭs, pen. corr. Λέβεδος Suidæ, Ioniæ civitas est à Colophone centum viginti stadia distans. Hic scenicorum histrionum collegium fuit, quæ in honorem Liberi patris ludicra certamina quotannis celebant. Horat. lib. 1. Epist. Sciis Lebedus, quàm sit Gabiis desertior.

Lĕcānthus, Λέκανθος, Insula est una Sporadum, non procul à Patmo, teste Strabone lib. 10.

Lĕchæum, Λέχαιον, Portus est Corinthi ad sinum Crissæum sive Corinthiacum, qui illinum Peloponnesi ad Occidentem alluit. Nam alterum, qui situs Saronico ab Oriente alluitur, Schœnicum appellant. Papinius: Curva Palæmonio secludirunda Lechæo.

Lĕctum, Λεκτὸς Homero, vulgò Sarpedon, Asiæ promontorium est, ad Idam montem pertinens. Troademq; determinans ab Aeolide Autores Plin. lib. 5. cap. 30. Strab. lib. 13.

Lēdă, [Λήδη. Germ. Ein Hausfraw Tyndari des Lacedemonischen Königs: welche Jupiter in gestalt eines Schwanen beschlaffen hat.] Tyndari Lacedæmoniæ regis uxor fuit, quam quum Jupiter adamaret, transformatus in cygnum, cum ea concubuit. Ex quo congressu Leda duo peperit ova: ex quorum altero nati sunt Pollux & Helena, ex altero Castor & Clytæmnestra. Ovidius in Epist. Helenes ad Paridem: Dat mihi Leda Iovem cygno decepta parente.

Lĕgerdă, Λεγερδὰ, Vrbs est Armeniæ majoris, in Euterena regione, non longè ab Euphrate fluvio. Ptolemæus libro 5. capite 13.

Lĕĭtus, Λεῖτος, Vnus ex quinq; Bœotorum ducibus qui ad Trojam profecti sunt, teste Homero lib. 2. Iliad.

Lĕlāntus, fluvius est Euboeæ insulæ, apud Plin. lib. 4. cap. 12.

Lĕlĕgĕs, pen. corr. Λέλεγες, Asiæ populi fuerunt, origine Græci: ita dicti quasi Λελεγμένοι, eò quòd diversis locis collecti essent. Hi primùm insulas tenuerunt: indeque in continentem transgressi, partim in Mysia ad Adrumetinum sinum consederunt: ubi & Homerus majorem Lelegum partem videtur collocare: partim in ea Ioniæ tractu, qui Cariæ est proximus: unde etiam Plinius tradit Miletum Ioniæ totius caput Lelegeida olim fuisse appellatum. Ovid. lib. 9. Metam. Caras & armiferos Lelegas, Lycumq; peterat. Lelegum originẽ nonnulli ad Thessalos referunt: è quibus est Servius, explicans illud Virg. 8. Aen. Hic Lelegas, Carasq; sagittiferosq; Gelonos Finxerat. Plin. verò lib. 4. cap. 7. Lelegas olim appellatos fuisse ait, quos postea Locros Epicnemidios nominatos, per quos Cephisus amnis in mare illabitur. Eustathius Λέλεγας multis exlocis exulasse existimat, atq; inde eum nomen accepisse: quod etiã non obscurè innuit Strabo lib. 7. Aristote-

M les an-

lesaunt Lelegum appellationem ad Lelegem quendã Leucadium refert, cujus nepotem ex filia nadit fuisse Teleboam.

Lelegum Vrbs, Λελεγων πολις, In Scania est, Megalopolis posnea, tertio Aphrodisias dicta, Steph.

Λελεγεις, Olim vocabatur Miletus urbs Cariæ ab inhabitatoribus, Steph.

Lemānnōnīus, Sinus in Septentrionali Britanniæ parte collocatur a Ptolemæo lib. 2 cap. 3.

Lĕmānīus pen. prod. [Λεμανιος. Vulgò Lac de Leuse. Germ. Der Lefanner oder Genffer See.] Lacus est Allobrogum, Genevam & Lausannam urbes alluens, Rhodanumq; fluvium impermixtis aquis transmittens. Lucanus lib. 2: Defecruere cavo tentoria fixa Lemano.

Lēmnus, [Λημνος. Germ. Ein Insel im Xenischen Meer, heist jetzt Stalimene.] Insula est maris Ægæi, Thraciam à Septentrione, ab Occasu Athon montem habens fabulosis Vulcani cultu nobilitata. Eadem & Hypsipyle dicitur, à filia Thoantis ejusdem nominis, quæ in hac insula regnavit.

Lēmnĭus, nia, nium, adjectivum: ut Lemnia turba, apud Ovidium in fast. Sava Lemnia apud eundem 5. Trist. Lemnia mala, Λημνια μηλα, id est, ingentia, & immania: qualia Lemnum a Bacchi de cantur. Item & Lemnia manus, Λημνια χειρ, dicemus pro nefaria, impia, crudeli.

Lemnĭa terra, quæ in Lemno insula effoditur. Ejus tres à Galeno enumerantur species, quarum una fullonibus in usu est, ad extergendas vestes: altera fabris, quæ à Græcis μισυ, à Latinis tubitia vocatur: tertia medicis, quæ à Græcis σφραγις Λημνια hoc est, sigillata Lemnia appellatur, ab imagine capræ (ut vult Dioscorides) aut cervæ Dianæ, (ut mavult Galenus) quæ illi imprimi colet. Effoditur autem hæc terra non Lemno tantum in quavis parte ejus insulæ, sed tantùm in colle quodam Mesogæi sibi civitatis imminente, quem etiam Vulcano ipsi factum fuisse fabulantur, eo quòd is à monte de cælo deturbatus in colem illum feratur decidisse. Cujus fabulæ occasionem præbuisse eo loci eius colet, & feribuas. Nam & exusta sunt humus est, & nullam omnino plantam gignit. Hæc autem terra quo pacto solet præparari a sacerdote Dianæ, vide Galenum lib. 9. de Facultat. simpl. medicament. numeritò reprehendit Dioscoridem, qui putavit terræ nativum lucrum sanguinē admiscere. Hodie Septuaginta pro terra Lemnia sigillata quam appellant. Quicquid enim terræ Lemniæ quotannis colligitur, ad Turcarum principem defertur, neque ullatione ad nos pervenire potest, quibus de nostros principes, cotidiè legatos, aliquot orbiculis interdum donare.

Lemures & Lemuria, Vide in APPEL.

Lēnæus, [Λεναιος. Germ. Bacchus der trouben Herrgott.] Vel ex Bacchi cognominibus, Διονυσος ληναιος hoc est, a torcularibus, sive lacu impositum, Virg. lib. 2. Georg. Huc pater ô Lenæe tuis hic omnia plena Muneribus.

Lentŭli, Λεντλοι, ex nobilissima familia Romæ, ita cognominata à lente, ut Ciceronis à cicere. ¶ A' quibus vicesima Lentulitas, deflexit. Cic. lib. 3 Epist. pro nobilitate Lentulorum: Vtinam (inquit) Appiorum tatem, aut Lentulorum tatem valere apud me plus, quam ornamenta virtutis existimas?

Lentŭlus, Λεντλος, regio Pisarum (monte Steph.) civis Lenæus, Locus non integer videtur.

Lĕo, Λεων, Byzantius philosophus fuit, auditor Platonis, qui Philippo Macedonum regi infesta patriæ, sive arma inferenti occurrens: O te, inquit, Philippe, quæ causa te impulit ad oppugnanda patriæ nostræ mœnia? Quumq; Philippus respondisset, amore patriæ illius esse impulsum, ut ea potiretur. Atqui, inquit, me hoc amantibus instrumento non est opus. Postea verò quam Philippus Byzantium diu frustrà obsedisset, relicto Leonis operi bello, ut illum apud suos invidiam vocaret, literas eũ apud cives calumniatus est, proditorem patriæ appellans, scripsitq; sibi ab eo urbem venalem esse oblatam, & potuisse jam urbe potiri, nisi tempestivè esset victoriam festinari. His itaq; literis Leo apud cives suos in suspitionem adductus, quum domum suam arctissima custodia observari videret, laqueo vitam finivit.

Lĕŏnātus, Λεοναρος, Vir nobilis ex Alexandri ducibus, Philippi ex materno genere consanguineus, unà cum Alexandro educatus. De quo vide plura apud Suidam.

Leochāres, Λεωχαρης, Nobilis Statuarius fuit, unus ex iis qui Mausoli regis Cariæ sepulchrũ cælaverunt. Plin. lib. 35. cap. 5.

Lĕocrătēa, Λεωκρατεια, Monumentũ ab Athenienfibus in Melitio Ceramico erectum. Nam quum Attica universa maxima fame laboraret, unanimi; hoc ab oraculis ostenderetur malo cessaturum, si quis liberos suos immolaret: inventus est Leos quidam Orphei filius, qui tres filias suas virgines, Pasitheam, Theopen, & Eubulem tradidit immolandas. Cujus beneficii memores Athenienses monumentũ in Ceramico erexerunt, quod Leocorion appellarunt. Autor Suidas.

Lĕŏdāmas, pen. corrept. gen. Leodamantis, Λεοδαμας, Thasius Philosophus fuit, cujus meminit Laertius in vita Archytæ Tarentini.

Leodium, ducatus Iuliacẽsis urbs Episcopalis: Vulgò Liege.

Lĕōgŏrās, æ, Λεωγορας, Andocidæ rhetoris pater fuit, teste Suida.

Leomomiges, Canes Arcades, ex conibus & Leonibus progenati.

Lĕōnĭdes, [Λεωνιδας. Germ. Ein König der Lacedemonier der im Griech mit Xerxem vmbkommen.] Lacedæmoniorum Rex fuit, ex genere Herculidarum, qui apud Termopylas, quũ angustias adversus Xerxem tuerentur, fortissimè pugnans occubuit. Cujus cadaver Persæ, abscisso capite è cruce fuspenderunt. Autor Herodotus lib. 7. Vir præterea Leonides Alexandri magni pædagogus: qui quum videret large puerum thura aris ingerentem, monuit illum, ut cum demum quum turiferas regiones subegisset, tum modo supplicaret. Cujus rei memor Alexander Arabia jam potitus, misit ei navim thure onustam, exhortans eum ut in deos parcus esse desineret. Autor Plin. lib. 12. cap. 14.

Lĕōntĭscus, Λεοντισκος, Mamercius quidam Pydæ fuit, cognomento Acrocheirites cognominatus, tanto corporis robore, ut summis adversariorum manibus arripens, non prius cum deserere quàm desiderium tenere. Suidas.

Lĕōntĭus, fuit quidam eximius statuarius, qui Olympiæ fecit statuam Homonoiæ, aliaq; opera quæ vide cimonautur à Plin. lib. 34. cap. 8. Fuit item Leontius quidã Tripolis Lydiæ Episcopus ex Mœsia ortus, de quo vide Suidam.

Leos Orphei filius, Vide LEOCORION.

Lĕōsthĕnēs, pen. corr. Λεωσθενης, Viri Atheniensis nomen, qui quum potentior esset, & Lamiacum bellum concitasset, in prælio interfectus est. Ob cujus amorem spontè, Democratis Accipagitarum principis filia, se interfecit, sicut Hieronymus contra Iovinianum refertur. Suidas Leosthenem in prælio, quod Athenienses adversus Macedones commiserunt, quum multa fortiter gessisset, lapidis ictu interiisse.

Lepadus. Vide LOPADVSA.

Lepontii, [Germ. Die Wächter so vnd das höchst Wyngebirg inne sitzen vnd die disseit dem Berhart wohnen, stossen vom Anfang an die Vberlender gegen Mittag an die Meylender gegē Morgang und Mitnacht an die Walliser vnd Helvetier.] Populi sunt Alpini, Salassis finitimi ex comitatu Herculis ibi relicti quòd membra haberent nive præusta. Plin. lib. 3. cap. 20.

Lepreum, Λεπρεον, Elidis oppidum ad Alpheum flavii, cujus incolæ dicuntur Leprei. Plin. lib. 4. cap. 5. Ptolem. lib. 3. ca. 16. ¶ Est & alterum ejusdem nominis oppidum in Arcadia, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 6. & Cicero lib. 6. Epist. ad Atticum.

Lĕpsēmĭndus, Λεψημινδος, oppidum Cariæ. Steph.

Lepte Acra, Λεπτη ακρα, Indiæ promontorium, aliàs Dicpanũ appellatum. de quo vide Plin. lib. 6. cap. 20.

Lĕprīnes, pen. prod. Λεπρινης, Atheniensis orator non incelebris: qui quum longum omnes ad paucos, eosque ferè nobiles fortuna redegisset, potentioribus fere omnibus immunitate donatis, tubi legem, ut subsato jure immunitatis, liturgiarum sumptus ex æquo à civibus suppeditarentur. Quam legẽ oppugnat Demosthenes ea oratione quam adversus Leptinem inscripsit.

Lĕptis, Λεπτις Ptolemæo, Duarum urbium nomen est in Africa propriè dictis: quarũ minor, quæ Sarrana dicitur, inter duas Syrtes est sita, cujus meminit Solin. lib. 3: Tabraca, ũ Tyrannus vulgus, Sarranæ; Leptis. Hæc etiam Neapolis dicitur. Vulgò Mahumet. Altera quæ major Leptis dicitur, trans Syrtim minorem sita est, ad Oeam oppidũ. Vulgò Tripoli. De hac Hieronymus in Lepti (inquit) urbe semibarbara, & polita in solitudine, modis est, ut nostus altera die focũ ollam manu potuit ferre. Vitruvius civitatis meminit. Strabo lib. 17.

Lerina, insula est provinciæ Narbonensis adjacens, ereginæ Antipolis. Plin. lib. 3. cap. 5.

Lernē, sive Lerna. [Germ. Ein Stendt weit von Argos.] Lacus est in agro Argivo, Herculis labore nobilis, qui in eo hydram Lernæam fertur interemisse, vicinæ omni regioni adeò infestam, ut locum fecerit proverbio, Λερνης κακον: hoc est, lerna malorum, de malis plurimis simul in unum cõgestis & accumulatis. ¶ Et & Flavius ejusdem nominis per Prætias in finum Argolicum fluens, esse Strabone lib. 8.

Lernæus, a, um, Λερναιος, ut Palus Lernæa, Hydra Lernæa.

Lerŏs, rontis, Λερος, insula est Galliæ, Antipoli adversa, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Lĕrŏs, Λερος, Insula est Cariæ adjacens, in mari Icario, una Sporadum, quæ & Lena dicitur, teste Strab. lib. 10. Vulgò Lero. Insulani, Lerii, Λεριοι, dicuntur, qui olim corruptissimis moribus fuisse perhibentur. Hinc illud Phocylidæ nomine circumfertur: Λεριος ληρος, ληρος δε, και ο Διονυσος, και ὡδε Σαμιος, ¶ συνηθειας Λεριος, hoc est, Lerii mali, non unus quidem, alter vero mi-

sũ minimè. Sed universi excepto Patrocle: & tamẽ Patrocles quoque Lemnius, &c. In eos rectè dicetur, qui pariter omnes genus vitio sunt improbi.

Lertesũ, λερτεσσὸν, Iercaonum oppidum in Hispania Tarraconensi. Ptol. meminit lib. 2. cap. 6.

Lẽsbos. [λεσβος: Vulgò Metelin. Ger. Ein Insel mit Mageteschen Mor heißt jetzt Metelin.] Insula est in Aegaeo, Aeolicarum urbiũ metropolis, quæ olim universæ Troadis imperium obtinuit. Amœnus ejus stadiorum centum fuit ambitus, à Borea in Austrum protensa, quingenta & sexaginta stadia longitudinis habens, fertilis agro, & multa materia ad classes conficiendas idonea. Vrbes in ea fuêre memoratu dignæ, Mitylene quæ nunc tota insula Mitylene vocatur, & Pyrrha in Occidentali litore sita. Fuit & Eresos, & Antissa cum portu, & Methymna. Dicta Lesbos ab urbis nomine, quæ in ea potentissima fuit, sive à Lesbo Lapeti filio, qui in eam insulam navigavit. Ex hac Pittacus unus ex septem Græciæ sapientibus: item Alcæus, Sappho, Theophrastus philosophus, & alii viri scientia clarissimi orti ferũtur.

Lesbĭus, a, um, λεσβιος: ut Lesbĭ vinũ, apud Gell. lib. 13. ca. 5.

Lẽsbŏus, a, um, pro. prod. Hor. lib. 2. Carm. Lesboum refugit tendere barbiton.

Lẽsbĭdes, pen. corr. Dicuntur mulieres ex Lesbo. λεσβιδες. Sappho apud Ovid. in Epist.

Lesbides infamem quæ me fecistis amatæ,
Desinte ad citharas turba venire meas.

Lestrŏnĭ, Populi Indiæ extra Gangẽ, qui feri & sylvestres esse dicuntur, & in specubus habitare, & corvis alois & pittacis abundare. Meminit horũ Ptolem. lib. 7. cap. 2. Hodie Regnum Pore dicitur.

Lēstrўgŏnēs, sive potiùs Læstrygones cum diphthongo in prima syllaba, λαιστρυγονες, Italiæ totius populi immanissimi, agrum Formianũ non procul à Cajeta incolentes, humanasq; carnes vescentes. Dicti Læstrygones ἀπὸ τῆς λαιστρὸς hoc est, à latrocinio: de quibus copiosius egimus suo loco.

Lēthæus. [λεθαιος. Germ. Ein Fluß in Asia, fleußt in Meandrum.] Fluvius Asiæ, ortũ habens à Pactia Ephesiorũ monte & circa Magnesiam urbem in Meandrum influens. Autor Strabo lib. 14. ¶ Est & Lethæus alius in Creta insula, nõ procul à Gortyne, Strab. lib. 10. ¶ Sunt & alii ejusdem nominis fluvii, quos ab eodem, lib. 14. recen sentur.

Lechē, leches. [λεχη. Germ. Ein Helliſcher Fluß der vergeſſenheit bringt aller dingen kein ſo darauß trinckt.] Nomen fluvii, quem apud inferos esse poetæ tradiderunt, cujus latices si quis gustasset, omnium præteritarum rerum oblivisci voluerunt. Idcirco λεσμοσύνη: id est, ab oblivione nomẽ habet. Datus est hic fabulæ locus, mortalium omnium rerum oblivionem irrumpere. Constat autem hunc amnem in Africa circa extremum Syrtium cornu, Berenicem urbem alluere. Sed ea apud omnes fama est, hunc fluvium ab inferis ad ea loca inundatione prorumpere. Luc. lib. 8. Quam juxta Lethes tacitus perlabitur amnis, Infernis (ut fama) trahens oblivia venis.

Lēthæus, thæa, thæum, λεθαιος. Virgil. 6. Aen. Lethæumque domos placidas qui præterit amnem. Ovid. 1. Trist. Eleg. 7: Cunctáne Lethæis mersa feruntur aquis.

Lĕvāni, vocabatur dea quæ pueris præerat de cerra levãdis, ut inquit Augustinus.

Leucæthĭŏpēs. [λευκαιθιοπες. Germ. Die Weiſſen Mexen, die weiß im innern ſind.] Iesse Plinio lib. 5. cap. 7. Populi sunt interioris Libyæ, qui supra Getulos Mauritiam versus primi occurrunt, Libyæ Ægyptiis proximi.

Leucădĭa. [λευκαδια. Vulgò Leucada, S. Maura.] Peninsula fuit contra sinum Ambracium, opera accolarum à continente abscisa, arenæq; accumulatione rursus continenti reddita, ut tradit Pomponius Mela lib. 2. Hanc etiam Neritis appellata fuit. Plin. lib. 4. ca. 2: Deinde Leucadia ipsa peninsula, quondam Neritis appellata, opera accolarum abscisa à continente ac reddita, vectorum flatu congeriem arenæ accumulantium: qui locus vocatur Dioryctos.

Leucagus, vir interfectus, extructus curru, apud Virg. 10 Aen.

Leucās, Leucadis, λευκας, Oppidum est in Leucadia peninsula, olim Neritum appellatum, teste Plin. lib. 4. cap. 2. Quinetiã Strabo totam peninsulam, sive (ut ipse appellat) insulam (aliquando enim humano opere à continenti fuit abscisa & rursus arenæ alluvione eidem annexa) Leucadem appellat, eodem quo oppidum nomine. Leucadem (inquit lib. 10.) ut insulæ formam redegerunt, & in eam locum transportata Neritus, qui quondam fuerat ipsi mansioni: verò fretum, & euripus est, ponte jugabilis, mutato nomine dixerũt Leucadem, sumpto (ut reor) à Leucathe vocabulo.

Leucădĭus, a, um, denominativum. Quod est ex Leucade insula. Ovid. in Epist. Sapphûs: Tu quoque mollis Amor pennas suppone cadenti, Ne sim Leucadiæ inotitia cumen aquæ.

Leucaspĭs, λευκασπις, Vnus ex comitibus Aeneę, natione Lycius, una cum Oronthe in Tyrrheno mari tempestate submersus. Virg. 6. Aen. Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes Leucaspim, & Lyciæ ductorem classis Orontem.

Leucātēs, æ, pen. prod. [λευκατης. Ger. Ein weiſſe ab Berg Ambraſſum Meerſchuß.] Promontorium est Acarnaniæ, ad sinum Ambracium, Apollinis templo nobile: à petræ candore nomen habens. Virg. 3. Aen. Max & Leucatæ nimbosa cacumina montis, Et formidatus nautis aperitur Apollo.

Leucē, λευκη, Parvum oppidum in finibus Ionię & Aeolidis, non longè à Smyrna olim insula. Autor Plin. lib. 5. cap. 29. ¶ Est præterea Leuce, parva insula Ponti, Borysthenis amnis ostio obiecta, quæ quod Achilles in ea sepultus fuerit, etiam vocatur Achillea: ab aliquibus etiam Macaron appellata. Autor Plin. lib. 4. cap. 13. ¶ Aliud item hujus nominis oppidum in Italia, stadiis quingentis à Tarento distans. Luc. lib. 5: Seretaq; littora Leucæ. ¶ Sunt item Leucæ insulæ quinq; Lesbo adjacentes, quarum meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Leuci, Populi inter Belgas, Mediomatricibus finitimi, jaculandi olim peritissimi: iidem fur putatur, quos hodie Luxemburgenses vocamus. [Ger. Die Lützelburger.] Luc. lib. 1. Optimus excusso Leucus, Rhenumq; lacerto.

Leucippus, λευκιππος, Philosophus fuit Eleates, sive ut aliis placet, Abderites, Zenonis auditor, qui universum quidẽ infinitum esse dixit, ejusq; partes plenũ esse & inane: omnia q; fieri ex atomis sibi invicẽ implicatis. Reliqua vide apud Laertium. Meminit hujus & Cic. 2. Tusc.

Leucogei, Vulgò Lucrini, Colles sunt in agro Campano, inter Neapolim & Puteolos, in quibus sulphur præstantissimũ esse dicitur, & cretæ genus optimum, quod alcæ admittũ candorem & nitorem asserebat & teneritatem. Fontes quoque ex his collibus erumpebant, vulneribus medicinam, dentibus q; firmitatem afferentes. Vide Plin. lib. 18. cap. 11, & lib. 31. ca. 2. & lib. 35. cap. 15.

Leucola, Apud Plin. lib. 5. cap. 27: Promontorium Pamphyliæ, Lyciæ contermine. ¶ Est & insula prope Cyprum, & quidem in mari Lycio. ¶ Strabo quoq; portum in Cypro vocari tradit Leucola.

Leucōn, ōnis, λευκων, Rex Ponti à fratre Oxylacho necatus, quòd cum ejus uxore adulterii & incesti consuetudinẽ haberet. Ovid. in Ibin: Aut pia te cæso, dicatur adultera: sicut Quæ cecidit Leuconi nuptæ, dicta pia est. ¶ Est item Leucon, λευκων, Genus quorundam ardelarum, à candore ita dictum, de quo Plin. lib. 10. cap. 60.

Leucŏpetræ, λευκοπετραι. Vulgò Cape delle Armi, Spartimento en Calabre. Germ. Wo Farlatt (ſo ein vergebirg zu Unterſt in Stat ſtet gegen Sicilien.] Promontorium regionis Siciliæ in agro Rhegino, à candore nomen habens. Cic. 2. Philip. Quem autem me ex Sicilia ad Leucopetram, quod est promontorium agri Rhegini, venti detulissent, ab eo loco cõscendi ut transmitterem.

Leucŏpŏlis, [λευκοπολις. Germ. Weiſſenburg in Aſia.] Oppidum Asiæ in finu Doridis, apud Plin. lib. 5. cap. 29.

Leucŏsĭă, λευκοσια, Insula contra Pæstanum sinum, in mari Tyrrheno, Leucæ adjacens (ut Strabo lib. 6. refert) parvũ ad continentem habens cursum. Dicta Leucosia ab una Sirenum, quæ hoc in loco periit, nomen spretæ ab Vlysse in profundum sese abiecisse. Festus ab Aeaeæ consobrino loco datũ nomen existimat. ¶ Quin & Samothracia Leucosia prius est appellata, ut inquit Aristoteles.

Leucosўrĭă, λευκοσυριη, Prius dicebatur, quæ nunc Cappadocia. Strabo lib. 12.

Leucosyrus, λευκοσυρος, Fluvius Ciliciæ, Pyramus postea dictus. Steph.

Leucŏthĕă. שחר shahher. λευκοθεα. Gall. L'aube du jour, la pointe du jour. Ital. Aurora. Germ. Die Morgenröte. Hisp. Alua. Pol. Inter greka Vng. Hayual. An. The breake of the day, or breake of the day.] Quam & Matutam Latini vocaverunt, eadem est cũ Aurora. Leucothea dicta, quasi alba dea Cicer. 1. Tusc. Quid Ino Cadmi filia, nonne Leucothea nominata à Græcis? Matuta habetur à nostris? De hac vide plura supra in dictione INO.

Leucŏthŏe, pen. corr. λευκοθοη. Orcami Regis Babyloniorũ filia fuit ex Eurynome, quã à Phœbo gravidam factam quo pater vivam defoderet, Phœbe in ferationc mutata est in aurem thuriferam. Vide Ovid. lib. 4 Metam.

Leuctri, orum, λευκτρα, nt. Vicus est Boeotiæ juxta Thespias, circa quem Epaminondas Thebanus, Lacedæmonios vicit, adeoq; attrivit, ut posthac imperium neq; vellent reparare.

Leuctrĭcus, a, um. Leuctrica pugna, Leuctrica monumenta, ¶ Leuctricæ puellæ, Hippo, & Militia, five (ut alii placet) Theano & Evecippe, Scedasi filiæ fuerunt: quæ à Lacedæmoniis qui buſdam hoſpitibus vim paſſæ, doloris impatientia filiabus necem intulerunt, eoq; ut campo sepultæ sunt, in quo postea cõmissa est ea pugna, qua Lacedæmoniorum opes conciderunt.

ci derant. De his sic tenebit Hieronymus contra Jovin. Quo ore laudandæ sunt Scedasi filiæ in Leuctris Bœotiæ, quas traditum est absente patre duos juvenes præternantes iure hospitii suscepisse, qui multum indulgentes vino, vim per noctem intulêre virginibus, quę amissa pudicitia nolentes superv verere, mutuis concidêrunt vulneribus? Plutarchus tamen in Narrationibus amatoriis, ait ipsis hospitibus puellas post stupũ ortas fuisse, & in puteum conjectas: cadaveraq; eorum à Scedaso canis indicio fuisse inventa.

Levi, Nomen patriarchæ à quo Levita, seu Levites, pen. prod. Λεβίτης, pro eo qui est de tribu Levi. Hieron. in Exod. Aaron frater tuus Levites, hoc quod eloquens sit. Hinc Leviticus, a, um: Λευϊτικός, possessivum.

Leviathan, dictio Hebræa, qua significatur Draco seu serpens. Nam (ut inquit Hieronym.) Judæi dicunt draconẽ magnum, quem fecit Deus, Leviathan. Et est in mari, & ajunt: Quando recedet Oceanus, draco veniet.

Leuphana, Λεύφανα. Oppidum est Germaniæ in climate magis Septentrionali. Ptolemæus lib. 2 cap. 11.

Leurychides, Λευτυχίδης. Vir Lacedæmonius fuit, Menaris filius, & inimicus Demarati, quem à Cleomene adjutus, regno expulit, & in locum ejus Spartanorum rex creatus est. Verum quum accepiæ contra leges pecuniæ in jus accerseretur, Tegeæa profugit, ubi & diem suum obiit. Vide Herod. lib. 6.

Lexubii, Λεξούβιοι, Galliæ Lugdunensis populi, apud Ptolem. lib. 2, cap. 8, quos Cæsar Lexovios vocat. Horum metropolis erat Neomagus, Vulgò Lyseux.

L.

Libanius, Λιβάνιος, Nomen sophistæ Antiocheni, qui floruit Iuliani apostatæ temporibus, usq; ad Theodosium seniorem: Discipulus fuit Diophanti. Scripsit encomium Constantii Cæsaris, & alterum Iuliani: præterea Progymnasmata Rhetorices, & epistolas quasdam. Suidas.

Libanotus. [Λιβανωτὸς ἡ καὶ Μεδιοπόντιος ἄκανθος. Gerard. Quendelwegerich.] Ventus flans inter Libanotum est, Africum, & Notum. Plin. lib. 2 cap. 47.

Libanus pen. corr. [ὁ Λίβανος. Libanon. Germ. Ein Berg in Syria so schön Cedrin darin getragen hat.] Syriæ mons, à Sidone Phœnices oppido usq; ad Syriam urbem Syriæ Cœles excelsus, etenim quinquaginta stadiorum longitudine. Hunc ex adverso obtinet Antilibanus, valle tantùm interjecta, quam maxima fluvius irrigat. Inter duos hosce montes Orontes fluvius oritur, est Plin. lib. 5, cap. 19. 20. 22. ¶ Libanus etiã quæ & Dendrophanus, dicitur Sutex sive arbuscula thuri fera, quæ & Dendrolibanus, dicitur Sutex sive arbuscula thurifera, quæ (ut Poëtæ fabulantur) à juvene quodam Assyrio ejusdem nominis, in hanc fruticem conversa. Hinc etiam ipsum Græci Λιβανωτὸν appellant.

Libarnum, Λίβαρνον Ptolemæo, Libarna Plinio, Oppidũ Italiæ sub Apennino Ligum non procul à Dertona. Ptolemæus lib. 3 cap. 1, & Plin. lib. 3 cap. 5.

Libentina dea, Venus, seu Proserpina, Aug. lib. 4. de civitate Dei. Neque enim audent aliquas partes sub nomine deorum vel dearum deæ Cloacinæ tribuere: aut Voluptate appellata essent Libentinæ, cui nomẽ est à libidine. Hujus meminit & Cic. 2. de Nat. deor.

Liber, priore prod. in genitivo Liberi, pen. cor. [Germ. Der Gott Bacchus ein Erfinder des Weins. Pol. Βοηγραπίδης. Virg. Βάκχος εὑρέτης.] Bacchus sive Dionysius, διονύσιος, vini repertor. Multos autem fuisse Liberos, sive Bacchos, Dionysiosve ostendit Diodorus, quorum longè celeberrimus est, qui ex Semele Jove genitus fertur, quem tertium fuisse autumant, & Thebis Bœotiis natum, qui Liber appellatus est à liberandorum libertatis deus est: sive quòd Bœotiæ urbes liberas fecerit (ipse enim ut inquit Plutarchus, pro Bœotiæ libertate pugnavit) vel quia vinum curas tollat, & mentem ab iris liberet: seu quòd vino usi, liberè loquantur. Sunt autem plerique ebrietatis percussatores. Senecio de Tranquil. vitæ. Liberũ appellatum dixit, non ob licentiam linguæ, sed quia liberat servitio cutarum animum, & tristitiæ medetur. Varro à labendo deducit, quòd lubrica mens ebrii, quò jubet, prolabatur. Augustinus docet Liberum vocari, quod mares in coeundo per ejus beneficium emissis seminibus liberentur. Hæ idem dicunt in fœminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant. ¶ Interdum Liber usurpatur pro ipso vino: sicut Ceres pro frumento. Ter. in Eun. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Liber etiam dicitur Sol: quia liberè per æthera vagatur. Virg. lib. 1. Georg. - vos ô clarissima mundi Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum, Liber & alma Ceres.

Liberalia, orum. Liberi festa, quæ apud Græcos dicuntur Διονύσια. Nævius: Libera lingua loquuntur ludis liberalibus. Cicero ad Curionem lib. 12: Liberalibus literas accepi tuas. Idem ad Atticum: Liberalia tu accusas!

Liberæ, [Περσεφόνη. Germ. Proserpina die Tochter Jovis und Cereris.] Jovis & Cereris filia, quæ & Proserpina dicitur. Cic. 1. de Natur. deor. Liber Cereris filius, & frater Liberæ.

Libethra, Libethræ, pen. prod. [Λεβήθρα. Germ. Ein Brunn in Thessalien bey Mosis gegraben.] Fons Musis sacer in Magnesia regiuncula Thessaliæ annexa: ut docet Plin. lib. 4 cap. 9 & Pomponius Mela lib. 2. Sunt qui in Olympo monte Libethriam urbem fuisse dicant, à Syctoritis fundibus eversam, quum jam olim oraculo prædictũ esset, fore ut Libethrii vates, omnes interirent, quum Orphei ossa Sol inspexisset. Erant autẽ Orphei reliquiæ in columna quadã condítæ quæ vias immineb. Dio in Olympũ ducẽs. Quem in locũ quum ingens hominũ vis convenisset, ut paleo cantomimis suaviter canẽtem audirent, cadit ut columna everso Orphei ossa nudata eorum audirent, cadit ut columna everso Orphei ossa nudata eorum os cum urbe submersit. Vide Callim. Rhodigin. lib. 18. cap. 22.

Libethrides, Λεβήθριδες. Dictæ sunt Musæ à Libethria Magnesiæ fonte Musis sacro, & Poëtarum carminib. celebrato. Pomponius Mela lib. 2. ne desertæ quidem Macedoniæ. Strabo tamen lib. 10. autor est, Musas appellatas esse Libethrides, à Libethro Thraciæ monte, quem prope Macedones renuncupavêre: quo & astrum fuisse ait Musis Libethriadibus à Thracibus consecratum. Virg. 7 Æneid. Nymphæ noster amor Libethrides, aut mihi carmen, Quale meo Codro, concedite, etc.

Libethrus, pen. prod. Λεβήθριος. Mons est Macedoniæ, ante Leucophrene, haud ad radicem Pimpleum fonte Musis cõsecratum. Alii Libethron Thraciæ montem esse aiunt, postea à Macedonibus occupatum: ad cujus radicẽ antrum fuit Musis Libethriadibus à Thracibus consecratũ. Vide Strab. lib. 10.

Libitina, næ, pen. prod. [Germ. Ein Göttin bey den Heyden so denen Todten man allerley zeug verkaufft / zu den Begräbnissen gehörig.] Dea, in cujus templo venẽbantur, & locabantur ea, quæ ad sepulturam pertinebant, ita dicta à Libitu, vel à Libitinio. Plutarchus Veneris fuisse putat, seddiq; rationem in Problematibus, quare Romani ea quæ ad Pompam funebrẽ spectant, in Veneris templo voluerint asservari: ut scilicet ex ipso humanæ fragilitatis admonerentur, cerũ fuerites caducũ ipso humanæ fragilitatis admonerentur, cerũ fuerites caducũ aberuna non procul abesse, quum eadẽ dea moriens hujus præsentia non procul abesse, quum eadẽ dea moriens hujus præsentia non procul abesse, quum eadẽ dea moriens hujus præsentia

officij genus administrabant. Juven. Satyr. 4: primus clamante Liburno, Currite, jam scit rapta properabat ab olla.

Liburnâ, æ, vel Liburnica, æ. [Germ. Ein ſtarcks/ vber Raum ſchiff. Eng. Lark, ſiue boat.] Genus navigij levissimi, velocissimiq;, quod Liv. 5. Decad. 4. levem bircmē appellat, Ἀκάτιον Plutarcho, & Appiano. Ratio nominis tradita est à Liburnis populis Illyrico, qui olim navibus velocibus ali, tumq; mare, insulasq; prædabantur. Quæ ex causa Romani naves levitate, celeritateq; prætantes, Liburnas appellavere: aut hoc nomine, sicut refert Appianus. Horat. in Epod. Ibis liburnis interalia navium Amice propugnacula. Sueton. in Augusto: Undiq; parte liburnicarum demersa, simulq; ejus qua vehebatur, fulis armamentis, & gubernaculo distracto. Lucanus lib. 3: Ordine contentæ gemino crevisse liburnæ. Firmicus Liburnicum imperium usurpat pro navali.

Liburnum, ni, [Grr. Ein Senffte oder Sänfftlein. Vng. Lektika, hintze.] Vehiculi, sive lecticæ genus, ad liburnicæ navis similitudinē constructū, quo principes Romani vehi solebant adeò molliter, ut interim vel dormire intùs possent, vel legere, vel scribere, aut aliud quidvis nō incōmodè agere. Iuven. Sat. 3:

Si vocat officium, turba cedente vehetur
Dives, & ingenti curret super ora liburno:
Atq; obiter leget, aut scribet aut dormiet intùs:
Nanq; facit somnos clausa lectica fenestra.

Liburnus, Λιβύρνος, Portus Tuscorum, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Hodie Livorna.

Libyā, æ, & Libye, es. [לוּב Iubim. Λιβύη. Germ. Der gröſſte Theil des Landes Africa, wird für Africam vnd des dritte theil der Welt genommen.] Tertia pars totius orbis, quam & Africam dicimus, ab Asia, Nilo fluviali ab Europa mari Mediterraneo divisa. Dicta autem putatur Libya, quòd inde Libs ventus flare soleat: seu quòd pluvia indigeat propter nimiam siccitatem, λίβα γὰρ λέγουσι, φασιν. Vel à Libya Epaphi filia Iovis filii, quem peperit Libya male quippiam, κακὸν γὰρ ἡ Λιβύη γεννᾷ. Quòd inde Romam monstra deportarentur. Hinc & in mores, ingeniumq; detorquere potest. liquidem, ut est regio venenorum ferax ita gentis pestilens ingenium. Præcipuè convenit in truculentos agros, ac pectorum novatores.

Libys, yos. [לוּבִי Iubim. Λίβυς.] Gentile est masculinum, cujus femininum est Libyssa, sicut à Phœnix, Phœnissa.

Libycus, ca, cum, Λιβυκός. Virg. lib. 4. Æn. Te propter Libycæ gentes Nomadumq; tyranni Odere. Libycus campus, ager Argivi pars est, inde nomen habens, quòd illuc primum fruges ex Libya allatæ sint: unde Ceres ipsa ab Argivis Libyssa cognominata est, teste Festo. Libyca fera, Λιβυκὸν θηρίον. Dicebatur olim in hominem factum, calidum, velipotens, variis nominibus, incipiq;, ingenio. Quod genus potentum Cicero Catilinam fuisse testatur. Indicatum, quòd in Libya varia ferarum species sæpenumerò miscentur, atq; ita nova quædam hinc monstra spectaculo producti solent, Romam à provinciæ præsidibus deportata.

Libyssis, idis, Λιβυσσὶς Stephano, à nomine Libyssæ deductum, qui tamen analogiæ ratio Libyssis postulare videatur. Virg. 5. Æn. Horridus in jaculis & pelle Libystidis ursæ. Quo tamē in loco nonnulli Libystidis legere maluerūt: quām certè, ipsi viderint Stephanus certè à nomine Libyssæ Λιβύσσης deducit, Λιβυσσὶς, Λιβυσσίδος, Λιβυσσὶν, & Λιβυσσὶ: putatq; ea fieri à genitivo Λιβύσσης, à nomine Libyssæ formato, pleonasmo, σσ, quum regulariter gentivus fit Libyos.

Libyum, ci, Λιβύη, Judææ oppidum, Herodis opus, Iordani fluvio ab Ortu adjacens, teste Ptolemæo lib. 5. cap. 16.

Libyssa, Λιβύσσα, Oppidum fuit Bithyniæ, notissimum Annibalis interitu. Plin. lib. 5. cap. 32: Fuit & Libyssa oppidum, ubi nunc Annibalis tantùm tumulus est.

Libystinus, Λιβυστῖνος, Dictus est Apollo ab his qui Pachynū Siciliæ promontorium incolebāt, quòd immissa Carthaginiensibus hostibus peste, pene cunctos subita morte interemerit.

Libystos, Λίβυστος, Oppidum est Scythārum Arotērum, non procul à Danubii ostiis: cujus meminit Plinius in descriptione Thraciæ lib. 4. cap. 11.

Lichas, Puer quidam Herculis, per quem Dejanira vice sua in Oeta monte sacrificaturo, vellem unde Nessi Centauri sanguine infectam: quem cum ille induisset, serpente jam per corpus veneno doloris magnitudine in furorem verso, Lichan pernicioſe monentis furorem, capiti ejus arripuit, & in fabricatum mare præcipitavit: quem Poetæ fabulantur in saxum fui nominis fuisse mutatū, quod à nautis in mari Euboico offenditur. Ovid. 9. Metam. Nunc quoq; in Euboico scopulus brevis eminet alto: Gargite, & humanæ servat vestigia formæ. Quē quasi tensurum naute calcare verentur, Appellant q; Lichan.

Lichades, Λιχάδες, Insulæ tres sunt in mari Euboico, à Licha Herculis puero ita appellatæ, quem in hoc mare præcipitavit Hercules, Nessi Centauri sanguine in furorem converſus. Autor Strabo lib. 9.

Lichinthus, Λιχινθὸς, urbs Siciliæ, unde gentile Lichinthius. Stephanus.

Licinius, Poeta Martiali coætaneus, & conterraneus, ad quē extat ejus Epigrammatum lib. 3: Videbis alcam Licinæ Bibliam.

Liguriūs, Civis Romanus, Pompeji partes in bello civili sequutus, enormem in Africana fide cōtulit ad Scipionem, pernaci animo Cæsari hostem præbuit. Postea apud Cæsarem cùm à Tuberone accusaretur, defensus est à Cicerone elegantissima in ea Oratione, quæ pro Ligario inscribitur.

Ligēa, pen. prod. Λιγέα, Nympharum nomen. Nerei & Doridis filiæ, à cantus suavitate ita dictæ. Virg. 4. Georg. At mater sonitum thalamo sub fluminis alti Sensit: eam circum Milesia vellera Nymphæ Carpebant, Hyalō saturo fucata colore, Drymoq; Xanthoq;, Ligeiaq;, Phyllodoceq;.

Ligēr, Ligeris, Rivuli cujusdam nomen fuit, fratris Lucagi, quem Turni auspicia sequutum Aeneas interfecit. Virg. 10. Aen. Servato tabi lacē Dicta volant Ligeri.

Ligēr, eris, [Λίγηρις. Ptolem. Gall. La Loire. Germ. Aber Ein anmuyter fluß in Franckreich / entſpringt in dem Berg Cemene, lauffet gen Mittnacht / darnach gegen Nidergang / vnd gegen Mitternacht / vnd greifft Nort.] qui & Ligeris in nominativo: unde accolit vox Ligeris. Nobilis est Cæsarum flavius, qui in Arvernorum finibus oriens, Hedūorū, à Rutenis dividens, non procul à Pictonibus in Oceanum Britannicum influit. Cæsar lib. 7. bell. Gall. Liger ex nivibus irrevertat. Idem paulò post: Magnis itineribus ad Ligerim pervenit. Vulgò Loire.

Ligūriā, æ. [Λιγυρία. Germani. Ein Landtſchafft Italiæ, welcher Hauptſtatt iſt Genua.] Italiæ regio, pro majore parte maritima, inter amnes Varum & Macram, ab altero latere habens Apenninum, ab altero Padum. Tusciam attingens: cujus caput est Genua. Dicta Liguria, à Ligysto Phaethontis filio, conversione v in u.

Ligūr, vel Ligus, ris, Λίγυς, Secundùm Priscianum aliquando est propriū nomē, & tunc est generis masculini. Alias est nomen gentile, verum significans, vel mulierem ex Liguria: & sic est communis generis. Probus putat Ligus esse adjectivum omnis generis: nullum tamē de neutro genere posse testimonium. Lucan. lib. 1: Et nunc tanne Ligur quondam pars coli la decora Crinibus effusis tot prælatæ Comite. Virg. lib. 11. Aen. Vane Ligus, frustrāq; animis elate superbis. Idē Georg. 2: Atticumq; magis Ligurem.

Ligūstĭcus, a, um, pen. corr. Λιγυστικός. Nomen potestivum: ut, Mare Ligusticum, quod Ligusticum alluit. Saxum Ligusticum, Iuven. Sat. 3: Nam si procubuit, qui saxa Ligustica portat.

Ligus, Liguris, Vide LIGVRIA.

Ligyes, Λίγυες, Populi Asiatici, qui cum Xerxe contra Græcos militarunt: quorum meminit Herodotus lib. 7.

Ligystides, Insulæ eadem, quæ Stœchades, ut infrà dicetur.

Ligystina, Λιγυστίνη, Vrbs Ligurum prope occidentalem Iberiam & Tharsum incolæ Ligyes vocantur. Steph.

Ligystius, teste Fabio Pictore, Phaethontis fulminis filius, à quo Liguria cognominata est.

Lilæa, Λιλαία Vrbs Phocidis. Steph.

Lilybæum. [Λιλύβαιον. Ger. Das Vorgebirg Sicilie gegen Mitnacht vnd Affrica hinauß. Marſala.] Promontorium Siciliæ, cum urbe ejusdem nominis, Libyam spectans. Tria enim maduntur esse ejus insulæ præcipua promontoria: ex quibus quod Græciam respicit, Pachynum: quod Italiam, Pelorum, Scyllæ oppositum: quod autem ex Austrum Libyamq; versus procurrit, Lilybæum appellatum. Autor Pompon. lib. 2. Vulgò Marsala.

Limenotis, Λιμήνοτις, Insula contra Celeiæ, Steph.

Limentinus, Putabatur deus, qui liminibus præesset, ἐπιπύργιος.

Limerē, Λιμήρη, Vrbis nomen, vide supra in Epidauro ex Stephano.

Limiofalrum, Ptolem. lib. 2. cap. 11. urbs Germaniæ.

Limnæ. [Λίμναι. Germ. Ein ſtatt in Schotten zu Athen nahe dem ort Limni ſtund der Bacchus.] Locus erat in arce Athenarum templum habens Dionysio sacrum, à Theseo rege extructum: quo in loco vetustissima Bacchanalia peragebātur die duodecimo mensis Anthesterionis, qui nunc circiter Novembri respondet. Meminit hujus loci Aristophanes in Ranis, & Thucydides lib. 2. Histor.

Limnos, Λῆμνος, Insula est deserta, juxta Orientalem plagam Hybertiæ, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 2. Plin. lib. 4. cap. 12: Stilnum vocat.

Limnosthlātis, Λιμνοσθλάτις, Insula Hispaniæ adjacens inter Carthaginem novam & Sucronem, non procul à Dianio. Strabo lib. 3.

Limnōtrĭdes, Λιμνοτρίδες, Nymphæ sunt florum & pratorū, quas aliquid omnino deficere dicit Aristot. sicut Hamos & Saryos. Dictę Limoniades à pratis, q Græci vocant Λειμῶνας.

Limonum. Pictonum oppidum in Gallia Aquitanica, teste Ptolemæo lib.2.cap.7.

Lemŏvīcī. Ptolemæus lib.2.cap.7. Galliæ Aquitanicæ populi, à quo nomine Lemovices. [Vulgò Limoſin. Germ. Die Limoſiner, etwan vast in Gaſconien.]

Limyra, Λίμυρα. Lycię fluvius, cum oppido ejusdem nominis. Plin.lib.5.cap.27.

Lindavium, Rhętiæ urbs ad lacum Brigantinum sita. [Ger. Lindaw.]

Lindĭus, Λίνδιος, Vulgò Lindo, In Rhodo, inquit Pomponius, tres quondam erant urbes, Lindos, Camiros, Ialitos. Gentile est Lindius, Λίνδιος.

Lindum, Λίνδον, Duorum oppidorum nomen est in Britannia insula. Ptolem.lib.2.cap.3.

Lingŏnes, Λίγονες, Sunt populi Galliæ Celticæ, Heduis, Sequanis & Leucis vicinique: etiam hodie aliquod nominis retinent vestigium. Siquidem totius regionis ejus metropolin Gallica lingua vocant Langres.

Lingonĭcus, Idem Mart.lib.1: Lingonas à recta Flaminiaque recens.

Lingŏnĭcŭs, a, um, adiectivum est. Bardocucullus Lingonicus apud Persium, pro vestimēti validiori genere, quod Lingonibus præcipuè erat in usu.

Linternum. Vide LITERNVM.

Linternum, urbs Noricī ad Danubium sita.

Linus. [Germ. Von dem Buͤcher Muſicæ bey den Griechen.] Apollinis & Terpsichores filius fuit, qui quidam tradunt, Mercurii & Vraniæ Musæ, lyricæ peritissimus, ut qui discipulos habuerit Orpheum, Thamyrim, & Herculem. Hunc ab Hercule plectro & citharæ accidisse ferunt, quum eum inscitius canentē nimis perularet corripuisset. Virg. Aeglog.4: Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus, Nec Linus: huic mater quamvis atque huic pater adsit, Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo. ¶Fuit autem re vera Linus poēta antiquissimus, qui fertur primus à Phœnice ad Græcos literas attulisse. Hermodorus verò Platonicus libro primo discipulorum, dicit hunc Mercurii ex Musa Vraniæ filium, Thebis genitum, scripsisse, de mundi generatione item de Solis & Lunæ cursu, animantumque & fructuum generatione. In principio hujus operis omnia tenebris nata dixit, quem tempore est Anaxagoras. Occubuit à Zuboea sagitta ab Apolline transitus. ¶Alius fuit Linus Hyperamestræ vxor, Aegithi filius, quem tamen Ovidius Epist. Heroidum, Lyncęum appellat, non Linum.

Lĭpăra, pen.cor. Λίπαρα, Vulgò Lipari, Insula una ex Aeolis, à Liparo rege, Autonoi regis filio, cui successit Aeolus: quum antea Meligunis vocaretur, teste Plin.lib.3.cap.9. ¶Est etiam medicamentum pinguis, & lenis nomen, ut ait Celsus. Plin.lib. 33.cap.6. Addunt & in medicamenta, quæ vocant Liparas, ad excrescentia ulcerum.

Lĭpărĕus, a, um, adiect. Λιπαρεύς.

Lĭpăris, [Λιπαρίς. Germ. Ein fluß in Cilicia. Welcher Waſſer ſubtil vnd gut ſey zu trincken.] Cilicia fluvius, ἀπὸ τῆς λιπαρότητος, ut scribit Vitruvius, natantes in hoc flumine, aut lavantes, nō aliter unguntur aquâ, quàm si oleo, aut adipe lavarēntur. ¶Est quoq; piscis quidam ex genere lacertorum, teste Plin.lib.32. cap.11. ¶Est & gemmæ nomen quæ fulvis bestias omnes evocat. Plin.lib.37.cap.10.

Lipsĭa, urbs Misniæ, Academia celebris.

Liquentĭa. Vide LIQVETIA.

Liquētĭa, sive (ut quidam scribunt) Liquentia. Fluvius est Lapriæ, in finibus Vencti ex Opitergino monte nascens, teste Plin.lib.3.cap.18. Vulgò Lizenza. Virg.1.Aen. Qualis æstiva Liquetia flumina circum Sive Padi ripis, Athesim seu propter amœnum Consurgunt gemina quercus. Quo tamē in loco nonnulli Liquentia legere malunt, & Liquentia flumina eadem ratione dicta existimant, qua altos, & Flavios liquentes, & Campos liquentes, & Mella liquentia, perpetuo epitheto Poēta appellavit.

Lirimiris. [Λιριμιρίς. Germ. zabeck.] Oppidi nomen in tractu magis Septentrionali Germaniæ. Ptol.lib.2.cap.11.

Lirĭŏpē, Λειριόπη, Nympha maxima, Oceani & Tethyos filia, ex qua Cephisus amnis Narcissum puerum formositatis susceptit. Ovid.lib.3.Metam. Cærulea Liriope, quam quondam flumine curvo Implicuit, &c.

Liris, [Λίρις. Germ. Ein fluß in Campanien.] Fluvius Campaniæ, sive Latii novi per Minturnarum ruinas in sinum Cajetanum dilabens, non procul à Formiis. Alio nomine Garigliano dicitur, teste Plin.lib.3.cap.5 Ital: hodie il Garigliano appellat.

Lirnyrea, Λιρνυρία, urbs Pamphyliæ, Steph.

Lissa, Λίσσα, Insula est maris Adriatici, contra Iader. Plin.lib.3. capite ult.

Lĭtĭus, Λίτιος, Fluvius Thraciæ, inter Melambriam Samothracum & Strymam. Thasiorum autem mare illa ætas, quē Græci tenuerunt, quos à Xerxis exercitu excitatos tradunt. Autor. Herod.lib.6. ¶Litius item oppidum est in finibus Dalmatiæ, Macedoniæ contiguum, non procul à Nympheo promontorio. Plin.lib.3.cap.22. & Ptolem.lib.2. cap.ult. Lucan.lib.5: Præterea frustra tentati littora Lyssi, Nymphæumq; petent.

Lithellus, Λίθελλος, Apollo in Mala, quòd in Lapide collocatus sit a Lithos, lapis. Macarkellus à Marathos. Steph.

Lĭvĭus. [Λίβιος. Ger. Der berümpte Geſchichtſchreiber der Roͤmer.] Nobilis historiæ Romanæ scriptor, patria Patavinus, quem Quintilianus Herodoto opponit, ut Salustium Thucydidi. Dehoc Hieronymus ad Paulinum: Ad Titum Livium de ista eloquentiæ tuæ manantem de ultimis Hispaniæ, Galliarumq; finibus quosdam venisse nobiles legimus: & quos ad contemplationem tui Roma nunc traxerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus seculis, celebrandumq; miraculum, ut tantam urbem ingressi, aliud extra orbem quærerent. ¶Fuit & Livius Andronicus, Latinorum poētarum antiquissimus: de quo Diomedes Cæsar loquitur apud Romanos primū Latino sermone Comœdiam Livium Andronicum scripsisse. Gell.lib.17.cap.ult. Primus omniū T. Livius poēta fabulas docere Romæ cœpit: post Sophocis & Euripidis mortē annis plus fere centum & sexaginta.

Lixis, Λίξις, Colonia à Claudio Cæsare in Mauritania Tingitana instituta, circa quam Poētarum fabulæ & Antæi regia, & Hesperidum horti collocantur, aurea mala terēres, à dracone pervigili summa cura asservata. Cui fabulæ occasionem suppeditasse existimat Plinius flexuosum maris situm, draconis modo tortum quoddam ambitum, simul propter olea frutices ferens. lib.5.cap.1. ¶Ista & hanc annis in eadem ora, cujus meminit item idem Plinius & Pomponius Mela in suo

L ante O

Lobrīnī montes, Λοβρινὰ ὄρη, In Phrygia sunt unde Rhyndacus oritur. Scholiastes Nicandri.

Locanus, Fluvius est Locrorū in fronte Italiæ, quæ olim magna Græcia dicebatur. Plin.lib.3.cap.10.

Lochias, Λοχίας, Promontorium est Aegypti, non procul ab Alexandria, & Pharo. Strabo lib.17.

Locĭrĭtum, autore Ptolem. urbs Germaniæ, hodie Trutwind, vulgo Gerolzhoffen, in Francomia.

Lăcōnĭs, Λακωνίς, Vide Paryge, quam Thraces tenuerunt, regionem olim Lacoxi. Vide Steph.

Locri orum. Λοκροί. Ger. Die Locker in Griechenlandt vnd bey dem Berg Parnaſſum.] Graviæ populi, Parnassum montem utrinq; accolentes: quorum pars ad ostia Acheloi & Calydonem usque Ionum pertingentes, qui dicuntur inter Aetolos & Phocenses, à gravitate morum Ozolæ & à situ Hesperii cognominantur. Qui verò Parnassum ad ortum accolūt, ad marcusq; Euboicum extensi, in duplici sunt differentia. Nam hi quidē à Cnemide monte Epicnemidii: illi verò ab Opunte urbe Opuntii cognominantur. Autor Strabo lib.9. ¶Sunt & Locri in extrema Italiæ ora, quam magnam Græciam antiqui appellarunt, oppidum incolentes ejusdem nominis, ab iis qui Ajacem Oileum ad Trojam tegunt: sunt hi quidam qui annotavit Servius in illud Virg.3.Aen. Hinc & Narici profecti mœnia Locri. Hi differentiæ gratia Epizephyrii cognominantur, quòd supra Zephyrium promontorium sint sita.

Locrĭs, ĭdis, Λοκρίς, Græciæ regio ultima, Parnasso incūbens: cujus incolæ dicuntur Locrini, jam dictum est.

Locusta. Venefica fuit Neronis grata, ex Gallis evocata: cujus opera Agrippina Claudium, & Nero Britannicum de medio sustulerunt. Tacitus lib.12. & 13. Juven. Satyr.1.

Infantes q; rudes melior Locusta propinquas
Perdamam, & populum nigros efferre maritos.

Lormĭus, Λόρμιος, Apollinis cognomen, quod ei Lydii imposuerant ob malorum expulsionem, finita pestilentia. Nam pestem Graeci Λοιμὸν appellant.

Londinium. Λονδίνιον, Ptolem.lib.2.cap.3. sive ut aliis placet, Londinum, Britanniæ insulæ metropolis. [Vulgò Londen. Germ. Lunden.]

Lŏngobardi. [Ger. Die Langpartey. Die Mayländer in Italia vnd Mailand vnd den Patum.] Populi Cisalpinę Galliæ à Germanis oriundi, & a Barbarum prolixitate cognominati. Hi relicto Oceano, ultimisq; Germaniæ oris, Albuin duce, Italiā ingressi brevi omnes penè citeriores Galliæ urbes cepēre. Ibi quum ducentis annis regnassent, à Carolo Magno superati sunt. Alii arbitrantur Longobardorum gentē ex Lingonibus & Bardis hoc est, Gallis coalisse: sequemadmodum Celtiberi ex Celtis Gallis populis & Iberis creduntur commisti: ideoq; Lingobardos perinde appellandos putant.

Lŏngonē, Λογγόνη, urbs Siciliæ, Steph.

Longimănus ni, Cognomen fuit Artaxerxis Persarum regis, ob impositum, quòd alteram manum haberet longiorem. Μακρόχειρ.

Lōpadusa, Λωπάδουσα, Insula inter Siciliā & Libyam, ex regione

p.c

ne Troadis, cujus meminit Strabo libro xiiimo.

Lotyma. Λωτυμα, Locus est Cariæ è regione Rhodi insulæ. Plin. lib. 5. cap. 28. & Strabo lib. 14.

Lous, Λους, Urbs quæ Thessaliam insularis Lous, Steph.

Lotis, idis, Λωτις, Nymphæ nomen est, quæ Priapum fugiens, in arborem earum ficui arti transformata est. Ovid. 9. Metam.

Lotis in hanc nymphæ fugiens obscœna Priapi,
Commeruit vestes servato nomine vultus.

Lotophagi, pen. corr. Λωτοφαγοι, Populi in Africa apud Syrtes, à loto nomen sortiti, quòd arboris ejus fructu credantur vivere: cujus cibo si quis allectus, ut adveniæ incolunt patriæ oblivisceretur. Itaq; quum Ulysses sacii delati in Africâ essent, & loti gustassent, vix inde abduci potuerunt, ut placet Homero lib. 9. Odyss. Vide LOTOS.

Lovanium, [Germ. Löwen.] Brabantiæ urbs, archigymnasio celebrimum.

Loxias, Λοξιας, Apollo dictus est, vel propter obliqua & tortuosa responsa, quæ hujus vates reddebant, quòd facilius consultoribus imponerent: vel quòd Apollo ipse est Sol, Zodiacâ obliquè perrens. Nam enim Græcis obliquus est.

I. ante V.

Lubecum, Saxoniæ urbs potens. [Germ. Lübeck.]

Luca. [Ἀσσυρ. Ger. Ein Stat halb in Ebreer zamet Saꝛk.] Civitas Tusciæ, à qua Lucenses dicuntur, qui eam urbem incolunt. Vulgò etiam hodie Lucca. Dicta à Lucomone Hetruscorum rege. De hac Strab. lib. 5. Luca urbs est ad montes Lunæ in umbilicis, ubi plerunq; vicatim habitant: regio tamen virorum probitate clarescit: itaq; robur militare hinc magnum educitur, & equitum multitudo, ex quibus Senatus multares capit ordines.

Lucani, Λευκανοι, Populi Italiæ à Sauni Samnitum oriundi, secundùm mare extenti. Silaro flavio à Picentinis, Lao à Brutiis circumpti quorum oppida præcipua fuerunt, Velia, Pæstum, & Buxentum, aliaq; nonnulla. Plin. lib. 3. cap. 5. Hor. lib. 2. Serm. Sat. 2. Lucanus an Apulus anceps.

Lucanus, Nomen proprium Poetæ, nepotis Senecæ, virum doctissimæque doctissimi, & gravissimi Tragœdiarum Emporis. Hic bellum civile inter Cæsarē & Pompeium gravissimo carmine perscripsit. Item Orpheum Tragœdiam, multaque alia quæ hodie non extant. Periit incisâ jussu Neronis vena, jam Comiti designatus: propterea quòd inter eos nominatus esset, qui cum Pisone conjurarunt. Vide latius vitā ejus apud Crinitum.

Lucana. Vide in APPEL.

Luceria, Ciceronis Hispaniæ urbs, & Romanorum quondā colonia, ut scribit Pomponius Mela, lib. 2.

Lucentum, Hispaniæ Tarraconensis oppidum à superiore diversum, quod Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Ramusinus ipsa Carthaginem, Occasum versus.

Luceres, sive Luceresis, Tertia pars erat populi Romani tempore Romuli Romanorū regis. Cōflata enim, autore Livio, receptis jam in urbem Sabinis, populoq; auctō, Romulum omnē populum in tres fecerit tribus: quarum una Tatiensium appellata est à T. Tatio Sabinorū duce: altera à Romulo Ramnensium: tertia Luceris à Lucero Tusco rege, ut refert Varro, qui pugnans adversus Tatium Romulo suppetias tulit.

Lucerîa, Λουκερια, urbs Apuliæ, Ausonum colonia. Plin. libro 3. cap. 11.

Lucerus, Λουκερος, Auctor est, qui auxilio fuit Romulo adversus Tatium.

Lucerna, Una ex primariis finitimis Helvetici urbibus.

Lucetius, Λουκετιος, Dictus est Iupiter, à luce quā præstare hominibus putabatur. Sic Iano Lucetia, quòd lucis causa sit, parturientes adjuvans.

Lucilius, Poetæ veratissimi nomē, patria Aurunca, qui primus Latinorū Satyrā scribere aggressus est. Obiit apud Neapolim anno ætatis suæ quadragesimosexto, publicoq; funere elatus est. De Lucilio vide Quint. lib. 10. & Horat. lib. 1. Serm. Sat. 4. Hinc omnis pendet Lucilius hodie locutus, &c.

Lucina, pen. prod. [Ἀσσυρ. Ger. Juno die Göttin der Kretze genant.] Dea, partum præsidet: teste Servio, quæ & Juno dicitur & Diana. Terentius in Andria: Juno Lucina fer opem. Virgilius in Pollione: Casta fave Lucina, tuus jā regnat Apollo. Aliquando quidem accipitur pro Diana. Cic. lib. 2. de Nat. deor. Quem Luna à lucendo nominata fuit: eadem est enim Lucina. Itaq; ut apud Græcos Dianam, eamq; luciferam sic apud nostros Ianonem Lucinam in patiendo invocant: quæ eadem Diana omnivaga dicitur, non à venando, sed quod in septem numeratur tantum quam vagantibus. Dicta Lucina, quòd partū fetat in lucem. Plin. lib. 16. cap. 44. putat Lucinam dici, quòd oculis præsit & luci. Sunt qui à luco deducant, qui Romæ Junoni sacer est in Exquiliis. Ovid. li. 2. Fast. Gratia Lucinę, decet hec tibi nomina lucus: Aut quia principiū tu dea lucis habes.

Lucius, Prænomen est Romanis familiare: quòd ideirco illi, qui primò hoc prænomine fuit appellatus, imposuisse creditur, quòd primâ luce effectus. Lucius Ossius tempore bellorum civilium partem suam proscripsit, quem Triumviri ad supplicium perquirebant, furtoq; prodidit, ut ejus bona acciperet. Autor Plutar. Fuit etiam Lucius piscis nomen, cujus salsa Ausonius meminit in Mosella: Lucius obscuras vulva cænoq; lacunas Obsidet hic, nullos mentator lectus ad usus Perversæ mensis olido sit ore popinis.

Lucretia. [Germ. Ein hauszfraw Collatina, ein tapffer Römisch Weib.] Romanæ castitatis præcipuum lumen, filia Tricipitini Præfecti urbis, & uxor Collatini: quam Sext. Tarquinius, quum precibus exorare non posset vi oppressit: stricto enim gladio in cubiculum irruens mortem minabatur, ni voluntati suæ obsequeretur: addebatq; se cum mortua, jugulatum servum positurū, ut ita stupido adulterio necata diceretur: quibus minis illa perterrita, ut infamiæ suspicionē effugeret, expugnari sese passa est. Quo facto convocatis patre, marito, cæterisq; amicis obortis repentè lacrymis, tyranni flagitium detexit, & ducto cultro, quem sub veste occultum habebat, sese fatum confodit. Quare moti pater cū marito & cæteris amicis, populo ad arma concitato, reges expulerunt. Vide hæc latiùs apud Livium ad finem lib. 1. ab Urbe. Mart. Esse videbaris, fateor, Lucretia nobis, &c.

Lucretilis, pen. corr. Mons fuit in Sabinis: de quo Horat. lib. 1. Carm. Velox Amœnō sæpè Lucretilī Mutat Lycæo Faunus.

Lucretius, Poeta antiquissimus, Ciceronis ætate natu minor. Scripsit de rerū natura libros sex, qui etiā hodie legūtur, extat honorificū de eo elogium apud Ovidium in Eleg.

Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,
Exitio terras quum dabit una dies.

Lucrinum, Daumorum est oppidū in Apulia, ut scribit Strabo lib. 6. & Pomponius lib. 2.

Lucrinus, pen. prod. Λουκρινος, Lacus Campaniæ in sinu Baiano, conjuncta Puteolos, propinquus Averno lacui adeò, ut in maximis quandoq; tempestatibus conjungi soleant. Dictus à lucro, ut vulgò creditur, propter multitudinem piscium, qui ibi capiebantur. Neutroq; Martialis. Dū modò Lucrino, modò se permittit Averno.

Lucretius Catulus, Romanus civis fuit, qui primo Punico bello trecentis navibus adversum Pœnos profectus, sexcentas eorum naves cōmeatibus & armis & oneribus impeditas apud Aegates inter Siciliam, & Africam cepit, finemque bello imposuit: pacem petentibus hac conditione concessit, ut Sicilia, Sardinia, & cæteris insulis inter Italiam, Africamq; decederent, Hispania citra Iberum fluvium abstinerent.

Lucullus, Λουκουλλος, Pompeii, & Ciceronis æqualis: qui in Quæstura amplissimum populo munus edidit. Prætor Africā obtinuit: Adversum Mithridatem missus, collegam suum Cottā Calcedone obsessum liberavit: Cyzicū obsidione solvit: Mithridatis copias ferro & fame attrivit, eumq; regno expulit: quem rursum cum Tigrane rege Armeniæ bellum instauratem magna felicitate superavit. Deliciis omnibus affluens, maximè ignorum & tabularū amore flagravit. Ingravescente deinde ætate, quum jam desipere cœpisset, tutela ejus M. Lucullo fratri permissa est. Vide Plutarchum in Lucullo. Cic. Acad. 2. in principio.

Lucumones, Λουκουμονες. Olim dicti sunt Tusci quidam: qui, quòd Romulo adversus Sabinos suppetias tulissent, in civitatē recepti, Lucerensium tribui nomen fecerunt. Autor Varro.

Lucus Augusti, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Urbs Cæpororum, in tractu Hispaniæ Tarraconensis, quam Augusti tantùm Pomp. Mela nominat.

Lucus Feroniæ, Oppidum est Tusciæ mediterraneum, non procul à Luca. Ita Ptolem. lib. 3. cap. 1.

Luentinum, sive potius Leventinum, Britanniæ urbs, Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Lugdunum. [Ἀσσυρ. Stephano. Germ. Leon.] Emporiū est totius Galliæ Celticæ longè celeberrimum, à quo ea pars Galliæ Lugdunensis dicta est, à L. Munatio Planco, dum Galliæ Comitia præsidet, condituin in colle supra confluentem Rhodani & Araris immanemque: ubi etiam hodie non obscura antiquæ urbis extant vestigia. Strabo lib. 4. Lugdūnū in colle condituin, ubi Ararannis Rhodano immiscetur. Romano tenetur imperio amplior quoq; dignitate virorum secundū Narbonem habens, quibus usus magno est emporium. Ibi quoq; Romani ducēs aurcum summissa, argenteumq; signatura. Lugduni etiam templum fuit communi universæ Galliæ imperio extructum, & Cæsari Augusto consecratum, ea parte ārtis urbem, ubi amnes confluunt: ubiq; ara dignitatis eximiæ erat, genium Icxagini simulacro insignis: dextris ibi totidem gentis simulacris. Hæc Rudæus de Asse. Fuit præterea hæc civitas celebribus nundinis insignis, ad quas totius Galliæ populi ad rem eundum, & vendendum convenichant: unde etiam hodie locus ille in quo olim situm fuit Lugdunum, &c

nam Venois appellatur. In hac etiã urbe à Caligula Cæsare (ut in vita ejus cap. 20. testatur Suetonius) institutum fuit certamen Latinæ, Græcæq; facundiæ. Quo certamine ferunt victoribus præmia victas conturbasse, eorundem & laudes composuere coactos. Eos autẽ qui maximè displicuissent, scripta sua spõgia, linguaq; delere jussos. Tanquã non tam atris verberari, aut humane proximè mergi malint. Hinc spectasse videtur Juvenalis, quum de Rhetore loquitur ad aram Lugdunensem dicturo. Eam autem vocat tam infignis, totæq; egregiis ornamentis nobilitatam, teste Seneca in Epistolis, sub imperio Neronis, centesimo anno, à quo fuerat condita, una nocte conflagrasse. Hodie verò Lugdunum in planitiem situm est, magnæ fui parte Rhodano & Arari flumnibus inclusam, nulli Christiani orbis angulis incognitum. Vulgò Lyon.

Lūnā. [Germ. Ein Stat in Hetrurien am Meer gelegen/bey Petra Santa jetzo Massa/Marcellein genañt. Vulgò Luni.] Hetruriæ oppidum ad maritimum, tot candidi marmoris fodinis, quod ab eo Lunense dicebatur, olim nobilitatum. Plin. lib. 16. cap. 6. Adjecit idem Nepos, Mamurram totis ædibus, nullam nisi è marmore columnam habuisse, omnes solidas è Carrario, aut Lunensi. Lucanus lib. 1:

quorum qui maximus ævo,
Arvas incoluit desertæ mœnia Lunæ, &c.

Lūnēnsis ager. [Germ. Landtschafft Lüna.] Quæ fuit in extrema Hetruriæ, quæ Ligniæ proxima est. Erat autẽ hoc cæsi genus solamaginis ne laudatum ut quod libros mille pondus nonnunquam quæreretur. Servorum obsoma ferebant à Mart. lib. 14. Cæsus Hetruscæ signum imagine Lunæ. Præbabit pueris prandia mille rubi. Plin. lib. 11. ca. 42. Missum Hetruriæ atq; Ligniæ confinium Lunensem montem, magnitudine conspicuum, quippe & ad Gregnia millia pondo premitur.

Lūnæ promontorium, Hetruriæ promontoriorum est, non procul à Motis flavio: cujus meminit Ptolemæus lib. 3. ca. 1. ubi Λύνης ἄκρα. ¶ Liberum quidẽ nominis promontorium in Lusitania, cõ procul à Tagi ostio, apud eundẽ Ptolem. lib. 2. ca. 5.

Lunarium, Promontorium Lalætanorum in Hispania Tarraconensi: cujus meminit Ptolem. lib. 2. cap. 6. Alio nomine, Mons Iovis.

Lunchargum. Vide MARONIS.

Lŭpercal, à Lupa dictum, Locus sub Palatino monte, sacratus ab Evandro Pani Deo Arcadiæ, qui Lucanus vocatur, eo quòd non sine lupis in oves sævire. Quanvis quidam à lupa latum velint, quòd Lupa sibi Remum & Romulum nutrive rit, Λυκαῖον. Ovid. 2. Fastor.

Illa loco nomen fecit, locus ille Lupercal:
Magna dat inde parvæ præmia lactis habet.

Lŭpercālia, [Λυκαῖα. Ger. Fest so im Hornung gehalten des Hirtengotts Panos gebatten worden.] Solennia quædã sacra diebantur, quæ mense Februario à Lupercis celebrantur in honorem Panos pastorum Dei. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. Hodierni dies res gestas Lupercalibus habebis. Servius enarrãs illud Virg. lib. 8. Aen. Hic exultantes Salios, nudosq; Lupercos. Quum inquit, in honorem Panos Lupercalium solennitas celebratur tempestate Romanorum subitò à latronibus rapta sunt. Ibi projectis vestibus, persecuti sunt latrones, quibus oppressis, & receptis animalibus propter rem à nudis prosperè gestam, consuetudo permansit, ut nudi Lupercalia celebrarent.

Lŭpērci. [Germ. Pfaffen des Hirtengotts Panos / welche auff seinen Fürnamen durch die Statt Rom liefen.] Sacerdotes erant Panos pastorum Dei, qui Lupercalium die nudi per urbem cursitabant, prægnantumq; mulierũ manus, uteroscq; caprina pelle ferebant: quare & fœcundãturas, & facilem partum fieri putabant. ¶ Dicti autẽ credebantur Luperci à Pane Deo pastoso, cui sacra & ritus sacrificãdi Lupercalii. Græci enim Panavocant Lyceum, deducta nomine à λύκος: hoc est, à lupo quod oves à lupis tueri credebatur. Vel à Lycæo monte Arcadiæ, in quo Pan colebatur. Ovid. 2. Fast. Quid verat Arcadiæ dicitos de mõte Lupercos? Faunus in Arcadia templa Lyceus habet. Cic. 2 Phil. insectatur M. Antonium quòd in Lupercalibus, in quibus sedebat Cæsar amictus toga purpurea, in sellis, in quibus sedebat Cæsar amictus toga purpurea, in sella aurea coronatus, se Lupercum exhibuerit.

Lūpĭa, Germaniæ fluvius Pomponio lib. 3. Conjectura est inquit Vadianus in Melam, eum esse, quem hodie Neccharum vocant, qui haud longè à Danubii fontibus ortus, per Vvirtembergensem ducatum lapsus, mox in occasum versus, Rhenũ secutum illabitur. Strabo longè secùs quàm Pomponius, Lupiam in Vsargim deferri ait, ut Lupiæ nomine nõa Neccharus, sed is amnis, quem hodie Eodam vocant, intelligatur. Tacitus jadeò in recantilla vanant scriptores. lib. Augustæ historiæ 2. Lupiam vocat amnem non in Rhenũ sed in Oceanũ elapsum. Hæc Vadianus. Cujus vitia aliquis diligentissimi lapsum tam supinum satis mirari non possum, præsertim in suæ Germaniæ chorographia: Constat enim Lupiam Bructeros hodie Vvestphalos appellantibus fluvium esse, qui etiam hodie nomen retinet, utcunque modo in Emsio, nõ procul à Radenborna nascentem, ad cujus caput erat oppidulum, quod Germanica lingua Lippenspringe quasi Lupiæ fontẽ appellant: aliudq; circa medium fere fluminis tractum visitur oppidulum, quod eodem cum fluvio nomine Lupiam nominatur. Labitur autem in Rhenum (quod & Mela affirmat) circa Velaliam agri Clivensis oppidum.

Lupsurdum. Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Urbs Germaniæ, hodie Myna. Vulgò Meussen.

Lusitania, nix, [Λουσιτανία. Germ. Das Königreich Portugal in Hispanien.] Terra Hispaniæ pars, ad Septentrionem Durio amne à Tarraconensi provincia, ad Austrũ à Bætica Anatavio dirempta: cujus descriptionem vide apud Plin. lib. 4. cap. 21. & Ptolemæum lib. 2. cap. 5. Strabo tamen lib. 3. Lusitaniã ad Austrum Tago fluvio terminat. Dictam autẽ volunt Lusitaniam à Luso, & Lysa Liberi patris comitibus, qui eũ bacchantem in Hispaniam secuti sunt, ut tradit Plin. lib. 3. cap. 1. Rodericus Portugallenses appellant.

Lūsius, [Λούσιος. Germ. Ein fluß in Arcadien / so noch heutigs tags also genañt wirdet] Arcadiæ fluvius frigidissimus, Cortynam vicum præterfluens, in quo lovem primum ablutum fuisse Arcades asserunt: unde & nomen accepisse putantur. V. de Colũ Rhod. lib. 11. cap. ult. ¶ Fons & Lubus quidam, Mercurii & Carmentæ filius, qui quum Telphusio generoso adolescenti vim afferre conaretur, ab eodem occisus est. Valer. lib. 6. cap. 1. Clusium appellat.

Lusphiæ, Λουσφίαι, Ptol. lib. 3. ca. 1. Calabriæ urbs, Lupia Plinio.

Lusi, Λοῦσοι, Urbs Arcadiæ, ubi Melampus Proeti filias lavit, & ab insania liberavit. Civis Lusius, Lusiates, Lusæus, Stephano.

Lutĕtiã, [Vulgò Paris. Germ. Paris die Hauptstatt in Franckreich.] Parisiorum urbs celeberrima, primùm in Sequanæ insula condita, nunc præterfluam utranque ripam latissimis occupans ædificiis, cumq; maximis Europæ urbibus magnitudine certans & frequentia. Græci Λουκοτεκίαν nominant, à paludum (ut quidam existimant) albedine. Meminit hujus urbis Strabo lib. 4.

Lutzemburgum. [Germ. Lutzelburg.] Vrbs in Gallia Belgica.

L ante Y.

Lȳæus, a, um, pen. prod. [Λυαῖος. Germ. Ein zunam Bacchi oder Patris.] Unum ex Liberi patris cognominibus: de impositum, quòd immoderatus vini usus parit λύσιν: hoc est, rixã & seditiones. Aut certe magis ut Λυαῖος ἀπὸ τοῦ λύειν μέλη: hoc est, ab eo quòd ebriorum membra tolerat, unde & Λυσιμελὴς à Græcis cognominatur. Virg. lib. 4. Aen. Legiferæ Cereri, Phœboq; patriq; Lyæo.

Lȳæus, a, um, pro Lyæus. Virg. 1. Aen. Regales inter mensas, laticemq; Lyæum.

Lycæbētus, bet, pen. prod. λυκαβητὸς Suidæ, Attice mons est, apud Plin. lib. 5. cap. 7.

Lycæi, Λυκαῖα, Sacra erant in Lycæo Arcadiæ monte in honorem Panos fieri solita, quæ postea ab Evandro in Arcadiam translata, Lupercalia dicta sunt, ut placet Ovid. lib. 2. Fast. Pan tamen in Arcadicis Lycæis Jovis sacra fuisse traditur, à Lycaone tamen Arcadiæ Lycæo Jovis sacra fuisse traditur, à Lycaone Pelasgi filio ac Jovis Lycæi aram primum instituto. Vide Caelium Rhodig. lib. 24. cap. 19.

Lȳcæus, ei, [Λύκαιος. Germ. Ein Berg in Arcadien / jetzo Zyrie genañt.] Arcadiæ mons, Jovi sacer, teste Pausania in Arcadicis, olim etiã Olympus & ἀφ' ὑψηλοῦ dictus est, sive quòd ab incolis appellatus, quod lovem ibi educatum existimarent, in quo etiam monte Jovis Lycæi ara fuit, à Lycaone Pelasgi filio primùm consecrata: quam quũ postea mactati puerilibus sanguine reperisset, in lupũ dicitur esse transformatus. Erat ibidem & Jovis Lycæi lucus, quem Lycus lege sprevit, ejusq; ingressus, unum supervivere negabatur. Item fons infignis, nomine Agno, tam admirabilis naturæ, ut ne divina quidem ibi cuiquam peracta, quemq; ramo aqua leviter commota, mox cerneret unde surgeret vapor nebulæ affinis, qui non multò pòst effunderet tenebras, aggregans item alias, largos demitteret imbres. Hæc Pausanias. Constat tamen Lycæum montem non soli Jovi, verumetiã Pani sacrum fuisse. Virg. 1. Geor. Ipse nemus linquens patrium, salusq; Lycæi, Panos ovium custos, tua Tegea, linquens. Mænala cuncta, Adãs & Tegeæa tavens. Hinc etiam Lycæus passim à Poëtis cognominatur. Idem lib. 8. Aen. Gelida monstrat sub rupe Lupercal Pantalion dictum Panos de more Lycæi.

Lycambēs, bis, per tertiã vel Lycambes, bæ, per primã declinationẽ, Λυκάμβης, Neobules pater fuit, qui quum filia Archilochi Poëtæ desponsata, postea quàm ea ei pertinacia dotis ei detradidisset, tã acerbo carmine eos ejus

Lycaon, pen. prod. genitivo Lycaonis, pen. cor. [Lykaon. Ger. Ein König in Arcadien/welcher Jupiter unbekannt mit Menschen-Fleisch wolte zu essen Vorgesetzt haben.] Arcadiæ Rex fuit, Pelasgi filius, quem Iupiter, quòd eram suam in Lycæo monte, mactato puero, sanguine respersisset, in lupū mutavisse scribit Pausanias in Arcadicis. Ovid. tamen lib. 1. Metam. omnino aliam tradit transformationis hujus causam, quæ sic habet: Iupiter aliquando quum multa de humani generis impietate inaudisset, neq; tamen omnia crederet, ut rem omnem certiùs explararet, relicto cœlo, in terras delicendit: aliquotq; regionibus peregratis, tandem sub nocte in Arcadiam pervenit ad Lycaonis regiam, ubi quum se Deū esse significasset, vulgusq; ad sacrificia accingeret, irridens credulitatem eorum Lycaon, ea ipsa nocte se periculum facturum esse dixit, deúmve an mortalem hospitio susceptet, conatusque est nocte dormientem interimere. Quod quum frustra tentasset, alia ratione rem aggressus est. Habebat obsides à Molossorum gente ad se missos: horum unum jugulavit, partemq; assum, partem elixum Iovi epulandum apposuit. Cujus rei immanitate indignatus Iupiter, regiā tyranni immisso fulmine exussit, ipsumq; in tylvas fugientem, in lupum transformavit. ¶ Alius fuit Lycaon Nelei filius: & frater Nestoris, quem Hercules capta Pylo interemit. ¶ Alius item fuit Priami filius ex Laothoe Altai Lelegum regis filia, quem Achilles in bello Trojano interemit: ut placet Homero lib. 21. Iliad. ¶ Lycaon item faber insignis fuit ex Gnosso Cretæ urbe, artifex ejus enim, quem Ascanius dedit Eurydo de quo Virg. 9 Aen.

Lycaonia, Λυκαονία. Ger. Ein Landschafft des mittlern Asiæ, hoch gegen Mitternacht im Berg Taurus. Asiæ regio, Cappadociæ pars, secundum Ptolomæum ad Taurum montem pertingēs eam partē, quæ Pamphyliam amplectit. Varias habet locorum, Adoporiacum, Cannam, Paralaidā, alias quæ complures, quas vide apud Ptolem. lib. 5. cap. 6. ¶ Lycaonia item olim appellata fuit Arcadia, à Lycaone Rege, Pelasgi filio, & patre Arcadis, à quo deinde Arcadia dicta fuit.

Lycaonēi, pen. corr. Λυκαονεῖς, Populi Lycaoniæ, in finibus Cappadociæ ad Taurum montem, qui & Lycaonii appellantur. ¶ Lycaones sunt à Ptolem. lib. 5. cap. 2. collocantur in finibus Lyciæ non procul à Themisonio.

Lycastus, Λύκαστος, Vicus prope Lydiam, Stephan.

Lycaste, Λυκάστη, Filia fuit Priami ex concubina, cujus amore flagrans Polydamas Antenoris & Theanūs sororis Hecubæ filius, eam uxorem duxit. ¶ Fuit item Lycaste meretrix nobilis, apud Drepanum Siciliæ urbem, ob formæ excellentiam Veneris appellata, quæ quum Butes, Amyci Bebryciorum Regis filium hospitio excepisset, ejus connubia sibi Erycem ei peperit, quo fatum est, ut apud posteros creditum fuerit, Butem ex Venere Erycē genuisse. Vide suprà in dictione VTES.

Lycastius, Λυκάστιος, Vrbs Cretæ, ita dicta à luporum multitudine, quæ ibi esse perhibetur, Strabo lib. 10.

Lyceum, pen. prod. Λύκειον. Ger. Der fürnehmste Gymnasius zu Athen. Gymnasii celebris nomen juxta Athenas, in quo Aristoteles frequentissimo auditorio philosophiam profitebatur, quemadmodum Plato in Academia. Cic. 1. Academ. Qui crāt cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt: quia disputabāt inambulantes in Lyceo. ¶ Fuit & Lyceum gymnasium Ciceronis in fundo Tusculano, à nomine scholæ Aristotelicæ ita dictum, de quo lib. 1. de Divin. Nuper (inquit) quum essem cum Quinto fratre meo Tusculano, disputatum est. Nam quum ambulationis causa in Lyceum venissemus (id enim superiori gymnasio nomen est) Peripatetici (inquit ille) tuum paulò antè tertium de Natura deorum. Hujus nominis penultima producitur à Cicerone in versu illo: Inq; Academia umbrifera, nitidaq; Lyceo. Fuerunt claræ fœcundi pectoris artes.

Lychnidus, Λυχνιδός, Virgō Nouda, Macedoniæ oppidum, sub Candavia monte situm ad viam Egnatiam, quæ ab Apollonia, maritimo Adriatico in intimam Macedoniam ducit. Autor Strabo lib. 7. & Ptolemæus lib. 3. cap. 13.

Lychnitis, idis, Λυχνῖτις, Lacus est in Occidentali tractu Macedoniæ, sub Candavia monte: cui immineat oppidum nomine Lychnidus. Vide Stephanum sub Λυχνίδος, & Strabonem libro 7.

Lycia. [Lycia. Germ. Ein Landschafft der mittlern Asia gegen Pamphylien und Carien gelegen.] Regio minoris Asiæ, inter Pamphyliam & Cariam (ut Ptolemæo placet (si poetarum fabulis credimus) Chimæræ monstri ignibus infestata. Cujus fabulæ occasionem præbuit Chimæra ejus regionis mons, crebrò ignem eructans. Dicta est autem Lycia à Lyco Pandionis filio. Vrbem habet Patarā Apollinis oraculo celebratam: à qua Apollo Patareus cognominatur. ¶ Est & urbs Arcadiæ Gentile Lycaeus, Stephan. ex Pausan.

Lycius, Gentile, Virg. 1. Aen. Vnam quæ Lycios, fidumq; vehebat Orontem.

Lycius, a, um, adjectivum est, Lyciæ sortes, apud Virg. 4. Aeneid. dos nūcit, sortes Apollinis, qui in Lycia apud Pataram responsa edebat.

Lycidas, ae, Λυκίδας, Nomen Centauri unius ex iis, qui Pirithoum Hippodamiam sponsam eripere conati, à Lapithis jugulati sunt. Ovid. 12. Metamor. Atracn Eurymonus, Lycidasque & Areos, & Imbreus effugere necem. ¶ Est & nomen pastoris apud Virg. 9 Aeglog.

Lycimnius, sive potius Licymnius, Λικύμνιος, Avus maternus Herculis: quem Tlepolemus, ejusdem Herculis ex Astiochia filius, jam ætate provectum, interfecit. Autor Homerus in Catalogo.

Lycisca. [Germ. Ein Wölffin: eine Hunds-art.] Nomen canis propriū, à lupo ut videtur, sumtum ratione impositionis. Sive ab eo, quod lupum coërceat. Virg. 3. Aegl. multum latrāte Lycisca. Servius Lycisca vocari arbitratur canes ex lupo & cane fœminas natas: cujusmodi in Cyrenaica Libya pugni Scribit Aristoteles Phil. lib. 6. cap. 31. hoc genus appellari Crocutas vocat, omniaq; dentib. frangere ait, & devorata protinus coquere.

Lycius, [Λύκιος. Germ. Ein Name Apollinis, oder der Sonnen.] Apollinis cognomē. Velut ex Servio, quo nomine potius Græcorum diem antecedat lucem dicam, quæ præcedit Solem. Vel (quod verius puto) à Lycia Asiæ regione, in qua præsertim celebratur. Habet enim ea regio Patarām urbem Apollinis oraculo insignem. Non enim licet audiendi, qui quòd lupi naturam imitetur hauriendo humore vi caloris vehementioris, Lycium dictum conficiunt.

Lycomedes, Λυκομήδης, Scyri insulæ Rex, cui Thetis filium suum commente præceptore suo Chirone olim raptum servandum tradidit, ut ibi inter ejusdem Regis filias (erat enim facie vecusta, & eleganti, ita ut facilè pro puella fide gereret) muliebri habitu indutus latitaret, ne ad bellum Trojanum, à quo nō reversurum fatebat, proficisci cogeretur. Apud quem quum delitesceret, Deidamiā Regis filiā vitiavit, & ex ea Pyrrhum suscepit. ¶ Fuit & alter Lycomedes Creontis filius, cujus meminit Homer. lib. 9. Iliad.

Lycon, Λύκων. Germ. Ein weiberer der Philosophus aus Troade in Asia bürtig.] Philosophus Peripateticus fuit, ex Troade Asiæ regione, in dicendo adeò lixivii, ut pro Lycone Glycon nominaretur: tracto nomine a dulcedine. Hic fuit calvus & vellicum mollitie ac deformis. Lucta & pilæ lusione exercebatur. Fertur podagræ morbo annos natus septuaginta quatuor. ¶ Fuit præterea Lycon quidam Orator, unus ex accusatoribus Socratis, de quo Laertius in vita Socratis. Fuerunt & alii ejusdem nominis, quorum meminit idem Laertius.

Lycone, Λύκωνα, Vrbs Thraciæ Gentile Lyconeus. Stephan.

Lycophron, Λυκόφρων, Poeta patria Chalcidensis, natura quidem Sophocli grammatico: adoptione verò Lyci Rhegini historici filius, inter septem poetas, qui Pleiades dicti nuncupati à numero stellarum, à Ptolemæo Philadelpho Ptolemæo recepti. Fuere autem hi, Theocritus, Aratus, Nicander, Apollonius, Philiscus, Homerus junior, & Lycophron. Tragœdias ejus enumerat Suidas: Sisyphū, & Alexandrum, poēma valde obscurum, in quo agit de variis Cassandræ sortibus; ab Hercule, & Trojani Trojano, prosequiturque ad Alexandrum Macedonem. De hujus morte Ovidius in Iam. Vtq; cothurnatum perisse Lycophronā narrans Heroa in tribus Exaglossis. ¶ Alius fuit Periandri Corinthiorum Regis filius ex Melissa, Procis Epidaurioram Tyranni filia, quam quum Periander gravidam ictu calcis occidisset, Lycophron ei Cypselo fratre suo ad Procletem se recepit. Verùm repentè filios Periandro quum Procles dimittere cogeretur, deus admonuit, meminisse eos debere quisnam uterem eorū occidisset. Quod verbum tam alte Lycophronis animo infedit, ut Corinthum reversus, adduci non potuerit, ut aut patrem prior salutaret, aut ab eo compellatus, verbum ullum responderet. Quā ob pertinaciā iratus Periander, ædibus eum ejecit, edicto simul proposito, Apollinī ut facere esset, quisquis eum tecto reciperet. Cujus edicti metu quum ab omnibus excluderetur, quarta demum die in porticu quadam à patre inventus, illuvie squalidus, & in cella earum nam ex cibus, hilandeq; ab eo incitatus, ut posita pertinacia regni successionem uni carissimo præferret exitio, nihil aliud respondit, quam ipsum ejus Apollini deberi, quòd contra edictum in colloquium secum venisset. Periander itaque animadvertens gravius esse malum filii, quàm cui facilè credere posset, se Corcyram (cum & ibi imperaret) eum abiegandum curavit. Verùm quum ingravescente jam ætate Periander sibi constare esse ad extremum tyrannidi administrandæ minus idoneum filium, missa ad Lycophronem Iuvate, ad regni administrationem eum evocavit. Cui quum ille respondisset, se patre vivo Corinthum non reversurum, hanc ei conditionem tulit Periander, si in Corcyram concessisset, ut ipse ad tyrannidis successionem sese in Corinthum conferret. Id approbante filio, Periander confecta navi, in Corcyram cursum tenuit, finemque vitæ, ut filius metuerat, Corinthiorum,

rinthum. Quæ res cum magnopere sefellit. Edocti enim de his omnibus Corcyræi, qui Periandro malè cupiebant, ut adventum ejus interciperent, Lycophronem interimunt. Quod factum tam indignè tulit Periander, ut insulam vindictæ, tercentos primorum Corcyræorum pueros Sardes ad Halyatten Regem mitteret castrandos: qui tamen quum Samum appulerit, beneficio Samiorum servati sunt, & incolumes domum remisit. Vide Herodotum libro tertio, & Laërtium in Periandro.

Lycopolis, λυκόπολις: Vrbs Ægypti, dicta, quòd Æthiopas Ægyptum incursantes, lupi fugarint acie usque ad urbem Elephantinam repulerint. Ibi Ægyptii Lycopolin condiderunt à belluis illis ei nomen imponentes: quas etiam pro diis colebant. Autor Diodorus lib. 2. Germanicè dici posset Wolffstat.

Lycoreï, λυκώρεια, Vicus in Delphis à Lycoreo rege. Civis Lycorus, Lycoreus, Lycorides. Est & Lycoreus Iupiter, & λυκωρεὺς per metathesin. Steph.

Lycoris, λυκωρὶς, Volumnii Senatoris liberta fuit, vero nomine Cytheris dicta, misere à Cornelio Gallo adamata: quo tamen spreto, Antonium in castris secuta est. Virgil. 10. Aeglog. tua cura Lycoris, Perque nives alium, perque horrida castra secuta est.

Lycormas, λυκόρμας Stephano, Fluvius est Actoliæ, Baccas arenas volvens. Hic posteà Evenus ab Everno Rege Actoliæ, qui se in illum præcipitavit, appellatus est, teste Strabone lib. 9. Ovid. lib. 2. Metamorph. Arduus quæ terram Xanthus flavus que Lycormas.

Lycosthenē, λυκόσθενα, vel λυκοσθένεια, Vrbs Lydiæ, Steph. Gentile Lycosthenus, vel Lycosthenites.

Lycotes, λυκόται, Vrbs Thraciæ, Cives Lycotæi. Steph.

Lycostira, λυκόστειρα, Vrbs Arcadiæ in Lyceo monte, inde Lycostireus. Stephanus.

Lyctonia, Vrbs Cretæ insulæ, ut notat Tortellius.

Lyctus, λύκτος, Cretæ urbs, edito in loco fita unde & Lycton quidam appellarunt, teste Stephano, de urbibus, & Strabone lib. 10.

Lyctius, genitiv. λύκτιος, ut, Lyctius Idomeneus apud Virg. 3. Aeneidos.

Lycurgus, [Λυκοῦργος. Ger. Ein Trudt Fremder: der Lacedæmonischen Königen Alastor / welcher sie nach der Ordnung Lycurgi regierte. Nobilis Spartiata fuit, Polydectæ filius, & frater Eunomi Lacedæmoniorum Regis: cui etiam in Regnum successit, ignarus Eunomum uxorem gravidam reliquisse. Quod ubi primùm cognovit, posito Regis nomine, Prodici: hoc est, tutoris nomen assumpsit, regéq; adultò (Charilao ei nomen erat) regnum fidelitèr restituit. Verùm quum civitatem pessimè institutam animadverteret, ad constituendam salubriorem legibus Reipub. animum adjecit. Conscriptis itaque his, quæ longa peregrinatione didicerat civitatibus utilia fore, Delphos sese contulit, ut Dei quoque consilium in re tam difficillima exploraret. Quumque Pythia consilium ejus à Phœbo maximè probari, diuq; potius quàm hominis inventum esse recipiendum diceret, alacriorem ad peragendum institutum factus, fore aliquot armatis occupato, leges suas perfert. Quibus quum jam cives mediocriter adjuvarentur, ut quas tulerat leges, æternas quoq; redderet, hanc rationem commentus est. Simulat animum adhuc quiddam superesse, quod ad civitatis salutem pertineret, quodque tamen consulto oraculo aggrediendum non esset: eaque de causa se Delphos profecturum velle. Interim tamen Reipub. interesse, ut leges, quibus admodum lætæ erant, in reditum suum inviolatæ servarentur: eóque ita futurum primùm à Regibus, deinde à cæteris omnibus jusjurandum exigit. Profectus itaque Delphos, quum Pythiam ita respondentem audivit, nihil legibus illis absolutius esse, fœlicissimamq; fore civitatem eam, in qua illæ quàm diutissimè servarentur, constituit: ubi amplius in patriam non esse redeundum, ne illi aliquando jurejurando soluti, leges suas everterent. Missoq; Sparta oraculo, amicos, cognatos, comites amplexus, iisq; dimissis, Cirrhæi concessit, ubi mox furis sibi manibus necem consciscit. Quamquam alii Crissæ, nonnulli etiam in Creta interiisse volunt: aut etiam sepulcrum ejus apud Pergam eam urbem ostendatur. Spartani mortuo facilè coercerunt, & ob singularia ejus in patriam merita divinos ei honores tribuerunt. Vide latiùs vitam ejus apud Plutarchum. ¶ Fuit & Lycurgus, Nemeæ Rex, & pater Archemori, alumni Hypsipyles: cujus meminit Statius lib. 5. & 6. Theb. ¶ Fuit & Lycurgus alius, Thraciæ rex filius Dryantis, qui, quòd Thracas immoderatè vino deditos conspiceret, vites omnes toto regno excidi jussit: ut refert Plutarchus eo in opusculo, quod de poëtarum utilitate conscripsit. Hinc datus est Poëtis locus fabulæ, Lycurgum infestissimo Bacchum odio prosequutum esse, adeò ut & nutrices illius, in Nysa latentes persequeretur, & Baccho ipsi tantum terroris incusserit, ut præcipiti fuga trajecto mari, in Naxum se recepisse videatur: & quum ita numinum ira Lycurgum in furorem conversum: & quum sua manu filium Lycurgum in furorem conversum: & quum vites quoque, ne Baccho in posterum libaretur, excidere vellet, ubias sibi successisse. Hinc est ille Lycurgus, cujus meminit Virgil. 3. Aeneid. Terra procul vastis colitur Mavortia campis: Thraces arant, acris quondam regnata Lycurgo.

Lycurgeius, aia, aium, penult. prod. Λυκούργειος. Cic. ad Attic. lib. 11. Notine ipsi qui Lycurgei à præcipio fuisse mus, quotidie ejusmodi gamus, Vbi interpres: Lycurgeius est, optimates, legum assertor, & propugnatores: qualis Lycurgus apud Lacones legum conditor. Budæus sanctissimum interpretatur.

Lycus, λύκος, Bœotiæ vetus, Qui Antiopam Nycteï regis filiam uxorem duxit: quam postea, quòm à Jove in Satyrum conversio comperisset cognovisset, repudiavit, Dircenque uxorem duxit: quæ veritus ne Antiope cum Lyco in gratiam rediret, atrocissimis eam injuriis affecit: quibus Jovis miseratione dissolutis, in Citharonis montem profugit, ubi Amphionem & Zethum peperit, qui postea à pastore, qui ipsos nutrierat, de Lyci injuriis edocti, cum matre una uxore interfecerunt. ¶ Alius fuit Lycus quidam exul Thebanus, qui id temporis quo Hercules ad inferos descenderat, ejus uxore gerendæ occasionem sibi oblatam ratus, Creonte occiso, regnum Thebanorum occupavit: quumq; jam Megaræ Herculis uxori vim inferre pararet, opportuno illius reditu oppressus est, & cum suis omnibus interfectus. Vide Senecam in Hercule furente. ¶ Fuit item Lycus, quidam ex Aeneæ comitibus, de quo Virgil. lib. 1: Nunc Amici casum gemat, & crudelis secum Fata Lyci. ¶ Est etiam Lycus, λύκος, fluvius Ponti prætereuntem Heracleam Maryandinorum in Pontum ruentem influens. Autor Plinius lib. 6. cap. 3. ¶ Alius item est ejusdem nominis fluvius in Asia, Laodiceam præterfluens: cujus meminit idem Plin. lib. 5. cap. 29. ¶ Est item Lycus Germaniæ fluvius, Rhenos dirimens à Vindelicis, & præter Augustam Vindelicorum in Danubium labens, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 12. [Germ. Der Lech.]

Lydda, λύδδα, Judææ oppidum, ad occasum Iordanis fluvii, teste Ptolemæo lib. 5. cap. 16. & Plin. lib. 5. cap. 14. Vulgò Rama.

Lydii, [Λυδοί, Indidem Lydia. Germ. Ein Landschafft dem mittern theil Asiæ, stossend an Phrygiam.] Regio Asiæ minoris, Cæsio rege & Pactole auctore fluminibus nobilissima, quæ flexuosis Mæandri amnis recursibus perfusa, super Ioniam procedit, Phrygiæ ab exortu Solis vicina, ad Septentrionem Mysiæ Meridiana parte Caïcum amplectens. Lydia dicta est à Lydo Atyos filio, cum antea Mæonia vocaretur. Vrbes habet Philadelphiam, Hyperpus, Magnesiam, & Sardis Crœsi regiam, totius regionis caput. ¶ Hujus regionis incolæ Lydi dicuntur, qui primum aurum, argentum, signaturam, pramia, caupones, institores, fœnerator. Autor Herodot. lib. 1. ¶ Lydus in mendic. λύδος ὁ μισθοφορικὸς. In hominem infatiatæ auri etiam inexplebilis libidinis dicebatur. Narrat Lydos adeò libidine perditos fuisse, ut non tantùm nocte vacaret voluptati venereæ, verùm etiam ipso meridie lasciviret, manibus fœcum opus peragentes. Unde λυδίζειν dicunt Græci pro Lydorum more vitam agere. ¶ Lydos cauponatur, λύδοι κάπηλοι. In eluminatos & ebrios. ¶ Lydis cauponatur, λύδοις κάπηλος. In cum competit, qui lascivos, λύδιος ἀνὴρ ἐπὶ τρυφὴν ἐπιτήδειος. In cum competit, qui lascivis voluptatibus addictus jacebatur. ¶ Lydii in plaustrum provolutantibus addictos jacebatur. ¶ Lydi in plaustrum provolutantibus addictos jacebatur. ¶ Lydi in plaustrum provolutantibus addictos jacebatur. ¶ Lydi

Lynceſſæ, æ, um, Ovid. li. 15. Metam. Hanc ſuus effectu diſpar Lynceibus amnis, Quem quicunq; parum moderata gurgite traxit Haud aliter tinctus, quàm lentra virus bibiſſet.

Lynceus, diſſyllabum, hujus Lynceï vel Lynceos, penultima obliqua eorum correpta, Λυγκεύς. Vnus ex Argonautis, tanta oculorum acie præditus, ut diceretur, vel parietem viſu penetrare, & (ut exhiſtorica nonnulli prodiderunt) noviſſimam Lunæ primamq; eodem die in ligna Aretis conſpicere: quod paucis mortalium contigiſſe dixiſſe. Hunc Valerius lib. 1. Argonaut. Solas tranſigit nubila Lynceus. Hunc Varro centum trigintà millia paſſuum proſpexiſſe ſcribit: fulmina q; euntem à Carthagine claſſem Punicam, numeratáq; navium, ex Libycana ſpecula manifeſtiſſimè notaſſe. Salinus refert fuiſſe Strabonem. ¶ Fuit & Lynceus alius, frater Idæ, qui pro duabus Leucippi filiabus, quas deſponſas Caſtor & Pollux rapuerunt, arma ſumpſerunt, initaq; pugna Caſtor Lynceï, Lynceus Pollucis manu occubuit. Idas verò, quem ipſum etiam Pollucem conaretur adoriri, immiſſo à Ioue fulmine interiit. Vide Ouidium ad finem lib. 5. Faſt. Apollonius tamè in Argonaut. Idaon à Caſtore interfectum tradit: idq; Lynceum per abſentem vidiſſe, & Caſtorem occidiſſe.

Lynceus, a, um, per tres ſyllabas, & pen. prod. Λυγκεύς, denominativũ eſt à Lynceus formatũ. Ouid. 5. Faſt. Pectora trajectus Lynceo Caſtor abenſe, Nam expectato vulnere pectus habet. Virgil. ad Pollux, & Lyncea perforat haſta. Quæ cervix humeros continuata regit. In primo carmine, Lynceo, eſt adjectivum à tertio Lynceus eſt accuſativus à Lynceus primitivo.

Lynceus, Λυγκεύς. Rex Scythiæ fuit, qui miſſum à Cerere Triptolemum, ut hominibus frugum uſum commõ faceret, ſuſceptũ inſidijs, ut in ſe gentem transferret, interimere cogitavit. Ob quam rem irata Ceres eum convertit in lyncem ferum varii coloris, ut ipſe varietatem mentis exteriùs haberet. Hæc Seruius Ouid. 5. Metamorph. Regis Lynces erat, regis ſubtilis penates.

Lyndus, Vide LINDVS.

Lynx, Λυγξ. Vrbs Lydiæ juxta Gadem, poſt Atlantem. Eſt inſula Atlantis, & urbs Lynxo, Λυγξῶ. Gentile, Lynxius & Lynxius.

Lyrcēus, pen. prod. Λυρκεύς. Fons Arcadiæ ſub Cyllene monte, ex quo Inachus flavius oritur. Autor Strabo lib. 8. cap. 8. Stat. 4. Thebaid. Aret Lerna nocens, aret Lyrceus, & ingens Inachus. ¶ Stephanus Lyrceum agri Argivi montem eſſe ait, indeq; vicinam regionem Lyrceam appellari.

Lyrceus, lyrcea, lurceum, Λυρκεῖος, Ovid. 1. Metam. Jam paſcua Lernæ Conſitaq; arboribus Lyrcea reliquerat arva.

Lyrcēſius, a, um, per quatuor ſyllabas, Λυρκήσιος. Valerius Flaccus lib. 1. Argonaut. dominum Lyrceia tellus.
Antraq; deprenſæ trementum conſcia culpæ.

Lyris, Vide LIRIS per Latinum.

Lyrnaria, Λυρναία, Cherſoneſus & parva regio Lyciæ. Gentile Lyrnarius, Steph.

Lyrneſſus. [Ἐρρέτω ὁ Stephano. Germ. Ein Stoltz Troer ſo Achilles zu Zorn gebracht hat.] Oppidum fuit Troadis ab Achille eversum, quum Priamo bellum, ob Helenam a Paride Sparta rapta à Græcis inferretur. Ex quo Briſeida quæ; abduxit, uxorio Mineſe eiuſdem oppidi principe, quæ inde Lyrneſſis ab Ouid. lib. 4. Triſt. appellatur: Tertur & abducta Larine Thetidis Achilles.

Lyrnēſſius, a, um, inde deductum nomen Λυρνησσεύς. Stephano. Virg. lib. 10. Aeneid. Lyrneſſius Acmon. Ouid. in Epiſt. Briſeidis ad Achillem: Dum tua Martetuo Lyrneſſis mœnia vidi.

Lyſander, Λύσανδρος, Lacedæmoniorum Imperator, homo ſeditioſus, qui diu totius Græciæ in Lacedæmonios conciavit. Huius ductu Lacedæmonii Athenienſes, ducemq; eorum Cononem navali prælio ſuperarunt: paulò poſtramen eodem anno à Canone ſuperati ſunt terreſtri prælio, in quo & Lyſander ipſe occiſus eſt. Reliquam eius vitam pete ex Plutarcho.

Lyſatias, Λυσίας, Orator Græcus. ¶ Alter fuit Arcas, qui Lycaonem regno expulit.

Lysbona. [Ger. Lyſbon / die Königliche Hauptſtatt in Portugal.] Lusitaniæ urbs primaria, in Hiſpania ſita.

Lyſiades, Λυσιάδης, Athenienſis, Phædri philoſophi filius. De quo Cic. Phil. 5. ſic ſcribit: Lyſiadem Athenienſem puerũ ſi quis novimus: eſt enim Phædri philoſophi nobilis filius, homo præterea ſuſſicax, ut ei cum M. Catone confeſtore eodem & colluſore facilimè poſſit convenire, &c.

Lyſias, Λυσίας, Syracuſanus genere, Cephali filius, unus è decẽ oratoribus, natus Athenis, quò pater ex ſuſſulcat. Puer Thurion coloniam migravit, rediit annos natus quadraginta: ibiq; principes oratores eſt habitus. De quo ſic ſcribit Cicero in Brutо: Tum fuit Lyſias (inquit) ipſe quidem in cauſis forenſibus non verſatus, ſed egregie ſubtilis tenipror atq; elegãs, quem iam prope audeas oratorem perfectum dicere, ſuam planè quidem perfectum, & cui nihil admodum deſit. Demoſthenem ſaci è diuersis in hiſ acutè inveniri potuiſſe in eis cauſis quas ſcripſit, nihil fortia dicam, ſubdolè, nihil verſutè, quod ille non viderit: nihil ſubtiliter dici, nihil poſſit, nihil enucleatè quo fieri poſſit ad quæ tumultus: nihil contegi inde, nihil inciſatum, nihil ornatum vel verborum gravitate, vel ſententiarum, quò cuiquam eſſet clarius.

Lyſiſtrates, Λυσιστράτης, Athenienſis quidam, in quem aliquoties invehitur Ariſtophanes, quòd capillos jam canos in gro colore inficeret, quò juvenis etiamtum videretur. Erat autem alioqui famoſus, & deformis, & parax, & largitor, ac ſi ob hanc cauſam fecerit proverbio: Λυσιστράτου λαμπρότερος, παραξ ἀφικόμενος: hoc eſt, Lyſiſtrate largitor, Athenienſium Imperatore opportunè itemur, quum ſignificare volumus, penes eos ſummam eſſe poteſtatem, qui ut honores largitionibus ſunt adepti, ita eosdem turpiſſimè habent venales. Autor Suidas.

Lyſidice, [Λυσιδίκη. Germ. Die Großmutter Hercules.] Filia fuit Pelopis & Hippodamiæ, Pitthei totius, quæ electrum corpſit, & exco Alcmenam Herculis matrem peperit, ut inquit Plutarchus. Alii verò, inter quos eſt interpres Homeri, matrem Alcmenes nõ Lyſidicen Pelopis, ſed Anaxo Anaxi eiuſdem filiam dicunt.

Lyſimachia, Λυσιμάχεια. Vulgò Hexamil. Hexiciæ Chersonẽſi urbs, ad Hellespontũ, ob terræ motum deſerta. Plin. lib. 4. c. 11. ¶ Fuit & Lyſimachia Aetoli urbs, ad Hydram lacum, quam & ipſam ſua ætate fuiſſe profligatam ſcribit Strabo lib. 10.

Lyſimachus, Λυσίμαχος, Agathocles filius è ſucceſſoribus Alexandri magni, Pergamo præfuit ubi adauctis regni opibus. Hic illuſtri quidem Macedonum loco natus, virtute illuſtrior fuit: tanto literarum ac philoſophiæ ardore adeò, ut Callisthenem tunc ab Alexandro ridiculum, atque in vinculis habitum de virtute diſſerentem ſæpius audiverit, poculumque ei, ut remedium inſaniæ optanti propinaverit. Quod ægrè ferens Alexander, Lyſimachum leoni obiecisse dicitur: ſed ille viribus fractus rem potiùs prodendam fecit mendacium: nam involutum in ea leonis inferens, adrepta lingua ferum examinavit, quo facto vehementiùs poſtea Alexandro dilectus, & in honore maximo fuit. Vide Trogũ libro decimoquinto. ¶ Lyſimachus, Λυσίμαχος, natione Acarnan, Alexandri pædagogus, ſeruitutis poſt Leonidem obtinuit: nullo urbanitatis genere præditus, niſi quòd ſe Phœnicem Alexandrum, Achillem; Philippum verò Peleum nuncupabat. Autor Plutarchus in Alexandro. ¶ Lyſimachus item alius fuit, patria Athenienſis, Aristidis Iuſti filius, qui ob memoriam paternorum in Rempublicam meritorum, adeò charus populo fuit, ut quum a patre prorſus nihil relictus eſſet, (fuit enim Ariſtides adeò pauper, ut in defuncti exſilijs nihil præter vera fortitudinem fuerit inventum) publico omnem decreto ecotum ei agri cen. Cu, totidemq; incolarũ iugera in Euboea fuerint aſſignata, centumq; minas ex publico numerare, & quaterna drachma in ſingulos dies. Vide de his Plutarchum in vita Ariſtidis, & Demoſthenem in oratione adverſus Leptinem.

Lyſippe, es, Audens. Vna fuit Thespiarum Proetis, quæ & ſorores quòd ſe Iunoni præferre non eſſent veritæ, tanto furore correptæ ſunt, ut per agros diſcurrentes, ſe vaccas eſſe crederent. Vide IPHIANISSA.

Lyſippus, [Germ. Ein weitberuffter Kayſer Bildhauwer zu Sicyon.] Sicyonius clariſſimus ſtatuarius, qui ad ducenta dicitur opera feciſſe tradatur, quorũ ſingula artẽ cantare dare poſſunt ſolertiæ. Hic, teſte Quintiliano, ad veritatem optimè accedit: quam ob rem etiam Alexander ille magnus ab unũ Lyſippo ſe fingi voluit, ut pingi ab Apelle. Horat. li. 2. Epiſt. ad Auguſtum: Indicto vetuit, ne quis ſe præter Apellem, Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra Fabris. Alexandri vultum imitabitur. Cicero: Neq; enim Alexander ille gratiæ cauſa ab Apelle potiſſimùm pingi, & à Lyſippo fingi volebat. Sed quòd ſolus artem eam ipſe non etiam ſibi gloriæ fore putabat, &c. ¶ Lyſippus item poëta comicus fuit, cujus fabulas enumerat Athenæus.

Lyſiſtratus, pen. prod. Λυσίστρατος, Lyſippi ſtatuarii frater fuit, qui primus ligna ex gypſo finxit. Vide Plin. lib. 35. cap. 12.

Lyſitis. [Λύσιος. Germ. Ein gnaden Gott.] Liberi patris cognomen apud Bœotios, λύσις enim hoc eſt, à ſolvendo ut putũ. Ferunt enim Bœotios aliquando à Thracibus depreſſos, partim capros, partim in fugã verſos fuiſſe: ex quibus quum nonnulli ad Trophonii ſpecum cõfugiſſent, viſum eſt ei noctu, ut patrem Deum Liberum ſibi auxilium promittere. Quo ſtimulo alacriores redditi, Thracas ex inſidijs aſſorti ſunt, quos quum vino ſomnoque obrutos invenirent, quòd ne pacto ſuperaturi eſſent, trucidatis, quam in patriam redierunt. Dionyſio cognomento Lyſio templum conſtruxerunt. Autor Herodes Periegetes. ¶ Iunius Philargyrius ait omnes qui averruncandi mali gratia colebantur, Lyſios vocari, quos & Ἀλεξιδότας & Ἀποτρόπαιους Græci nominant.

Lyra, Λύρα. Tangro Tuchi Lariſſæ regio, circa Peneum amnem ſic dicta, quòd Neptunus ei ſignum æquis Tempe abruptis cornu ipſe fecerit.

Lythirambus, Λυθίραμβος, Bacchi cognomentũ inde impoſitum

situm, quòd eo ex femore Iovis (cui interempta mater insertus fuerat) in lucem prodituro, idemidem Iupiter inclamaverit, Μάσθω, quod est, Solve luctum.

Lyrus, Fluvius est minoris Asiæ in Pontum defluens.

Lyxeï, pen. prod. Μάξυες, Asiaticæ oppidum, apud Steph.

M

MA, accentu circumflexo, μᾶ, Mulier fuit una ex his quæ Rheam sequebantur, cui Iupiter Bacchum tradiderat educandum: quæ interrogata à Iunone cujus esset infans, Διονύσου, hoc est, Matris, respondit. Vide fabulam est, ut Bacchus apud Cæras Matris sacerit appellatus. Ipsa quoque Rhea Mà appellata fuit: cui Lydi taurum immolabant: unde Lydiæ urbs Mathaura fuit nominata. Vide Stephanum in dictione Mathaura.

Macæ, Μάκαι, Stephano, Populi sunt fœlicis Arabiæ, Cammanis oppositi, nardo, myrrha & thure abundantes. Autor Mela libro 3.

Macareæ, Μακάρεαι, Vrbs Arcadiæ, à Macareo Lycaonis filio condita, quam Stephanus à Romanis Beatam vocari tradit. ¶ Gentile est Macarcates, Μακαρεάτης, eodem Stephano teste.

Macareus, Μακάρεος, Aeoli filius, qui cum Canace sorore concubuit. Vide Epistolam Canaces apud Ovidium.

Macaria, Μακαρία, Herculis filia fuit, quæ se pro incolumitate publica manibus devovit. Vide Callim. & Euripidem in prooemiis. ¶ Cyprus item insula olim ob antiquam fertilitatem Macaria dicebatur. Autor Plin. lib. 5. cap. 30.

Macarios, Μακάριος, Viri proprium est, quo nomine duo commemorantur à Suida, vir pietate juxta ac eruditione insignes. Est autem Græcum nomen, quod nos Beatum interpretamur.

Macaros, Μάκαρος, Nomen est Cretæ insulæ à temperie cœli. Plin. lib. 4. cap. 12.

Maccabæus, Μακκαβαῖος, cum duplici c & diphthongo, nomen Barbarum, quo vocati sunt viri Ebræi fortissimi apud sacras literas celebratissimi.

Macco, Oppidum Brachmanarum, populorum Indiæ apud Plinium lib. 6. cap. 19.

Macedniõn, Μακεδνίων, Pindi montis Thessaliæ regiuncula, in Herod. lib. 1.

Mακεδονικὸν, Græcorum. Ger. Ein weite und gewaltige Landschafft in Griechenland, zwischen den zweyen Meeren Ægeo Thracio und Dalmatia gelegen.] Latissima Europæ regio, quibus olim regibus & orbis terræ imperio clarissima, antea Aemonia & Emathia appellata, quæ à tenuibus initiis, regum prudentia, gentisque fortitudine eò magnitudinis excrevit, ut centùm quinquaginta potita sit populorum. Hinc à Septentrione, à Dalmatia, Mæsiaque montana sejungunt: ab Occasu mari Adriatico, sive Ionio ab ortu Aegæo alluitur. Meridianam oram Epiroticæ gentes, & ipsa Græcia excipit. Dicta Macedonia a Macedone quodam Osiridis, sive (ut Stephanus & Solinus tribuit) Iovis filio, & Thyiadis Deucalionis. Hinc deducitur gentile Macedo, onis, Μακεδών, & possessivum Macedonicus, a, um, Μακεδονικός.

Mακεδών, gen. com. Qui ex Macedonia ortus est. Luc. lib. 6. Quum ibi sacrato Macedo fervetur in antro. Cic. 5. Tusculan. Alexander Macedo, quum ab incunte ætate res maximas gerere cœpisset, anno tertio & tricesimo anno mortem obiit.

Mακεδόνιος, Μακεδόνιος: Quicquid Macedoniæ illa unde Mare Macedonicum, quod est Aegæi pars, Macedoniam ab ortu abluens. Macedonius, a, um. Ovid. 12. Metamor. Quæ clypeo, gladioque, Macedoniaque fatilla.

Mακελλᾶ, Μακελλᾶ, Vrbs Italiæ, sic dicta διὰ τὸ μακελλεύεσθαι αὐτὴν μικρὰ μικρὰ: hoc est, quod Philoctetes in ea ægrotaverit. Gentile Macellæus. Stephan.

Mακέστις, Μακέστις, Fluvius est Mysiæ, in Rhyndacum influens. Plin. lib. 5. cap. 31.

Mάχαιρις, antis, Μαχαῖρις Stephano, Arx Iudææ, secundum olim ab Hierosolymis dignitatis locum obtinens. Plin. lib. 5. capite 16.

Machalaum, nomen Græcum compositum ex μάχη, quod pugnam significat: & λάθρα, cæcum & erraticum. Oppidum in Sicyonio agro, lugubrium clade nobile.

Μαχάων, Germ. Ein Sohn Aesculapii, ein tapfferer Krieger.] Filius fuit Aesculapii & Arsinoës (alii Coronidis, alii Hesiones filiæ Meropis, alii Xanthippes filium Sciunt) Podalirii frater, & medicus insignis, qui etiam cum reliquis Græciæ principibus ad Trojam venit. Idem ab Eurypylo occisus. Virg. lib. 2. Aen. Peliden q; Neoptolemum, primusq; Machaon. De eo etiam Homer. 2. Iliad. Ab eo Machaonius deducitur. Hinc Machaoniam artem Poëtæ usurpant pro Medicina.

Machlyæ, Μάχλυες Herodoto, Populi Africæ supra Nasamones, quos Androgynos esse tradit Callisthenes, utrosque naturæ inter se vicibus cedentes. His Aristoteles tradit dextram mammam esse virilem, lævam muliebrem. Vide Plin. lib. 6. capite 28.

Macidos, Vrbs Thraciæ, quam Ptolemæus Madi nominat de genere vocabulo. Vide Vadianum in Melam, lib. 2. in descriptione Thraciæ.

Macistus, Μάκιστος Stephano, Oppidum est Thriphyliæ: hoc est, Eliadis, quod Caucones inhabitatûrt: ita dictum à Macisto fratre Phryxi. Paus. lib. 4. ca. 6. Macistum enumerat inter Arcadiæ civitates.

Macrà, Campus est Iudææ, teste Strabone lib. 16.

Macras, Regio Iudææ, mari proxima: de qua Strabo lib. 16.

Macra. [Ger. Ein Fluß in Italien, fleußt auß dem Berg Apennino, und scheidet Ligurien von Hetruria.] Fluvius ex Apennino fluens, Ligusticam ab Hetruria dividens, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 5. & juxta Lunam civitatem in Tyrrhenum mare influens. Vide Strabo. lib. 5. ¶ Est & Insulæ nomen in Carpathio sinu, teste eodem Plin. lib. 4. cap. 13. Ptolemæo Macralla dicitur.

Macris, Μάκρις, Insula est exigua Euboeæ adjacens, olim ejus pars donec impetu maris fuit abscisa. Vide Plin. lib. 4. cap. 12. Stephanus Euboeam ipsam olim Macrim vocatam tradit.

Macritius, Μακρίτιος Coüs fuit, Sinopes celeberrimo Põti urbis conditor. Vide Stephan. in dictione SINOPE.

Macróbii, Μακρόβιοι. Ger. Mänglichte Völcker des Morgenländischen Lands.] Populi sunt Aethiopiæ, ultra Meroën, ut inquit Solinus, quibus diuturnio protelior est vita, quàm nostra. Iustitiam colunt, amant æquitatem, plurimùm valent robore, & forma sunt pulcherrimi.

Macróbius, Μακρόβιος, Vir Cõsularis nomen est, qui fuit Servii coætaneus, qui in Somnium Scipionis Commentariorum libros duos, alios q; septem Saturnaliorum conscripsit.

Macrocenii, montes, Vide MAGROCENNII.

Macrocephali, Μακροκέφαλοι, Populi sunt Themiscyræ regionis quæ Ponto & Colchidi proxima est. Horum meminit Plinius lib. 6. cap. 4. & Mela lib. 1.

Marrochir. [Μακροχείρ. Germ. Langhand, ist ein genannt Artaxerxes der Xerxischen Königs gewesen.] Cognomentum Artaxerxis Assyriorum regis. Ideo illi impositum quòd alterum manum haberet longiorem. Latini Longimanum vertunt.

Macrŏcremnii, Montes sunt non procul ab Istri fluminis ostiis. Plin. lib. 4. cap. 12.

Macrŏnes, pen. prod. Μακρῶνες, Populi Iberiæ, Albanis finitimi. Plin. lib. 6. cap. 10.

Macron Tichos, Μακρὸν τεῖχος, Oppidum est Thraciæ non procul ab Isthmo Chersonesita dictum à longo muro, quem Miltiades ibi à Propontide ad Melanem sinum duxit, Chersonesum à reliqua excludens Thracia. Autor Plinius libro 4. capite 11.

Macrŏpŏlis, Μακρόπολις, Agri Syracusani oppidulum, quod & Euryalus appellatur Stephano.

Macryes, Μάκρυες, Libyæ populi sunt Stephano, idem opinor, cum iis quos Herodotus & Plinius, Machlyes vocant. Vide supra.

Mάcτορium, Μάστοριον, Vrbs Siciliæ, apud Stephanum.

Macyberna. Vide MEGIBERNA.

Macynia, Μακύνεια, Oppidum est Aetoliæ, in Taphiassum maritimum, de quo Strabo lib. 10. & Plin. lib. 4. cap. 2. Apud Stephanum Macrynia legitur, sed corruptè: quod & ipsa literarum ratio, & alphabetici ordinis lex satis indicat.

Madaura, Μάδαυρα, Civitas in confinio Getuliæ sita, & Numidiæ, à qua Apuleius Madaurensis est appellatus.

Madaurense. Plin. lib. 5. cap. 4. Vrbs in Africa libera.

Madian, [Μαδιάμ, Midian. Μαδιηνῖται.] Vrbs quædam ab uno filiorum Abrahæ ex Cethura ita vocata, quæ (teste Hieronymo) est trans Acabam ad meridiem in deserto Saracenorum contra Occidentem maris Rubri. Vade vocantur Madianei, & Madianea regio. Legimus & filios Chobab filii Raguelis Madianitæ fecisse Mali. Legimus & filios Madian. Sed hæc civitas homonyma ejus, juxta Amonem & Aeropolim, cujus nomen ruinæ earum modò demonstrantur. Vide MANDRENI.

Madytus, Μάδυτος, Vrbs Hellespontia. Gentile Madytius, vel Madyteus. Stephan.

Maeandros, Civitas ad Hellespontum Stephano.

Mæander, [Μαίανδρος. Germ. Ein berümpter Fluß in Phrygia oder Mæonia.] cum diphthongo, qui & Mæonius, Phrygius, sive Mæonius, qui oritur è lacu in monte Aulocrene, plurimisque sinibus actus oppidis, & spatiosus domatibus crebris ita sinuosus recipitur flexuosus, ut sæpe ad fontem credatur revertere. Vide Plin. lib. 5. cap. 29. Ovid. lib. 9 Metamorph. Non secùs ac liquidis Phrygius Mæander in undis Ludit, & ambiguo lapsu refluitque, fluitque. Meander, inquit Strabo, flexuosus est: quoniam alveus multas recipit mutationes, & meatum binum deducit modò huc, modò illuc ex adverso. Hunc binum Poëtæ fingũt Oceani & Terræ filium fuisse, & Cyaneen Nymphen

phanen fuisse, quam postea Milesius Solis filius oppressit, & ex ea Caunum & Byblidem suscepit. Vide Ovid. 9. Metamorphos. ¶Hinc obliquitates omnes Meandros veteres appellarunt: quamvis ea figura non simpliciter, sed variis & obliquis constitisse: sumpta metaphora à fluvio Mæandro, qui sinuosus ac flexuosus labitur: unde & nomen habere videtur, quasi oberrer, quæ rectos hominum consortia. Cic. in Pis. Quos tu Mæandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diverticula, flexiones q; quæsisti? ¶ More Mæandri illud fieri dicitur, quòd tortuosè, flexuoseque fit. Columell. lib. 8. cap. 17: Oportebit autem nonnullis locis molas intercidi more Mæandri, parvis, sed angustis itineribus. ¶ Mæander etiam, teste Nonio, picturæ genus est, in morem labyrinthorum flexuosis ambagibus implexum, quod oris chlamidum addi solet. Virgil. 5. Aen. Victori chlamydem auratam, quam plurima circum Purpura Mæandro duplici Meliboea cucurrit. Ubi Servius: Mæandro duplici, flexuoso. Et hoc dicit: Erat in chlamyde, flexuosa, & inter se remeabilis purpura, in modum Mæandri fluminis Cariæ provinciæ. Festus neutr. gener. Mæandrum vocat hoc genus picturæ. Mæandrum, ἰσχνὸν, genus picturæ, dictum à similitudine flexus amnis, qui appellatur Mæandrus. ¶ Hoc etiam nomine dictus est mons Indiæ.

Mæchilinia, [Germ. Meyel.] Brabantiæ urbs celebris.

Mædi, μαῶδοι, Populi sunt supra Macedoniam siti. Triballis & Dardanis vicini: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 1. Scribitur autem hæc dictio per æ diphthongum in prima syllaba, ad differentiam Medorum, qui in Asia sunt, Parthis finitimi.

Mænades, [μαινάδες. Germ. Die gantze volle verlauffene so Bacchi sein seyn beginnen.] Dictæ sunt mulieres, quæ insanientium ritu Bacchi Orgia celebrabant: unde & Bacchæ dicuntur. Mænades autem dictæ sunt à verbo Græco μαίνομαι, quod significat insanire. Juvenal. Satyr. 6: crinemque rotant ululante Priapo Mænades.

Mænalus, [μαίναλος Ger. Ein hoher Berg in Arcadien.] Stephano, in singulari numero masc. gen. teste Diomede, & in plurali Mænala, neutr. gen. Arcadiæ mons altissimus, nō procul ab Argis, pinis refertus: ita dictus, ἀπὸ τῦ μαίνεσθαι, quod est furere, & insanire: aut certè à Mænalo Lycaonis filio: ut annotavit Scholiastes Theocrit. Virgil. 10. Aeglog. Pinifer illum etiam sola sub rupe jacentem Mænalus. Idem 8. Aeglog. Mænalus, argutumque nemus, pinosque loquentes Semper habet. Idem 1. Georg. Tua si tibi Mænala curæ, Huc ades ô Tegeæ favens. ¶ Est & Mænalus Stephano μαίναλος, nomen civitatis Arcadiæ, à Mænalo Lycaonis filio.

Mænālĭus, a, um, Quod est ex Mænalo, Unde Bacchus dictus est Mænalius. Et aper Mænalius, quem Hercules Eurithreo attulit: & Versus Mænalius: id est, Arcadicus. Virgil. 8. Aeglog. Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.

Mænărĭa, μαινάρια, Insula est in mari Ligustico ita dicta à magna piscium, quorum ibi magna capitur copia. Meminit insulæ hujus Plin. lib. 3. cap. 6.

Mæotobora, μαιωτοβόρα. Urbs Massagetarum. Gentile, Mæotoboreus. Stephan. qui alibi Mæsianos ad Herculis columnas habitare scribit.

Mænŭles, μαίνολης, Dictus est Dionysius, quod Latinè rotum furentem significat: sive quòd vino contrahitur ebrietas, quæ species est insaniæ: sive quòd à mulieribus furentibus, quas Bacchas vocabant, aut Mænadas, sacra ejus celebrabantur.

Mæŏnĭa, μαιονία Germ. Die Landtschafft in mitlerẽ Asia so sonst Lydia genennet wird: gelegen an Phrygien / Jonien.] Lydia, est regio minoris Asiæ, Phrygiæ ab exortu Solis vicina, ad Septentrionem Mysiæ, à Meridie Cariam amplectens, ad Occasum supra Ioniam excurrens. Ita dicta à Mœone fluvio, ut Stephano placet. Mæoniam Strabo lib. 13, μαιονίδα χώραν: hoc est, exulsam regionem vocat, eamq; arboribus prorsus carere tradit, præterquam vitibus jucundissimi feracem. Summam autem camporum faciem cinerulentam esse, petrosam & nigram aduſtionis quandam similitudinem retinentem. Imminet autem Mæoniæ Tmoli montis rupes altissima, ex qua Pactolus fluvius defluit, aureas trahens arenas unde & Chrysorrhoas dicitur. ¶ Inde Bacchus dictus est Mœonius. Virgil. 4. Georg. sæpe Mæonii carchesia Bacchi. ¶ Item Lydi dicti sunt Mœonidæ, & mulieres Lydiæ Mœonides. Ovid. 6. Metam. Mœonis elusam designet imagine tauri Europam. Quo in loco Mœonis accipitur pro Arachne puella Lydia.

Mæŏn, onis, pen. gen. corr. [μαίων. Germ. Der Vatter des weitberümpten Poeten Homeri.] Pater fuit Homeri. Unde & ipse dictus est Mæonides: ipsiusq; poemata Carmina Mœonia passim appellantur à poetis. Martialis: Perlege Mæonio cantatas carmine tanas.

Mæŏtis, pen. prod. [μαιῶτις λίμνη. Germ. Ein grosser See wie ein Meer in Scythia / in welchen Tanais und andere namhaffte Wasser sich ergiessen / das Scythisch Meer.] Palus Scythica in regione Septentrionali juxta Phasidis ostium, hyeme congelatens: Tanaim, aliosque innumeros ferè recipiens fluvios, & Cimmerio Bosphoro à Ponto Euxino distincta: ita dicta à colis qui Mæotæ appellantur: de quo vide testimonium Plinii in dictione MAEOTES. Lucan. lib. 5: Quæque fretum torrens Mæotidos egerit undas. ¶ Aliquando minus hoc nomine tanquã patronymico fœminino. Juvenal. Satyr. 15: Tale quid excusas Mæotide sevior ara Aegyptus? Quo in loco Aram vocat Mœotidem, quæ erat in Taurica regione Thraciæ quæ non procul abest à Mæotide palude.

Mæŏtĭcus, a, um, Ut Mæotica tellus, Mæotica unda, quæ passim leguntur apud Poëtas.

Mæŏtæ, penult. prod. μαιῶται, Dicti sunt populi Scythiæ, non procul à Mœotide palude, quæ ab illis nomen sumpsit. Plin. lib. 4. cap. 12. à Rege supra Mœotin Sauromatæ, & Essedones: at per oram ad Tanaim, usque Mæotæ: à quibus lacus nomen accepit.

Magarsus, μάγαρσος, Oppidum Ciliciæ juxta Mallum: de quo Plin. lib. 5. cap. 27. Stephano Vetusca est celebrissima, non oppidum.

Magdeburgum, Urbs præclara Germaniæ. Vulgò Magdeburg.

Magdŏlus, μάγδολος, Ægypti oppidum apud Stephanum: cujus incolæ dicuntur Magdolitæ.

Magi, μάγοι, Populi sub Caucaso monte siti è regione Bactrianorum, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 23.

Magna, μάγνα, Illyrici oppidum est Stephano, cujus incolæ Magiatæ dicuntur, & Magiani. ¶ Est & Magia fontis nomen in agro Syracusano, apud eundem.

Magnā Græcĭa. [Germ. Ein Landtschafft Italiæ gegen Griechenland gelegen under Calabria.] Dicta est ea pars Italiæ, quæ à Tarento usque ad Cumas est vel (ut Plin. lib. 3. refert) quæ à Locris Italiæ fronte, ad Tarentum usque protenditur. Sic dicta (ut Festus putat) quòd multæ, magnæque civitates in ea fuerint à Græcis conditæ. Vide Iustin. lib. 20. Virg. 3. Aen. Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graiis. In ea Italiæ parte Pythagoras philosophus, Archytas, Parmenides, & Zeno ejusdem sectatores, & Ennius poëta viguerunt. A quibusdam tota Italia dicta est major Græcia. Ovid. in Fast. Itala nam tellus Græcia major erat.

Magnata, μάγνατα, Ptolemæo, Vrbs Hyberniæ, à qua Magnate populi vocati sunt. Vide Ptolem. lib. 2. cap. 2.

Magnes, μάγνης Suidæ, Athenien sis antiquæ Comœdiæ scriptor tempore Epicharmi, dicuit fabulas novem, vicit duabus. ¶ Magnes item alter Smyrnæus puer, præcæteris mortalibus forma notus: poëtica insuper & musica ornatus, coronâ insignis aurea, atque habitu molliore indutus, civitates obibat multis dilectus, præsertim Gyg. Lydorum regi. Parentes autem proborum hujusmodi pœnas, capta occasione eum amarunt ejus incidentes: vestem, ornatumque omnem laceraverunt. Quare commotus Gyges, Magnetis bellum intulit, quibus tandem superatis reversus, Sardibus panegyricum celebravit magnificentissimum. Suid.

Magnēsĭa, μαγνησία, Macedoniæ regio, Thessaliæ annexa, de qua Plin. lib. 4. cap. 9. ¶ Est & Magnesia, Ioniæ oppidum ad Mæandrum fluvium, distans ab Epheso (sicuti scribit Plin. lib. 5. cap. 29.) XVI. M. pass. circa quam L. Scipio Asiaticus Antiochum regem victum magna clade affecit.

Magnēsĭa, æ, μαγνησία Stephano, Mulier è Magnesia regione Thessaliæ annexa: aut è Magnesia Ioniæ civitate. Horat. lib. 3. Carminum, Ode 7: Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens. Masculinum est Magnes, etis: quod de se facit fœmininum Magnessa, quemadmodum à masculino Cres fit fœmininum Cressa.

Magnetes, μάγνητες, Qui & Magnesii, μαγνήσιοι, Populi vocati sunt. Lucret. lib. 8: Et Magnetes equis, Minyæ gens cognita remis.

Magnus portus, μέγας λιμήν, Mauritaniæ Cæsariensis oppidum est, à portus spatio ita appellatum: ut tradit Plin. lib. 5. capite 2.

Mago, Nobilium aliquot Pœnorum ducum nomen fuit: quorum primus rem ac disciplinam Carthaginiensium vehementer auxit. Is ante bellum Punicum, ut Livius & Trogus referunt, cum CXL. navibus bello Tarentino auxilio venit Romanis, ægrè ferens Italiam ab extremis invadi. Cui actæ à Senatu gratiæ, auxiliaque remissa. Duos moriens filios reliquit, Asdrubalem & Annibalem, de quibus antè fecimus. ¶ Mago, Annibalis frater, causa victoriæ apud Trebiam fuit, sed apud Locros à Manlio clarus, ab Annibale liberatur. Livius quoque lib. 30. scribit Magonem Annibalis fratrem, in agro Insubrium vulneratum, quum ex Africam per legatos revocarus navigaret, apud Corsicam obiisse. ¶ Mago alius à Scipione capitur apud Carthaginem in Hispania, Romamque pet Latium mittitur. ¶ Mago denique Afer, qui de Re rust. duo, de triginta volumina scripsit, de quo Columella libro 1: Veruntamen

runtamen Carthaginensem Magonem vel ruſticationis patrem veneremur. Nam hujus octo & viginti memorabilia illa volumina ex Senatuſconſulto in Latinum ſermonem conversa ſunt. Hujus Magonis meminit & Servius, quem Virgil. in Georgic. ſcribit eſſe imitatum. Item M. Varro de re ruſtic. libro primo, capite primo, & Plinius libro 18. capite 2. ¶ Magon item oppidum eſt in minoribus Baleanbus, ut ſcribit Pomponius in fine lib. 2.

Magog, [מגוג magóg.] Nomen viri, filii Japhet, propriùm à quo (ut ait Joſephus lib. 1.) Magogæ dicti ſunt, qui à Græcis Scythæ dicuntur.

Maia, [Μαῖα. Germ. Die Tochter Atlantis von welcher Jupiter den Mercurium gebohren hat.] Atlantis filia fuit ex Pleione Nympha, ex qua Jupiter Mercurium ſuſcepit. Virgil. 8. Aeneid. Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia Cyllenes gelido conceptum vertice fudit. At Maja (auditis ſi quicquam credimus) Atlantiſdem Atlas genitat, cœli qui ſidera tulcit. ¶ Fuit & altera hoc nomine Faunı filia, cui in mellario vaſe, non mel, ſed vinum ſacrificabant. ¶ Maiam item Græci amitam & materteram vocant: item nutricem & obſtetricem: denique mulieres omnes natu grãdiores honoris gratia Maias ſalutabat. ¶ Eſt item Maia, cancrorum genus maximum apud Ariſtot. lib. 4. Animal. cxix.

Malaca, Μάλακα Stephano, civitas in Hiſpania Bætica. Mela libro 2. Sigo oppidum è regione Malacam urbem Hiſpaniæ contemplatur.

Mãlchus, Μάλχος, Sophiſta fuit Byzantius, qui ſcripſit hiſtoriam à Conſtantino uſque ad Anaſtaſium. Suidas.

Maleã, [Μαλέα, Μάλεια. Germ. Ein Vorgebirg in Laconia, ſo weit hinaus in das Meer langt, der maſſen es gefährlich iſt zu ſchiffen.] promontorium Laconiæ, quod per quinquaginta milliaria paſſuum in mare protenditur, ubi periculoſa eſt navigatio, propter adverſos ventorum flatus. Hinc eſt illud proverbium: Quum ad Maleam deflexeris, domeſticos obliviſcere. Virgil. lib. 3. Iunioque mari, Maleæque ſequacibus undis. Stat. lib. 7. Thebaid. Rauca circonlonat ira Maleæ. Dicta Malea, à Maleo Argivorum rege, qui in ea templum pulchrum conſtruxit, quod Maleoticum appellavit. ¶ Malcæus ſinus, vide MALIACVS.

Mãlẽventum, Hiſpanorum urbs, poſtea auſpicationis omiſſa gratia Beneventum appellatum. Vide Plinium lib. 3. cap. 11.

Maleus, Μάλευς, per ſimplex l, mons eſt Oretum. Indicæ gentis, juxta quem umbræ æſtate in Auſtrum, hyeme ad Septentrionem jacentur.

Maliaca, Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs Ptolemæo, lib. 2. cap. 6. Vulgò Maigrade.]

Maliacus ſinus, [Μαλιακὸς κόλπος. Ger. Der Meer ſchoß gegen Euböe, in der Lorentzer Landſchafft.] Locrorum, Epicnemidiorum eſt, è regione Euboeæ, in quem Sperchius fluvius influit, teſte Ptolemæo: ita dictus à Malieo oppido, cujus meminit Stephanus.

Maliea, Μάλιεα, Urbs Theſſaliæ, à qua populi Maliees, & mare vicinum Malicum dicitur. Vide Strab. lib. 18.

Malla, Μάλλα Stephano, Urbs dicta à Mallo filio Amphictionis, aut Amyri Boeoti. Hinc ſtolus Mallaeus. Gentile Malleus & Malleates: quod etiam à Malea promontorio Laconiæ derivatur. Stephan. Vide MELOS.

Malimnus, Μάλιμνος, Scriptor eſt apud Theocritum, pomis refertus.

Mallada, Μάλλαδα, Urbs Perſica. Gentile Malladenus, Steph.

Malli, Μάλλοι, Indiæ populi à Mallo monte vicino ita dicti. Autores Plin. lib. 6 cap. 17. & Strab. lib. 15.

Mallois, ωτος, Μαλλοῖς, Locus in Lesbo, ubi Apollinis templum eſt, ἀπὸ τῶν ἐκεῖ μαλλῶν. Stephan.

Mãllos, Μάλλος, Ciliciæ oppidum clariſſimum, à Mallo conditore ita appellatum, ut ex Callimachi ſententia refert Steph. Lucr. lib. 1. Mallos & extremæ reſonant navalibus Aegæ. Hodie vulgò Malo.

Mallotes, pen. prod. Μαλλώτης, A Græcis appellatur mons Ida, ab ovium multitudine. Nam μαλλὸν, apud eos ſignificat vellus, vel pelem lanatam. Vide Caelium lib. 25. cap. 1.

Mãllus, Μάλλος. Mons eſt in ea parte Indiæ, quæ eſt intra Gangem, à quo vicini populi Malli, Μάλλοι, appellãtur. Autor Plin. lib. 6. cap. 17.

Malſane, es, Μάλσανις, Oppidum eſt felicis Arabiæ, à quo fit gentile Malſanites. Stephan.

Mãlvi, Africæ fluvius Cataricnſem Mauritaniam à Tingitana dirimens, teſte Ptolem. lib 4. cap. 1. Plin. lib. 5. cap. 2. Malvanam appellat.

Mamaus, Μάμαος, Fluvius eſt Peloponneſi, in tractu Triphyliaco, non procul à Pylo, qui olim Amathus dicebatur. Autor Strabo lib. 8.

Mamarcina, Μαμαρκίνα, Urbs Auſoniæ. Gentile Mamacinæus. Stephan.

Mãmbliã, Oppidum Aethiopiæ, ab ea parte, qua Africam ſpectat. Autor Plin. lib. 8. cap. 20.

Mambrẽ, [ממרא mamre. Μαμβρῆ.] Mons juxta Hebron.

Mãmercus, Præfal fuit Viennenſis, qui teſte Ptolemæo Lucelli, anno CCCCLIIII, ſupplicationes primus inſtituit, quas Rogationes noſtri vocant, ob frequentes terræmotus, quibus ea regio infeſtabatur. Volaterranus. ¶ Mamercus item Pythagoræ filius creditur, inſigni humanitate, à quo Aemylia gens Romæ appellationem traxit.

Mãmertus, Oſcorum prænomen, à Marte deductum, quem illi Mamertum appellarunt.

Mamers, Lingua Oſcorum dictus eſt, qui à Romanis detractione unius ſyllabæ Mars, & à Poëtis per epenthelim Mavors appellatur. Ager.

Mamertes, Corinthius, filios fratris ſui Siſaponis libidine regnandi interfecit, maximo ſuo malo. Nam ubi Siſapo factum reſcivit, eum membratim diſcerpſit, ut eſt autor Ovid. in Ibin.

Mamertini, [Μαμερτῖνοι. Germ. Bürger in Campanien habe.] Populi Campani, qui quum Meſſanam colonos miſiſſent, ipſi quoque Mamertini potiùs, quàm Meſſanenſes ſunt vocati: & vinum eorum, cujus ager ille feraciſſimus eſt, Mamertinum. Plin. lib. 14. ca. 6 Mart. lib. 13. Amphora Neſtorea tibi Mamertina ſenecta ſi detur, quod vis nomen habere poteſt. Dicti à civitate Mamertia, quæ à Lacedæmoniis ſubverſa fuit, quod Meſſenii quinquaginta virgines Lacedæmonias violare tentaſſent: & non conſentientes, eas occidiſſent. Steph. Μαμέρτιον vocat.

Mamilia, æ, Telegoni filia, à qua Mamiliorum familia nomen traxit.

Mãmurius, Μαμούριος. Faber ærarius laudatiſſimus, qui tempore Numæ Romæ, & Saliorum ancilia cõfecit, ad ſimilitudinem ejus quod de cœlo ceciderat. Deboc ſic ſcribit Feſtus: Mamurii Veturii nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant: hac de cauſa, Numa Pompilio regnante, è cœlo cecidiſſe ferunt ancile: id eſt, ſcutum breve, quod ideò ſic appellatum eſt: quia ex utroq; latere erat ſecuſſum, ut lemnum, inſtarumque ejus latus medio pareret: unaque edita vox eſt: Omnium populi potentiſſimam fore civitatem, quãdiu id ea manſiſſet. Itaq; facta ſunt ejuſdem generis plura, quibus id miſceretur, ne internoſci cœleſte poſſet. Probatũ opus eſt Mamurii Veturii, qui præmii loco petiit, ut ſuum nomen in Salii inter carmina caneretur. Hæcille. Ovid. 3. Faſtor. Inde ſacerdotes operi promiſſa vetuſto Præmia perſolvunt, Mamuriumq; vocant.

Mamurra, Formiis natus, eques Romanus, & præfectus fabrorum C. Celaris in Gallia, qui primus Romæ in Cælio mõte parietes domus ſuæ marmore incruſtavit, nullamq; in ædibus columnã habuit, niſi è marmore: omnesq; ſolidas è Carrheto, aut Lunenſi. Hic eſt ille Mamurra, Catulli Veronenſis carminibus proteſtus, qui domũ ejus dirui habere, quicquid habuiſſet Comata Gallia. Hæc Plin. lib. 36. cap. 6.

Manarthus, Μάναρθος, Aegyptius fuit ex Diospoli urbe ortus, qui de Phyſiologia, & de Aſtrologia judiciaria carmen reliquit. ¶ Fuit & alter hoc nomine Mendetius, ſacerdos apud Aegyptios. Vetuſq; meminit Suid.

Mancinus, Μάγκινος, Conſul fuit Romanus, qui quòd ignominiosam cum hoſtibus pacem erat pactus, ad liberandos legione Romanos, huſtibus fuit deditus.

Mandane, es, [Μανδάνη. Ger. Die Tochter Aſtyages des Königs in Media.] Aſtyagis Medorum regis filia fuit, quæ patri per quietem viſa eſt tantum urinæ reddere, ut totam Aſiam inundaret. Quare quum ex magis didiciſſet fore ut qui ex filia ſua naſceretur, Aſiæ imperium obtineret, Medorum nemini eam tradere voluit uxorem: ſed Cambyſem quendam, mediocris dignitatis hominem ſibi generum delegit: ex quo quum ilia gravida eſſet effecta, rurſus Aſtyages ſomniavit, ex filiæ ventre vitem egredi, quæ totam Aſiam obumbraret. Quo ſomnio exterritus, filiam gravidam adſe accerſit, filiumque ex ea natum cuidam ex intimis familiaribus, Harpago nomine, tradit necandum. Qui quum perſe ipſe tam triſte miniſterium nollet exequi, Mitradatem regio paſtori negotium illud cõmittit. Huic uxor erat nomine Spaco, quæ ſub idem ferè tẽpus mortuum enixa erat partum. Quare quum regium puerum intueretur forma inſigni præditum, eum pro ſuo educavit: qui poſtea ab avo agnitus, & in Perſidem ad matrem remiſſus, ubi primùm adoleviit, Harpagi inſtinctu Aſtyagi bellum intulit, cumque in prælio captũ quoad vixit, penes ſe habuit. Vide Herod. lib. 1.

Mandanes, [Μανδάνης. Germ. Ein Fürtreffenlicher gelehrter und weiſer Mann bey den Indiern zu der zeiten des groſſen Alexanders.] Gymnoſophiſta fuit inſignis apud Indos, quem quum Alexander per internuntios ad Jovis filii epulũ vocari juſſiſſet, & pauperiem vetuſto Prælia perſolvunt, Mamurium, vocant.

quod

quòd viventi India abundè multa ederet suppeditata: mortem verò tantùm abesse ut formidaret, ut multis etiam votis eam expeteret, quæ ipsi marcida senio carne liberatum, in pristinam, meliorem q; vitam vindicaret. Vide Strabon. lib. 15.

Mandaræ, Oxytorum, pars Cyri Macedoniæ. Incolæ, paroxitonum. Steph.

Mandianitæ. Vide MANDRENI & MADIAN.

Mandonius, Dux Hispanus, partes Romanorũ cũ Scipione Africano in Hispania juvit: deinde Scipione ægrotante, seditionem agitare, in Romanos q; insurgere cœpit: quem quum Scipio morbo liberatus comprehendisset, veteris officii memor, tantùm caltigatum verbis dimisit. Livius lib. 28.

Mandrent & Mandanonæ, Populi Asiæ. Vivunt autem Arabes duobus latis gentilib. Steph. Vide MADIAN.

Mandro, Fuit navicularius quispiã, qui asperante fortuna, tandem factus est Imperator: unde etiam factus a lago locus, in eos qui præter meritum ad opes evecti, priùs quæ conditionis non meminerunt.

Mandropolis, Oppidum est Phrygiæ à quo Gentile Mandropolites. Mandropolitæ. Stephano.

Mandurium, Oppidum Iapygiæ hoc est, Apuliæ à quo fit gentile Mandurinus. Stephanus.

Manes, Hæresiarcha fuit, tempore Aureliani Cæsaris, genere Babylonianes, tantæ dementiæ, ut se Spiritum Paracletũ esse affirmaret à Christo promissum, à quo Manichæorum secta fluxisse traditur. Hic tandem à Persarum rege, quod ejus filiũ, quem repulsis omnibus medicis sanandum susceperat, interemisset, vivus excoriatus est. Autor Suidas.

Manes, fluvius, sive potius torrens, Locrorum Epicnemidiorum. Thracion præcurrens interdum tam exiguus, ut transeuntis vix tingat pedes, interdum tam latus, ut in alnea diffundatur jugera. Alio nomine Boagrius appellatur. Vide Strab. lib. 9. ¶ Reliqua vide in APPETI.

Manesium, Phrygiæ oppidum, à divite quodam, cui Manes nomen fuit, ita appellatum. Stephanus.

Manethus. Vide paulò ante MANASSETHVS.

Manethula, Vrbs Cretæ insulæ, apud Pomp. Melam, lib 2.

Manichæi Hæretici, Vide supra MANES.

Manilius Octavius, A quo Manilii fuxêre ex Tusculanorũ duce, & Tarquinii genere, ad quem ille pulsi fugâ se receperit, ejusq; auxilio Romanis intulit bellum. Livius lib. 1.

Maniolæ, Insulæ ex adverso Indiæ extra Gangem, in quibus nadum navigia, quæ claros ferreos habent, detineri, nec ulterius progredi, nequando lapis Herculeus, qui circa ipsas gignitur, ea ad se trahat. Existunt Anthropophagi, Maniolæ dicti: ut scribit Ptolemæus lib. 7.

Manius, Prænomen est, quo Romanorum quidam appellari sunt, quod mane nati essent: quemadmodum Lucii dicebantur, qui prima luce nascebantur. Hoc prænomine appellatus est Manius quidam, qui (ut scribit Plin. lib. 18. cap. 3.) in summa annonæ asperitate populo singulos frumenti modios singulis assibus vendidit. Cum quo in Persi Sat. 6. Manios dici ait homines indecoros, vultus, quibus pueri terrentur, à manibus forte, quòd Manes & larvas referre videntur.

Manissana, Vrbs Lusitaniæ, Ptolemæo: Vulgò Maas ma, or. Manliana item, Taſconium urbs, Ptolemæo Lodie Madianum, Pontificum villa.

Manlius Capitolinus, Prænomine, Marcus Romæ magnæ primus vir nobilitatis, qui re male gesta à Consulibus ad Alliã contra Gallos Senones, videns in mœnibus urbis parum esse præsidii, lecta mille juvenum manu, arcem Capitolinam occupavit, & à vi hostium servavit intactam. Quam tamen ipsa arce, quòd in affectati regni suspitionem venisset, postea præcipitatus est. Cautum ejus est Senatusconsulto, ne quis ex Manlia gente Marcus diceretur. De hujus fortunadine vide Plinium libr. 7. capite 28. Livium lib. 6. Historiam hanc scribit Servius, enarrans illud Virgilii laudatum in collo Tarpeæ Manlius arcis. ¶ Fuit & T. Manlius Torquatus, cognomento imperiosus, quòd severissimi exempli tutor fuerit, filio suo maximæ spei juveni, quòd contra imperium suum in hostem pugnasset, quamvis pugnatum esset feliciter virgis cæsio. Accuri percussio. Atque inde, Imperia Manliana dicta, apud Livium Decadis primæ lib. 4. De hoc vide Gellium libro 9 capite 13. ¶ Manlius Torquatus, alius fuit quo ob ingenii & linguæ tarditatem à patre in prædia rusticana relegatus fuit à patremque judicio exemit à Marco Pomponio accusatum, ut scribit Livius libro 4. Decadis 1. ¶ Manlius Volso cujus meminit Livius libro 8. de bello Maced. Cn. Manlius Volso (quem) Consul in Asia accepit à L. Scipione copias, & exercitu instituto contra Gallogræcos bellum gessit, cuique superatis reverenti, quum inde & donea triumphum petere, decem legati, qui cum eo missi fuerant, restiterunt: inter quos L. Furius Purpurio, & L. Aemylius Paulus dicebant se legatos Cn. Manlio dare, non pacis, fœderis q; cum Antiocho nendi gratia. Manlium autem operam dedisse, ut eam pacem turbaret, multos q; nobiles viros in exercitu suo temere tam mori obtrectasse: victum tamẽ amicis atque cognatis suffragantibus, res feliciter gestas, & exercitum integrum reportantem dicentibus, ut triumphus ei decerneretur. ¶ Manlius item alius fuit, Proconsul Hispaniæ: cujus meminit Livius lib. 30. Autor Valer. Maximus lib. 6. cap. De severitate. ¶ Manlius item Torquatus, alius Ciceronis temporibus, vir doctus, ex Rhodia disciplina Molonis, natura ad dicendum necessaria solutus, neq; expeditus. Cui tu vitio suppositam esse, sublato ambitu, Consulem scio. Plus tamen artis habuit ad dicendũ, quàm voluntatis. Itaq; studio hoc nõ sufficit. Hæc Cicero. ¶ Fuit præter hos L. Manlius Torquatus, cui etsi non erat (inquit Cicero) oratio, quam Græci vocant, dicunt: erat in eo plurima litteræ, nec cæ vulgares, sed interiores quædam & reconditæ: summa verborum & gravitas, & elegantia inesse; hæc omnia vitæ decorabat gravitas: me quidem admodum delectabat. Fadianus autem de eodem sic fuisse ait L. Torquatus, qui P. Syllam patris competitorem in Cõsulatu accusavit, qua accusatione & ipse Sylla & collega damnati sunt. Rursus cum accusavit, quòd hic in conjuratione Catilinæ fuisset: defenditur à Cicerone, cujus extat oratio. ¶ L. Manlius pictor egregius, apud quem quum Servilius fortè cœnaret, filios q; ejus deformes animadvertens: Non similes (inquit) Manli fingis & pingis. Ad quem Manlius: Interea bris (inquit) fingo, tu nec pingo. Autor Macrobius. ¶ Manlius, etiã alius fuit cognomento Autiochus, conditione servus, arte astrologus ac poëta, unà cum Plotio poëta tragicorum, & Taberio Rhetore Grammatico conservus, ex Asia una navi advectus, teste Plinio lib. 35. cap. 17. ¶ Fuit præterea alius hoc nomine, ex utero matris exectus, quem Plinius lib. 7. cap. 9. scribit Carthaginem cum exercitu esse ingressum. ¶ Manlius item Mutinensis, Romæ Augusti temporibus fuit. Cujus mentionem facit Plinius lib. 36. cap. 10.

Manlianæ imperia, Dicuntur dura, severa, & crudelia: quemadmodum à Græcis tyrannus & crudelitas, vocatur. Tractum proverbium ab historia quam scribit Livius libro 4. ab Urbe de Manlio Torquato, qui filium, quòd contra edictum suum hoste pugnasset, virgis cæsum, fecit jussu percuti. Vide Rosinum in Antiquit. ¶ Sunt & Manliana tradita generatim imitatione sic dicta, ut apud Plinium lib. 15. cap. 14.

Mannacares, Vicus Arabiæ. Gentile Mannæ cattenus. Stephan.

Manneos, Regio media inter flavios, in qua habitãt Arabes, Manneone. Steph.

Mannus, [Ger. Der andre König der Teutſchen Got Tuiſcone.] Filius fuit Tuisconis Dei, alias Teutonis, à quo Alemanni se dici gloriantur. Vide in ALLMANNI.

Mantalis, Phrygiæ oppidum, ita dictum à Mantalo conditore. Gentile Mantalenus, Steph.

Mantinyrea, Vicus Arcadiæ. Gentile Manthyreus.

Mantinea, Vrbs Arcadiæ, quæ postea Antigonia dicta fuit, in adulationem Antigoni ejus, qui Philippo Persæ patri curator regni fuit. Sed postea Hadriani Imperatoris jussu rursus Mantinea fuit appellata.

Mantineus, unus ut Prælium Mantineum, quod inter Thebanos & Lacedæmonios, eorumq; socios apud Mantineã contigit quo Epaminõdas Thebanorum dux victoria jam propemodũ potitus, occidit. V. de Xenophontẽ de rebus Græcorum libro ultimo. & apud Plutarchum in vita Epaminondæ.

Mantius, Melampi filius, ex Iphianassa filia Proeti & patre Polyphide, & Clite Homer. lib. 15. Odyss.

Manto, hujus Mantis, [Ger. Die Wee ſagerin, die Tochter Tireſie.] Mater fatidica fuit Tiresiæ Thebanorum vatis filia. Quæ quum post patris obitum Creontis, & Thebarum ab Epigonis, primùm in Asiã venit: ubi Apollinis Clarii templum, ibi deinde etiam in Italiam, ubi ex Tyberi flumine portæ fabulantur (vel ex Tyberino rege Oenum peperit: qui postea ad Padum fluvium urbem condidit, quam à nomine matris Mantuam appellavit.

Mantiæ, [Ger. Mantua die Stadt.] Vrbs est clarissima ab Ocno filia Tiberio, & Manto Tiresiæ Thebani vatis filia ad Padum condita, & à nomine matris ejus Mantua appellata. Vide Virg. lib. 10. Ibi etiam patris agmen ducit. Quo muros, matrisq; dedicatio Mantuanomen. Patriarũ clarissimo, illustrissimoq; Virgilio Maronegloriata Mantua, cujus scribi ingenium tãm omnes efferre debent, quàm imitari nulli possint.

Mantuanus, mantuana, mantuanum. Ager, Mantuæ deductum nomen. Vide Mantuanus Homerus, Virgilius dictus est. Fama mantuana, Stat. 4. Sylv. 8.

Mapirã, Sarmatiæ Asiaticæ urbs, autore Ptolemæo libro 5. cap. 9 Vulgò Cops.

Marathia,

Maracha, μαράχη, Vrbs Indica, Gentile Marachius, Steph.

Maras, μάρας. Suid. Nomen proprium viri ex Berœa Syriæ ciuitate: qui ut dissimus, ita humanissimus, & officiosissimus in omnes tum ciues tum hospites extitit. Vide Suidam.

Marathelium, μαραθήλιον, Epiciteios oppidum in Caria: cuius incolæ dicuntur Marathelii. Steph.

Mărăthōnĭă, μαραθωνία. Oppidum Thraciæ, non procul ab Abdera: cuius incolæ dicuntur Marathoniatæ. Steph.

Mărăthōn. [μαραθών. Germ. Ein Gras in Griechenland vnd bey den Griechischen Scribenten.] Attici agri ciuitas, dicta ab Athenis circiter decem milia passuum, eò procul à Tricorytho, & Rhamnunte: monte Icari regis interfecti insignis, victoriaque Thesei, tum a Marathonio superato: Ismenies & Miltiadis gloria, quibi centum milia ex Dari Persarum regis exercitu prostrauit. ¶ Est & Marathon, exiguum oppidulum Phocidis, ad mare, non procul ab Anticyra: ut est videre apud Strabonem libro 9.

Mărăthōnĭŭs, nia, nium, μαραθώνιος, Vide Taurus Marathonius, qui apud Marathonem à Theseo interfectus est. Hic est Taurus amatus à Pasiphaë, quem Hercules ex Creta eò abegit.

Mărăthŭs, thi, μάραθος. Antiqua Phœnices ciuitas: cuius meminerunt Plin. lib. 5. ca. 20. & Strabo lib. 16. ¶ Stephanus item Marathum urbem in Acarnania collocat.

Mărăthŭs, i. μάραθος Stephano, Insula ante Ioniam, Asiæ regiones, non procul à Caromene: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31. ¶ Est & Marathus, Cretæ insulæ oppidum, apud eundem lib. 4. cap. 20.

Mărcămus, μάρκαμος, Mons Troadis, iuxta Geraghirem: incolæ Marcæitæ. Steph.

Marcellă, μαρκέλλα, Nomen mulieris Romanæ, quæ quum à matre rogata esset, gauderemne se nupta? ita valdè se pudit, ut amplius nolim.

Marcellus, Nomen viri clarissimi Romani proprium, cuius res gestæ à Livio & ab aliis literis traditæ sunt. Hic Gallorum ducem singulari certamine fudit, spolia legit: Annibalem primus vinci posse docuit: Syracusas per tres annos obsedit, & tandem expugnavit, quinquies Consul. Qui postrema consulatu, dum ad occupandum colem quòdam cum paucis proficisceretur, insidiis circumventus, occisus est, magna suorum ab hoste Annibale virtutis cum fama elatus.

Marchūdās, Lamo fuit insignis in sylva Dodonea, ut scribit Torrebius.

Marcŏmānī, unicum, & penul. corr. [μαρκόμανοι. Germ. Die Marcker.] Populi Germaniæ, quos Caius cum Ariovisto Germanorum rege superavit. Hos Bohemos, vel Moravos putant esse. Statius libro 3. Sylvarum: Quæ modò Marcomanos post horrida bella, vagosq; Sauromatas. Vide Strabonem libro 7.

Marcullus, Vide in APPEL.

Marcus Antonius, orator, Vide in ANTONIO.

Mărdi, μάρδοι, Populi Asiæ, supra Ponticum, non procul à Colchide: quorum meminit Plin. lib. 5. ca. 6. ¶ Stephanus Mardos quosdam inter Hyrcanos collocat.

Mardŏnēs, μάρδονες, gens Epirotica.

Mardŏnĭŭs, [μαρδόνιος. Ciceron. Einer auß den Fürnemsten Herren bey den Persischen Scribenten vnd Geschichtschreibern. Herodoto lib. 8.] Ex præcipuis fuit Persarum Satrapis, quem Xerxes prælio navali apud Salaminem à Themistocle superatus, cum trecentis armatorum millibus in Græcia reliquit. Hunc postea Pausanias speciosissima victoria apud Platæas superavit: ubi & Mardonius ipse occubuit, ab Arimneslo quodam Lacedæmonio interfectus. Vide Herodotum lib. 9.

Marea, μάρεια, Lacus est Alexandriam à Meridie alluens, multis Nili fossis auctus, portum habens altero qui ad mare est, multo utiorem. Alio nomine dicitur Mareotis: ut testatur Strabo lib. 17. ¶ Stephano item Marea oppidum est Mareotidi lacui adjacens.

Mărĕōtis, dis, [μαρεώτης. Ciceron. Ein grosse See in Egypten: heißt jetzt Aschiaro.] Lacus in Aegypto, Alexandriam à Meridie alluens, multis Nili fossis, tum à superioribus partibus, tum à latere adductus, portum habens nobilem, eoq; qui ad mare est, multo utiliorem. Autor Strab. lib. 17. ¶ Mareotis præterea appellatur pars illa Libyæ, quæ est inter Cyrenaicam regionem & Aegyptum, à Ptolemæo Marmarica appellata: hjus descriptionem vide apud Plin. libro 5. capite 6. ¶ Est præterea Mareotis pars Epiri, in qua vinum optimum nascitur: unde Mareotides uvæ dictæ sunt. Virgil. 2. Georgic. Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ. Columel. libro 3. capite 2: Mareoticæ vites.

Mărĕŏtæ, μαρεῶται. Populi sunt in ea parte Libyæ, quæ Aegypto proxima est, quæ à Mareotis Plinio, Ptolemæo Marmarica appellatur. Vide Plin. lib. 5. cap. 6.

Margana, æ, sive Margane, arum, μάργανα, ὰ μαργάνων, Oppidũ Indiæ, ut ex Martiani sententia tradit Stephanus.

Margănē, μάργανη, Nomen fontis in agro Syracusano, apud Plinium lib. 5. ca. 8. quo etiam nomine dicta est urbs in Elide: cuius meminit Stephanus.

Margĭānă, [μαργιανή. Ger. Ein Landtschafft des mindern Asiæ in dem Antiochia gelegen ist.] Regio Asiæ majoris, inclytæ apricitatis (ut inquit Solinus) ambitu stadiorum mille quingentorum, difficilis aditu propter arenosas solitudines: in qua Antiochus Antiochiam extruxit: ut lib. 20. & 21. scribit Strabo.

Margion, μάργιον, Civitas Phrygiæ, postea Apollonia dicta. Stephanus.

Margus, Fluvius Asiæ, quem Ptolemæus li. 6. cap. 10, duobus fontibus ex montibus Scriphiis descendere tradit, & per Messagetas, qui Margianis vicini sunt, ac Dorbicas in Oxum amnem defert.

Mărĭă, [מרים miriam, μαρία.] Fœmininum est à nomine Marius, & accentum in antepen. habet: nam penultimam habet correptam, quemadmodũ & Marius. Claudian. de Nupt. Honorii: Præparat & pulchros Maria, sed luce minores Eligit ornatus. ¶ Fit & Deipara Virgine vult Valla Mariam nominativo casu legi, quemadmodum Abraham, indeclinabile, & accentu in ultima. Nam apud Lucam, cap. 1. ubi legimus: Et nomen virginis Maria. Græca lectio habet Mariam. Hebraei verò nomen virginis Mariz. Græca lectio habet Mariam. Hebraei verò Miriam dicunt duabus tantùm syllabis: ut in Exodo cap. 15. legitur de sorore Aaronis prophetissa. Nos Ciceronianum secutus sumus in primam vocalem. Hæc ferè Erasmus in annotat. in Lucam.

Mariaba, μαριάβα, Steph. Metropolis Sabæorũ est. Strabo lib. 16. Incolis hanc urbem Sabæi, eorumq; metropolis Mariaba.

Mariaburgum, Vrbs alia Prussiæ, alia verò Livoniæ.

Mărĭămmē, ēs, μαριάμμη, Phœnices oppidum, cujus incolæ dicuntur Mariammitæ. Autor Pausanias lib. 6.

Mărĭānă cŏlōnĭă, Corsicæ insulæ civitas ita dicta à C. Mario tertiũ Consule, qui eò colonam deduxit. Autor Plinius lib. 3. cap. 6.

Mărĭanæ fossæ, Narbonensis provinciæ oppidum est, quod Hodie Aquæ mortuæ vocant: ita dictum à vicina fossa à C. Mario ad mare usque ducta. Vide Ptolem. lib. 2. ca. 10, Plin. lib. 3. cap. 4. & Strab. lib. 4.

Mariandynum, μαριανδυνία, Stephano, Regio in Asia fica est, Bithyniæ confinis, ubi Hercules Cerberum canem recipitem ad superos traxisse dicitur: quem ferunt de virulenta Ipsius ira in taxis evomuisse, ex quibi natum volunt aconitum. Ejus regionis incolæ dicti sunt Mariandyni, qui olim, teste Herodoto lib. 1. Croesi regis imperio paruerunt. Horum meminit Strabo lib. 8. & Valerius Flaccus lib. 4. Argonaut. & Mariandynum pervenerat ad uros.

Mărĭānŭs, Ptolemæo Hispaniæ Baticæ mons, Vulgò Sierra Morena, Saltus Castulonenſis.

Mărĭcă, Dea habita fuit Literis Minturnensium juxta Lyrim amnem. Horat. lib. 3. Carm. Qui formianã mœnia dicitur primus & imanem Maricæ litoribus tenuisse Lyrim. ¶ Fuit & Marica Fauni uxor & regis Latini mater, ut testatur Virgilius Aenei. 7. ex qua Latinus, & nullis ante tempestatibus longa pia lib. 7. Aenei. -rex arva Latinus, & urbes Jam senior longa pacidas in pace regebat. Hunc Fauno & nympha genitum Laurente Marica Accipimus.

Mărĭdūnum, μαριδοῦνον, Britanniæ insulæ Vrbs Ptolemæo, lib. 2. cap. 3.

Maris, Fluvius Agathyrsorum in Istrum fluens, teste Herodoto libro 4.

Marium, μάριον Stephano, Oppidum fuit in Cypro insula, teste Plin. lib. 5. cap. 11.

Mărĭŭs, Qui septies Romæ Consul fuit, ex municipio Arpinate humili loco tum natus, cum tosque annos in villa Casinate bonis liberalibus educatus, non statim ad urbanas delicias. Hic per adolescentiam sub Scipione egit, procul ab urbanis deliciis. Hic per omnes primis honoribus functus, legatus Metellum in Numidia criminando, Consulatum adeptus, Jugurtham captum ante currum egit. In proximum annum Consul ultrò factus, Cimbros in Gallia apud Aquas Sextias, Teutonas in Italia vicit, eosq; bis triumphavit. Victus à Sylla Minturnis in palude delituit: deprehensus, & in custodiam traditus, cum illum percussor ferire cunctaretur, neque suspicans, neque supercilia contrahens, postquam fictionem fixitque aciem in cruentum ferrum, medicum spectavit. Quamque medicus alterum crus secare vellet, minimè adfectum prædixit, dicens, Curaturum eum tanto dolore duriorem esse non sibi credo. ¶ Habuit filium Marium nomine, qui quòd esset virgine septem nondum, Consulatum invasit: quem honorans mater tam immaturum floridæ ferre. Hic patri favens sumbus, Cum ille armatus obsedit, & inimicos trucidavit: tandem se

dem & ipſe crudeliſſimo mortis genere Catuli manibus ad inferos miſſus eſt.

Mărĭānĭcus, a, um, Cic. 1. de lege Agrar. Quid ergo eſt Marianus Trib. pleb. cui nos Syllanos in invidiam rapit? Propert. lib. 3. Eleg. 3: Aut quibus in campis Mariano præſtia ſigno Stent.

Marmacæ, [gr.] Populi Aethiopiæ: quorum meminit Hecatæus in deſcriptione Aſiæ.

Marmarica, [Germ. Ein Land ſo zuſammen ſtoſſet in Aſiam ſo ans Meer und gegen Aufgang an Egypten ſtoſſet.] Regio Atticæ, quæ (ut Proſtemæus lib. 4. ſcribit) ab occaſu terminatur Cyrenaica provincia: à Septentrione Aegyptiaco pelago: ab Oriente Aegyptus: Meridie interiore Libyæ parte, quæ Aegypto cõterminat eſt. Plin. lib. 5. cap. 6: Marcotidem appellat. Populos habet Adirmachidas, Marmaridas, & Marcotas.

Marmaridæ, Populi ſunt Marmaricam, Libyæ regionem incolentes. Inter hos ſunt Pſylli, qui habent ſalivam præſens adverſus omnia venena remedium afferentem. Horum operâ uſus eſt Cato, quum reliquias Pompeiani exercitus per deſerta Libyæ ad Iubam regem perduceret.

Marmaridius, Magi nomen apud Plin. lib. 5. cap. 1.

Marmarium, [gr.] Ruber æ inſulæ oppidum: cujus incolæ dicuntur Marmarii, & Marmanni. Vide & Apollo Marmarinus dictus, qui inſigne ibi habebat templũ. Strabo lib. 10.

Marmẽ, es, [gr.] Oppidum Phœnices: cujus incolæ Marmeę, [gr.] appellantur, Steph.

Marman, [gr.] templum Iovis Cretenſis in Gaza Paleſtinæ. Vocantur autem puellæ in Creta Marman, Steph.

Mărŏ, ōnis, Opifex fuit Egulus, five (ut alii putant) magi cujuſdam viatoris mercenarius. Virgilii Latinurũ poëtarum principis pater.

Mărōnĕus, a, um, pen. prod. Stat. lib. 4. Sylvarum: -tenues ipſa vo pollice chordas Pulſo, Maroneiq; ſedens in margine templi, Sumo animum.

Mărōnĕa, pen. prod. [gr.] Stephano, Ciconũ civitas, præſtantiſſimo vino laudata. ¶ Inde Maroneus, a, um, Tibullus ad Meſſalam: Vitta maroneo ſedarus lumina Bacchо.

Maronis, Germaniæ civitas Ptolem. libro 2. capite 12. Vulgò Mentzberg.

Mărpēſſus, [gr.] Stephano, pen. prod. Mons in Paro inſulæ: quo Marpeſſus, ſia, ſium, [gr.] aut Marpeſſĭăs cautes, apud Virg. 4. Aen. id eſt, Parius lapis.

Mărpēſſē, [gr.] Homero, Filia Evenĩ, & ſpecioſa inter puellas nympha, uxorque Idæ, omnium illius ſeculi virorum formoſiſſimi: mater Cleopatræ pulcherrimæ feminæ, uxoris Meleagri. ¶ Hanc maritus tam perdite fertur adamaſſe, ut quum eam Apollo rapere conaretur, tum pro arcu & ſagittis, raptorem invaderet non dubitârit. Verum quum ejus recuperandæ ſpes nulla ſupereſſet, mœrens eam pro Marpeſſa Halcyonem nominavit, propterea quòd ſaltum Halcyoni limile fortita videretur. Vide Homerum 9 Iliad.

Mărpĭngium. [Germ. Marpurg in Heſſen.] Haſſiæ urbs.

Marrubii, Populi fuerunt Italię, circa Fucinum lacum habitaſſe dicti, vel à rege Marrubio, vel quòd circa mare habitêrt. Virg. 7. Aen. Quin & Marrubia venit de gente ſacerdos.

Marrucini, Populi Italiæ in regione Marſorum. Silius lib. 8: Marrucina ſimul Fructanis arma ſubibat.

Mārs, [gr.] Germ. Der Gott der Kriege.] Deus belli præſes ab antiquis creditus. Dictus, ut ait Varro lib. 4. de Lingua Latina, quòd maribus in bello præſit: five à Sabina dea Nerie, quo nomine Sabini Martem dicebant: à poëtis Mavors dicitur per epenthelim, quòd magna vertat. Hic Iovis & Iunonis filius fuiſſe fingitur: vel ut Ovidius fabulatur, ſalius Iunonis. Quum enim olim Iuno turbata, eò quòd animadverriſſet Iovem marium per ſe capite ſine matre procreaſſe Minervam, verſus Oceanum profecta eſſet, ut ſecum ageret quo pacto & ipſa ſine viro parere poſſet, & in itinere fatigata, ſerò à ſoore Floræ Deæ, coniugis Zephyri, conſecutus, interrogata ab ea ſoror, quam ob cauſam ad Oceanum pergeret: quæ cognita futurum ſe voti compotem Deam pollicita eſt, ſi id Iuno ſoverit celaret. Quod quum Iuno jurejurando affirmaſſet, mox illam Flora monuit, in Campis Olenis florẽ eſſe, quo tacto ſtatim concipieret ſine viri ullo experta Iuno, concepit, & peperit filium, quem Martem nominavit. Hunc ſeruat poſtea cum Venere concubuiſſe, cujus Vulcanus ſollicitus eam obſcenè jacentes catena invisibili ligatos, omnium deorum ritui expoſitos fuiſſe: tandem Neptuno intercedente, à Vulcano ſolutos eſſe. Sororem habuit Bellonam belli deam. Sacrum ei fecerunt lupum & picum: quos in Dei Lupis tutela eſſe credi voluerunt. Salios habuit ſacerdotes, de quibus infrà. ¶ Vſurpatur ſæpiſſimè pro ipſo bello, [gr.] Virgil. Aeneid. 10: Nũc in fortunas omnes dum me Martis in armis Tela inter media, atque adverſos detinet hoſtes. Livius lib. 1. ab Vrb. cond. Aliquandiu ibi Marte incerto, varia victoria pugnatũ fuit. ¶ Eſt etiam Mars ſtellæ nomen quatuor & viginti menſibus, & ſex diebus minus ferè orbem luſtrans. ¶ Marte noſtro aliquid dicimur facere, quoties aliquid noſtro ingenio nullius adjuti auxilio conficimus, [gr.] Cicer. 3. Offic. Hanc igitur partem relictam excolimus, nullis adminiculis, ſed ut dicitur, noſtro Marte. ¶ Mars communis dicitur, quòd incertus ac varius belli eventus ſit. Cic. 12. Philip. Sed ut concedam incertos eſſe exitus belli, Martem communem, tamen pro honeſtate vitæ, periculo deterrendum.

Mārtĭus, a, um, Quod ad Martem pertinet aut adhellit, [gr.] ut Martia avis, Marti dicata. Ovidius Faſtor. 3: Martias picus avis gemino pro ſtipite pugnat. Auguſt. libro 3. de Civit. Dei: Nullo Martio impetu territi fœderarentur inimici. ¶ Interdum bellicoſum ſignificat, ut Martius populus. ¶ Martius campus, Planities quædam fuit in agro Romano, inter Tyberim, & antiquam urbem ſita: hodie urbis pars ita dicta, quòd Tarquinio in exilium acto (cujus hic erat) Marti ſacrum conſecratus. [gr.] Liv. lib. 2. ab Vrbe: Ager Tarquiniorum, qui inter urbem & Tyberim erat conſecratus Marti, Martius deinde campus fuit. ¶ Martius mẽſis, [gr.] Gall. Le mois de Mars. Ital. Marzo. Germ. Merz. Hiſp. El mes de Marzo. Pol. Marzaj. Ung. Luduskoz. Ang. The moneth of March.] Primus olim anni menſis apud Romanos, quem Romulus genitori ſuo dicavit. Ovid. 3. Fast. A te principium Romano cuncimus anno, Primus de patrio nomine menſis erit.

Mārtĭgĕnŭs, a, um, adject. Marte genitus, [gr.] Plaut. in Amphit. Martigenã ille aggreſſus bellum magnas Europæ quæſtor, anguinea Repente hoſtes peperit feminã.

Mārtĭālĭs, & hoc le, [gr.] Quod eſt natum ſub Martis ſtella, vel qui Martis ſacris ſervit. Cic. pro Aulul. Cluent. Martiales quidam Latini appellabantur, miniſtri publici Martis, atq; ii Deo veteribus inſtitutis, religionibusque Latinarium conſecrati. ¶ Martialis eſt præterea nomen Poëtæ proprium, qui Epigrammatum feliciate nomen ſibi celeare & illuſre promeruit.

Mārsi, ōrum, [gr.] Stephano, Populi Italiæ Piccentibus, Æquicolis, & Samnitibus finitimi, à Marso Circes filio orti, q ſaliva ſua ſerpentium morſibus medebantur. Vide Plin. lib. 7. cap. 2. Quinctium regum ipſa eodem nomine eſſe ait. Cic. pro Domo ſua: Is in Marſis natus eſt. ¶ Sunt & Marſi Scythiæ populi apud Herodot. lib. 4. ¶ A Marſis ſit Marſicus, a, um: ut, Marſicum bellum, quòd Romani cum Marſis geſſerunt.

Marsŭpĭum, urbs Phœnices, [gr.] gentile Marſippeus, Steph.

Mārtĭus, Circes filius, qui Marſorum genti in Italia nomen dedit, ut teſtatur Plin. lib. 7. cap. 2.

Marſŭpĭēl, pen. con. Mars pater [gr.] ſunt Iupiter, & Iovis pater, ut Iovis ſit nominativus: hoc eſt, ipſe Iupiter, & ipſe Mars. Gell. lib. 5. cap. 12.

Mĕnippus Ἀθηναῖος, Phœnix philosophus Cynicus, conditione servus, qui nihil memoria magnopere dignum reliquit, præter Nænias aliquot, Testamenta, & Epistolas, & id genus nugas crebris salibus. Cynicoq; mordacitate refertas: ad quarum imitationem M. Varro Satyras conscripsit, quas ab illius nomine Menippeas appellavit, ut tradit Macrobius in Saturn. Hic ad rem augendam cum avidus fuisse dicitur, ut etiam nauticum fœnus exercuerit. Qua ratione immensam pecuniæ vim brevi congessit, quam quum per insidias sibi compressisse esse creptam, laqueo vitam finivit. Hæc Diogenes Laërtius. ¶ Fuit item, teste Suida, Menippus quidam Poëta Comicus. ¶ Alius item Stratonicensis, toto Asia dissertissimus, præceptor Ciceronis, utipse in Bruto testatur. Pulsa mesiaque, Asia tota peragrata est, cum summis quidem oratoribus, quibuscum exercebar iotis jubentibus: quorum erat princeps Menippus Stratonicensis, meo judicio tota Asia illis temporibus disertissimus: & si nihil haberet molestiarum, necineptiarum, Atticorum est, hic orator in illis numeran recte potest. Hactenus Cicero in Bruto.

Mĕnĭus, Lycaonis filius, qui quum patrem in lupum versum, & domo conflagrante Iovem detestaretur, ab eodem fulmine percussus est.

Mĕnŭs, Cos. Romanus anno ab urbe condita 430, devictis navali prælio Priscis Latinis & Antiatibus, eorum rostra navium ærata in foro posuit, appellatique fori Rostra cœpit: Autor Liv. lib. 8. & Plin. lib. 34. cap. 5.

Mĕnĭtārĭă, Ἀθηναῖα Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hispaniæ urbs vulgò Mavia.

Mĕnŏdŏtŭs, Ἀθηναῖος, Medicus insignis, ætate Scipionis, cujus meminit Galenus in Therapeut.

Mĕnŏcĕcĕus, Ἀθηναῖος. Thebanus filius Creontis, qui pro patriæ salute sanguinem suum, atque adeò vitam ipsam ponere profudit. Nam quum Thebanis eo tempore, quo ab Argivis obsidebantur, redditum esset oraculum, urbem salvam fore, si ultimus ex Cadmi posteris, spontaneà se morte manibus ejus devoveret, intelligens Menœceus oraculum illud ad se pertinere, nihil cunctatus, suo hanc gladio necem consivit. Vide Statium 10 Theb.

Mĕnŏcĭs. penult. prod. Ἀθηναῖος, Urbs Phocensium ultima, quæ ad Oetæum vergit.

Mĕnœtēs, Ἀθηναῖος, Nomen unius ex sociis Aeneæ. Virgil. 5. Aen. Redoctem navis compellat voce Menœten.

Mĕnœtĭus, Ἀθηναῖος, teste Homero. Filius Actoris ex Aegina, quam virginem Iupiter illi in conjugem dederat. Hic postea relicta Aegina matre Opuntem Locrorum se contulit, ibique Patroclum ex Sthenele uxore suscepit, qui ab eo Menœtiades appellatur. Ovid. in Epist. Penel. Sive Menœtiadem falsis decipit ille sub armis, &c.

Menoles. Vide MAENOLES cum diphthongo.

Mĕnon, onis, Ἀθηναῖος, Arrogantissimus Sophista. Socratis ætate: cujus meminit Plutarchus in libello, quem Ἀθηναῖος inscripsit.

Mĕnŏphĭlus, Ἀθηναῖος, Eunuchus fuit, cui Mitridates à Pompejo victus filiam servandam dedit in arce quadam: quam quum Manlius Priscus obsedisset, defensores ejus deditionem gerentes Menophilus sentiret, puella interfecta, gladium in viscera sua impegit, ne vivus ne captiva raperetur & violaretur. Autor Ammianus Marcel. lib. 16.

Mĕnŭlĭcă, Ἀθηναῖον, Oppidum Vardulorum in Tarraconensi Hispaniæ, cujus meminit Plin. libro 4 capite 20, & Ptolem. lib. 2. capite 6.

Menosgada, Vide MONOSGADA.

Mĕnŏrhārĭs, Ἀθηναῖος, Fluvius in Mæotim influens, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 7.

Mĕntĕrcōsă, Ἀθηναῖον, Civitas est Hispaniæ, in finibus Celtiberiæ. Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Mentĕlē, Ἀθηναῖον, Oppidum Hispaniæ, in plaga Australi Celtiberiæ. Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Mentinus, [Ἀθηναῖος. Ger. Der Thonauw.] Fluvius olim dicebatur, quem nunc (Sultanino in Dionysium testẽ) Ἀθηναῖον, sive Danubium appellamus.

Mĕntŏr, toris, pen. cor. Ἀθηναῖος, Mirus fuit in vasis cælandis artifex. Iuven. Satyr 8. -ratæ fine Mentore mensæ. Plin. lib. 33. cap. 12. verò Crassus orator duos cyphos habuit, Mentoris artificis manu cælatos, teste Idem lib. 12. Mentori quotidie tesserarium petenti dedisse Capitolinus Iupiter, & Diana Ephesia, quibus facere concerata eius artis vafa.

Mentŏrĕus, a, um, Propertio libro 1. Lesbia Mentoreo vina bibas opere.

Mentŏrēs, pen. corr. Ἀθηναῖος Stephano, Populi fuerunt in Illyrio, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 21.

Mentyrnă, Ἀθηναῖον, Vibs Samnitum in Italia. Gentile Mentyrnius.

Menus, Virginter Samnites natus, qui mirè solitudinem simabat, in qua nequid per otium perperàm faceret, apes curabat.

Mĕnūthĭās, adis, Ἀθηναῖος Steph. Insula est Aethiopiæ adjacens, juxta Pratum promontorium ejus meminit & Ptolemæus lib. 4. cap. 6. Vulgò Madagascar's Isla de S. Iorge.

Mĕnūthĭs Ἀθηναῖος, Vicus Aegypti non procul à Canopo: cujus incolæ Menuthitæ, Ἀθηναῖοι, vocantur, Steph.

Meplitis. Vide in APPELL.

Merā, Ἀθηναῖος, Proprium nomen sacerdotis Veneris. Stat. libro 8. Theb. Aegææ Veneris quos Mera sacerdos Ediderat pelliabente Dea. ¶ Meram tem Proci & Anna filia fuit, quæ quum venationi dedita, Dianam per nemora sequeretur, à Iove visa & dilecta est, qui sumpta Dianæ figura, cũ ea concubuit. Quapropter quum postea ob patrati facinoris pudorem, timens ne denuò deciperetur, vocantiscDianæ obsequi nolle, ab eadem sagittis confossa occubuit. Tandem in canem est mutata. Ovid. lib. 7. Metamorph. Et quos Mera novo latratu terruit agros. ¶ Est etiam alterius canis nomen, de qua suprà in dictione EXIGUNEV.

Mercurĭus. [German Ein Sohn Iovis und Maiæ der Kauffleute Gott bey den Heyden.] Iovis & Majæ filius, ita dictus à mercibus, eò quòd negotiatoribus præsidere existimetur. A Græcis à ἀγορὰ dicitur, ἀγοραῖος, hoc est, ab interpretando. Variis à Poëtis appellatur nominibus: nam modo Ligius dicitur, modò Argiphontes, modò Nomius, modò Cyllenius. ¶ Præter hunc tres alii fuisse Mercurii dicuntur: unus Cœli & Dies filius: alter Liberi & Proserpinæ: tertius Iovis & Cyle-

nes, quem fama est ab Argi cædem profugum, fictas Aegyptiis oblectandis: eúmq; omnes ad Majæ filium referunt. Alas in capite, & in pedibus ponunt, volucres significare velocem ferri per aëra sermonem. Ideò deorum nuntium dictam putant: quoniam per sermonem omnia cogitata enuntiantur. Dictus est Deus fraudum, quòd hominibus eloquentiam præstare putabat. Fabulas Deus mercatorum, palæstræ, furum, ἀγωνίων, ἀγοραίων. Lyram invenit: Hermaphroditum ex Iove Venere genuit: Martem è carcere liberavit: Argum interemit: Promitheum in Caucaso religavit. q Fuit præterea ab aliis hoc nomine Aegyptiorum sacerdos, superioris (ut putatur) ætatis, quia Græcis ἐρμηνεὺς ἱερογλυφικῶν: hoc est, Mercurius ter maximus dictus est, quòd & summus esset sacerdos, & sapientissimus philosophus, & rex potentissimus. q Fuit etiam Mercurius unus ex septem planetis, cujus corpus (ut eorum fert opinio) semper fere latet radiis solaribus, à quibus non recedit longius, quàm viginti octo gradus. Ideo ab Astronomis κάτω dicitur, quod est, radians. Vide etiam Solatur & perustus fingitur, quòd Sol vicinior sit, quàm reliquæ stellæ. Cic. lib. 3. de Nat. deor. quinq; Mercurios commemorat: Mercurius (inquit) unus Cœlo patre, Die matre natus, cujus obscœnius excitata natura traditur, quòd ab ipso Proserpinæ commotus sit. Alter Valentis & Phoronicis filius, is qui sub terris habetur, idem Trophonius. Tertius, Iove tertio natus ex Maja, ex quo & Penelopa Pana natum ferunt. Quartus Nilo patre, quem Aegyptii nefas habent nominare. Quintus, quem coluit Theneatæ, qui & Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Aegypto præfuisse, atque Aegyptios leges & literas tradidisse. Hactenus Cic. Virg. 4. Aen. Tunc sic Mercurium alloquitur, ac talia mandat, &c.

Mercurĭāles, Videntur fuisse sodales ex collegio aliquo honorem Mercurii instituto. Cicero ad Qu. Frat. lib. 2. M. Furium Flaccum, equitem Romanum, hominem nequam, Capitolini, & Mercuriales de collegio ejecerunt.

Mercurĭi Hȳ., Dimicatorium à Mercurio apud Apuleium in Apologia: tramiti artem ex fabulis compacta crassitudine Mercurialium expedire potuisse.

Merĭŏnes, ἡνίοχος, Fuit, teste Homero Il. lib. 2. Auriga Idomenei, & cum eo dux navium, quæ è Creta venerant ad Troiam. Mars, ut ait, Martis armorio comparandus.

Merĭtus, Mons Thraciæ apud Plin. lib. 4. cap. 11.

Mermĕros, Vnus ex Centauris. Ovid. Metam. 12. Quòq; pedi super crinamice vixerat omnes Mermeros, accepto tam velpere tardatur: illud Μοιρῶν autem Latinè curiosius interpretatur, à verbo μορμύρω, cogito & curiosor.

Mermessĭus, pen. cor. μερμησσός, Vrbs Troadis, Sibyllæ Erythræ patria, ut Stephano placet, qui etiam ab urbis hujus subedine Erythræam eam appellatam existimat. Strabonis tamen magis credendum existimo, qui lib. 14. Erythræam Sibyllã dictam existimat, ab Erythris Ioniæ urbe, non procul à Clazomenis sita.

Mĕro. [Ger. Weinstock. Ist ein zunam gewesen Kayser Neronis.] Imperiosum dictus est Tiberius Cæsar, pro Nerone: quòd impendio vinolior esset. Tranquillus in Tiberio Cæsare: In cibis tero etiam tum propter nimiam vini aviditatem, pro Tiberio, Biberius pro Claudio, Caldius pro Nerone, Mero vocabatur.

Mĕrŏē, pen. dia. tri syllaba. [μερόη. German. Die Hauptstadt in der Insel Meroë bey dem Nilstrom: vulgò Saba.] Insula Nili Metropolis, à qua & tota insula Meroë dicitur. De hac ita scribit Herodotus: Meroë fuit olim regni caput: cujus præfecturæ ea insula imitatur, ad tria millia stadiorum: eũ Nilo protentæ accolunt Psillares eam, qui passim venantur, & agricolæ qui aurifodinas habent. Hanc Cambyses condidit, appellavitq; à nomine sororis Meroës. Quum enim Aegyptum omnem occupasset, Meroën secum usq; ad Aegyptios furens processit: cujus quòd ibi mortem obiisset, urbi nomen indidit. De hac Lucan. lib. 10. Gurgite cujus Ambitur nigris Meroë fœcunda colonis. Patet longitudine stadiorum tribus millibus, latitudine mille. Effodiuntur in ea aurum, argentum, æs, ferrum, ebur. Præterea feri & lapidum meli p. ex genus: distatque à Syene quinq; millibus stadiorum, ultra quam est torrida zona. Exuperat omnes alias Nili insulas, quas circiter septuagintas esse scribit Dion. lib. 1. & 17. Strabo lib. 16.

Mĕrŏpe, es, pen. cor. μερόπη. Ger. Die unachtsame der Töchteren Atlantis, so sonst Plejades genennet werden.] Vna Eharum Atlantis ex Pleione Nympha, cujus stella ex septem Plejadibus obscurissima apparet, quòd quum fratres omnes dis nupsissent, sola Sisypho nupserit homini mortali. Ovid. 4. Fast.

Mĕrŏpĭa. [μερόπεια: Vulgò Stjoe.] Insula est una Cycladum, quæ aliis nominibus & Siphnos, & Acis appellatur. De hac Plin. lib. 4. cap. 12.

Mĕrŏpis, μερόπις, Insula est Cariæ adjacens, quæ notiore nomine Co appellatur. Plin. lib. 5. cap. 31. Vulgò Lango.

Mĕrŏpus, pen. cor. μερόπος, Mons Græciæ juxta Thessaliam, variis præruptus scalebris, qui undique referente Echo, voces diversas reddit, unde etiam appellationem sortitus est.

Mĕrŏs, sive Meros, μηρός, Mons est in finibus Indiæ, in cujus radice Dionysius in Indiam proficiscens, Nysam urbem condidit. Curt. lib. 7. Nysa tecta est sub radicibus montis, quem Meron accolæ appellant. Inde Græci mentiendi traxere licentiã, Iovis femore Liberum patrem esse celatum. Græcè enim μηρὸς femur significat.

Mĕrŏs Sicĭlæ, ἡ μηρός, Siciliæ locus 70 à Syracusis stadiis distans, cujus incolæ Merosi dicti sunt. Autor Stephanus.

Mesapĭã. Mesapus. Vide MESSAPIA.

Mesaurītes sinus, μεσαυρίτης κόλπος, Perfici simus pars est, Stephano.

Mĕses, ou ese, [σῶσις. Ital. Grecia remanente. Germ. Einer auß den Rathsherren Sulleti gegen Nassawe.] Fland. Raid wirkmester.] Venus inter Boream, & Caciam medius unde & nomen habet. Hujus meminit Plin. lib. 18. cap. 47.

Mĕsembrĭa, μεσημβρία. Vulgò Mysembr.] Megarensium colonia, quam antea Menebriam vocabant, quasi Mena polim: id est, Meum civitatem. Ejus enim ædificator Menas appellabatur. Ista verò sermone Thracio civitas vocatur. Hæc Strabo lib. 7. Mesembriaci portus meminit Ovid. 1. Trist. Eleg. 9.

Mĕsĭa. Vide MAESIA.

Mĕsŏlă, ἡ μεσόλα. Mesleniaci agri oppidum, inter Taygetum montem, & Messenem urbem situm. Gentile est Mesolates, Stephanus.

Mĕsŏmedēs, pen. prod. μεσομήδης. Poëta Lyricus ex Creta oriundus, Adriani Cæsaris libertus: in cujus gratiam scripsit laudes Antinoi, qui Adriano in deliciis erat Sardus.

Meson, Vide in ARPELE.

Mĕsŏpŏntĭus, μεσοπόντιος, cognominatus est Neptunus qui apud Erechtheum Lesbi insulæ civitatem colebatur, Stephanus.

Mĕsŏpŏtămĭa. [ארם נהרים] aram naharaim, quem vocant. Germ. Die Landtschafft zu Illia gelegen bey den zweyen wasserern Euphrat und Tigris gelegen.] Regio major est inter Euphratem & Tigrim: unde nomen habet: μέσος enim medium sonat, & ποταμὸς fluvium. Tacit. lib. 5. Mox aperta amicitia regis, multo apud eu honore, præfectus campis qui Euphrate & Tigri indytis amnibus circumflui, Mesopotamiæ nomine accepere. Habet hæc regio Tigrim ab Oriente, & Euphratem ad Occidentem: à Meridie Babyloniam: ab Aquilone Caucasum. q Mesopotamiam impingunt Euphrates (ut inquit Solinus) annuæ inundationis excessibus terris superfusus. Hæc regio etiam dicta est Seleucia, ut lib. 6 refert Plinius.

Messĭbă, μεσσίβα. Vrbs Carmæ. Gentile Messabeus. Steph. in.

Messălă, pen. prod. μεσσάλα. Dictus est Valerius Corvinus qui Messanam in Sicilia expugnavit, & urbis capti in se translato nomine, Messalam primò, paulatim vulgo per mutationem literæ, Messala dictus est. Hinc Valeria familia Romæ nobilissima, ex qua Messala Corvinus orator nobilis ortus narratur. Hic quũ provectior ætate esset, ante biennium quàm moreretur, adeò memoriæ jactura amisit, ut vix pauca verba conjungere, & nomina quoq; suorum meminisset. Tandẽ vero ulcere ori innato, septimam incolis fecit autor Caius, & Cestrus lib. 1. cap. 22. Is orator fuit (Fabio teste lib. 10. cap. 1.) inter duos candidus, & quodãmodo præferens nobilitatẽ suam: vir hostis mẽ minor. Illius familia Corvini cognomentũ tulit à corvo, cui Valerio Tribuno, uni ex majoribus, adversus Gallum pugnãti suppetias tulit, ut meminit Gell. lib. 9. cap. 12. Liv. lib. 7.

Messălīnă, pen. prod. μεσσαλῖνα, nomen fuit Barbati Messalæ, consobrini Claudii Imperatoris. Tandem à Claudio suppicio affecta, quũ C. Silio nupsisset. Autor Tranquillus in Claudio. Prodigiosam hujus libidinem legas apud Iuven. Satyr. 6. Tacit. lib. 11. & Plin. lib. 10. cap. 62.

Messănă, [μεσσήνη. Ger. Es nennen sie Stanca Stanca welches bey dem Nicandro also vorgebracht wird.] Vrbs est Siciliæ propinqua Peloro promontorio, à Messene Achaiæ populis condita, & à nomine ejus abitis urbis ita appellata. Silius lib. 14. Incumbens Messana Pelo, ni vibus ægro Hujus in colæ primùm Messanenses dicti postea quũ Mamertini sunt vocati. Fuit inde origo primi belli Punici, ut Florus tradidit, lib. 2. Ejus ager feracissimus est vini, quod Mamertinum appellatur. Martial. Amphora Nesbrea cibi Maronea senecta videtur, &c.

Messapēum, μεσσαπεῖον, Laconici agri locus, in quo Jupiter colebatur, ut ex Theopompi sententia refert Stephanus.

Messapĭa, [μεσσαπία. Germ. Die Landtschafft Calabria zu Zeiten Messapia.] Regio est in extremis finibus Italiæ peninsulæ formam, sed non admodum lato, qui est inter Brundusium & Tarentum continenti adhærens. Eadẽ & Iapygia dicta est. Vide Strabonem lib. 6. & Plin. lib. 3. cap. 11.

Messapion, μεσσάπιον. Lubricæ insulæ mons ita dictus à Messapo quodam, qui inde in Italiam colonia deduxit. Stephanus.

Messăpŭs, μεσσάπος, Vnus ex fortissimis Italiæ ductoribus, qui Turno

Turno adversus Aeneam suppetias tulit. Virg. 7. Aen. At Messapus equum domitor, Neptunia proles, Quem neq; fas ignis quenquam, vel sternere ferro.

Messēis, ἡ, Thessaliæ fons est, non procul à Pharsalo oppido: cujus meminerunt Plinius libro 4. capite 8, & Strabo libro 9.

Messēnē, μεσσήνη. Civitas Græciæ in Peloponneso, à qua Messenii dicti sunt, qui in Sicilia ad Pelorum promontorium urbem condiderunt, quam à nomine patriæ suæ μεσσήνη appellaverūt. Latinè in alongum commutato, vocant Messanam. De Messenia ita scribit Hieronymus in Iovinianum: Spartiatæ, & Messenii ita inter se habuēre amicitias, in tantum, ut ob quædam sacra etiam virgines ad se mutuò mitterēt. Tandem verò Spartani Messenios propter frequentem defectionem, in servitutem redegērunt, cosq; durius etiam quàm reliquos servos tractarunt, ne denuò res novas moliretur. Hinc adagiū natum: Servilior Messena. Hi se nota literæ M, cognobilia reddebant.

Messias Hebr. Græcè Christus, Latinè Unctus. Ger. Gesalbter/ dicitur.

Messōē, μεσσόη, urbs Laconiæ, & tribus ejusdem. Gentile, Messoates. Steph.

Messonium. Ptolemæo lib. 2. cap. 13, Germaniæ urbs: vulgò Magdenburg in Saxonia.

Messōgis, μεσσώγις, Mons Lydiæ: unde Messogites, optimi vini ferax, Stephanus.

Mēthīlis, μηθίλεος. Dux Maronum, qui unà cum fratre Antipho Trojanis suppetias tulit adversus Græcos, Homer. libro 2. Iliad.

Mēthĭŭs, μηθιεύς, Sisyphi filius fuit, teste Stephano, & nepos Aeoli, qui Meraponum in Italiæ finibus condidit.

Mētăchœum, μετάχοιον, Arx Boeotiæ, inter Orchomenum & Coroneam, quam alii Metachœrum appellant, Stephanus.

Mētăgōnium, μετάγωνιον, Promontorii Africam à Numidia dividentis ita dictum, quòd angulare sit. Ab hoc promontorio Numidia ipsa Metagonitis dicitur. Autores Plin. lib. 5. cap. 3, & Mela lib. 1. Vulgò Cabo de tres puntas.

Mētăpā, æ, μέτωπα, Assyriæ oppidum, apud Polybium lib. 5, cujus gentile est Metapœus, Stephanus.

Metapinum, teste Plinio, libro 5. capite 4. unum est ex ostiis Rhodani.

Mētăpontĭs, tidis, ἡ, μετάπωντις νῆσος. Ger. Ein Insel im Carpatischen Meer zwischen Rhodis vnd Gelbus gelegē. Insula est in mari Carpathio, inter Rhodum & Cnidum sita, recentiore nomine Syme appellata, à Symetalysi filia. Vide Stephanum in dictione ΣΥΜΗ.

Mētăpontium. μεταπόντιον. Ptolemæo, quasi transpontum, dictum est oppidum Italiæ in Lucu Tarentino: à quo Metapontini populi à Pylio, qui Nestore duce è Troja navigavērit, conditum: ad cōterræ proventu, & agrorum latione fœlix, ut ex ea gratia auream ætatem Apollini Delphico, aliquando donā obtulerit. Pompon. lib. 2.

Mētăum, μήταιον, Lesbi oppidum, à Meta quodam Tyrrheno ita appellatum, Stephanus.

Mētăurĭŭs, & Metaurum, [μήταυρος. Ger. Metro. ein Fluß in Italien] Umbriæ fluvius per Fanum amnem decurrens, & inter Fanum Fortunæ, & Senogalliam in mare cadens. Juxta hunc fluvium Claudius Nero Consul, cum Livio Salinatore ad internecionem ejus exercitu delevit, Alcrubalē interfecit. Plin. lib. 3. cap. 14: Nunc in ora fluminis Aesis, Senogallia, Metaurus fluvius, colonia Fanum Fortunæ, Pisaurum cum amne. Lucan. lib. 2. In levum cedidēre latus, velisq; Metaurus. Cruentum q; pax. Horat. lib. 4. Carm. Ode 4: Quid debeas, ô Roma Neronibus, Testis Metaurum flumen: quo in loco Metaurum flumen, neutro genere protulit, licet alibi Rhenum: Quum flumen Rhenum aut pluvius describitur arcus.

Mētēlis, μήτελις, Oppidum Aegypti, nē procul ab Alexandria, recentiore nomine Bubastus appellatum: à quo vicinus Nomus Metelites dictus est, Stephanus.

Mētēllŭs, μέτελλος, Cæciliorum familiæ cognomen, ex qua non pauci fortissimi, Req; publ. utilissimi cives orti: in primis L. Cæcilius Metellus Pontifex Maximus, quem adeò impedito ac balbutientis linguæ fuisse tradunt, ut multis mensibus fatigatus, tortusq; sit, dum meditaretur dicenda in æde Opis eæ dedicanda. Hic fuit ille Metellus, qui teste Plin. lib. 7. cap. 44, conflagrante æde Vestæ, Palladium Troiæ advectum, subtraxit ab incendio, magna quidem pietate, sed eventu infesto. Nam dum in flammas avidius se conjiceret, orbatus est visu. Iuven. Satyr. 3: Da testem Romæ tam sanctum, quam fuit hostes Numinis Idæi, procedat: vel Numa, vel qui Servavit trepidam flagranti ex arce Minervam. Hic Metellus etiam primo bello Punico de Poenis speciosissimū ejus nominis triumphum, XIII. ducibus hostium, & CXX. elephantis in eo ductis. ¶ C. Metellus, à domita Macedonia Macedonicus est vocatus, Prætor Pseudophilippum, & Achæos, quos bis prælio fudit, triumphandos Mummio tradidit. Invisus plebi ob nimiā severitatem, & ideò Consulatu factus. De hoc Liv. lib. 59. ¶ Memorantur alii plures Metelli, ut Balearicus, Vitiatus, quē Plinius Diadematum vocat. ¶ Metellus præterea Numidicus, qui de Numidiæ rege Jugurtha triumphavit. Cujus meminit Cicer. & item Aulus Gell. cap. 8. lib. 1, & lib. 6. cap. 11. ¶ Metellus Creticus à devicta Creta dictus, cujus meminit Plutarchus in Pomponio. ¶ Metellus Dalmaticus, à devictis Dalmatis. Autor Fædianus in Act. 3 contra Verrem. ¶ Metelli, Plebeium fuēre, ut ait Liv. lib. 19, verum clari vi ctoriis & magistratibus, Cæciliiq; omnes appellati.

Mēthōne, pen. prod. [μεθώνη: Vulgò Modon. Ger. Ein Statt in Peloponneso/ am Meer gelegen in der Messenischen Gegne.] Civitas est littoralis Peloponnesi, in Messeniaca regione, quam quum obsideret Philippus Rex Macedonū, Alexandri Magni pater, oculum amisit ictu sagittæ, quam jecerat Aster oppidanus, cui quoq; inter pugnandum erat. Aster telum Philippo immissurus in oculum. Valer. Fl. lib. 1: Neleidesq; Pericymenus, quem parva Methone, &c. Hujus meminit Ptolem. lib. 3. cap. 16. Hodie Modone.

Methone, Steph. Urbs Thraciæ, Homerus περὶ τῆς μεθώνης, ἣ Πιερίης ἐπιβήσσης. Civis Methonæus. Alia est Macedoniæ. Abundat vino, quod Græci μέθυ vocant: unde nomē. Alia est Laconicę, cujus gentile Methonæus. Quarta, Pelidis. Quinta, subaudi.

Methuriacies, μεθυριάδης Stephano, sive ut apud Plin. legitur, Methutides, insulæ quatuor sunt in sinu Megarico, nō procul à Troezene. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Methydrium. μεθύδριον Steph. Arcadiæ oppidum est, de quo Strabo lib. 8, & Plin. lib. 4. cap. 6.

Methymnē, vel Methymne, μεθύμνη, Urbs Lesbi, apud quam nascitur generosum vinum. Ovid. 1. de Arte amandi: Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos.

Methymnæus, ea, um, μεθυμναῖος, Idem lib. 11. Metam. Et Methymnæa potiuntur littore Lesbi. Ab hac urbe ortum habuit Arion citharœdus nobilis, quem Hero delatus à prædonibus in mare projectum, & à Delphine incolumem devectum in portum ad Tænarum fabulatur.

Mētiŏchŭs, μενιόχος, Fuit, teste Herodoto libro 6, Miltiadis Atheniensium ducis filius, qui cum à Phœniciis captus, ad Darium Persarum regem, contra quem bellum gerebat, addu ctus esset, donatus ab eo amplissimis ædibus, divitiis auctus, data uxore Persica ex qua liberos susceperit, & magno in honore habitus fertur.

Mētis, μῆτις, Nympha Oceani & Tethyos filia, sic dicta à consulendo: μῆτις enim consilium significat. Hujus meminit Hesiod. in Theogonia. ¶ Fuit & urbs in Media marcidus. Sita, hujus nominis. [Ger. Metz.]

Mētiscus, Turni auriga. De quo Virgil. lib. 12. Aen. Aurigam Turni media inter lora Metiscū excutit, &c. Sunt qui scribendum putent Methyscus, etymon ejus deducētes à Græco verbo μεθύσκω, quod est inebrior.

Metius Sufferius, Dux Albanus tempore Tulli regis Romanorum, qui quòd ex præscripto fœderis ad bellū faciendum cōtra Fidenates vocatus, cunctabus in hostem Romanis, suos prælio eduxerat, jussu Tulli duabus admotis quadrigis discerptus est. Vide Liv. lib. 1. ab Vrbe.

Metius Curtius, dux Tusculanorum superatus à Romanis bello Latino. ¶ Metius item Curtius, Sabinorum dux cōtra Romulum, ob raptas Sabinas, inter pugnandū.

Metius Carus, Delator infamis, de quo Plin. 1. Epist. ad Vocanium, & lib. 6 ad Hispanum.

Mētrā, Erisichthonis cujusdam Thessali filia, metretrix liberali forma, ad quam qui commeabant adolescentes, corporis copiam non aliter sequebantur, nisi equos, boves, amplissimaque dēferrent munera: quæ non dum id temporis repertus fuerat gemmarum usus. Porrò Thessali per jocum aiebant: Metram Erisichthonis vertere in ea omnia, quæ illi ab amatoribus donabantur: unde fluxit proverbium: Mutabilior Metra Erisichthonis. Ovidius libro 8. Metamorphoseos.

Mētrŏcles, μητροκλῆς, Cynicæ sectæ Philosophus, & discipulus Cratetis, qui Hipparchiā sororem ejus in matrimonium habebat. Vide Laërtium.

Metrŏdōrŭs, pen. prod. μητρόδωρος, Pictor, & philosophus Atheniensis, Carneadis auditor. Cicero de Orat. lib. 1: Erat quidem, etiā Metrodorus, qui cum illis unā cum ipsum Carneadem diligentiùs audierat. ¶ Fuit præterea Metrodorus quidam Scepsius, qui postea relicta philosophia, ad civilium rerum administrationem se contulit. Hic orator in scriptis suis, quàm philosopho victior fuit, novoq; quodam dicendi genere multos à sui imitatione deterruit. Propter nominis tamen famam, quamquam pauper erat, clarum conjugium

apud Carthaginienses asequantus, Carthaginiensis civis est habitus. Quamq; amicitiã à Mithridate regis sibi conciliasset, ad Eum cum uxore profectus, honore maximo ab eo affectus est. Nam jurisdicendo præfectus dicitur fuisse cum potestate tam ampla, ut ab eo ad regem provocare nõ liceret. Quæ tamen res ei nõ fœliciter cessit. Nam quum hominum aliquot impiorum odium incurrisset, legatus ad Tigranem Armeniorũ regem missus, à Mithridate defecit. Quamobrem comprehensus à Tigrane, invitus ad Mithridatem remissus est, quo in itinere, sive regis opera, sive morbo (nam utrumq; dicitur) extinctus est. Hæc Strabo lib. 13. Hujus etiam meminit Cicero, memorans quid, cjus commendet Tusculanarum quæst. lib. 1: Nonne, inquit, quantã memoria Simonides fuisse dicatur, quãta Theodectes, quanta is, qui à Pyrrho ad Ptolemæum missus est legatus, Cineas, quanta nuper Carneades, quanta qui nostra sunt, Scepsius Metrodorus, quanta cõfert Hortensius. Hactenus Cic. ¶ Fuit & Metrodorus quidã Chius, qui universum sempiternum esse dicebat. ¶ Fuit etiam Metrodorus Lampsacenus, Epicuri discipulus, fidelissimus q; amicus, Strabone, Diogeneq; testibus.

Metrópolis, μητρόπολις, Vrbs Phrygiæ, teste Stephano, à Cybele Deum matre condita. ¶ Item alia ejusdem nominis, in conventu Apameno. ¶ Tertia in cõventu Ephesiorũ ad Caystrium decima. ¶ Stephanus præterea alias septem enumerat, quarum primam in Lydia secundã in Thessalia collocat: tertiam Acarnaniæ, quartam Scythiæ attribuit: reliquas tres in Ponto, superiore Thessalia, & Rubræa constituit.

Mevánia, μευανία Ptolemæo. Vulgo Mevania, Civitas Vmbriæ, in dextra Propertio alumno, sita ad viam Flaminiam, armentorum & gregum ferax. Lucan. lib. 11. taurifera, ubi se Mevania campis Explicat, &c. Plin. lib. 35. cap. 14. In Italia quoq; laterarias murus Aretii & Mevaniæ est. Hujus urbis incolæ dicũtur Mevanates. Plin. lib. 3. cap. 14.

Mevius. [Ger. Ein vngeschickter Poet, der des Virgilium vnd Horatium verlestert, damit er darvon gesehen wurde.] Pudenter impudentissimus Virgilii & Horatii temporibus, unicq; quæ invitas, quòd poemata illorum infectaretur, & ex alicujus laudis obtrectatione gloriam sibi pararet: unde & Virgilio malus vulgò appellatus est. Virgil. 3. Aeglog. Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mevi: Atq; idem jungat vulpes, & mulgeat hircos. Horat. lib. 1. Carm. Mala soluta navis exit alite, Feretis alienten Mevium.

Mezentius, Tyrhenorum Rex, summus deorũ contemptor, a subjectis populis ob immanem crudelitatem cõ tota familia expulsus, quæ unà cum Lauto filio fugiens, ad Turnum Rutulorum regem pervenit, cum quo adversus Aenean profectus est, sed inauspicatò: Aeneas enim ipsum cum filio in pugna interfecit. Virg. 11. Aeneid. At Jovis interea mõns Mezentius ardens Succedit pugnæ, &c. Fatis impius in homines sine deorum respectu, inquit Macrobius.

M ante I.

Miácoris, pen. prod. μιακορις, Chalcidis oppidum, apud Theopomp. libro 25, referente Stephano. A quo fit gentile Miacorius.

Micipsa, Numidarum Rex, Masinissæ regis filius, qui fugurtham Manastabulis fratris filiis, unà cum Adherbale & Hyempsale filiis regni participem reliquit. Autor Sallustius de bello Iugurthino.

Midæum, vel Midæ, arum, μίδαιον, Phrygiæ oppidum Stephano, Plin. lib. 5 cap. 32, Midaeon apellat.

Midas, [μίδας. Ger. Ein König in Phrygia, ein grosser Geitzhart.] Gordii nebulonis filius, & rex Phrygum, qui conductor penè reges pecuniæ abundantia antecessit. Hujus fit est in fabulis, propter Bacchum hospitio susceptum, concessum esse ut quicquid vellet, optaret, futurus voti compos: optavit autem ut quicquid corpore contigisset, in aurum verteretur: quod, annuente Bacchо, factum est. Sed quum cibus & potus contacti etiam in aurum mutarentur, sensit tandem stolidus, se frustrè petiisse, & facti pœnitens, oravit Bacchũ ut hoc munus auferret: tum Bacchus jussit ut in Pactolo flumine se lavaret, & liberaretur. Quod quum fecisset, cœpit deinceps Pactolas aureas arenas trahere. Postea quum Phœbus & Pan carmine certarent, & Midas judex electus cum Tmolo monte (qui Phœbum victorem pronuntiaverat) secundum Panа judicium tulisset, indignatus Apollo asininas ei auriculas addidit, quas tam scitè occultavit, ut nemo sciret præter salum tonsorem: qui quum rem inauditam tacere non posset, fossam ingressus proclamavit: Aures asininas habet Rex Midas. Deinde fossam terra adoptrunt, succrescq; temporis crevêrunt illic arundines, quæ commotæ vocem quam tonsor infoderat, reddiderunt. Vide Ovid. 11. Metam. - arguitur tamen, atq; injusta vocatur Vrnius sermone Midas. Nec Delius aures Humanam stolidas pati rem vere figuram, &c. Nonnulli dicũt, quum inter Apollinem & Marsyã decertantes judex constitutus esset, & ipse pro Marsya sententiam tulisset, auricalis asininis à Phœbo fuisse donatum. Hinc natus est proverbium: Auriculas asini Midas habet: quo utimur in stolidos, & crassis auribus, pinguique judicio homines. Ali narrant, quũ præteriret aliquando Liberi patris asinos, atq; eos afficeret injuria, iratum Bacchum Midæ auriculas asininas addidisse. Sunt qui dicant hunc aures e natura præ longas fuisse: & asinarum instar prominentes: atque hinc fabulæ locum ortum esse: quanquam pluribus placet, hac allegoria significari Midam tyrannum conviceos actu habuisse, qui subjectos torquere solitum, per quos quacunq; per omnem regionem vel fierent, vel dicerentur, cognosceret, nimirum illis utens auribus sicc. Proinde quum vulgus admiraretur, ab illo retinari etiam ea quæ clam ac procul fierent, occasionẽ fabulæ datam esse, ut Midas dicerentur auriculas asini habere. Vel quòd nullũ aliud animal acrius audiat, quàm asinus, excepto mure: vel quòd aures habeat omnium longissimas. Persius: Auriculas asini quid non habet? Fecunt nõnulli primum poëtã fuisse, Auriculas asini Midas rex habet. deinde mox Cæsarem scripturum minasse, Quis non habet? Hæc ex Erasmi Chiliadibus.

Midí, sive Midea, pen. prod. μίδεια. Sceph. Oppidum in agro Argivo, ita dictum à Midâ Aloëi filia, quum antea Persepolis appellaretur. Meminit hujus Homer. lib. 2. Iliad.

Midian, urbs est circa mediterraneum mare sita, nomen habens à quodam Abrahami filio è Cethura prognato. Inde Madianitæ, gentile.

Miezá, μίεζα, & Oppidum Macedoniæ, quod olim Strymonium vocabant: à Mieza Berenices Macedonis filia cognominatum. Autor Stephanus. Hujus oppidi meminit Plin. lib. 31. cap. 2.

Miltiades, Ingens infâ MILTIADES.

Miletópolis, μιλητούπολις, Vrbs in minore Asia, inter Cyzicũ, & Rhyndacum amnem, cujus meminit Strabo lib. 12.

Miletus. [Gr. Ein Sohn Apollinis vnd Areæ, welcher in Asiam gezogen, vnd alda nach den Cretensischen Reich trachtet.] Hinc fuit Apollinis, & Argiæ Cleochi filiæ: vel (ut Ovidius sentit) Deionis, qui quum Minoa Cretensium regem jam senem regno privare vellet, à Jove territus, in Samum, deinde in Cariam Asiæ regionem fugit, ibiq; oppidum condidit quod de suo nomine Miletum appellavit: ejusq; incolas Milesios. Ovid. lib. 9. Metam. Tunc erat invalidus, Dejonideq; juventæ Robore Miletum, Phœbo q; parente superbum Permisit, credensq; suis instare regnis. Haud tamen est passis arcere penatibus ausus. Sponte fugit, Miletea, celerq; carina Ægæas meatus aquas, & in Aside terra Mœnia cõlituit posito rex habentia nomen. Alii tamen aliam afferũt nominis rationem. Vide in Cretione sequenti. ¶ Inde Miletis, idis, Patronymicum id est Byblis, Mileti filia.

Miletus, pen. prod. [μίλητος. Ger. Ein Gesell in gleichem Ansehen als einer möchte sein vnd war Cariæ gelegen.] Vrbs in finibus Ioniæ, & Cariæ, autore Herodoto ædificata à Mileto Sole & Deionis filio, ut testatur Ovid. 9. Metamorph. Strab. lib. 12. a Sarpedone conditam mavult, Jovis filio, & Minois ac Rhadamanthi fratre: & ab eo Miletum appellatam fuisse ab altera ejusdem nominis urbe, quam in Creta reliquerat. Vrbem hanc præstantissimæ lanæ proventus nobilitavit, ex qua fiebant Miletia stragula, quæ ob insignem mollitiem in proverbium cesserunt. Martialis lib. 8: Nec Miletus erat vellere digna tuo. Et Virgil. lib. 3. Georg. - quamvis Miletia magno Vellera mutentur Tyrios incocta colores. Vbi Servius, Miletia velicta: id est, lanæ pretiosissimæ. Nam Miletus civitas est Asiæ, ubi tinguntur lanæ optimæ. Idem 4. Georg. - Miletia vellera Nymphæ Carpebant, hyali saturo fucata colore. Cicer. in Verrem: Nam quid à Milesiis lanæ publicè absalerit. ¶ Eadem est Anactoria nominata, ab Anacte quodam, Cœli & Terræ filio. Fuit autem hæc urbs colonis à se cõditis in primis fœcunda, quæ octoginta & amplius urbium per omnia maria metropolis extiterit. Oraculum habuit antiquitùs Branchidarum appellatum, postea Apollinis Didymæi. Ex Mileto ortum traxerunt viri memoratu digni. Thales unus ex septem sapientibus, qui primus Physiologiæ, ac Mathematicæ autor inter Græcos est habitus: & Anaximander ejus discipulus. Item hujus discipulus Anaximenes, & Hecatæus, qui scripsit historiam: & Aeschines orator, non ille, qui cum Demosthene contendit: sed alter qui sibi sumpta nimia in Pompejum licentia, in exilium missus est. Hinc & Timotheũ musicum ortum ferunt, & Pittacum philosophum. ¶ Alia fuit ejusdem nominis urbs in Creta, teste Homero lib. 2. Iliados.

Milesii, μίλησιοι, Populi à Mileto urbe dicti sunt, qui quũ prius potentes essent & opulenti, delicijs deinde addicti, & otio, & potentiam amiserunt. Hinc Milesius sermo dicitur vo luptuarius à Milesiorum Moribus lascivis. Apuleius in Asino aureo: At ego tibi sermone isto Milesio varias fabellas conferam, aures que tuas benevolas lepido susurro permulceam. Vale & Milesia

& Milesiæ delitiæ. Marcianus Capella: Nã certè mythos, poëtices etiam diverlitatis delicias Milesias, quæ Ἐφεσιακὰ libri eorum impudicorũ author Aristides apud Plutarchum in Crasso, de quibus Ovid in Epist. ad August. Vertit Aristidem Cicero, nec obstitit illi Historiæ turpes intermiscere jocos.

Milias, lege MILYAS.

Milichiæ, Fontis nomen in agro Syracusano, teste Plin. libro 2. capite 2.

Milesia, Μιλησία, Urbs Epidaurus dicta, ut suprà ex Stephano diximus.

Milo, Μίλων. Civis Romanus ex municipio Lanuvino, qui quũ P. Clodium Tribunũ plebis multa seditiosè in Republica molientem occidisset, frustrà à Cicerone defensus elegantissima illa oratione, quæ etiam hodie omniũ manibus teritur, Massiliam damnatus in exilium profectus est: ubi quum aliquando vidisset orationem Ciceronis pro se scriptam, multò meliorem ea, quæ in judicio habita erat, dixisse fertur: Sic oratus Cicero, nõ ego Massiliæ barbatos mullos esiratem. Hæc Dionysius in Roma. hist. ¶ Fuit alius hoc nomine athleta Crotoniates, qui taurum in Olympico certamine cho nudæ dextræ occidisse dicitur, & sine fatigatione per stadii spatiũ supra humeros portasse, totumq; eo die comedisse. Huic maiũ tenenti digitos nemo poterat extorquere: dum cõstitisset, nemo vestigio eduxere. Quum autem nimia nervorum fiducia arborem in parte media etiamnũ diducere vellet, brachiis hinc inde conflictis, & deficiente conatu retentus, lupis fuit præda. ¶ Est & Milo sive Milus, nomen montis Iodiæ, in quo homines averso plantis nascuntur, octonos digitos in singulis pedibus habentes. Autor Plin. lib. 7. cap. 2.

Milonia, Μιλωνία, Oppidum Samnitium, apud Dionysium lib. 16. Antiquit.

Miltiades, pen. in secunda syllaba, Μιλτιάδης Suidæ, Dux Atheniensium clarus, qui decem millibus suorum civium, & Platęensibus auxiliaris mille, profligavit Persarum sexcenta millia in campis Marathonis. Autor est Iustinus lib. 2. Postea tamẽ peculatus damnatus, in carcere & vinculis mortuus Atheniensibus crudelis est. Autor Valerius Maximus lib. 5. cap. 3. & Aemilius Probus quorum vitam eleganti brevitate conscripsit.

Milyas, adis, Μιλυάς, Regio est in minore Asia, Cariæ, & Lyciæ finitima, cujus incolæ Milyæ, Μίλυαι, appellati sunt, à Milya Cragi uxore, quũ antea Solymi appellarentur. Vide Steph. & Strab. lib. 12.

Mimallis, Μιμαλλίς, A Callimacho insula dicitur, quæ ab aliis Melos, à nonnullis Zephyria vocatur, teste Plinio libro 4. capite 12.

Mimallŏnes, Μιμαλλόνες, Bacchæ mulieres, à Mimante Thraciæ vel (ut alii malunt) Ionix monte: vel à μιμᾶσθαι verbo Græco, quod imitor significat, quòd Liberũ patrem imitarentur, & ejus imitationem cornea ferrent. ¶ Inde Mimallonis, nis, patronymicum fœmi. quæ ferè in eadem significatione ponitur. Ovid. lib. 1. de Arte amandi: Ecce Mimallonides passis in terga capillis.

Mimallŏnĕus, mimallones, mimallonẽ. Persius Sat. 1: Torva Mimallonea implerit cornua bombis. Hæ quoq; Bassarides, & Thyades, & Ogygides vocatæ sunt.

Mimas, antes, Μίμας: Mons Ioniæ in minori Asia, testibus Plinio & Strabone. vel, ut Suidas mavult, Thraciæ, ubi sacra, & certamina quotannis fieri Baccho constituerunt. Ovidius 2. Metamorphos. Et tandem Rhodope nivibus canitura Mimantis. ¶ Mimas etiam gigantis nomen fuit, quem Iupiter fulminavit. Horat. lib. 3. Carm. Sed quid Typhœus, & validus Mimas, &c.

Mimermus, Μιμνέρμος & Suidæ, Ligyrtiadæ filius, Colophonius, aut Smyrnæus, aut Asypalœensis Elegiarũ scriptor. Natus fertur Olympiade xxxvi 1, quod fuit, septem sapientibus antiquior est. Quidã tamen eodem tempore vixisse illum dicunt. Vocatus fuit Ligyrtiades, propter consimilitudinem & dulcedinem carminis. Scripsit libros multos. Hæc Suidas. Propert. lib. 1. Eleg. 9:

Plus in amore valet Mimnermi versus Homero:
Carmina mansuetus lenia quærit amor.

Mimnesis, pen. prod. Μιμνησίς, Oppidum Lydiæ apud Herodotum in descriptione Asiæ. Steph.

Minaei, sive, ut apud Stephanum legitur, Minnaei, duplicato n. [Ger. Wilden in Arabien an Rothen Meer gelegen/ von welchen der Weyrauch wächst.] Populi sunt in regione Arabiæ, mari rubro adjacentes, qui primi commercium thuris fecere, nec præter hos Arabes alii thuris arborem vident. Unde ab ipsis thus ipsum Minæum dictum est, teste Plin. lib. 12. cap. 14.

Mincius, [Ger. Ein Fluß in Lombardey / welcher durch den Gutt see rinnet nahe Mantua bey der er fließt Padum.] Vercellorum fluvius, qui ex Benaco lacu defluens, alium prope Mantuam lacum efficit: & inde rursus, auctus torrentibus auctus, effluit in Padum, Virgil. 4. Georg. Iardis ubi Mincius errat Flexibus. A. Virgil. Mincidæ dictus. Iuven. Illos Mincidæ celebrat cedo Maronis.

Minervă, Disciplinarũ dea, quæ Græcè Pallas dicitur, [Ger. Die Göttin gutter Kunsten vnd der Weißheit.] Ea à manendo dicitur, quasi vim manetur. Solet enim pingi ægide & formidabilis. Aut à minuendo (ut placet Cicer. lib. 2. de deor.) Aut (ut alii malunt) à monendo, quòd rectè monet. Festus: Minerva dicta quòd bene manet. Hanc enim veteres pro sapientia colebant. Cognomen vero quòd fingatur, pingaturq; militaribus minitans armis. Eadem & Tritonia à Portis appellatur, quòd Ogygis regis temporibus circa Tritonidem Africæ paludem virginali facie dicatur apparuisse: ab Homero etiam γλαυκῶπις, quasi glaucos habens oculos. ¶ Palladis autem nomen accepisse putatur ἀπὸ τοῦ πάλλειν: hoc est, à jaculando, vel vibrando. Pingitur enim quatiendam hastam tenens, eamq; vibrans. Prima olei, & omnium inventrix creditur extitisse: ob quæ erga humanum genus beneficia, divinos honores meruit, sapientiæq; & bonarum omnium artium dea habita est. ¶ Fabulantur autem Poetæ Minervam ex cerebro Iovis esse progenitam: quo commento significare volunt humaniorum literarum disciplinas nonnisi ingenii non esse inventum, sed ex Iovis cerebro: hoc est, ex inexhausto divinæ sapientiæ fonte ad hominũ usum esse deprompras. Pingitur etiam Minerva aliquid facere, tũm ut simplicius, rudius, vel indoctius aliquid facere. Columella in Præfatione libri primi: Potest enim nec subtilissima, nec rarissima (quod ajunt pingui Minerva res agrestes administrari. ¶ Invita Minerva aliquid facere: idem est, quod repugnante ingenio vel repugnante natura aliquid aggredi. Horat. de Arte: Tumidi invitis dices, facièsve Minerva. ¶ Sus Minervam, sub auditi docet, vel monet: trivialissimum est proverbium, quo utimur, quoties indoctus aliquis eum conatur docere, à quo ipse fit magis docendus. Vide Erasm. Adagia.

Mincrvăl, & minervale, à Minerva dedicatum nomẽ, erat quidam præmium quod cabatur præceptori, sicut cœna, & hujusmodi, quasi magisterii merces paucis diebus à scholasticis data solita ante Quinquatria, per quos dies pueri vocabant, Βακκανάλια. Varr. 3. de Re rusti. cap. 2. Quo simulac primùm fruges maturescunt, vel, incipiam, ἀφορμὴν, AXIVS: Ego verò non oculo vel homine, & exacta pactione crebrò. Ovid. 3. Fastor.

Nec vos turba feri sensus laudata magistri
Spernat: discipulos attrahit ista novos.

Minthius. Mons Thessaliæ, postea Orchomenus dictus est.

Minio. Fluvius est Tusciæ, non procul à Caere oppido. Vulgò Mignone. Virgil. lib. Aeneid. 10: Qui Caerete domo, quæ sunt Minionia amnis.

Minius, Μίνιος, Fluvius Hispaniæ juxta Abubricam Gallæcorum oppidum, validissimo ore in Oceanum profluens. Vulgò Minho. De hoc Plinius libro 4. capite 20, & Ptolem. libro 2. capite 6.

Minoa, pen. prod. μῑνῶα: Vulgò Alfenara, Vrbs in Amorgo insula, una Cycladum. Item altera in Siphno insula, una Sporadum. Terna in Sicilia. Atque hæc quidem tres enumerantur à Stephano. Strabo præterea lib. 9. Minoam fuisse emporiũ tradit in agro Attico, decem & octo stadiis à Megaris distans, quod postea Nisæam appellarunt.

Minois, idis, Μινωΐς, Insula est una Cycladum, quæ notiore nomine Sero appellatur. De hac Plin. lib. 4. cap. 12.

Minoum, Μινῶον, Oppidum est Cretæ insulæ, à Minoe rege ita appellatum. Recenseturà Plin. lib. 4. cap. 12.

Minos, [Μίνως. Ger. Ein Sohn Iovis vnd Europæ der Creteser König.] Iovis, & Europæ filius. Rex Cretæ, qui primus Cretensibus leges dedit. Hic quum haberet uxorem Pasiphaën, & illa ex tauro genuisset Minotaurum, Dædalum, quòd bovem ligneam fabricasset tuo qua lateos cum tauro uxor concubuerat persecutus in Siciliam pervenit, ubi à Cocali regis filiabus est interfectus: ut Authores referunt: juxta Camerinam urbem, & apud inferos propter insignem justitiam judex factus. Virg. 6. Aeneid. Quæstor Minos urnam movet.

Minōĭus, a, um, Μινώϊος &, Pasiphaë Minoia regnã. Virg. Aco. Dædalus (ut fama est) fugiens Minoia regna.

Minoïs, a, um, aliud adject. Ovid. in Ibin: Si tua contigerit Minoas puppis arenas. ¶ Taurus Minous, pro Minotauro. Stat. 1. Achil.

Minōĭs, minoidis, Patronymicum fœm. Ovid. 8. Metam. Fronnas Argyves rapta Minoide Diam Vela dedit. Quo patio autem Minos judex habeatur inferorum propter insignem, non video, quum violator fuerit hospitii, & raptor (ut Suidas ait) Ganymedis, & multa alia commiserit dicatur à vera justitia non parum abhorrentia.

Minōtaurus, [Μινώταυρος. Ger. Ein wunder Thier vorzeiten gedichtet von Pasiphaë vnd einem Stier / soll gelebt haben im Labyrintho / vnd endlich erhungert ist worden.] ex Minoe, & tauro dicto compositus,

Monstrum

Monstrum biforme ex portentoso Paliphaës cum tauro concubitu prognatum: quod jussu Minois (ut fabulantur poëtæ) Labyrintho inclusum, humanis carnibus vescebatur. Huic quotannis Athenienses ex præscripto fœderis septem ex suis liberis mittebant devorandos. Sed tertio anno Aegei filius Theseus sorte missus, Minotauro occiso, & ab Ariadne accepto fili glomere, fuga evasit. De hoc Virg. 6. Aen. in principio:

Hic crudelis amor tauri suppostæ; furto
Paliphaë, mistumq; genus prolesq; bimembris,
Minotaurus inest, Veneris monumenta nefandæ.
Hic labor, ille domus, & inextricabilis error.
Magnum reginæ sed enim miseratus amorem
Dædalus, ipse dolos tecti, ambagesq; resolvit,
Caeca regens filo vestigia.

Servius credit Taurum fuisse Minois, qui absente rege, cū Paliphaë concubuit in domo Dædali: & quia Paliphaë eodem tempore genitalis præcit, quorum alter Minos, alter Tauro esset similis, factus est locus fabulæ, ut Minotaurum biforme monstrum peperisse dicatur.

Minthe, ης, A poëtis Cocytii filia fuisse fingitur, quā quum Persephone cum Plutone deprehendisset, in herbam fuit nomis commutavit. Nam ὀσμὴ à priscis Græcis dicebatur herba, quæ postea ab odoris suavitate ἡδύοσμος appellata fuit. Latini unius tantùm literæ immutatione Mentham vocant. [Ger Münz.] Hanc fabulam tangit Ovid. 10. Metam. ad finē: -antibus quòdam hominēos artus in olentes verteret mentheas Persephone ieiuna?

Mēnthis, ίδος, mons est Peloponnesi, non procul à Pylo: de quo Strabo lib. 8.

Mentissæ, [Ger. Ein Stadt Italiæ in Campania.] oppidum in Campania inter Sinuessam, & Formias, ad Lyrim fluvium: habens propinquas paludes, in quibus Marius delituit, fugiens proscriptionem Sullæ.

Mēnurīa, familia nonignobilis Romæ fuit.

Mīnūcius, cognomento Augurinus, Præfectus annonæ Spurio Mælio regnum Romæ affectanti, ac ad Senatum delato, coarguit, qui postea à Servilio Hala, cùm à Dictatore Quintio vocatus parere imperio recusasset, est interfectus. Hunc, quod fœnus gratuitum remisisset, est interfectus. Hunc, quod fœnus gratuitum remisisset, ad eam vilitatem redegisse, ut asse modius veniret, tantum à plebe habitum est honoris, ut asse modius veniret, tantum à plebe habitum est honoris, ut collata in capita stipe unciaria, statua ei statuta extra portam trigeminam fuerit collocata. Autore Plin. lib. 34. cap. 5. & lib. 18. cap. 3.

Mīnya, æ, Stephano, Thessaliæ oppidum, à quo nonnulli Argonautas Minyas vocatos existimant: quanquam alii nominis hujus originem ad Minyam regem referre malint.

Mīnyæ, ārum, Populi Thessaliæ, qui Iasonē in Colchos profecisse ferunt: quæ dictione frequenter utuntur Valer. Flacc. in Argonaut. pro ipsis Argonautis. Ovid. lib. 7. Metam. Jamq; fretū Minyæ Pegasæa puppe secabant. Alii dicunt fuisse populos Bœotiæ circa Iolcum montem habitantes: quos ira dictos volunt à Minya rege, Orchomeni filio Cleyæ, & nepote Neptuni.

Minyas, ădis. Chryses filius à quo Minyæ, quibus imperavit, nomen acceperunt. Hic quum mortales omnes fuse ætatis opibus superaret, primus omnium χαλκοῦν, aliū reconderandarum pecuniarum gratia exstruxit. De hoc Pausanias, & Cælius Rhodigius lib. 20. cap. 25.

Mīnўeus, per quatuor syllabas, Eve Minyeius (ut apud Homerū legitur) pet quinq; fluvius est Thessaliæ, postea Orchomenus dictus, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 8. Hunc Strabo lib. 8. eundem facit cum Anigro. Homer. lib. 11. Iliad. juxta Arenen in mare defluere tradit:

Ἐν δ' ἔσαν ἀντιθέου Μινυήϊος, ἔνθα βόεσσιν,
Ἐγχείη. Ἀχέροντα.

Mīnўus. Vide MERITVS.

Mirobriga, æ, Ptolemæo, Vulgò Chiudad Rodrigo, Hispaniæ ulteriōris urbs in conventu Cordubensi. Plin. lib. 3. cap. 1. Murobrigam vocat per secundam consonantem in ultima syllaba.

Misach, Unus ex tribus pueris, de quibus Daniel.

Miscellus, i, Cleronis urbis in magna Græcia conditor, de quo vide infra in dictione AYXACVSAE.

Miscēlli, ōrum, Oppidum Siciliæ apud Stephan.

Misēnus, pen. prod. i, Vulgò Monte Miseno. Promontorium est Campaniæ, non procul à Cumis, nomen habens à Miseno Aeneæ tubicine illic sepulto. Virg. 6 Aen. Ac pius Aeneas ingenti mole sepulcrum Imponit suaq; arma viro, remumq; tubamq; Monte sub aëreo, qui nūc Misenus ab illo Dicitur, aeternumq; tenet per secula nomen. Horat. lib. 2. Sermon. Satyr. 4: Ossea Circes, Misēno oriuntur echini.

Milētus, i, pen. prod. μιλητός, Oppidum Macedoniæ apud Stephan. cujus gentile est Milētius, μιλήσιος.

Milīgetes, μιλιγέται, Populi Iberum, Steph.

Millōris, Germaniæ urbs ad Albim sita. Vulgò Meissen.

Mīlpia, μήδεια, Medorum oppidum, apud Xenoph. lib. 3. expeditionis Cyri minoris. Gentile est Mīpdates.

Messenia, quòd hic corruptè legebatur; Vide MESSENIA.

Mīstrўlus, Nomen cujusdam apud Martialem.

Mithridates, pen. corr. [μιθριδάτης. Ger. Ein nahmhaffter König in Pontō der tapfferſte.] Rex Pontī fuit, vi tacta & animi & corporis, ut ex jugo equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur. Hic dissidentibus Romanis sociali bello, Nicomedem Bithynia. Ariobarzanem Cappadocia expulit: Græciam insulasq; omnes, excepta Rhodo occupavit: sed postea à Sylla apud Dardanum fusus, à Lucullo profligatus & exutus regno, ruitus à Pompeio victus, tandem à Pharnace filio in turre obsessus, venenum sumpsit. Quumq; id lapsis frustra bibisset, quòd adversum venena multa antea medicamentis corpus firmavisset, immissum percussorem Gallum, citò autoritate vultus territum revocavit, & in eorum manū trepidantis adjuvit. Laboravit insania maximæ crudelitatis: nam Laodicem conjugem & sororem, præterea matrem, fratremq; ac tres filios impuberes, totidemq; filias interfecit. Juvenal. Sat. 14. Occus Archigenen quærit, atq; cetera, quod Mithridates Compotuit, &c. Vide Plutarchum, Appianum, Justinum & Valerium. ¶ Alius erat Mithridates, qui Bruti epistolas collegit. De quibus, si modò illius sunt, his verbis judicium fecit: [illegible]

Mithridatium antidotum, [Ger. Mithridanis Artzney.] Ger. Eine besondere Artzney für gifft so König Mithridates soll erstlich erfunden haben in Asien.] a rege Mithridate nomē habet, quòd primus hoc commentionis genus credatur invenisse, & adversus venena eo se præmunivisse. Plin. lib. 25. cap. 2: Vel ei excogitatum quotidie venenum bibere, præsumptis remediis, ut consuetudine ipsa innoxium fieret. Primò invēta genera antidotex quibus etiam unum cius nomen venit. Livius inventum aurumāt, sanguinem anatum Ponticarum misere antidotis quoniam veneno viverent.

Mitylēne, es, pen. prod. [μυτιλήνη. Ger. Ein berümpte Statt in der Insel Lesbo, heist jetzt Nesbio.] & Mytilēnæ, ārum, Urbs in Lesbo juxta Methymnam, à cujus nomine nunc omnis insula Mytilene appellatur. Vulgò Metelin. Mart. lib. 10. Quum tibi non Ephesos, nec sit Rhodos aut Mytilene. Dicta Mytilene, ut Diod. lib. 4. scribit, à Mytilene Machari filia. Hæc nunc Methymna dicitur, urbs clara Pittaco ex septem sapientibus uno, & Alceo poëta, & Antimenide fratre ejus, & Diophane oratore, & Theophane Pompejanarū rerum scriptore, qui Magno Pompejo admodum familiaris fuit, & ab eo in concionem militum civitate donatus, ut testatur Cic. pro Archia. De hac scribit Vitru. lib. 2. magnificenter & eleganter ædificatam fuisse, sed non prudenter positam: in qua Auster quum flat, homines ægrotant: quum Corus, sustinent: quum Septentrio restituuntur in salubritatem.

Mitys, ўος, ὁ, Vir quidam, cujus statua, eum à quo interfectus fuerat Mitys, collapsa oppressit. Aristot. cap. 10. de Arte Poëtica.

Mitterim, Insula ultra Britanniam sex dierum navigatione, ut lib. 4. Plin. scribit: in ea candidum plumbum provenit.

M. ante N.

Mnas, [Ger. Ein Mitnahmer jur zeit Pompeji.] Pirata fuit, qui temporibus Pompeji oram Italiæ prædatoria classe infestabat, ut est autor Plutarchus in Antonio.

Mnasўrium, μνησύριον, Locus est in Rhodo insula, nō procul à Lyndo oppido: cujus meminit Strabo lib. 14.

Mnemosўnē, pen. corr. [מְנֶמוֹסִינֶה זִכָּרוֹן זִכָּרוֹן. Ger. Die Göttinn ein Mutter der Musenen.] Memoriam significat. Poëtæ Musarum matrem faciunt, quod omnium serentium thesaurus memoriæ beneficio & acquiratur, & conservetur: unde Mnemosyneus, [זִכָּרוֹן זִכָּרוֹן זִכָּרוֹן זִכָּרוֹן. μνησίκακος. Pol. Zawiarka. Vn Eedekeppers adaret aiandek.] penultima correpta. Dicitur monumentum, vel pignus quod ad nostri memoriam apud amicum relinquimus. Catullus: Mnemosynon mei sodalis id est, monimentum.

Mnesarchus, μνησάρχος, Inter principes philosophorum Ciceronis numeratur, Academ. quæst. lib. 4.

Mnesimachus, μνησίμαχος, Poëta Comicus: cujus fabulæ tres enumerantur à Suida.

Mnesitheus, μνησίθεος, Medicus Atheniensis, cujus meminit Galenus de Arte curandi ad Glauconē. ¶ Mnesitheos quoq; à quibusdam vocatur herba, quæ notiore nomine Bupleurum appellatur. Vide Dioscor. lib. 3.

Mnēster, ῆρος, Agrippinæ matris Neronis libertus. Is, Agrippina à satellitibus Neronis interepta, ferro se transfixit: insertum charitate in patronam, an metu exitii. Autor Cornel. Tacitus lib. 14

lib. 14. Latinè prorsum significat. Nam μνηστὴ, idem est quod puellæ nuptias ambiò.

Mnēstheus, μνηστεύς, Proprium nomen viri Troiani, unius ex comitibus Aeneæ, qui ab Assaraco rege originē traxit, ut auctor est Virgil. 12. Aeneid. Stirpis Assaraci Mnestheus. Nonnunquam verò causa merti additur epostm, ut fiat dictio trisyllaba, Menestheus. Virg. 10. Aeneid. Nec Lycio genitore minor, nec fratre Menesthco. Nā aliter non potest cōsistere versus, ut annotavit Servius.

Mnevis, μνεύις Suidæ, Bos Soli sacer, quem Heliopolitæ prò deo colebant, in septo cum nutrientes. Autor Strabo lib. 17.

M ante O.

Moab, [מוֹאָב μοαβ, μοάβ.] Arabiæ civitas, quæ & Areopolis nominatur. Inde Moabitæ.

Mobá, μοβᾶ, pars Arabiæ, prò Mozba. Vide Mobeni & Mobites, Steph. Vide MOAB.

Mōcātēsis, μοκατησὶς, proparoxytonum, Parva regio Thraciæ, Gentile, μοκατήσιος, oxytonum. Steph.

Mocatra, μοκατρα, Vicus Bithyniæ. Gentile Mocatenus. Steph.

Mocle, μόκλη, Vicus Phrygiæ incolæ Moclen. Steph.

Modrina. Vide METIONE.

Mœmigis, Ptolem. Galliæ Vibs.

Mœnīnā, Vide MENIANA.

Mœnis, sive Mœnus, [Vulgò Meyn. Mœnus. Ger. Der Meyn.] Flavius est Germaniæ, per agrum Francofurtensem in Rhenum defluens: de quo Plin. lib. 9. cap. 15. Pomp. lib. 3. Mœnum vocat. In Rhenum influunt Mœnus, & Lupia.

Mœris, μοῆρις, Insula est in mari Lycio: de qua Plin. lib. 5. cap. 31. ¶ Fuit præterea hoc nomine Aegyptiorū rex, cujus opus est lacus inter Arsinoïten & Memphiten Nomon manu factus, circuitu CCCCL. M. pass. qui ab illo Mœridis lacus appellatur. De hoc Plinius libro 5. capite 9. [Ger. Ein König der Egyptieren / dem etlich zuschreiben / daß er den grossen See Mœris genannt / welcher einem Meer gleich ist / gemacht habe / welches doch nicht gleublich ist.]

Mœsiā, [μοισία. Vulgò Servia, Service vel Bosna. Ger. Serfi oder Wessen.] Provincia est Europæ juxta Danubium, quæ a Pannonia ad Pontum usq; protenditur. In ea sunt Dardani, Mœsi, & Triballi, Pontoq; contermini Scythæ.

Mogarn, primùm dicebatur quæ postea Cappadocia, nunc autē Cæsarea a Cæsare, ut refert Iosephus: ut supra dictum est in Cæsarea.

Mōguntiā. [μογοντία. Vulgò Magoncia. A' Gallis vocatur Mayence. Ger. Meyntz.] Oppidum Tractalpinæ Galliæ ad Rhenum fluvium.

Molō, μόλων, Orator Alabādensis, qui Rhodi audivit Ciceronis æquālis fuit, ut meminit Plutarch. in vita Cic. & Strabo lib. 14.

Molochath, Africæ fluvius, Mauritaniam Cæsariensem à Mauritaniæ regione dirimens. Plinio & Salustio Mallucha dicitur.

Molorchius, μολόρχιος, Dictus fuit fenerator Arcadicus, qui ad expugnationem leonis, Nemeæ profligatorem Herculem suscepit comiter hospitio. Cujus beneficii nomine Hercules illi sacra solennia instituit, quæ Molorchæa dicebantur. Quin & ipse à nomine ejus Molorcheus, μολόρχιος, à poëtis dicitur. De hoc Stat. lib. 4. & Servius in tertium Georg.

Molossia, [μολοσσία. Ger. Ein Landschafft Epiri.] Regio, pars Epiri à Molosso Pyrrhi & Andromaches filio nominata: cujus incolæ etiam appellantur Molossi, μολοσσοί. Scribit Theopompus fuisse LXXII, Epiratarum gentes, è quibus celeberrimi fuerūt Chaones, & Molossi. In hac regione nascuntur egregii canes, qui & ipsi Molossi dicti sunt. Virg. 3. Georg. Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed una Velocis Spartæ catulus, acremq; Molossum Pascito pingui. ¶ Legitur & Molossus, a, um, adjectivum. Ovid. 2. Metam.

Nec contentus eo, missi de gente Molossa
Obtidis unus jugulum mucrone resolvit. Molossi, μολοσσίδες κύνες, ex Molossia Epiri regione mittebātur: unde & nomen acceperunt. Poëtæ fabulantur canes hosce originem traxisse à cane æneo, à Vulcano fabricato, quem ille Iovi, Iupiter Europæ, Europa Procridi, Procris Cephalo dono dedit. Vide Iul. Pollucem lib. 5. cap. 5.

Molotilus, Vide in APPELL.

Mōlis, μῶλις, uxorem habuit Siden Mentati filiam, & nomen dedit insulæ. Steph.

Molucha, Vide MYLUCHA.

Molus, Homero vir fuit Cretensis, & Merionis, auriga Idomenei pater.

Molybdana, μολυβδάνα, Vibs Massienorum. Autor Steph.

Mōlycrīa, μολυκρία, Oppidum est Aetoliæ, nō procul ab Antirrhio promontorio, quod Rheum Molycricum appellavit Thucydid. lib. 2.

Mōlyndēi, pen. prod. μολυνδεῖς Stephano, Lyciæ oppidum.

Mōlys, μῶλυς, Chyæ oppidum, à quo fuit gentilis Molytes & Molyates. Stephan.

Mōmemphis, μομεμφὶς, Aegypti oppidum, à quo Momemphites præfectura. apud Strabonem lib. 17.

Mōmus, mi, μῶμος, Deus Nocte natus (inquit Hesiodus) ac Somno pater progenitus. Hunc adeò mos est, priùm quidem nihil operis edere, sed aliorum deorum opera curiosis oculis contemplari, & siquid est omissum, aut peperā factū, id summa cum libertate carpere. [Ger. Ein Schalter der nichts gelaut.] Nam μωμᾶσθαι Græcè reprehensionem sonat. Vide de eo fabulā apud Lucianum in dialogo de harchibus.

Mōnā, μόνα. Ger. Die Insel zwischē Engellāndt vnd Irrlandt.] Insula est inter Britanniā & Hyberniā sita, ut docet Plin. lib. 4. cap. 16. Cornel. Tacit. lib. 14. Agricola Monam in colis vastam, & receptaculum perfugarum, aggredi parat, navesq; fabricatur plano alveo adversus breve litus, & incertum. Idem in Iuli Agricolæ Vita: Monam insulam, cujus possessione revocatū Paulinum, rebellione totius Britanniæ supra memoravi, recingere in potestatem animo intendit.

Mōnībæ, μονῖβαι, Isauriæ oppidum: à quo fit gentile Monabates. Steph.

Monicris. Arcadiæ mons, quasi solus vertex sive solis summitas, ut notat Turnebus.

Monacum, Civitas Bavariæ, Vulgò Mūnchen: vide Cambodunum. Bil. & alia Hetruriæ ity. væ. [Ger. Weidmünchen.]

Monarda. Ptolemæo lib. 2. cap. 2. insula juxta Orientalem plagam Hyberniæ: alio nomine Monarina dicta.

Monapia, μοναπία, Insula est inter Hyberniam, & Britanniam, cujus meminit Plin. l. 4. cap. 16. In emendationibus exemplaribus Menapia non Monapia legitur.

Monasterium, Vvestphaliæ urbs. [Ger. Münster in Westphalen.]

Moncsio, Aeoe fabricatus à Vulcano caulā Cephali, &c. Pollux quinto.

Mōnetā. Dicta est Iuno à monendo. Quū enim, ut inquit Cic. lib. 1. de Divin. terræmotus factus esset, ut suæ piacularis procuratio fieret, vox ab æde Iunonis ex arce exiit, quocirca Iunō Monēta cognominata est. Lucanus lib. 1. Nomina in sacros cæsurus fulmina Moneta.

Monetium, Oppidum lapidum scopulosum, Strabo lib. 7.

Mōnīchis, pen. corr. μονίχης, Pontiæ, Bithyniæ regis filius, cui dentium loco os unum continuū habuit in superna oris parte, ut tradit Plin. lib. 7. cap. 16. Vnde etiā Monodus dictus est, quasi μόνος ὀδούς, eò quòd quodammodo unicum, cumq; perpetuum haberet dentem.

Mōnocrēlis, cū æ diphthongo. [μονοκρηλὶς. Ger. Ein Gebirgende über Meerhaffen in Ligurien / heisset jetzt Porta de Monaco bey Nicolaeten.] Portus & statio quædā Ligurīæ. Ab Albio Ingauno oppido distans stadiis quadringentis & octoginta. A' Monoeci portu usq; in Heturiam universam litus cōtinuum omnino sine portu est, exceptis quibusdā pareis stationibus ad jactandas anchoras, neq; is ipse est multitu, aut magnarum capax navium. Autem habet munitissimā non procul à Nicea, quam hodie vocāt Iuli Nemalon. Lucanus lib. 4. solus hos litoris turbat Circius, & fida proli hesitatione Monœci. Nominis ratio nem ad Herculem referunt, qui ibi eādem habebat, in qua solus colebatur.

Monogrillā, μονογριλλα (locus mutilus est Stephano.) Hinc Diana Monogrillana, cui templū Dædalus extruxit. Mogilla enim lingua Carum lapidem sonat. Nunc verò crustaceos & molles lapides gigni nominamus. Steph.

Mōnoscēli. [μονόσκελοι. Ger. Die der in Jre Füs so nur ein Schenckel sind / vnder jnen dicken.] Homines Indici fingulis cruribus μονόσκελοι cum eius dicitur. Hi & Sciapodes vocantur, quòd in majori æstu humi jacentes umbrā pedis se protegant. Vide Plin. lib. 7. cap. 2.

Mons Ferratus. [Ger. Monferrāt ein Landtschafft Italiæ.] regio Italiæ cujus fines sunt, ante Pacus, unde Apennina & Tanarus amnis ex superiore parte, montes pyrenæi Moncayerio: ubi Pecemontium incipit.

Mons fractus, μόνς ῥηκτός, Vide PYRENEIS.

Mōnspessulum, Galliæ Narbonensis urbs. [Ger. Montpellier in Langendoc.]

Mons Regius, Vibs celebris Prussiæ. [Germ. Königsperg in Preussen.]

Mons S. Annæ, in Mysia. [Ger. Sant Annen Berg.]

Monychā, chæ, cum y, & ch aspirato, μονυχία. Nomē est matris divi Augustini, cujus vice sanctimoniā & ipse devovit Augustinus, & Maphæus Vegius Laudensis versibus memorāvēre.

Mōnychus, pen. corr. μονυχος, unus fuit Centaurorum, de quo Iuven. Satyr. 11. quantas jaculetur Monychus ornos. ¶ Ductum autem est hoc nomen à Græco μονυξ, quod perinde est, ac ū Latinè solungulum dices. Hoc autem proprium equorum ett epitheton, qui unicam & solidam habent ungulam. Quò

ium. Quò fit, ut & Centauris tribuatur, quibus Poëtæ fabulæ equinos tribuerunt pedes.

Mŏnȳmă, pen. corr. μονύμη, Mithridatis uxor, quæ in despectatione rerum profligatarum, detractum è capite diadema collo circuligasse traditur, sese q; ex eo suspendisse: & quum corpore pondere laqueus illi diruptus esset, dixisse: Executandū diadema, aequius tam tristi mortis beneficio mihi profuisse, meq; quum superiùs nomi a objectum insputatiles, eunucho regio jugulandam sese obtulisse.

Mŏnȳmŭs. [μόνυμος. Ger. Ein Diener eines Gebieters. Wächter eines gutes. Comicus.] Contulit cujusdam conservitus servus: qui quum magno philosophi amore teneretur, Diogenisq; in primis cupiam dare cuperet, simulata insania monetam sibi spargere coepit. Quo modo ab illo admissus, ad philosophiæ studia recepit, & Diogenis sectatum tradidit. Vide Lucretium.

Mŭpsium, μύψιον, Agri Pelasgici oppidum in Thessalia, apud Strab. lib. 9.

Mŏpsŏs, μόψος, Libesum Ciliciæ oppidum, ad Pyramum fluvium situm, teste Plin. lib. 5. cap. 27. Strabo lib. 14. μοψουεστίαν appellat.

Mopsŏpĭă, μοψοπία, Attica regio, à Mopso rege sic dicta, ut auctor est Strabo lib. 9.

Mopsŭs, μόψος. Nomen proprium viri variis, qui (ut Pomponius Mela refert) in Sicilia Thapsum & Pantalicam urbem condidit. Fuit & alter Mopsus Argivus (ut est apud Strabonem lib. 9.) qui fuit Ampyci & Chloridis filius Ornithomantis filius. Alius fuit cum quo certavit Calchas de peritia divinandi, Apollinis filius.

Mordĭæum, μορδίαιον, Civitas Pisidiæ, Apollonia postea dicta, Steph.

Morgentium, μοργέντιον, Vibs Italiæ, Κελτικὴ μοργηνία, vocatur etiam Morgentina. Gentile, Morgentinus. & Morgitia. Steph.

Mŏrgus, Fluvius est ex Alpibus defluens, unus earum, qui à Pado excipiuntur: de quo Plin. lib. 3. cap. 16.

Morgyna, μόργυνα, Vrbs Siciliæ. Gentile Morgynæus. Steph.

Morici, μορικοί, Populi Indiæ, ligneas domos habitantes, Steph.

Mŏrĭni, pen. corr. [μορῖνοι. Ger. Die Meinager.] Populi sunt inter Belgas ad Oceanum Britannicum Caletibus, & Nervis juncti: Belgas ad Oceanum Britannicum Caletibus, & Nervis juncti: Belgas ad Oceanum Britannicum Caletibus, & Nervis juncti: quorum oppidum mediterraneū, Ptolemæo teste, fuit Terwana, μεσογειακὴ, etiam hodie nomen retinens. Hi à Virgilio Extremi hominum appellantur, quod (ut diximus) Oceano sint proximi, brevi limite ab eis, veluti a Cæsare testis, in Britanniam, si velit, Cæsar.

Morĭnum, Thessaliæ populi, circa Ponti littora incolentes: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Morpheus. [μορφεύς. Ger. Ein Diener des Schlafs / so sich in vielerley gestalten verändern kan.] Somni minister est, qui (ut in Ovidio est) mille formas hominum fingit, verba, gestus, motus item & gestus imitans. Ovid. lib. 11. Metam. Exercitatæ fecem, simulatorem; figuræ Morphea, etc.

Mortam, Vnam esse ex Parcis dicunt, quas veteres Lamias esse putaverunt, eamque nativitati & mortis præsidere. Earum nomina fuerunt Nona, Decima, & Morta: quo commento significare voluisse fingi videntur, tempestivum partus tempus esse nonum & decimum: qui verò ante hoc tempus in lucem prodeunt, aut mortuos nasci, aut natos statim mori. Sipontinus ex Martiano.

Mŏrtŭum Mare, Straboni dicitur: quia nihil vivum gignit. [Ein Todtsee. Ger. Das todte Meer. Ist ein Sinckender See in Syria.] Lacus est in Pentapoli Syriæ, qui nihil præter bitumen gignit, ibi lin eo grave submergitur. Vide & Asphaltites vocatur, sive ab eo quòd Græci bitumen ἀσφαλτον appellant, sive διὰ τὸ ἀσφαλὲς: hoc est, à securitate, eò quòd corpora viva eo immersa, non aqua, sunt à fluctu sine.

Mŏrўlli, μορύλλοι, Macedonum populi in occasum vergentes, juxta Alantenses, & Lyncestas. Plin. lib. 4. cap. 10.

Mŏrўchĭus, μορύχιος. Cognomen Bacchi apud Siculos, cujus faciem videmus in tempore multo & senectutis notis obliquere consuevisse. Vide Erasmum in proverbio: Morycho fruitur.

Mosa, μῶσα. Ger. Die Maas.] Fluvius insignis Galliæ Belgicæ, ex Vogeto monte, ubi procul à Lingonum finibus profluens, & per Burgundum, Mediomatricos ac Secanos agrum labens, tandemq; in finibus Batavorū acer pro Rheno in Oceanum se exonerans. ¶ Meminerunt hujus fluvii Plinius libro 4. capite 14. & 15. Tacit. libro 2. & 20. Cæsar de bello Gallico.

Moschi, μόσχοι, Populi sunt Asiæ, Albanis, & Iberibus finitimi, à quibus pars Taurorum montis in Septentrionem declinans, Moschici nomen accepit. Vide Plin. lib. 5. cap. 27. & 6. & cap. 20. Lucan. lib. 3. sevisq; affinis Sarmata Moschis.

Moschŏs, μόσχος, Grammaticus, & poeta Syracusanus, Aristarchi famulatus, qui secundus à Theocrito scripsit carmen Bucolicum. Suidas.

Mosis, is, & Mosi. [משה mosheh. מושה, משיה.] Sicut & Achilles, lis, ii, nomen inclyti Iudæorum ducis, qui Israelitas ex Aegypto, & Pharaonis tyrannide eduxit. Iuven. Satyr. 14. Tradidit arcano quodcunq; volumine Moses. Arator: non hæc jejunia Moses Condidit. Quidam Moysen efficiūt per tres syllabas, y. inter a interposita, & prima syllaba contra artem correpta. Sedulius: Quid quòd & Heliam, & clarum videre Moysen. Scribit Iosephus ex eventu rerum nomē ei impositū fuisse, eò quòd à Pharaonis filia de flumine sit servatus.

Mŏsўnæci, μοσύνοικοι, Populi Asiæ versus Septentrionem, qui (ut Pomponius lib. 1. refert) turres ligneas subeunt, moris corpus omne perlignant, in propatulo vescuntur, promiscuè cōcumbunt, & palam reges deligunt, vinculisq; acerrima custodia tenent. Dicti autem μοσύνοικοι, quasi turricolæ, à turribus, quibus domorum vice utuntur. Hos Plin. lib. 6. cap. 4. vocat Mosynos: quanvis in omnibus fere exemplaribus Mossynos legamus geminato s.

Mosўlon, μόσυλον, Promontorium Aethiopiæ, emporium habens ejusdem nominis. Stephanus.

Mothō, us, μοθώ, Arabum vicus, in quo Antigonus Macedo à Rabilo rege fuit interfectus: quæ etiam cædes vico nomen fecit: nam Motha Arabum lingua mortis locum significat. Steph.

Mŏrĭēnē, μορίνη, Parva regio Iberiæ, colonia à Romanis deducta. Phlegon Mutinensem, μορινέα, vocat. Gentile Morinenus. Steph.

Mŏrўchē, es, μορύχη, Siciliæ oppidum: ita dictum à Morycho quodam muliere, quæ Hercati cor indicavit, qui boves ejus abegerat. Hæc Steph. ex sententia Hecatæi.

M. Mutius V.

Mūgĭlis. Cognomē Romani cujusdam, à frequenti murmuratione: ea à quo Mugionia porta, cui ipse aliquando præfuit, nominata est. Vide dictionem subjacentem.

Mugonia porta, (ut apud Sipontinum legitur) vel Mugiona, (ut potius legendam arbitror) nobis Roma porta fuit: ita dicta à Mugio, quòd per eam venale pecus intraret. Hæc & Trigonia appellata est: hoc est, trium angulorum. Festus Mugionem appellatam putat, non à mugitu, sed à Mugio quodam, qui horū portæ aliquando præfuisse creditur.

Mulcĭbĕr, pen. corr. Mulciberius, & per syncopen Mulcibrius. Est enim terni ordinis, variis secundū [מלכבר. Ger. Der Mulciber Vulcanus / ein Gott des Feuers.] Est autē Mulciber Vulcanus, ita dictus à mulcendo id est, mulcendo ferro. Mulcere enim mollire, hoc enim est, quòd quis omnia mulceat: id est, mollior, vincat, accommt. Ovid. 2. de Arte: Mulceberis cupti Marte, Veneri q; dolis. Apud Cic. lib. 2. Tusc. legitur in patrio casu, Mulciber secundæ declinationis, & trium syllabarum: Iovisq; nomen Mulcibri adhibita manus. Donatus putat Vulcanum Mulciberem dictum à mutilando, quòd claudus à pœtis fingatur, & mutilatus. Fuit enim Mulciber Iovis ex Iunone filius, quem quū parentes infelicissima forma esse vidissent, ex cœlo in Lemnum insulam præcipitavere: ex qua ruina tantum pedes fertur claudicationem contraxisse.

Mulūchă. [Ger. Ein Fluß in Mauritania.] Fluvius Mauritaniæ, Massæsylorum fines à Carthaginensi Mauritania distinguens. De quo Strabo lib. 17: Post Mauritaniam (inquit) est Massæsylorū regio, à Molachath fluvio (ita Mulacham nominat) ad urbem Siminea, &c. Vbi indicat, stans flumen in ortum Massæsylos esse. Item Plin. Intelligendum ergo Mulucham regnorum terminum fuisse, Bocchi quidem Orientalem, Iugurthæ verò occidentalem: diversa ratione: quemadmodum aliquando Rhenus Romanum imperium orbe, & tempestive nonnunquam fuit: nunc verò Germaniæ ab Occasu, & Meridie finem: ut quodammodo in ortum prospicienti dextrum sit, id tibi in occasum verso sinistrum fit. Sic Padus omnium veteris Italiæ olim, & Togatæ Galliæ terminus fuisse intelligimus. Ita in Iugurtha Sallustius: Haud longe (inquit) à flumine Mulucha, quod Iugurthæ Bocchig, regnum dirimebat. Erat ibi apud eum locū, Bocchus inquit: ego flumen Muluchā, quod inter me & Micypsam fuit, non egredior, neq; id Iugurthæ intrare finem. Hactenus Sallustius. Sunt qui hoc nomē neutro genere efferendum putent (in quibus est & Caper indignos Grammaticos) undè apud Sallustium loco jam citato, Mulucha legendum putant, non Mulucham: quemadmodum etiam in exemplaribus aut quibusdam vetustissimis scriptum esse diximus.

Mūmastŭs, μουμαστὸς, Cariæ oppidum: cujus incolæ dicuntur Mumastici.

Mummĭus. Prænomine Lucius, in primis Romæ & nobilitate & gloria rerum gestarum clarus, qui Corinthum bello capit: unde, Italiam; vasa Corinthia, unde; q; figuris impleris. Auctor Plin. lib. 34. cap. 3. & 7.

Mundă, Oppidum est Hispaniæ Baticæ multis cladibus & funestum

nenibus celebre. Ad Mundam enim Cæsar cum Pompeii filiis manus conseruit, in quo prælio in tanta strage facta dicitur, ut Cæsar obsidens victos congestis corporibus vallum circum urbem struxerit. Lucan. lib. 1. Victima tanta fac concutiunt prælia Munda. Vide Plin. lib. 3. cap. 1. Vulgò Mondam.

Munychia, æ, ἡ Μουνυχία, Tumulus est in Chersonesi formâ curvatus, angustum habens angulis ore, à quo murus 40. stadiorum longitudine protendebatur, Athenarum urbem cum Piræo eo, duobusq; aliis portubus connectens. ¶ Hinc Munychius, a, um, possessivum. Ovidius 8. Metamo. quoq; Munychiosq; volans agros, gratamq; Minervæ Despicit Actæum. ¶ Fuit item Munychia Dianæ cognomen, quæ apud Pygelam, non procul ab Epheso colebatur, ut refert Strabo libro 14.

Muræna, proprium nomen piscis. Vide in APPELL.

Murcii. [Ger. Ein Gott der faulheit.] teste Hermolao in Plinium, Socordiæ dea habita fuit: quemadmodum Strenua, solertiæ & strenuitatis. Nam Murcidum antiqui ignavum & inertem appellabant, teste Festo. Habuit autem hæc dea sacellum sub monte Aventino, qui & ipse antiquitùs Murcus appellatus est.

Margentini, μαργαρῖται, Populi Siciliæ, à quib. Vitis Margentina nomen accepit, quam & Pompeianā nonnulli appellant. Vide Plin. lib. 3. cap. 8. & lib. 14. cap. 11.

Murgis, Oppidum in ora maritima Bæticæ, à quo Murgitana regio. Plin. lib. 3. cap. 1. Vulgò Monstra.

Murocelā. [μουροκέλα. Vulgò Murcel.] Pannoniæ superioris urbs, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 15.

Murranus, Priscus Latinorū rex, à quo postea Latini omnes reges Murrani sunt dicti. Autor Servius. Scimus enim (inquit) plerunq; fieri, ut primi regis reliqui nomē possideant, ut apud Romanos, Augusti vocantur, apud Albanos Sylvii, apud Persas Arsaces, apud Ægyptios Ptolemæi, apud Athenienses Cecropes. Hæc Servius.

Mursa, μοῦρσα, Ioniæ oppidum. Adrianī Cæsaris opus. Gentile est Mursæus μουρσαῖος. Autor Steph.

Myrrhīnē, Veneris cognomentum, à myrrha arbore, cui fabula imposuit: unde primùm Myrrea dicta est, & deinde corrupto nomine Murtia. Plin. lib. 15. cap. 29. Ara fuit Romæ vetus Veneris Myrteæ, quam nunc Murtiam vocant. Festus hanc deam Murceam appellat, & sub Aventino eam sacellum habuisse tradit. Murceam autem dictam vult, sive quòd homines murcosos hoc est, ignavos, & inertes redderet: sive quòd Aventinus, sub quo sacellum habuit, olim Murcus fuerit appellatus. Varro à Murtio dictum putat, cui locus fuit Romæ, in quo sacellum Murtiæ Veneris erat, vel à murcis, quòd is locus esset inter hulos: vel à murteto ita dictus, lib. 4. de lingua Latin.

Musa Antonius, Augusti medicus fuit, cujus meminit Horatius lib. 1. Epist. ad Valgium. Plinius cap. 8. Divus certè Augustus lactuca cōservatus in agritudine fertur, prudentia Musæ medici. Eandem meminit & Suetonius in Aug.

Musæum, pen. prod. μουσεῖον, Locus est circa Olympum Macedoniæ montem, Musis consecratus. Steph.

Musæus, [μουσαῖος. Ger. Ein berühmter Poet zu den zeiten Orphei.] Poëta insignis, Orphei tempore, unus ex Argonautis: de quo extat versus: Antea erat Romæ quo Martius optimus ævo, Musæus Græcia fuerat in partibus. Quod epigramma si verum est, Musæus non fuit unus ex Argonautis, qui expeditionem fecerunt in Colchos ante tempora Troiana. Potest & mendose hoc de alio quopiam Musæo intelligi. Nam tres commemorantur à Suida omnes poëtæ, inter quos præcipuus fuit Musæus Eumolpi filius, Atheniensis, qui amores Hûs & Leandri carmine heroico descripsit. De hujus laudibus extat honestissimum Virgil. Eclogum 6. Aeneid. Musæum ante omnes medium nam plurima turba Hunc habet, atq; humeris extantem suspicit altis.

Mutina, pen. corr. [Vulgò Modena. Ger. Ein Statt in Lombardia.] Civitas est Galliæ Cisalpinæ in Flaminia, quondam Romanorum colonia, ubi Antonius D. Brutum obsedit, quem Hirtius & Pansa Consules, victo Antonio liberarunt. Lucan. lib. 1. His Cæsar Perusina fames, Mutinæq; labores Accedant facis. Cic. Philipp. 5. Anton. circumsedit Mutinam firmissimam & fidelissimam populi Romani coloniam.

Mutinensis color, μουτινήσιος χρώς, dicitur nativus, à Mutinensibus lanis, ex quibus nativo colore pannus fiebant. Varro. Nā & ladere alterem vidimus Mutinen. si tunica.

Mutius. Vir Romæ clarus, qui accepta potestate à Senatu, in castra Porsenæ regis, tum temporis Romanos obsidentis solus intravit, eo animo ut regem interficeret: sed quum regem non cognosceret, sed licet purpurâ indutum pro rege occidit. Hinc comprehensus, & ad regem perductus, jussus est & conjuratos, si qui essent, indicare. Mutius verò ut offenderet se nullo supplicio vinci posse, & ut pœnam de dextra sua exigeret, quòd in cæde aberrasset, ipsam igni imposuit in conspectu regis. Porsenæ adulti: unde illi postea Scævolæ cognomen, quod sinistra manu ut operetur, assuerit. Sic enim Græci sinistrum vocant. Ita Rex ejus fortitudinem admiratus, liberum dimisit. Mutius igitur, regi ut gratiam animi significationem aliquam daret, indicavit trecentos juvenes in eum similiter conjurasse. Quare territus Porsena, bellum acceptis obsidibus deposuit. Martial. Vrere quam potuit contempto Mutius igne, Hanc spectate manum Porsena non potuit. Vide Livium lib. 2. ab Vrbe cond. ¶ Fuerunt præterea alii Mutii, quorum facta illustria multis prosequitur Raphaël Volaterranus libro 17.

Murinus, aliàs Mutonus (vide MENTA in Latinis vocibus) Deus, qui & Priapus dicitur.

Muzyrum, Indiæ Emporium, cujus meminit Plinius libro 6. capite 25.

M ante Y.

Myiagrus, [μυιάγρος. Ger. Der Mucken Gott.] Malecāū deus, qui & Myodes dicitur, teste Plutarcho, & Achor. Plin. libro 10. capite 28. Invocatus & Aegyptiis suis contra serpentum adventum: & Eleis Myiagrion deum muscarum, multitudine pestilentium asserentes, quæ protinùs intercesserit, quæ ita tum est illi Deo. ¶ Est item Myiagrus, Nobilis Bacchanalis nomē apud Plin. lib. 34. cap. 8. ¶ Myiagrus præterea herba est ferulaceæ, foliis humilibus rubiæ, tripedanea, semine oleoso. Fit item ex eo oleum, quod otis ulceribus in penu & s medetur. Græci μυιάμυκον appellant, quasi nigrum fimentum: vulgus Gallorum vocat Cambonum, teste Ruellio libro 3. capite 126.

Mycālē, mycale, [μυκάλη. Ger. Ein Berg in Ionia auf welchē das ganz land zusammen kam zu opffern.] Mons est Ioniæ, inter Mæandrum & Caystrum fluvios, non procul ab Epheso: ad quem Iones universi convenire solent sacrificiorū causa, quæ Panionia vocabant. Autor Herodotus lib. 1. ¶ Est item Mycale insula Ioniæ adjacens, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31. ¶ Mycale præterea veneficæ nomen est, apud Ovid. 12. Metamorph.

Mycalēsius, μυκαλήσιος, Mons in Mediterraneo Bœotiæ oppidum hujusce ejusdem nominis. Utriusque meminit Plinius libro 4. capite 7. ¶ Stephanus Mycalēsium nomen accepisse existimat à mugitu bovis, quæ Cadmum in Bœotiam perduxit.

Mycēnæ, mycenarū & Mycenæ, mycenæ, pen. prod. [μυκῆναι, Ger. Ein Statt in Peloponneso.] Vrbs Peloponnesi, non procul ab Argis, quam Perseus Danaës filius extruxit, & in ea postea regnavit Agamemnon à Mycenā nympha sic appellata. Virg. 6. Aeneid. hinc ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas.

Mycēnæus, a, um, μυκηναῖος, Nomen adject. à Mycenis deductum. Virg. 11. Aeneid. Ipse Mycenæus magnorum ductor Achivorum.

Mycēnis, mycenis, pen. prod. μυκηνίς, Gentile fœmin. à Mycenis Argivi agri oppido derivatum: quo poëtæ pro Iphigenia utuntur. Agamemnonis Mycenarum regis filia. Ovid. 12. Metamorph. Victa dea est, nudumq; oculis objecit, & inter Offilium, turbamq; facit, voceq; precantū. Supposita fertur matrisse Mycenidi cervā.

Mycerinus Cheopis Aegyptiorum regis fuit filius, qui postquam patri successit in regnum, ita paterna facta perosus est, ut & templa ab eo clausa referarit, & populo pyramidum operibus exhausto, & ad extremum calamitatis redacto, res suas agendi fecerit potestatem: quamobrem præ regibus omnibus justitiam exercuisse fertur. Herodotus libro 2.

Mychrhonia, μυχρωνία, Vide MYGDONIA.

Myci. Populi de quibus Hecatæus, τὰ μυκῶν ἔθνη. Stephanus.

Mycon, mycōnis, μύκων, Nomen egregii pictoris, patria Atheniensis: cujus meminit Plin. lib. 35. cap. 6. ¶ Fuit etiam hoc nomine insignis fictuarius, qui 87. Olympiade floruit. Plin. libro 34. cap. 8.

Myconē, mycones, & Myconos, myconi, penultima correpta, μύκονος, Insula una ex Cycladibus, non procul à Delo. Virgil. 3. Aeneid. Quam prius Arcitenens oras & littora circum Errantem, celsa Gyaro, Myconoque revinxit. Ovid. 7. Metamor. Hinc humilem Myconon, cernoque procul sine Cynetho. Sub hac insula fabulantur poëtæ lapides esse gigantes, postremò ab Hercule interfectos: unde factum est locus proverbio: Omnia sub unam Myconum: quod in eos dici contigit, quibus natura disjunctas, eadem opera conantur complecti. Strab. libro 1. Achill. Cyclades hinc ipsæ, Myconos, humilisq; Seriphos.

Myconius, a, um, μυκόνιος, Nomen à Mycono, seu Mycone insula. Accipitur pro calvo, quòd ejus insulæ homines sint pilo-

pillo gigneretur ut tradit Steph. & Plin. lib. 11. cap. 37.

Mydia, Insula, quæ etiam Delos dicitur, una ex Cycladibus.

Mydon, ὁ Μύδων, teste Homero ii. 9. Iliad. Arymnæ filius, & Pylæmenis durus Paphlagonum ductor, ab Antilocho Nestoris filio in bello Trojano interemptus.

Myes myetis, μύης, Vrbs Ioniæ. Gentile Myelius. Steph.

Mygdonia, Τὸ Μυγδόνιον. Ger. Ein Landtschafft in Macedonien, Macedoniæ gigantes; Regio littoralis Macedoniæ, in qua Niobe Tantali filia, uxor q; Amphionis in lapidem versa est, à Mygdone regente dicta. ¶ Est & altera Mygdonia, Asiæ regio, in ea Phrygiæ parte, quæ Troadi superjacet, ad Rhyndacum amnem, & Dascylitidem lacum. Strab. Lib. 12. Vtriusq; incolæ dicti sunt Mygdones.

Mygdones, fuit frater Otreï, ac teste Porphyrio in Iliad. 3. ambo fratres Hecubæ regis Priami uxoris, & Cisseï filii ambo regis Phrygum in Thracia & à Mygdone, cjus filius Choroebus Mygdonides dictus est. Mauss. μυγδών, Mygdon, qui fratrem habuit Edonum, à quo Edoni Thraciæ populi. Steph. & alibi. A Mygdone, μυγδών, Mygdonia dicta est, ut ex Herodot. à Mygdone rege Mygdon filium habuit Gerastium. Stephan. in Parthenopæi.

Mygili, μύγιον, Vrbs Cariæ. Hinc Mygilis Minerva, & Mygilia. Stephanus.

Mylæ, Μύλαι Stephano. Ger. Ein Stantz Sicilien] oppidum Siciliæ, de quo Seneca lib. 4. Naturalis quæst. Circa Mellanam, & Mylas fimo quidam tunicarum arte proferri, ferveq; & gluat non sine calore fœdo. Vide illic fabulam Solis boves fabula est. Vulgò Melaze.

Mylaces, Ἰύγες Spiritica, Lycophron. μυλάκης ὄφις, Stephanus.

Mylantia, μυλάντια, Promontorium in Cimbro: vulgata exemplaria habent, τὸ Μυλάντιον. Rhodi Lindi Melanii, fuit autem ille Mylas quidam, qui molæ usum primus reperit. Autor Stephan.

Mylasa, μύλασα, Liberum Cariæ oppidum: ita dictum (ut Stephano credimus) à Mylasa Arcadiæ abrepto. Meminit hujus oppid. Plin. lib. 5. cap. 29.

Mylissa, μύλισσα, Gens Phrygiæ. Steph.

Mylon, Vrbs Aegypti, μύλων, civis Mylopolites. Stephan.

Myndus, μύνδος, Cariæ oppidum maritimum, ad radicem Phœnicis montis, è regione Coæ insulæ. Autores Plin. dicem lib. 5. cap. 29. & Ptolem. lib. 5. cap. 2. ¶ Fuit in eadem Caria & alterum ejusdem nominis oppidum, quod postea ad reconditoris differentiam Palæmyndum appellavêre.

Myndones, μυνδώνες, Populi Libyæ. Steph.

Myneres. Vide MENETES.

Myodes, μυώδης, Muscarum deus, qui & Achor, & Myiagrus appellatur. Plin. lib. 29. cap. 6. Nullum animal musca minus deleri existimatur, minorive intellectus: quo mirabilius est, Olympiæ sacro certamine, nubes earum, immolato tauro deo, quem Myodem appellant, extra territorium inde abire.

Myon μύων. Vrbs Locrorum in Epito, cives μύωνες vel μυώνιοι. Stephanus.

Myonia, μυωνία. Vrbs Phocidis, cives Myones vel Myonenses, Stephano.

Myonesus, μυώνησος, Vrbs vel parva regio, inter Teon & Lebedon. Insulanus Myonesius. Steph.

Myonnesus, pen. prod. Insula est ante Ephesum, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Mypsei seu Nipsæi, teste Herodoto lib. 4. Populi sunt Thraciæ, qui Dario Thraciam oppugnante, ultrò se dedidêrunt. Vide Nipsa.

Myra, μύρα, Vna ex maximis Lyciæ urbibus, cujus meminit Strabo lib. 14.

Myrcinus, μύρκινος, Oppidum Thraciæ ad Strymonem amnem, quod & Myrcinia appellatur. Steph.

Myrgetes, μυργήτης. Populi Scythiæ.

Myriandrus, μυριάνδρος, Vrbs Syriæ, in sinu Issico sita: qui & ipse Myriandricus ab ea appellatur. Vide Plinium libro 5. capite 20.

Myrica, μυρικὰ, μυρίκη, Insula est maris rubri, apud Steph.

Myricus, Myricenus, μυρικηνός. Trojadis oppidum est è regione Tenedi: cujus incolæ dicuntur Myricani.

Myrina, μύρινα, Regina fuit Amazonum, quæ regnata mille peditum & duo millia equitum in exercitu habuisse dicitur. Autor Diodorus lib. 4. ¶ Fuit præterea, teste Homero, urbs in Aeolide eiusdē nominis: item alia occidentali parte Lemni insulæ, cujus meminit Ptolem. lib. 3. Geograph. & Galen. lib. 6. de Facultatibus Simplicium medicamentorum.

Myrinus, Μυρῖνος Ger. Ein junam Apollen vonder Stat Myrina in Aeolide edegen, in welcher er verehret worden.] Apollinis cognomen à Myrina Aeolidis urbe, in qua celeberrimè coleretur. Vide & Myrinæ campi appellati.

Myrlea, μύρλεια, Oppidum Bithyniæ: ita dictum à Myrlo Colophonio duce, vel Myrlea Amazone: postea Apamia appellata à nomine Apamez, quæ Prusiæ Zelæ uxor fuit. Nam quū Demetrius & hanc, & vicinā Ciam evertisset, uxori Prusiæ dedit, qui eas denuò à fundamentis erexit, & Ciam quidem de nomine suo Prusiadem: Myrleam aūt à nomine uxoris Apamiam appellavit. Autor Strabo lib. 14.

Myrmecides, μυρμηκίδης, Insignis sculpendi eboris artifex fuit, qui quadrigam ex ebore confecit adeò minutam, ut musca abs tegeretur, & navim, quam apicula pinnis abscondaret. Plin. lib. 36. cap. 5. Myrmecides, cujus quadrigam cum agitatore cooperuit alis musca Cicer. 4. Acad. Vt etiam inter deos Myrmecides minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur.

Myrmidones, pen. corr. [μυρμιδόνες. Ger. Völcker in Thessalien, welche mit dem Achille in Troyam zogen, Krieg getragen haben.] Thessaliæ populi fuerunt, qui Achillem ad bellum Troianum secuti. Hi ex Argina insula eorum traxerunt, Pelasgi patria profugium secuti, in Thessalia sedes exerunt. Aegineras enim Myrmidonas dictos conitat, teste Strabone lib. 7. Quod agricolæ strenui essent, perpetuoq; in fodienda terra formicarum more versarentur. Ovidius libro 7. Metamorphos. nominis rationem ad hanc refert fabulam: Quum pestilentia in Aegina crudelissimè esset grassata, eamq; insulam viris propemodum exhausisset, Aeacus, quum ad radicem quercus insidium exhausisset, Aeacus, quum ad radicem quercus insidium propemodum formicarum numerum complexi esset, Iovem tradiur orasse, ut sibi parem virorū numerum concederet: precibusq; ejus vix absolutis formicas in viros fuisse commutatas.

Myrmidius, μυρμίδιος, Vrbs est Asiæ, in ora Hellespontiaca, non procul a Lampsaco. Gentile est Myrmidius, μυρμίδιος. Stephano.

Myron, μύρων, Statuarius insignis fuit, Ageladis discipulus. Cic. Verr. 6: Verum ut ad illud statuarium redeam, Signum erat hoc, quod dico, Cupidinis è marmore, ex altera parte Hercules egregie factus ex ære, is dicebatur esse Myronis, ut opinor. Hactille. & hujus operibus præcipuam laudem meruit bucula ex ære vera: vaccæ simillima, cujus ubertatis poëtarū versibus celebrata. Ovid. 3. de Ponto: Vt nimis is veræ vaccæ Myronis opus. Propert. Atq; Acam circumstetерant armēta Myronis Quatuor artificis invida signa boves.

Myron, μύρων Vrbs Lyciæ, à Myrone vel Myro fluvio prædicta, vel potius à Myra. Vide plura in fœminino & neutro gen. μύρα.

Myronis Insula, μύρωνος νῆσος, in Arabico sinu est. Gentile Myrononsites, vel Myrononetanus. Steph.

Myrrhine, myrrhines, μυρρίνη, Fluvius est Troadis, alio nomine Scamandrius dictus. Autor Plin. lib. 5. cap. 30.

Myrsilus, μύρσιλος, Myrsili filius ultimus ex Heraclidarum genere Lydiæ Rex, à quo nomine Candaules appellatus, qui quū uxorem haberet formosissimā, nō contentus secreta voluptatum suarum conscientia, Gygi cuidam ex satellitibus suis nudam eam ostendit. Quam rem illa indignè ferens, Gygem ad viri necem impulit, sceptraq; illi & Lydorum regnū tradidit. Autor Herodot. lib. 1.

Myrsinus, myrsini μύρσινος, Oppidum Euboïcum, teste Strabone, postea Myrtos ita appellatum, cujus meminit & Homerus in Catalogo navium.

Myrsilis, μύρσιλος, Proprium nomē fuit patris Candaulis, à quo & ipse Myrsilus dictus fuit. Herodotus lib. 1.

Myrtilis. Oppidum est in ora Lusitaniæ, ad Oceanum, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 22.

Myrtilus, μυρτίλος. Mercurii ex Phæthusa, sed Myrto Amœtonis filius auriga Oenomai, qui a Pelope curuli certamine cū Hippodamia Oenomai filia certante, perimi a corruptus, ut in certamine vehe non objecit, ut Hippodamiæ currus dissolverentur, & Pelops victor evaderet. Quod quū fecisset, a Pelope victore præmium postulavit: qui ab Oenomao interimendo ante rogatur, ut Myrtilo fidem ulo fecerat, eundem in mare præcipitavit, quod ab eo Myrtoum dictum est. Claudianus: Nam perfidus obice regis Prodidit Oenomai deceptus Myrtilus exemplo. ¶ Fuit item Myrtilus quidam Comicus Atheniensis, Lysidis filius, & Hermippi Comici frater, cujus fabulæ commemorantur à Suida.

Myrtoum pelagus. [μυρτῷον πέλαγος. Ger. Ein theil des Egeischen Meers, so zwischen Candia und den Insulen Cycladen gelegen] Pars maris Aegæi seu quod est inter Aegæum & Ionium. Nomen habens a Myrtilo Mercurii filio, qui in id projectus fertur fuisse, ut Plinius tradit lib. 4. cap. 11. ab ex gua insula non procul a Carystia Euboeæ oppido sita quæ cernitur a Geresto, Macedoniam petentibus. Incipit a Megarico sinu. Cretico, Macedonium petentibus. Incipit a Megarico sinu. Creticoq; absuit, & Africum, Occidentemq; Cariæ oram, habetq; insulas plurimas, Cythera, Calauriam, & quæ Aeginam cingunt & Salaminem. & ex Cycladibus plerasq; quod verò Ægæi tigurum est, jam Aegæum exhibit. Autor Strabo. Ovid. in Ponto

Proditor

Prodicor ut ſævi perlit auriga tyranni, Qui nova Myrteæ nomina fecit aquæ, &c.

Mȳs, Myos, ὁ, Nomen fuit calatoris, qui claruit argento cælando. Martialis lib. 8: Quis labor in phiala, docti Myos, anne Myronis? ¶ Eſt item Mys, Piſcis marini genus, cujus meminit Plin. lib. 32. cap. 11: Hunc & Murem marinum appellant, & in littore ova parere aſſerunt, ideoque ſacta ea terra operire: tigelimo q. die terra reſoſſa, fœtum in aquam ducere. Vide eundem lib. 9. cap. 51.

Myſia, [Myſia. Vulgò Moſia & Myſia. Ger. Ein Landſchafft des mittlern Aſiæ gegen dem Hellеſpontum.] Regio eſt minoris Aſiæ ad Hellеſpontum, Mœſiæ contermina: cujus incolæ Myſi dicti ſunt, abjectiſſimæ conditionis homines, fortiq; adeò contemptæ ut ceſſerint in proverbium. Quoties enim hominem nullius pretii volebant denotare: Myſorum ultimum eſſe dicebant. Cicer. pro L. Flacco: Nunquæ, ut opinor, Aſia veſtra conflata ex Phrygia, Myſia, Caria, & Lydia. Verum igitur noſtrum eſt, an veſtrum hoc proverbium: Phrygem plagis ſoleæ fieri meliorem? Quid de ſæva Caria? nónne hoc veſtra voce vulgatum eſt. Siquid cum periculo experiri velis, in Care id potiſſimùm eſſe faciendum? Quid porrò in Græco ſermone tam tritum, atque celebratum, quàm ſiquis deſpicatui ducitur, ut Myſorum ultimus eſſe dicatur? Strabo etiam Myſos conſtituit in Europa in confinio Pannoniæ, ad Danubium fluvium, putatque Myſos Aſiæ populos ab his ut originem, ita & nomen duxiſſe. Sed hîc Plinio non Myſi, ſed Mœſi appellantur.

Myſomacedones, μυσομακεδόνες, Populi ſunt Aſiæ, in tractu minoris Myſiæ à Macedonibus oriundi: unde & nomen habent. Meminit horum Plin. lib. 5. cap. 29.

Myſtā, ὡν, Vrbs Samnitum, cives Myſtiani, Autor Steph.

Myteſerata, μυτησέρατα, Caſtellum Siciliæ: gentile Myteſeratanus. Stephan.

Mytilene, Mytilenides, Motonides, Mytilæ, Myton, &c. Vide ſupra in MYTYLENE, cum prima per ȳ ota.

Mytiſtraton, μυτίστρατον, Oppidum juxta Carthaginem, Gentile Mytiſtratus, Steph.

Mytus, myuntus, μῦς, Vna ex duodecim Ioniæ urbibus, trigeſta à Meandri oſtio diſtans ſtadiis: quam poſtea ob hominum paucitatem Miletii incoluerunt. Autor Strabo libro 14.

N

Naarda, νάαρδα, Vrbs Syriæ juxta Euphratem: inde Naardanus, Steph.

Nabatha. Civitatis cujuſdam nomen eſt.

Nabathæa, [נבית nebajoth. νεβαϑαία Dionyſio, νεβαϑηνὴ Stephano. Ger. Ein Landſchafft der groſſen Arabiæ, gegen Suriam.] Regio Arabiæ, Syriæ contermina, populoſa in primis, & patens admodum: cujus metropolis eſt Petra, trium aut quatuor dierum ſpatio diſtans ab Hieruſalem, teſte Strabone lib. 16. ¶ Hinc Nabathæus, a, um, νεβαϑαῖος, pen. prod. Iuvenal. Et quos depoſuit Nabathæo bellua ſulco. Et quia Nabathæa regio Orientem ſpectat factum eſt ut Nabathæus accipiatur pro regionibus & populis ad Orientem vergentibus. Ovid. 1. Metam. Eurus ad auroram, Nabathæaq; regna receſſit.

Nabitis, Tarraconenſis Hiſpaniæ fluvius. Ptolem. lib. 3. cap. 6. Narium dicit Mela.

Nabriſſa, νάβριſσα, Ptolem. lib. 2. cap. 4. aliis Nebriſſa, hodie Veneria cognominata. Hiſpaniæ Bæticæ civitas eſt.

Nabuchodonoſor, Rex Chaldæorum.

Nacolia, νάκολια, vel aliàs νακόλεια vel νακόλεα, Vrbs Phrygiæ à Nacole nympha, vel à Nacolo Baſilii filio, aliàs Nacoliæ, Gentile Nacolæus. Meminit ejus Strabo lib. 12.

Nacone, νάκωνα, Vrbis Siciliæ Gentile Naconæus, Steph.

Nacria, νακρία, Vide NYCRIA.

Nāſſus, νάουσσα, Vrbs Thraciæ, patria Conſtantini regis, à quo etiam condita eſt: gentile Naſſianus, vel Naſſitanus, Steph.

Nævia, νάουια, Nomen mulieris, à nævo ſic appellatæ.

Nævius. Poëta antiquiſſimus fuit, cujus extat epitaphium apud Aul. Gell. lib. 24. cap. 2: Arrogantia (fuit inquit Gellius) Campanæ plenum. Hic & Comœdias ſcripſit, quæ paſſim erant à Nonio, & Feſto, & Bellum Punicum primum, in quo ipſe ſtipendia fecit: lectis prodidit, ut refert Gellius ex auctoritate Varronis.

Nagis, vel Nagidos, Vrbs inter Ciliciam & Pamphyliam à Nago de gubernatore condita. Gentile Nagidæus. Eſt & inſula Nagidula. Steph.

Nagnata, Vide MAGNATA.

Nagnia. Vmbrorum urbs in Italia. Ptolem. lib. 3. cap. 1.

Naiades, pen. cor. à ſingulari nominativo Naias vel Naiades, à Naia, [ναιάς. Ger. Die Göttin der Brunnen und Bächen.] dicitur nympha fontium. & fluviorum. Ἀπὸ τῶν νάειν, quod eſt fluere. Porrò hæc dictio nunc tribus, nunc quatuor ſyllabis effertur. Virg. Aegl. 6: Aegle Naiadum pulcherrima, &c. Calphurnius Aegl. 1: Acſuerãt ſicco Dryades pede, Naiades udo, &c. ¶ Eſt item Nais, Nymphæ cujuſdam nomen proprium, apud Virgil. 2. Aegog.

Nāſcus, a, um, Propert. libro 2: Suppoſita excipiens Naica dona manu.

Nain, Civitas Galilææ, duobus millibus diſtans à monte Thabor. Quo nomine Hebræis ſignificatur *pulchra*, ſive *amœna*.

Nais, Fluvius qui ex Tauro monte naſcitur, in Pontum mergitur.

Nais, νάϊς, Meretrix inſignis, Steph. in Eucarpia.

Nāmnētæ, νάμνητες, Galliæ Celticæ populi, ad Oceanum ſiti, alio nomine Namnetes dicti: quorum oppidum Condivincum commemoratur à Ptolemæo libro 2. capite 8. Vulgò Nantes.

Nannetum, Vrbs Britanniæ ducatus. Vulgò Nantes.

Nāpææ, νάπαιαι, Sylvarum deæ, quæ & Dryades dicuntur nam νάπαι, ſive νάπη Græcis Saltum ſignificat, ſive locum ſylvoſum. Naides autem, vel Naiades dicuntur fontium nymphæ, ſicut Oreades montium, Hamadryades arborum, quæ cum arboribus naſci credebantur, & cum iiſdem interire. Nereides verò maris nymphæ ſunt appellatæ. Virgil. 4. Georg. Faciles venerare Napæas.

Nāpæi, νάπαιοι, Populi in Lesbo, ita dicti ab Vroe Napa: unde & Apollo Napæus dictus eſt.

Napata, napatorum, νάπατα, τὰ, Aethiopiæ urbs eſt olim Candaces regnæ regia: cujus meminit Strabo lib. 17.

Nāpææ, νάπαιαι, Populi in Scythia, quorũ caput vicus Napis, qui & Napææ nominantur. Steph.

Nar, νάρ, Stephano, Sabinorum fluvius in Piſcello monte naſcens, qui per urbem Narniam fluens, Tyberi immiſcetur. Lucanus lib. 2: qui Nar Tyberino illabitur amni. Virgil. 7. Aeneid. Sulphurea Naralibus aqua. Mela præterea ejuſdem nominis fluvium in Illyride conſtituit, qui ex Adrio monte profluens, non procul ab Epidauro in mare Adriaticum illabitur. Plinius, Ptolemæus, & Strabo Naronem vocant.

Naranie, Quod pro Dalmatiæ, ſive Illyridis fluvio ineptè legebatur. Vide NARO.

Naraciſſima, νάρακισσα, Secundum illam fluminis oſtium, apud Plin. lib. 4. cap. 12.

Narciſſis, Vrbs ſalutaria in Hiſpania, Steph.

Narbis, νάρβις, Vrbs Illyriæ, Steph.

Narbon, [νάρβων. Gal. Narbonne. Ger. Narbona: oder Gran te Sanct genbed gegen den Pyrenæiſchen Bergen gelegen.] Copnomẽto Martius, olim amplidimum fuit Galliæ ſiti accatæ emporiũ, teſte Strab. lib. 4. hodie tutiſſimũ Galliarum adverſus Hiſpanos propugnaculum: à quo tota ea pars Galliarum, quæ olim Romanorum fuit provincia, nomen accepit. Martium autem Narbonem ex colonis puant, quòd eò Cæſar ex Martia legione colonos deduxerit. Cic. pro Fonteio. Eſt in eadem provincia Narbo Martius, colonia noſtrorũ civium, ſpecula pop. Rom. ac propugnaculum illis ipſis nationibus oppoſitum & objectum.

Narbonenſis Gallia, [νάρβωνος. Ger. Die Landſchafft Galliæ ſo da begreifft die Provintz gegen dem Delphinat und die Saphoyer.] Teſte Plin. lib. 3. cap. 4. dicta fuit tota illa Galliarum pars, quæ interno mari alluitur, ante Pyrenæa dicta, à braccis villoſæ veſtis genere, quibus ea regio præcipuè utebatur: quam reliqua Gallia à ſtudio nutriendæ comæ, Comata dicebatur. Hæc olim fuit Romanorum provincia, quam à Narbone Martio, ampliſſima ejus regionis emporio, hodie inuntiſſimo Galliarum propugnaculo, Narbonenſem provinciam appellabant. Dividitur ab Italia amne Varo, & Alpium jugis: à reliqua autem Gallia latere Septentrionali Iura & Gebenna montibus.

Narcaſſus, νάρκασσος, Vicus & urbs Cariæ, inde Narcaſſeus, Stephan.

Naritia. Vide NARYCIVM.

Narmalis, νάρμαλις, Vrbs Pitidiæ: gentile Narmalenſis.

Narniã, [νάρνια Stephano: Vulgò Narni. Ger. Ein Statt in der Landſchafft Vmbria (Italiæ).] Vmbriæ civitas, per quam Nar fluvius, νάρος Stephano, labitur, à quo & nomen accepit. Liv. lib. 10. A Nare flumine Narnia appellata.

Narniẽſes, νάρνιεις, Narniæ populi.

Naron, ſive Naro, onis, [νάρων. Vulgò Narenta. Ger. Ein fluß in Dalmatien/heißt jetzt Narenta.] Fluvius Dalmatiæ, ſive Illyrici, juxta Epidaurum in mare Adriaticum inflaens: quem Pomponius Mela Narem appellat. Vide ſupra in dictione NAR.

Nārōnā, pen. prod. Labeatiæ oppidum, oppoſitum Naroni fluvio: unde & nomen accepit, à Solona LXXIII. paſſ. diſtans. Autor Plin. lib. 4. cap. 22.

Nārſes, [ꝛωρσης. Ger. Ein Oberſter des Keyſers Valentiniani wider die Gothen.] Narſes, Eunuchus, Iuſtiniani principis cubicularius: Bibliopola prius, deinde ob animi virtutem patriciatus honores auctus, vir religione pietateq; præcitus. Is in locum Belisarii accitus in Italiam miſſus, decem annos variis eventibus pugnavit, tandemq; Gothos infigni prælio fudit ad Anienem fluvium, quem & pontem primus inſtravit, quarum rerum nequando alia temporum diuturnitate memoria obſcuraretur, ſaxo eas inſculpendas curavit inſigni epigrammate, quod etiam hodie in Anienis ponte legitur. De quo vide apud Volaterranum.

Narthecūſia, ναρθηκουσια, Inſula eſt in mari Carpathio, cujus meminit Plin. lib. 5 cap 31.

Naryſĭus, ναρυσιος, Quod & Naryx, ναρυξ, & Naryce, ναρυκη, dicitur. Oppidū fuit Locrorum vetuſtiſſimū: à quo Ajax Naryceus, & populi Naryſii dicti ſunt. Virg. 3. Aen. Hic & Narycii poſuerunt mœnia Locri. Abundat autem pice optima quæ Naryeia dicitur. Virg. 2. Geōrg. Et juvat undantem buxo ſpectare Cytorum, Naryciaq; picis lucos.

Nāſāmōnēs, pen. prod. [νασαμωνες. Ger. Völcker in Libya ſo die Oſtlichſte vberbeuten / vnd ſie in der Syrten beſtellen.] Sunt populi Libyæ, navium Syrtibus involutarum ſpoliatores. Lucan. lib 9: Hoc tam ſegne ſolū, rarās tamen exerit herbas Quas Naſamon, gens dira legit qui proxima ponto Nubas Quas Natamon, gens dira legit qui proxima ponto Nubas tam tenet, quæ mundi barbara damnis Syrtis alit: nam littoreis populator arenis Imminet & nullos portus tangente carinā Novit nupcr ſiccum tuto cōmercia mundo Naufragiis Naſamones habent. ¶ Hinc Naſamonius, & Neſamoniacus adjectiva.

Nātĭo, onis, [Ger. Die Gebōrt der geborten.] Nomen deæ, nativitatum præſidis: de qua Cicero tertio de Natur. deorum. Fuisse deæ fuerunt ſpecies latentes, errdo, & vindices fatorum, & factoris. Quōd ſi tales dii ſunt, ut rebus humanis intereſſint, Natio quoq; dea putanda eſt: cui, quum tota circumimus in agro Ardeati, tem divinam facere ſolemus: quæ quia partus matronarum tuetur, à naſcentibus Natio nominata eſt.

Nāſĭcă, pen. prod. νασικα, P. Scipionis cognomen fuit. Hic adhuc adoleſcens à Senatu vir optimus judicatus, Magnam matrem deorum hoſpitio ſuſcepit, donec templum a dedicaretur: unde à Juvenale Hoſpes numinis dicit appellatur. Hunc etiam dudum Tiberius Gracchus ſeditioſis cōcionibus ſtatum Reipub. labefactās, fragmētis ſubſellior ū in concione eſt oppreſſus. Vide Cic. in Orat. pro C. Rabirio perduellionis reo.

Naſium. Ptolem. autore lib. 2. cap. 9. Galliæ Belgicæ urbs.

Naſpŏs, νασπος, Vide Thraciæ, Steph. Vide NESTVS etiam.

Naſtes, ναστης, fuit frater Amphimachi, æquum cum illo in Caras habens imperium, qui Priamo adverſus Græcos ſuppetias tulerunt, teſte Homero lib. Iliad. 2.

Natiſo, Venetiæ flavius, Ptolem. lib. 3. cap. 1.

Nauălia. Ptolemæus libro 2. capite 12, Vrbe Germaniæ. Vulgo Enet.

Navaria, [Ger. Das Landſchafft in Hiſpanien gegen Mittemachts gelegen.] pars Hiſpaniæ Septentrionalis, verſus Arcton. Vaſconibus adjacet: ad Meridiem verò Tarraconiam habet regionem.

Naucrătis, ναυκρατις Stephan, civitas in Aegypto, à Milesiis condita, quitum maritimo ſita erat, teſte Strabone lib. 17. Ejus incolæ Naucratitæ appellantur.

Naŭlium, Civitas in Liguria, à portu & turribus inclyta: & vadorum Sabatiorum portus, à quo decem millibus diſtat Sabata.

Naŭlŏchum, ναυλοχος, Locrorum oppidū eſt, teſte Plinio lib. 4 cap. 2. ¶ Eſt item Naulochum live Naulochus, Thraciæ oppidum non procul ab Hæmo monte, cujus meminit idē Plin. lib. 4. cap. 11. Stephanus præterea Naulochum urbem in Ionia collocat, alio nomine Smyrnam appellatam.

Naupactĭus, [ναυπακτος. Ger. Ein Fürnemme Statt in Achaia.] Oppidum eſt Aetoliæ, non procul à Locrenſibus diſtans (inquit Stephanus) ἀπὸ τοῦ ναῦς πήγνυσθαι ἐνθάδε, hinc eſt, ab Hercule datum navalibus. Vide Strab. lib. 9. ¶ Hinc Naupactius, a, um, ναυπακτιος, & Naupactæus, pen. prod. ναυπακτιαδης: ut Naupactæus Achelous. Ovid. 2. Faſtorum.

Nāuplĭă, ναυπλια. Agri Argivi oppidū eſt, & portus Argolici qui & inde nomen accepit, quōd naves eō ſolent applicare. Autor Strab. lib. 8.

Nauplĭus, ναυπλιος, Palamedis pater fuit, quem morte filii, falſa Ulyſſis accuſatione opprelli, ulciſceretur. Græcis tempeſtate laborantibus, ex Caphareo monte ignem oſtendit, hoſtamq; claſſis partem ad ignem, tanquam ad vicinum portū, appellentem, in aſperrimos ſcopulos pelexit, miſeranda quoq; perdidit naufragio. Poſtea verò quam intellexiſſet Ulyſſem & Diomedem, quibus eam inſidias potiſſimum fixerat, incolumes evaſiſſe, doloris impatientia ſeipſum in mare præcipitem dedit.

Nauplĭădes, ναυπλιαδης, Patronymicū maſculinum, quod pro Palamede accipitur, Nauplii filius.

Naupŏrtus, ναυπορτος, Strab. lib. 9, oppidum eſt Illyrię Taulantiorum vicinum, ad fluvium Corcyram.

Nauportus. [Ger. Ein Fluß in Aſſrica.] Illyrię flavius eſt, inter Aemoniam & Alpes naſcens, nomen habens ab Argo nave, quam Argonautæ humeris evaſiſſe, delatam per hunc fluvium ſubverſamque. Autor Plin. lib. 3 cap 18.

Oaxis, ὄαξις, Flavius Cretæ insulæ, ab Osse Apollinis filio sic vocatus: unde & Oaxia tellus Creta appellatur. Virg. Aeglog. 1. Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem. At Servius putat esse fluvium Mesopotamiæ, cujus totum vehementem limum: unde à poëta rapidum Cretæ putat appellatum. Quæ tamen interpretatio à doctioribus omnibus merito rejicitur.

Oaxis, ὄαξις, Civitas Cretæ, ab Oaxo Minois ex Ariadne filia nepote vel à situ loci, quòd cupidines Græci Axes vocent. Herodotus quoq; lib. 4. Oaxum urbē Cretæ facit, in qua Etearchus patre Praconimæ matris Battī regnavit, qui Cyrenen Libyæ urbem ædificavit.

O ante B.

Obareni, ὀβαρηνοί, Armeniæ popul, nō procul à Cyro fluvio quorum meminit Stephanus.

Obrima, æ, Vnus est ex tribus fluminibus Apamiam urbem in Asia celeberrimam ambientibus. Plin. lib. 5. cap. 29. Pertus conventus Apamiam vadit, antè appellatam Celænas, deinde Ciboton. Sita est in radice montis Signiæ, circumfusa Marsia, Obrima, Orga flaminibus in Maeandrum cadentibus.

Obris, ὄβρις, Fluvius est Galliæ Narbonensis, ex Cebenna monte emanans, quem Ptolemæus Obrium, Plinius Obrim appellat. Vide Pomponium, ad finem lib. 2.

Obucula, æ, Oppidum ulterioris Hispaniæ, in conventu Astigitano: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Obulco, onis, Oppidum mediterraneum ulterioris Hispaniæ in conventu Cordubensi, cujus meminit Plinius libro 3. capite 1.

O ante C.

Ocalea, æ, sive Ocalee, es, pen. corr. ὠκαλέη, Boeotiæ oppidū est, cujus meminit Homerus in Catalogo navium: Ὠγχηστόν, ἀγακλυτὸν ἄλσος Ποσειδάωνος ἐνιοσίγαιον. Ocēanus, pen. corr. & per simplex c, [ὠκεανός. Ger. Das hoch Mer, oder groß Mer.] Cœli & Vestæ filius, & maritus Tethyos, quem poëtæ maris deum effingunt. Virg. 4. Georg. Oceanumq; patrem rerum, Nymphasq; sorores. ¶ Oceanus item mare universum appellatum, quod universam circuit terram. ¶ Pro eodem etiam neutro genere Oceanum dicitur, præsertim si Mare æquarat, ut Caper & Probus testantur. Irrumpit autem Oceanus in Mediterranea terrarum, inter Africam & Hispaniam, Abylam Africæ montem ad dextram, Calpen Hispaniæ ad sinistram relinquens, qui ob altitudinem Herculis columnæ dici consueverunt, eò quòd testimonio vetustatis laboris Herculei limes ille fuerit consecratus. Dictus est autem Oceanus, à Græca voce ὠκύς, quæ velocem significat, ut quidam putant. Suidas verò deducere videtur ab α privativa particula, & κεύω, quod est χέω, mutato κ in κ. Et quanvis nomen sit proprium

Oceanus, aliquando tamen non mare universum, sed partem ejus significat. Quo modo mare, aliquando totum Oceanum ambientem terras, singulas ejus partes tantùm aliquando significat: nam à litoribus plerunq; accipit nomen. Ad dexteram siquidem, antequam terram intret, Atlanticus dicitur: ad sinistram, Gaditanus: illinc Arabicus, Persicus, Indicus. Hinc Britannicus, Germanicus, Scythicus. Postquam verò terras intravit, primò ab Iberia hoc est, Hispania, dicitur Ibericum mare. Tum à Baleari bus insulis, Balearicum: postea Narbonensium provinciam contingens, Gallicum. Deinde à Liguria, Ligusticum. Mox usque in Siciliam à Tuscis, Tuscum sive Tyrrhenum à Tyrrhenis: sive etiam ad differentiam Superi maris, Inferum appellatur. Supernum enim, Adriaticum vocamus, quod ad id ab Vrbe venientes, Apenninum contendamus, sive quod Italiam ab ortu alluat. Inde ab Ionibus, Ionium: à Sicilia, Siculum: à Creta, Creticum: ab Asia, Asiaticum: & à Pamphylia, Pamphylicum: & multa alia nomina, quæ enumerare longum esset. Poëtæ tamen Oceanum pro quocunque mari usurpant. Virgil. 2. Aeneid. Et ruit Oceano nox. ¶ Est & Oceanus lotium vasum in balneis, & omninò lacus, alveusque major, ab amplitudine vocatus, & à lavantium quoque frequentia, & magno quæstu. Lampridius: Oceani solium primus inter principes Alexander appellavit, quum Trajanus id non fecisset, sed diebus festis deportasset. Nam thermarum magnitudo Romæ quanta fuerit, Ammianus testatur libro sexto decimo, quum inquit: Lavacra in urbe in modum provinciarum exstructa. ¶ Ab Oceanus fit Oceanitis, pen. prod. idis, Ὠκεανῖτις, Ὠκεανίς, pro filia Oceani. Virg. lib. 4. Georg. Oceanitides ambæ.

Oceĺum, Ὀκέλον, Hispaniæ Tarraconensis urbs, in tractu Gallæcorum recte Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Ochia, æ, Ὄχη, sub ea insulæ oppidum est, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Ochlis, ὄχλις, Fluvius, qui in Indiæ montibus ortus, per Bactrianorum regionem fluit. Plin. lib. 6. cap. 16.

Ocnus, ὄκνος, Tyberis filius fuit ex Manto muliere fatidica, Tiresiæ Thebani filia, quam in Gallia Cisalpina urbem condidit, & à nomine matris Mantuam appellavit. Virg. 10. Aeneid. Ille etiam patria agmen ciet Ocnus ab oris Fatidicæ Mantûs, & Tusci filius amnis. Qui muros, matrisq; dedit tibi Mantua nomen. ¶ Est etiam Ocnus nomen cujusdā apud inferos, multis insignium artificum picturis celebrati, qui effinxerūt perpetuò torquentem funem, asinæ asellis, quæ quantum ille torti fecerat, pabula præroderet. Inde ortum est proverbium: Ocnus funem nec torquet nec quod quum in eos omnes impetrat, qui non profuturam in reliqua operum collocat, tum ii eos præcipuè qui quum nihil neque laboris, neque sinciput æ ad augendam rem familiarē prætermittant, nihilo tamen reddantur diuiores, quòd domi habeant asellam: hoc est, uxorem prodigam, quæ quicquid in fellus multis sudoribus corrasit, effrenè profundit. Ad hanc picturam alludit Propertius lib. 4. Eleg. Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno, Aeternumq; tuam pascat asella famem.

Ocrium, sive Orrion, ὄκριον, Britanniæ insulæ promontorium est, apud Ptolemæum, libro 2. capite 3. Vulgò Hauet S. Michel.

Octavii gens, à Velitris originem accepit, quam nonnulli Augusti, erat am per assentationem captantes, nobilitare eximia fuisse prodiderunt. Ipse autem Augustus nihil amplius quàm equestri familia ortum se scribit, vetere ac locuplete, & in qua primus Senator suus pater fuerit. M. Antonius libertinum et pravum exprobrat, Reflionem è pago Thurino, & avum argentarium. Ita Tranquillo. Cicero in Epistola quadam, (si modo ejus autor est) eum nepotem argentarii, & filium adstipulatoris vocat. Vtcunque id fuerit, constat Augusti patrem honestissimum fuisse, magnaq; laude Macedoniam provinciam administrasse, ex ipsius etiam testimonio Ciceronis, qui ad Quintum Fratrem scribēs, hortatur ut in promerendis sociis vicinam suam Octavii imitetur. Natus est Octavius Augustus M. T. Cicerone & C. Antonio Coniulibus, cui infanti cognomen Thurino inditum est, in memoriam originis majorum. Postea C. Cæsaris, & deinde Augusti cognomen assumpsit; alterum testamento majoris avunculi, alterum Munatii Planci sententia. De his vide Suetonium in vita Octavii. ¶ Octavius Mamilius, alius fuit, cum quo Aulus Postumius Dictator bello Tusculano dimicavit, ut scribit Cicero 2. de Natura deorum, & in Epistolis ad Atticum libro 9. ¶ Alius Octavius Balbus judex, homo & juris & officii peritissimus. Cic. 4. Verrina. ¶ Alius Octavius Marius sceleratus & insignis latro, de quo Cicero 11. Philip. ¶ Qu. Octavius à L. Cinna collega in Consulatu interfectus. Fabian. ¶ Octavius Avitus, & Prætius Faustinus, furta Virgilii adnotarunt, locaq; indicarunt unde carmina essent surrepta, ut ait Servius. Fecit & hoc idem Macrobius.

Octāviæ

Octauiæ porticus, duæ appellantur, quarum alteram theatro Marcelli propiorem Octauia soror Augusti fecit: alteram theatro Pompeii proximam Cn. Octauius, Cn. filius, qui fuit ædilis curulis Pr. Con. Deorum in sacris sacrandis, triumphaviq; de rege Persen naval triumpho: quam combustam reficiendã curavit Cæsar Augustus. Festus.

Octāuiānus, a, um, Cic. 1. de Divin. Ex quo genere sepe ariolorum etiam & vatum furibundas prædictiones, ut Octauiano bello Cornelii Culeoli, audiendas putaverunt.

Octauiānus, Augusti Cæsaris cognomen inde tractum, quòd ex Octauiorum familia in Cæsarum gentem fuerit adoptatus, quemadmodum & Africanus minor dictus est Aemylianus, quòd Pauli Aemylii filius fuerit, à P. Cornelio Scipione adoptatus. Solebat enim in adoptionis nomen naturalis familiæ unum aut alterum literæ extremi ad earũ retinendam memoriam.

Octōdūrum, ὀκτώδουρον, Vaccæorum oppidum in Hispania Tarraconensi, cujus meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Vulgò Sion. ¶ Est etiam Octodurum oppidum in Alpibus Cottiis, non procul à Centronibus: cujus incolæ Octodurenses commemorantur à Plin. lib. 3. cap. 20. Vulgò S. Maurice.

Octȳălus, ὀκτύαλος, Venus ex Plexaribus, tempore Alcinoi regis, ut ostendit Hom. lib. 8 Odyss.

Ocypete, ὠκυπέτη, Vna ex Harpyiis: sic dicta, quòd alarum velocitate pollerent: ὠκὺς enim celer, & citus dicitur, πέτομαι, volo, as. Vide Cæl. lib. 29. cap. 27.

Ocyrrhoë, ὠκυρρόη, Nympha fuit, Chironis Centauri filia ex Chariclo Nympha ita dicta à celeritate fluendo. ὠκὺς celer, & ῥέω fluo. Poëtæ in carmine abijciunt alterum ρ, quòd aliter hexametrum carmen nequeat ingredi. Ovid. 2. Metam. quam quondam nympha Charicle fluminis in cæpidi ripis enixa vocavit Ocyroon.

O ante D.

Ocdēlīs, ὠδῆις, Vrbs est in Mœsia inferiori, inter Axiacem & Borysthenem amnes, paululum à Ponto Euxino remota: autor Ptolemæus: fabula Europæ octava, & apud Metam. lib. 2.

Ocīrrēs, ὠκίρρης, Vnus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius à Magnesia interfectus in nuptiis Pirithoi. Ovid. 12. Metam. Occubuit, sinistraq; loqui tentans: Odites.

Ocnīs, ὠκνῖς, Halizonum dux fuit, quem Agamemnon in bello Trojano interfecit. Hom. lib. Iliad. 5.

Odrŭsæ, ὠδρῦσαι, Populi sunt Thraciæ: Plin. lib. 4. cap. 11. Horũ olim amplissimum fuit regnum, ab Abderitis Thraciæ urbe usq; ad Pontum Euxinum, & Istrum fluvium extendum. Vide Thucydidem lib. 2.

O ante E.

Oea, ὠία, Africæ civitas est, una ex tribus quæ Tripolim illã Africanam fecerunt. Solinus, Atheci Tripolim lingua sua significãt de trium urbium numero, Oea, Taphra, Lepris magna, &c.

Oēagrus, οἴαγρος, Nomen est patris Orphei. ¶ Est præterea hoc nomine Thraciæ quidam fluvius, à quo Heorus initium sumit, qui ob id Oeagrius cognominatur. Virg. 4. Georg. Tum quoq; marmorea caput à cervice revulsum Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus, &c.

Oeănehē, οἰάνεχε & οἰάνεχος Stephano, Oppidum est Locrorum: apud Plin. lib. 4. cap. 3.

Oebares, οἰβάρης, Darii tabularius, cujus industria ipse Darius Persarum regnum adeptus est. Nam quum placuisset septem Persarum Satrapis, ut postridie tinnulos equos eorum in locum reduceretur, cujusq; equus primus hinnitum edidisset, is Persarum rex declararetur: Oebares re intellecta, domum equũ eodem in loco quò conventurus erat, equæ admisit. Quò qui postridie reduceretur, vicus desiderò rurlus hinnitum edidit. Vide Herodotum lib. 3. & Iustinum lib. 1.

Oebălia, οἰβαλία, Vulgò Tarenta. Regio in Peloponneso, quæ & Laconia dicitur ab Oebalo Argũ filio, qui rex Laconum fuit. Statius lib. 1. Ach. I. Solverat Oebalio classem de litore pastor Dardanus. Quod autè Virg. lib. 4. Georg. dixit: Nanq; sub Oebalia memini me turribus altis, &c. id eò posuit, ut ostenderet Tarentum à Laconibus fuisse conditum, quorum pars est Oebalia.

Oebălĭdæ, pen. corr. οἰβαλίδαι, Dicti sunt Castor & Pollux ab Oebalia Laconiæ regione, in qua nati feruntur. Ovid. 5. Fast. Effugere Oebalidæ cuncta potuêre sequentes. Helena quoque horum soror eandem ob causam Oebalis dicta est.

Oebălĭus, pen. corr. οἰβάλιος, Rex Laconum, Argũ filius, à quo regio Oebalia. ¶ Alius fuit Telonis Coprearum regis, & Sebethidis nymphæ filius, qui hoc nam Campaniæ partem in ditionem suam redegit. Vide Servium in Virg. 7 Aen.

Oechălĭa, οἰχαλία, Vrbs Laconiæ, ab Oechaleo fluvio eam præterfluente ita dicta, sed postea ab Hercule eversa. Vnde & ea pars Laconiæ, quæ urbi hanc propinqua est, Oechalia appellatur. Virg. 5. Aen. Vt bello egregias idem disjecerit urbes, Trojamq; Oechaliamq; Jo hac Eurytus regnavit, qui Herculi filiam solam antè promissam negavit, quòd filius cum deh o-

tatus, Herculem & uxorem & filios esse interemptorum æstimaverat. Quare illum & filios interemit, atq. Oechaliam eius urbem evertit, teste Virg. 8. Aen. Ovid. lib. 9. Metam. Victor ab Oechalia Cenæum repetavit Sacra Iovi. ¶ Ante eram fuerunt Oechaliæ, ut in Thessalia, & Euboea.

Oedipŏdĭŏnĭdes, hujus Oedipodis, vel Oedipi. [Jedweder. German. Ein Sohn / Tochter des Thebanischen Königs / welcher / oder welche in Sphetis gezeuget / oder frey ausserhalb Landes ist / und zu Thebe unbekandt.] Lazii, Thessalorum regis & Iovalitæ filius fuit: quem potè quũ ex Apollinis oraculo futurum intellexisset ut à filio occideretur, pastori occidendum tradidit: qui misericordia commotus, quum invitus regiæ stirpi manus inferre, neque tamẽ regis imperium auderet detrectare, perforatis gladio plantis, viminéque trajecto, ex arbore suspendit, futurum putans ut ita inedia moreretur. Cæterum quum Phorbas Polybi Corinthiorum regis pastor illi æstate favisset, audita vagitu, eò accurrens, puerum servavit reginæque, quæ liberis carebat, magni muneris loco obtulit: à qua, veluti puer cœlitus missus, sic loco est educatus, & à pedibus ex vulnere tumentibus, Oedipus est appellatus. Grandior deinceps natu factus, quum forte Thebas venisset, Laium patrem suum ignorans occidit, locastamque matrem duxit uxorem. Posteà verò cognita, tantorumque à se scelerum pœnam repetens, utrunque sibi erupit oculum, & Athenas quæ in voluntarium cadem scelus exilium. Dicitur autem Oedipus, pedis, pretertam declinationem: vel Oedipus, Oedipi, per secundam: ut apud Plautum in Pœn. Oedipo est coniectore opus, qui Sphingi interpres fuit. ¶ Pro eodem etiam legimus Oedipodes, æ, per primam declinationem. Statius lib. 1. Thebaid. Oedipodæ confusa domus. ¶ Davus summon Oedipus, proverbio ulcerpatur 3 Davo apud Terentium in Andr. 2, quum vellet significare hominẽ scelestum, ad intelligenda obscura ænigmata minimè parem esse. Tractum est proverbium à calido, acuto, Oedipi ingenio, quod dissoluto Sphingis ænigmate in vulgus est pervenisse.

Oedipŏdĭŏnĭus, ab Oedipus deducitur. Lucan. Oedipodioniæ infelix fabula Thebæ.

Oedipŏdĭŏnĭdes, pen. corr. Patronymicum masculinum. Stat. 1. Theb. Interea patrijs olim vagus exul ab arvis Oedipodionides furtim deserta pererrat Aoniæ.

Oenănthĭa, Vrbs Sarmatiæ in Asia. Ptolem. lib. 5. Hodie Saphlo, alijs Oenanthie.

Oeneus, οἰνεύς, Actoliæ rex Parthaonis filius, qui ex Althea Thestii filia Meleagrum, Tydeum, & Deianiram genuit, quam Hercules duxit uxorem: hic alij matrem Tydei Eurigoram appellant. Stat. libro 1. Theb. Vos quæ progeniem quanquam Calydonius Oeneus, &c. Fabulantur Poëtæ, regem hunc de primitijs, omnibus nunquam satisfecisse, exceptâ Diana, quæ tanta apri immanitate qui totam vastabat, donec à Meleagro occideretur. Hæc Servius.

Oenĕus, a, um, pen. prod. Quo usus est Ovid. 8 Metam. & Oenĕius per quatuor syllabas, cum actus Stat. 5. Theb.

Oenĭandă, οἰνιάνδα, Oppidum Cabaliæ, quæ Lyciæ regiuncula est, tria habens oppida, Balburam, Babonem, & Oenoandam. Autor Plin. lib. 5. cap. 27.

Oēnĕchēmē, ὀινέχημος, Mons in finibus Africæ.

Oenŏchŏnĭs, Vide ONOCHONVS.

Oenŏmăĭs, οἰνόμαος, Hippodamiæ pater, Elidis rex, & Pisæ, & ex Marte & Harpina Asopi: seu, ut alij tradunt, Eurythoë Danaï filia progenitus, qui quum ex oraculo se à genero interfectum fore didicisset, & illa tamẽ à multis procis ob formæ præstantiam ambiretur, curule certamen procis proposuit, ea lege ut filia victori in matrimonium cederet, victus mortem subiret. Tredecim igitur victis & occisis, Pelops Tantali filius amore ejus captus, Myrtilum ejus aurigam pretio corrupit, ut axes infirmos & fragiles currui subjungeret. Quo facto, Oenomaus unà cum curru contusus, memoratque omnibus ea ruina collisis, mortuus est. Pelops itaque & conjuge & regno potitus, universam Chersonesum de nomine suo Peloponnesum appellavit. Strab. li 8. ¶ Alter fuit Peloponnesius in bello Trojano ab Hectore interfectus, teste Homero.

Oenŏe, es, οἰνόη, Oppidum Græciæ, Atticam à Bœotia distermi nans: cujus meminit Thucyd. lib. 1.

Oenone, οἰνώνη, Nomen Nymphæ Phrygiæ, quæ Paridem adamavit. Ovid. in Epist. Quum Paris Oenone poterit spirare relicta, Ac soror Oenone Xanthi vertia recurret aqua.

Oenŏpĭdēs, οἰνοπίδης, Nomen Mathematici ex Chio insula, Anaxagoræ aliquantò minor.

Oenōtrĭa, [Weinland. German. Das Welsche Land.] Regio Italiæ, seu ipsa Italia, cujus populi Oenotri dicuntur, vel Oenotria appellata, οἰνῶν τῶν ἄστυ, quòd optima in Italia vinea nascantur, vel (ut Varro putat) ab Oenotro Sabinorum Rege. Virg. lib. 1 Aen. Oenotria coluêre viri: nunc fama minores Italiam dixisse ducis de nomine gentem, &c.

Oenōtrīdēs, ἀνωτρίδες, ī, Dicte sunt duæ insulæ, quæ sunt contra Veliam: Pontia scilicet, & Ilcia, Plin.

Oenussæ, ἀνοῦσσαι, Tres insulæ sunt ante Messenen Peloponnesi urbem: quarū meminit Plin. li. 4. cap. 12. ¶ Est & Oenussa exigua insula, Chio adjacens: de qua idem Plin. lib. 5. cap. 31.

Oesyme, es, Οἰσύμη, Oppidū est in Thracia, sive in ea Macedoniæ parte, quæ Thraciæ proxima est, non procul à Philippis, & Neapoli. Meminit hujus oppidi Plin. lib. 4. cap. 11.

Oetā, Οἴτη. Ger. Ein hoher Berg zwischen Thessalien vnd Macedonien.] Mons inter Thessaliam, & Macedoniam clarus morte & sepulchro Herculis, & copia hellebori, quod optimum in eo nasci traditur. In hoc monte, ut Servius inquit, stellæ videntur occidere, sicut de monte Ida natas. A Parnasso usq; Pindū pars in Thermopylas vergens, propriè Oeta vocatur.

Oetæus, a, um, Οἰταῖος, Vnde Hercules Oetæus, nomen Tragœdiæ apud Senecam.

Oetolycyros, Οἰτολύκυρος, Lingua Scythica Apollo dicebatur.

Oētus, ī, Gigas ingens fuit, filius Aloi, & frater Ephialtis, qui in Creta bellū gessit, ut Salustius refert. Vnde Oetæi campi dicti sunt.

O ante G.

Ogdoïapis, Fluvius navigabilis, ex Alpibus fluens, & juxta Segesticam urbem in Savum irrumpens. Vide Strab. lib. 4.

Ogdōïs, ἐγδοΐς, Aegyptiorum, Athoreus cognominatus, qui Memphim condidit à nomine filiæ. Auctor est Diodorus Siculus.

Ogygēs, pen. cor. Ὠγυγος, Thebanorum rex, qui Thebas Boeotius ædificavit, circiter mille & quingentos annos ante urbem conditam. Sub hoc rege tum diluvium magnum, teste Augustino de Civitate Dei, non illud quidē maximū, quod Noë testimonio Scripturæ Sacræ literæ testantur: seu tamē minus cōporibus contigit. Sacræ literæ testantur: seu tamē minus cōporibus contigit. Sacræ literæ testantur: seu tamē minus cōporibus contigit quod Deucalionis seculo bonam terræ partem inundavit.

Ogygĭus, a, um, ut Thebæ Ogygiæ. Autor carminis de Aetna, quod Virgilio à quibusdam adscribitur: Nunc juvat Ogygiis circumdata mœnia Thebis, &c.

Ogygĭa, Ὠγυγία, Insula inter Phœniciam & Syriacum mare, ab Ogyge Thebanorum rege, qui in ea regnavit, appellata: in qua Calypso nympha habitavit, quæ Ulyssem tempestate ò adactum hospitio & lecto excepit, ejusq; amore capta septem annos apud se detinuit, tandemq; Jove jubente dimisit. Homerus in primo Odyss.

Ogygius, Ὠγύγιος, Insula est inter Peloponnesum, & Cretam, Stephan.

Ogygis, Ὠγυγίς, Insula est ante fœlicem Arabiam, Erythræ regis monumento nobilitata. Autor Plin. lib. 6. cap. 28. Rufus ex Dionysio: Ogygis inde tabla promit caput aspera rupes. Carinæ nidis, quā se pelagi procul invehit undis Regis Erithræi tellus, &c. ¶ Hujus insulæ incolæ dicuntur Ogygiæ, Ὠγυγίαι.

O ante I.

Oïclēs, Filius fuit Antiphatis filii Melampi, & pater Amphiarai Argivi vatis. Homer. lib. 15. Odyss.

Oïlēus, per tres syllabas, pen. prod. Ὀϊλεύς, Locrorum rex fuit, & pater Ajacis illius, quem ab eo Virg. Oïlean cognominat lib. 1. Aen: Vnus ob noxam & furias Ajacis Oïlei.

Oïta, Οἶτα. Aristotelis libro quem Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων inscripsit, Tusciæ urbs est munitissima, in cujus medio collis est editissimus, frigida fluviosum, aquas & sylvas in vertice habens. Hactamen oppidum an unquam fuerit, viderit Aristoteles, nemo Geographorum ejus meminit.

O ante L.

Olbĭa, Ὄλβια, Pamphyliæ oppidum juxta Catarracten fluvium, teste Plin. lib. 2. cap. 27. Fuit & Olbia Bithyniæ urbs in extremo Ascanii finis sita, quæ postea Nicæa appellata fuit. ¶ Est & alia in Sarmatia Europæa ad Borysthenem amnem, quę & Borysthenis appellatur à Ptolemæo tabula octava Europæ: cujus etiam Plinius meminit lib. 4. cap. 12.

Olbĭopŏlis, Ὀλβιόπολις, Oppidum esse Galliæ Narbonensi apud Ptolem. lib. 2. cap. 10. Strab. lib. 4. Olbiam vocat.

Olbĭŭpŏlis, Ὀλβιούπολις, Civitas Sarmatiæ Europeæ, ad Borysthenem amnē X V. M. pass. à Mari recedens. Hanc Milesii condiderunt, teste Strab. lib. 7. Vade & Miletopolis appellata est. Ptolemæus Olbiam vocat, & Borysthenidem.

Olcachites, Ὀλκαχίτης ἀγχίρ, Zeugitanæ regionis hoc est, Africæ propriè dictæ, sinus est: cujus meminit Ptolemæus.

Olēnus, penult. cor. Ὄλενος, Boeotiæ urbs: de dicta ab Oleno Vulcani filio. ¶ Fuit & alia urbs in Aetolia, juxta quam fuit aper Calydonius. Strabo lib. 8.

Olēnĭus, Ὀλενίος, possessivū est ab Olenos: unde Capella Olenia vocitata est. Amalthęę capra, Jovis alumna: propterea quòd circa Olenum Boeotiæ & nata dicatur, & nutrita. Ovid. 5. Fast. Nascitur Oleniæ lynxus, pluviale Capellæ.

Olērus, Ὄληρος, Vrbs Cretæ in edito loco sita, ultra Hierapytnam. Hinc Minerva Olerea, & Festum Oleriorum ejus honorem, Stephanus.

Oliaros, Ὄλιαρος, Insula in mari Aegæo, una Cycladū, de qua Virgil. lib. 3. Aeneid. Oliaron, nivеamque Paron, &c.

Oliba, Ptolem. lib. 2. cap. 6. Hispaniæ Tarraconensis urbs.

Olicana, Ὀλίκανα, Vrbs Britanniæ apud Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Olizōn, onis, Ὀλιζών, Thessaliæ oppidum, cujus meminit Homerus in Catalogo.

Olympe, es, Ὄλυμπη, Vrbs Illyridis, cujus incolæ dicuntur Olympei. Autor Stephanus.

Olympĭa, æ, Ὀλυμπία, Vrbs Eliadis fuit, quinquennali laudorum celebritate, quæ & ipsa Olympia dicebantur, toto orbi celeberrima. Stephanus Olympiam eandem putat fuisse cum Pisa. Strabo autem lib. 8. videtur indicare Pisæ partem fuisse. Cic. 1. Tusc. Quum Olympiam venisset, in maximam illa quinquennali celebritate locorum.

Olympiă, orum, Ὀλύμπια. Ger. Jährliches oder Schauspil zu Ehren Jouis Olympij der Statt Olympia bey Eliden zu ehren Herculis der sie Anno Olympiadis 1. angerichtet hat.] Ludi ab Hercule instituti in honorem Jovis, circa Olympiam Eleæ regionis urbem: à qua & nomen habent. Hercules enim Augeæ Eliadis rege superato, repurgatoq; ejus stabulo, in campis Olympiæ vicinis juxta Alpheum fluvium, sacrū certamen instituit, quod quinto quoq; anno, vel (ut Lycophronis interpres asserit) quinquagesimo mense celebrarentur: dēq; eo cōsulto, ut in illo certamine Græciæ juventus tele pentathlo: hoc est, quinq; gymnasticis certaminibus exerceret, cæstibus scilicet, cursu, saltu, disco, & palæstra: his q; veluti meditationibus ve & certamini præluderet. Huic certamini quinto die finis imponebatur: & victori (qui Olympionices vocabatur) oleastro, vel (ut Aristoteli placet) olea, quę phitosephacos dicitur, corona dabatur: tantumq; ei honoris habebatur, ut non per portas urbis, sed per ruinas murorum, sublimis in curru in patriam revehereturi Horat. 1. Epist. 1. Qui circum pagos, & circum compita pugnax Magna coronari contemnat Olympia. Cicero de Clar. Orat. Pugiles exercitati pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre possunt. Idem 2. de Divinat. Cursor ad Olympia proficisci cogitans, visus est in somnis curru quadrigarum vehi.

Olympĭăs, ădis, a, um, pen. corr. Ut Olympiacum certamen, Virgilius Olympiacos. Autor ad Herenn. lib. 4. Quasi si quis ad Olympiacū venent cursum, &c. Virg. 3. Georg. Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ Pascit equos.

Olympiŏnīcēs, pen. prod. Ὀλυμπιονῖκαι, æ. Ger. Der in der Statt spil obet Schauspil Olympiæ den Sig erhelt.] Qui in Olympiaco certamine victor evasit, vias quippe victoria dicitur. Aclianus de Varia histor. lib. 10: Duxit ad Olympicum certamen filium suum Pherenice fœmina, prohibentibus eam spectare qui præsidebant: licere id sibi persuasit, quæ patrem & fratres tres haberet Olympionicas. Cic. pro L. Flacco refert quòd apud Græcos esse Olympionicen, judicabatur propè esse majus & gloriosius quàm Romæ triumphasse.

Olympĭus, adj. Ὀλύμπιος. Ger. Ein jetlicher den Griechen so sünst in sich hielt Pol. Quę per Olympiadas solet mutari.] Sive ut Lycophronis interpres tradit) quinquagesimo mensū: quod Romani Lustrum appellarūt: intervallum scilicet intercepti inter duo Olympia. Græci enim tempora per Olympiadas supputabant, ita nominātes, Olympiadis primę, aut secundæ, aut cęterarum anno primo, vel secundo, vel tertio, vel quarto. Atq; ut Cōsulatus & in Olympiis victores iterū & tertium dicimus. Plautus in Menech. Iterum (inquit) Pythia & tertium Olympia.

Olympĭas. Nomen mulieris proprium, quo nomine dicta Alexandri Macedonis mater, cujus frequens est mentio apud Plutarch. Curtium, & alios.

Olympicum, penult. prod. Ὀλυμπιεῖον, Locus in Delo, quem quum Athenienses Adriani sumptu condidissent, Novas Athenas Adrianas vocaverunt. Stephan.

Olympŏdōrus, pen. prod. Ὀλυμπόδωρος, Nomē proprium ejus qui docuit Epaminondam cantare: ibiis.

Olympus, pi. Ὄλυμπος. Ger. Ein hoher Berg in Thessalien, mehr dann zwölff hundert Klaffter hoch.] Mons cujus vertex usque adeò attollitur, ut summa ejus accolæ cœlum vocent. Propter quod Poëtę cœlum Olympum vocāt. Dictus Olympus, quasi ὄλως ὄμβρος: hoc est, totus fulgens: sol enim clarū habet, nullisq; unquam nubibus fuscatur. Lucan. lib. 2: nubes excedit Olympus. ¶ Sunt autem quatuor mōtes hoc nomine. Primus mons altissimus inter Thessaliam & Macedoniam, qui tamē Thessaliæ ascribitur. Alter in Gallogræcia, vel in Cypro. Alius apud Mysos, ad cujus radices Prusa ab Annibale condita. Quartus, ad mare Rubrum in Aethiopia, haud longè ab Heliopoli oppido: qui oriente sole usq; ad quintam diei horam flammas emittit. Virg. 1. Georg. Solstitium atq; Oetæ frondosum involvere Olympum.

Olympus, Ὄλυμπος, Mysius tibicen & poëta Melicus & elegiacum Marsyę Satyri filio pulsus, qui citharœ legē dedit, modosq; pullandi reperit & docuit. Floruit ante bellum Trojanum. Ab hoc & mons in Mysia nomen accepit. ¶ Fuit item alius junior è Phrygia tibicen tempore Midæ regis. Suidas.

¶ Præter

¶ Prætes hos fuit & Olympius Nemesianus, qui (ut ait Vopiscus in vita Cæsarum) scripsit Halieutica, Cynegetica, Nautica. Olympius item præsul, nanque Hispanus, inter Christianos commemoratur scriptores à Gennadio. Edidit librum adversus eos qui naturæ, non voluntati libere & arbitrio peccata nostra ascribunt. ¶ Olympius etiam hexarchorum Italiæ unus.

O'lympĭcus, a, um, ὀλυμπικός. Quod est Olympi, vel quod ad Olympum pertinet: ut, Iupiter Olympicus. Dictus est autem Iupiter Olympicus ab Olympo, à quo eruditus & ad virtutem institutus fit. Alii verò à cœlo, quem Olympum Græci vocant, in quo regnare fertur. Pulvis Olympicus. Horat. 1. Car. Ode 1. Sunt quos curriculo pulverem Olympicum Collegisse juvat.

O'lympĭus, a, um, ὀλύμπιος, Cœlestis, deductum nomen ab Olympo.

O'lynthus, ὄλυνθος, Thraciæ urbs juxta Atticam regionem, sub Atheniensium imperio, quam quum Philippus Macedonum rex obsideret, nec tamen vi capere posset, ejusdem custodes auro corrupit, atq; hoc modo suæ ditioni subjecit. Postea verò ab Atheniensibus deleta fertur: quanvis non desint qui à Philippo extiam tradant. Iuven. Satyr. 12. bibebat quo calidus emptor Olynthi. Stephanus autor est Olynthum ab Herculis filio Olyntho conditum, & appellatum fuisse: quanquã non desint qui à Chalcidensium colonia illuc missa conditũ malint. Olynthi item, ὄλυνθοι, ficus parvæ, & non maturescentes dicuntur, quas Latini Grossos appellant.

O'lynthĭăcus, a, um, ὀλυνθιακός, ut Olynthiacæ orationes Demosthenis, quibus Athenienses adversus Philippum incitantur Olynthiis bellum inferentem.

Olyras, ὄλυρας, Fluvius est prope Thermopylas, quem fabulãtur conatum esse Herculis rogum extinguere. Strabo lib. 9.

O'lysippō, Plin. lib. 4. cap. 12. [ὄλυσσιπον Ptolemæo: ὀλύσσιππον Strabon. German. Ein gemattige Statt am Meerbusen in Portugal gelegen, heißt jetzt Lyxbona.] Lusitaniæ urbs, quæ nostris temporibus Vlyssbona appellatur. Vulgò Lysbona.

O ante M.

Omerici, Populi juxta Illyricum, apud Herod. lib. 3.

O'mbriõs, ὄμβριος, Vna & pluma ex Fortunatis insulis, habens in montibus stagnum, & arbores ferulæ similes. Plinius, lib. 6. cap. 32.

O'mphăle, es, ὀμφάλη, Nomẽ proprium reginæ Lydiæ, quæ Herculem multis muneribus ornavit, quòd anguẽ juxta Sagarim fluvium multos homines interficientẽ interemisset. Hæc ut Poetæ tradunt, Herculem sibi servientẽ etiam ad lanificium compulit, quum ipsa calathum & colum, cultumq; fœmineum, sagittis & clava, feminæq; regmine mutasset. Alii dicunt, ob Iphiti Euryti regis filii cædem, à Mercurio, jussu Jovis, Omphalæ Lydorum reginæ fuisse in servitutẽ addictũ: & inde esse quòd illi serviisse, & calathos submittasse dicatur.

O ante N.

O'nchestus, ὄγχηστος, Filius fuit Neptuni, qui Onchestum civitatem Myrtoi in promontorio propinquam condidit, deque suo nomine appellavit.

O'nchestus, ὄγχηστος, Bœotiæ urbs est, nõ procul à lacu Copaide, ubi Amphyctionum cõcilium cogi solet, teste Strabone lib. 9. Condita putatur ab Onchesto heroẽ, Neptuni filio, & ab eo nomen accepisse.

O'nesĭcritus, penult. corr. ὀνησίκριτος, Philosophus & historicus Aeginensis: ut autem Demetrio Magnetio placet: Astypalæus fuit è Diogenis schola. Similitudinem quandam cum Xenophonte habere videtur. Vt enim hic cum Cyro: ita ille cum Alexandro militavit. Xenophon Cyri Pædiam. Onesicritus Alexandri incunabula & originem scripsit. Similiter uterque persequitur laudes ejus, quo Imperatore meruit: ille vlus insuper utriusque simillimus. Autor Diogenes Laërtius. Fuit etiam medicus.

O'nesĭmus, ὀνήσιμος, Cyprius, seu Spartanus, tempore Constantini magni scripsit de Rhetorica, De statuum differentia, Præexercitationes, Declamationes, & alia, Suidas.

O'nŏbă, ὄνοβα, Civitas inter Sacrum promontorium, & Herculeas columnas, in Bætica regione. Autor Plinius libro 3. cap. 1. & Pomponius lib. 3.

Onobalisturia, ὀνοβαλίστουρια: Vulgò Celsalon, Hispaniæ Bæticæ oppidum est, teste Ptolem. libro 2. cap. 4. in tractu Tudertanorum: idem cum eo quod Plinius & Pomponius Onobam vocant.

Onochonus. Thessaliæ fluvius, unus ex iis, quos Xerxis exercitus exhausisse ebibisse. Autor Herod. lib. 4.

O'nthyrion, ὀνθύριον, Oppidum est Thessaliæ juxta Arnen, cujus incolæ Onthyrici appellantur, Stephan.

O'nuphis, ὄνουφις, Vrbs celebris Aegyptiæ qua vicina præfectura Onuphitis appellatur: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 9.

Onythes, æ, ὀνύτης, Nomen proprium Thebani cujusdam, qui Aeneam secutus, à Turno fuit interfectus. Virgil. 12. Aeneid.

Ille Talon, Tanaimque nec, fortemque Cethegum, Tres uno congressu, & incertum mittit Onytem, Nomen Echionium, matrisq; genus Peridiæ.

O ante O.

O'ōnæ, ὠόναι, Insulæ in Oceano Septentrionali, in quibus (ut Plinius refert libro 4. cap. 13.) ovis avium, & aveus incolæ vivunt.

Opellum, Britanniæ insulæ urbs, Ptolem. lib. 2. cap. 3. Vectellum aliis dicta: hodie Cestria.

O ante P.

Opeconsivæ, Dies festi Opeconsivæ deæ instituti, cujus in regia sacrarium, in quod nemo præter virgines Vestales & sacerdotem publicum introibat. Varro lib. de Ling. Lat. 5.

O'phĭtes, ὄφιτης, Scythiæ fluvius, in montibus Caspiis nascens, & in Lagoum influens. Plin. lib. 6. cap. 8.

O'pheltes, ὄφελτης, Filius fuit Lycurgi regis Thracum, & Ismarus Hypŏpyles, alio nomine Archemorus appellatus: quem quum nutrix Argivis Langiam fontem indicaturi, in herba reliquisset, serpens interemit. In cujus honorem Argivi Nemæa certamina instituerunt, quorum victores apio coronabantur.

Ophĭneus, ὀφιονεύς, Messeniorum vates, qui quotannis natali die furore correptus, futura prædicere solebat.

Ophiogenæ, ὀφιογενεῖς, Genus hominum in Hellespontio, quos Crates Pergamenus scripsit serpentum ictus tactu solitos levare, & manu impositâ venena extrahere corporibus. ¶ Sunt & alii eodem nomine in Cypro insula. Plinius libr. 28. cap. 3: Quorum è genere sunt Psylli, Marsique, & qui Ophiogenes vocantur in insula Cypro: ex qua familia legatus Hexagon nomine, à Consulibus Romæ in dolium serpentium cõjectus experimenti causa, circumminentibus linguis, miraculum præbuit.

O'phion, onis, ὄφιων, Socius Cadmi fuit, & in Thebis ædificãdis adjutor ita dictus, quòd è serpentium dentibus fingatur prognatus. ¶ Est etiam Ophion nomen filii Oceani, qui cum uxore Eurynome ante Saturnum rerum est potitus. Claud. lib. 3. de Rapt. Pros. hos onerat ramos exuvias Ophion. ¶ Ophion verò, ophis, animal fuit Sardiniæ insulæ peculiare, pilo & dentibus cervo simile: quod Plinius sua ætate interiisse tradit lib. 28. cap. 10. & lib. 30. cap. 14.

Ophitæ, ὀφῖται, Hæretici quidam fuerũt, qui Christum sub serpentis specie colebant: intentum tamen habebant & vivum serpentem, quem venerabantur & nutriebant.

O'phiuchus, ὀφιοῦχος, Cœleste sidus est, quod à poëtis aliquando Anguitenens appellatur, eò quòd hominis effigie fingi solcat anguem manu tenentis. Itaq; nonnulli Herculem esse putaverunt, qui adhuc in cunis vagiens, angues à Junone immissos manibus præfocavit. Dictus Ophiuchus, quasi ὀφιοῦχος, & per syncopen mutatis ε & ι in ι ὀφιοῦχος. Sunt tamen qui Ophiuchum Aesculapium esse velint: alii Canobaeta Gratarum regem: alii Phorbantem Triopæ Thessalorum regis filium. Vide HYGINVM.

O'phiusa, ὄφιουσα, Insula est in mari Balearico, teste Ptolemæo, ex duabus Pithyusis minor, (nam major Ebusus dicitur) propter serpentum copiam inculta: unde & colubraria à Latinis appellatur. Plin. lib. 3. cap. 5: Ebusi terra serpentes fugat: Colubraria paricidò infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus. Græci Ophiusam dixerunt. ¶ Est & altera ejusdem nominis insula non procul à Creta, cujus etiã meminit Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Ophiusa item oppidum fuit Sarmatiæ Europeæ, ad Tyram amnem: de quo idem Plinius loco jam indicato. Rhodius quoque insula, aliquãdo propter serpentum copiam Ophiusa dicta fuisse traditur. Strabo lib. 14.

O'pĭtulĭus, a, um, Ophiusia sive Ophiusa. Ovid. 10. Metam. Ipsa suas urbes Ophiusiaq; arva parabat Deserere alma Venus.

O'phithis, ὀφῖτις, Vrbs Libyæ Marcoticæ, Aegypto proxima. Autor Stephanus.

Ophyon. Vide supra ὈPHION.

O'pĭcĭ, ὀπίκοι, Populi juxta Indum fluvium, Stephan.

O'pimĭus. Prænomine Lucius, Consul Romæ fuit, quo anno C. Gracchus seditiosis concionibus flatã Reipublicæ labefactãs cessit. ¶ Ab hujus nomine vina Opimiana dicta sunt, quæ Opimio Consule nata sunt. Plin. lib. 14. cap. 4: L. Opimio Consule, cum C. Gracchus Tribunus plebis seditionibus agitatis interemptus est, ea cœli temperies fuit, quam coctum vocant, foliis opere, natali urbis DCXXXIIII. Durantq; adhuc vina ducentis ferè annis, jam in spem rem redacta multis asperitate (etenim hæc natura vinis in vetustate est) nec potari per se queunt, si non pervincat aqua, usque in amaritudinem carne indomita.

O'pis, hujus opis, ὄπις, Nympha Dianæ comes, de qua Virgil. Aen. 11: Velocẽ interea superis in sedibus Opin Copellabat. Vbi prima producitur, quum in Opis ab Ops corripiatur. ¶ Est item Opis vici nomen in Mesopotamia, ad Euphratem flavium,

fluviam, non procul à Seleucia, vicinarum regionum emporium. Autor Strabo lib. 2. & 16.

Oppistŏthŏnus, ὀπισθότονος, teste Polluce Rubræ populi dictum, qui crines habebant versus tergum vellexos: sicut Acrocomæ dicti fuerunt populi in Thracia qui antias in fronte mediebriter ferebant demissas.

Oppĭtergium. Vulgò Oderzo, Venetæ mediterraneæ oppidũ, cuius nomen retinens: cuius meminerunt Plin. lib. 3. cap. 19. & Ptolem. lib. 3. cap. 1.

Oppĭterginus, an. cuius pen. prod. Lucan. lib. 4. Hic Opitergini mole onerata columis Cunctatur.

Opites. Argivi cuiusdam nomen proprium, quem Hector in bello Trojano interfecit.

Oppĭa, Vna fuit ex Vestalibus, quæ convicta stupri, viva defossa est. Cuius templo Epitaphium Stroza filius, Vestalis virgo, hic damnata pudore, Comegor hos vivens Oppia sub tumulo. Liv. lib. 1. hanc Opimiam vocat.

Oppiānus, ὁππιανός. Grammaticus & Poëta insignis, Agesilai & Zenodoræ filius, ex Anazarbe, sive (ut Suidæ placet) ex Coryco Ciliciæ civitate ortus. Scripsit ἁλιευτικά, κυνηγετικά, & θηριακά, versuum viginti millibus: quæ quum M. Antonio, Severiano obtulisset, eosdem aureos statere ab eo accepit.

Opps, Opis, genet. formin. [Ger. Die Göttin Saturni, welche auch Cybele genennet wird.] Tellus Cœli ex Vesta, & soror & conjux Saturni, cum & Rhea dicitur Græcis vocabulo, ὄνομα ῥεῖν, quod est fluere: propterea quòd terra rebus omnibus affluat. Eadem Cybele appellatur, vel à monte atque oppido Phrygiæ Cybelo, ubi facta ejus primùm instituta sunt. Vel ἀπὸ τοῦ κύειν, quòd gravidæ sint omnia, quibus in sacris eius utebantur sacerdotes. Ops autem id ferè ideo dicta putatur, quòd terræ ope vita hominum sustentetur. Vel ab antiquo nomine Ops, quo veteres pro divite utebantur, quemadmodum contra, Inopem pauperem & egenum dixerunt. Veteres enim quarum opes præcipuæ in pecoribus & agrorum cultu consistebant, terram hujusmodi opum largitricem divinis prosequuti sunt honoribus. Opem quoque hanc esse, opulentiam nuncupavêre. ¶ Hæc eadem Mater Deum appellatur à poëtis, eùmque putarunt cœlestes omnes in terris fuisse genitos, & ob indignè aliquod meritam in cælum fuisse mandatos.

Opsophăgus, ὀψοφάγος. Apicii cognomen fuit, qui omnes gulæ proceres longo intervallo superavit.

Opūs, untis, ὄπους, ὁδος. Civitas Locrorum Epicnemidiorum, non procul ab Alopo fluvio. Ovid. lib. 1. de Ponto. Fatis cædet post Patroclus Opūntia relinquis.

Opuntĭi, Populi dicuntur, ὀπούντιοι, & ὀπούντιοι: & propinquus finis Opuntius.

O ante R.

Orătha, ὄραθα. Oppidum est Mesopotamiæ, ad Tigrim fluvium, Stephanus.

Orbana, Dea cujusdam nomen, quę Romæ ad ædem Latium aram habuit. Autor Plin. lib. 2. cap. 7.

Orbelŭs, ὄρβηλος, Thraciæ mons est in ea parte, qua Macedoniæ est contigua, non procul à Pangæo promontorio: à quo vicina regio Orbelia dicta est, ὀρβηλία. Vide Plinium lib. 4. cap. 10 & 11.

Orbilĭus Beneventanus, Grammaticus fuit, Horatii in pueritia præceptor, quem libro 2. Epistol. ob nimiam in pueros sævitiam Plagosum vocat. Huic in senectute accidisse ferunt ut omni prorsus memoria destitueretur. Itaq; per jocum Literarum Oblivio est appellatus. Vixit ad centesimum propè annum, reliquitq; filium Orbilium, & ipsum Grammaticum. Ex Tranquillo.

Orcădes, pen. corr. ὀρκάδες. Ptolemæo, Insulæ Oceani Septentrionalis ultra Britanniam & Hyberniam, numero triginta, secundùm Pomponium, paribus inter se distantes. Vulgò Orcani.

Orcēlis, ὀρκηλίς, Urbs Ballesteranorum in tractu Tarraconensis Hispaniæ. Ptolem. lib. 2. cap. 7.

Orchămus, Assyriorum rex fuit, qui Leucotheam filiam ab Apollinę vitiatam vivam defodit. Vide fabulam apud Ovid. lib. 4. Metam.

Orchēnē, ὀρχηνή. Babyloniæ oppidum est, in confinio Arabię, quam deserta vocant. Ptol. lib. 5. cap. 20.

Orchŏmĕnŭs, pen. corr. ὀρχομενός, Thessaliæ fluvius antea Minyeus appellatus, teste Plin. lib. 4. cap. 8. ¶ Orchomenus Arcos, sive Orchomenum. Boëtiæ oppidum est, ad fui nominis fluvium situm, olim potentissimum, utpote cui & Thebani aliquando tributum pependerint, ut refert Strabo lib. 9. præsertim sub Eteocle tyranno, qui primus Gratiis templũ extruxit. ¶ Fuit item eiusdem nominis oppidum in Arcadia, non procul à Lebadia, quod Strabonis ætate interierat, utrisque testantibus lib. 8. ¶ Fuit & tertium in Eubœa insula non procul à Carystho, jam item nomine deserta Strabo lib. 8.

Orchŏmĕnĭus, a, um, adject. ὀρχομένιος.

Orcus. Vide in APPELL.

Orcŭsĭus, Fluvius maximus Scythiæ, qui ab Oricone profluens, miscetur cum Istro. Herod. lib. 5.

Ordovices, Populi fuerunt Britanniæ insulæ arduis montibus proximi: apud quos (ut Tacitus scribit libro 12.) Hostorius cum Romanis Caratacum regem vinctum cepit, Romamque misit.

Orĕădes, ὀρεάδες, Montium Nymphę. Nam ὄρος Græcis montem significat. Virgil. 1. Æn. Fuisse Dianæ choros, quam mille sequantur Hinc atq; hinc glomerantur Oreades.

Oreges, Pars Tauri montis, in Caspium mare vergens. Plinius lib. 5. cap. 29.

Orestrŏphus, ὀρεστρόφος, Vnus ex canibus Actæonis: sic dictus ἀπὸ τοῦ ἐστρέφεσθαι περὶ ὄρος, quasi in montibus educatus. Ovid. 3. Metam. Prima Melanchætes in tergo vulnera fecit, Proximus Therodamas: Orestrophus hæsit to armo.

Orestēs, ὀρέστης, Verbs, cujus Hecatæus in Europa meminit: gentile nomen, Oreste.

Orestes, ὀρέστης. Ger. Ein Sohn Agamemnonis und Clytemnestræ, welcher hernach diese sein Mutter und seinen Stieffvatter umbracht hat.] Agamemnonis & Clytemnestræ filius, sic appellatus ob ferum animum atque agrestem, & quasi montanam naturam: cui soror Electra necem parari ab Ægistho, qui patrē Agamemnona interfecerat, matremq; constupraverat, prævidens, ipsum per pædagogum in Phocidem clam abjegit ad Strophium Phocensium principem, qui Agamemnonis sororem duxerat. Illic 11. annos demoratus, cum pædagogo tuo Argos rediit: ubi sibi specie hospitum Phocensium, quos Strophius miserat, ut Orestis obitum nuntiarent, mitrem illi ad Clytemnestram, eandem cum Ægistho adulteros confossa Electra in ultionem patris occidit, ut refert Sophocles in Electra, & Euripides in Oreste. Deinde Pyrrhum quoq; Macarei sacerdotis ope in Apollinis templo interfecit, eò quòd Hermionem Menelai filiam sibi prius desponsatam rapuisset. Propter quæ scelera agitatus est furiis, quibus nõ antè purgari potuit quã ad aram Dianæ Tauricæ, illuc à Pylade perductus, perpetrata facinora exposuerit. Vide supra in dictione IPHIGENIA. Amicũ habuit Pyladem, perpetuũ omnium laborũ professionisq; comitem, periculorumque omnium socium, cum quo tam sanctè amicitiam coluit, ut alter pro altero mori non recusaret. Cicer. de Amic. Quo clamores tota cuncta nuper in hospitis & amicorum Pyladis versi fuerunt nova fabula? quum ignorante rege uter eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, ut pro illo necaretur: Orestes autem, ita ut erat, Orestem se esse dicere perseveraret.

Orestĭs, ὀρεστίς, Regiuncula Macedoniæ, in confinio qui mari Adriatico imminet, cujus populi dicuntur Orestæ, Amantini & Eratini: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

Orgĕa, ὀργέα, Gens Indiæ secundùm Strabonem lib. 15. post Arbitam quam Arianorum quos Plin. lib. 6. ait non Indorũ, sed propriam linguam habere. Lucan. lib. 3: Tum furor extremos mavit Romanus Orgeas.

Orgĕus, pen. prod. ὀργεύς, Dictus est Liber pater, à montibus, in quibus ei Bacchi sacra fieri solebant. Festus.

Orgĭă, orum, pen. corr. ὄργια, Neutri generis & pluralis numeri, apud Græcos, teste Servio, primùm dicta fuerunt quævis sacra. Erat enim Orgiorum appellatio generalis, quemadmodùm apud Latinos Cæremoniarum. Postea tamen factum est ut præcipuè hoc nomine Liberi patris sacra nominarentur, ἀπὸ τοῦ ὀργᾶν: hoc est, à furore, ut quidam putant, quòd hæc præcipuè sacra à mulieribus furore conceptis celebrarentur: vel ἀπὸ τοῦ ὄρους: hoc est, à montibus in quibus potissimum hæc sacra fiebant. Innovabantur autem tertio quoq; anno: unde Trieterica dicta tum id est, triennalia. Virg. 4. Æn. ubi audito flexulant cetera Baccho Orgia.

Orĭbăsĭus ὀριβάσιος, Sardianus, Iuliani principis familiaris, à quo & Quæstor Constantinopolitanus factus est. Scripsit libros Medicinę LXII. ad Iulianum: & eorum epitomẽ libris novem ad Eustachium filium. Præterea de regno, & de affectibus Hæc Suidas. Eunapius verò Græcus autor in eo libro quem de Sophistarum vitis conscripsit, ejus virtutem plurimis persequitur. Oribasius, sii, Pergamenus genere, in exercenda pariter & medicina professus, à Iuliano, propterea ut medicus fuit accersitus. Invidia deinde fortè eorum primorum, omnis privatus, atq; in exilium ad Barbaros missus, animũ philosophi semper in calamitate retinuit. Tanta apud eas nationes gratia, & opinione ob doctrinam & medendi experimenti perseverantiam pro Deo pene colebatur. Hæc Eu.

Orĭcus, sive Oricum, ὄρικος, Civitas Epiri, à Cœlio condita, in confinibus Macedoniæ, teste Plin. lib. 3. cap. 23. juxta quã nascitur terebinthus, nigrum ligni habens & foliorum in hac specie. Vnde Oricia terebinthus apud Virg. 10 Æn. aut quæ, ceu arcem sacram lucumque sub Oricia terebintho Lucet ebur. De hac & Lucret. lib. 5: Tum qui Dardaniam tenet Oricon, & vagus Illis Dispersus sylvis Athamas, &c. Hæc quondam infu-

dam insula quum esset, continenti undæ est. Plin. lib. 2. cap. 86. Spidamus & Orium oriundæ esse dicebantur.

O'rigĕnēs, penultima correpta, ὠριγένης, (qui & Adamantius dictus est) Theologus magnominus, qui sempere Philippi principis Christiani Imperatoris, Eden Evangelicam & sanctis, & vitæ vocem non parùm illustravit. Inoluit tamen aliquot erroribus ab Ecclesia damnatis, quos eorum nulli suspicantur ab omnibus, ejus libris fuisse insperos. Hic adhuc adolescens servulo quodam studio ardentior incensus, ut habemus & citra prudentiæ periculum Evangelicæ professioni posset incumbere, sepsum castravit.

O'rion. [Ὠρίων dicti, ὁρίων.] Quasi Vrion, dictus est filius Iovis, Neptuni & Mercurii. De hu varie fabulantur poetæ. Quidam tradunt Iovem, Neptunum, & Mercurium, quum terram peragrarent, supervenientes nocte ad pauperem quendam Hyreum, quem Aristonitus Hyrieum appellat, diverisse, qui eos hilari animo susceperit: quumque deos esse animadvertisset, occiso bove iisdem sacrificium obtulit. Quo officio motus Iupiter, justo ut aliquod muneris à se peteret, illum vero compos futurum spei nihil fidemagis cupere respondit quàm filium: conjugem tamen se non habere, neque velle ducere, quòd morienti uxori fidem dedisset se aliam non ducturum. Iupiter igitur & reliqui dii eorum immolatu Iovis tumpiecunt, in quod quum urinam emisissent, jusserunt ut terra obrutum compleris mensibus foderet. Quod quum fecisset, invenit puerum, quem ab urina Orionem nominavit. Hic postea adultus evasit venator maximus, adhæsitque Dianæ. Sed quum viribus fidens, gloriaretur nullum esse ferum quem non conficeret, dixisse solens verba ut ei se centibus, contigit ut terra scorpionem pareret, à quo idus perit. Diana igitur lætelleris sui obitum gravissimè ferens, cum in cœlum juxta Taurum sydus constituit. Lucanus verò à Diana scorpione emisso occisum dicit, & deorum miserationi in cœlum sublatu Horatius ab ipsa Diana sagittis confossum tradit, cùm quòd vi voluerit eam cõprimere. Servius autem hanc fabulam lucrèa liter persequit: Oenopionis Siculum habitasse filium, qui quum Candiopen (quam alii Meropem vocant) sororem virginem, à patre excæcatus est. Consulto igitur oraculo responsum accepit: Si per pelagus ad Orientem pergeret, ut oculorum cõcavitates semper haberet Soli oppositas, lumina recuperaturum. Quod quum facere conaretur, audito strepitu, ad Cyclopas pervenit, ex quibus unũ humeris suis imposuit, cujus ductu Solẽ semper adversum habens, oculos recepit. Hesiodus Neptuni & Euriales filium facit: idque muneris à patre obtinuisse tradit, ut per summos fluctus pedes incederet. Alii ferunt, cùm oculis ab Oenopione privatus esset, in Lemnum insulam venisse, & ibidem à Vulcano caballo accepto ad ortum Solis pertexisse, & sic visum recepisse. Postea verò reversum, Oenopionem ulcisci statuisse: sed quum ille à civibus suis tuti occultaretur, in Cretam profectum, ibique ob arrogantiam à Ioue inter divinos immissò fulmine interfectum. Est autem signum cœleste, quo orientem maximæ excitantur tempestates. Hinc Virgilius libro 1. Aeneid. Quum subito assurgens fluctu nimbosus Orion, &c. Sunt qui Græcè ab aquarum inundatione sic dictum velint, quòd ortus ejus hyemis initium assignet, & mare ac terras tempestatibus orbet: ὠρὸς enim turbo & vortex significat. Plautus Ingulam vocat, quòd stellarum fulgore quasi gladius armatus, terribilis videatur. Si fulget, serenationem: si obscurat, tempestatem præsefert. Habet autem hoc nomẽ apud Poetas primam syllabam indifferentem: quòd ideireo tactum creditur, quòd prima syllaba olim apud Græcos per ω diphthongum scribebatur: quæ secundùm proprietatem linguæ Doricæ in o so et commutatique ratione constat posse produci. Potest tamẽ etiam corripi, si subjectamus ex prima syllaba vocalem subjunctivam more Græcorum, qui ut brevem syllabam extendant, aliquandò assumunt vocalem ut longa contrahant, aliquando vocalem abjiciunt. Media autem syllaba semper producitur: Penultimam verò obliquorũ rudis est indifferens. Lucanus lib. 1: Tollet vultus cælo victi decus. Orionis. Virgilius sit spoliatus. Ovid. 8. Metam. fit cum q; Orionis ensem. Apud Catullum de Coma Berenices legitur nomen nativas Orion: Proximus (inquit) Hydrochoo fulgens Orion.

O'rithe, sc. ἡ, Ionali dicit Iocu libri. Steph. Strab. lib. 25.

O'rithes, lege ὈΡΙΤΑΣ.

O'rithyĭa, penultima producta. [ὠρείθυια Homero. Germ. Ein Frau Aren, welcher zu einem Weib ist vermehlet worden.] Filia fuit Erechthei Atheniensium regis, qui Pandionis in regno successit, quam à Borea raptam, & in ventum conversam Poetæ fabulantur. Verùm, ut Eusebius auctor est, Borcas hanc sibi in conjugem antè denegatam rapuit: raptam tulit in Thraciam, & ex ea Zetem & Calain filios cepit, qui cum Argonautis in Colchos navigaverunt, & Harpyias fugaverunt. Vide de CALAIS. Propertius libro 2. Iam Pandioniæ cessit gens Orithyiæ. ¶ Hos etiam nomine dicta ad Amazonum regina, quæ Martis filia nata facetiis in regno. Iustinus libro 2. quam à Borea raptam Poetæ fabulantur, ita dicta, tefte Erasmo, quod in montibus maleficia facta soleat peragere. Et quamvis ὠρεσίθυια, dedurit putetur, quod per parvos flatus feratur: tamen propter tot brevium syllabarum concursum mutatum.

O'rmēnion, ὡρμένιον Homero, Vicus est ad finum Pagasæum, sub monte Pelio. Vide Strab. lib. 9.

O'rnĕæ, ὠρναί, Vicus fuit exagio Corinthio, in quo Priapi sacra magna solemnitate celebrabantur: unde Priapus ὀρνεάτης dictus est Ornearces. Autor Strabo lib. 8.

O'rnĕus, ei, pen. prod. ὄρνεος, Vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius. Ovid. 12. Metam. Fur. & Orosius. Lycabasque, Scirtusque armo Dexterior Meden.

O'rnithiæ, ὀρνίθιαι. Venti sunt Septentrionales quorannis sub initium Veris regnare certum est: quibus ipsorum ita dicti, ut credo Rudæus, ab adventu avium, quòd id temporis hirundines & ciconiæ ad nos transvolant. Columella lib. 11. cap. 2. Decimo Calendas Martii quarto desinit horridesse, venti Septentrionales, qui vocantur Ornithiæ, per dies nonnulla esse solent.

O'roatis. Plin. ὠρόατις Strabonis. Fluvius est Carmaniæ in confinio Persidis, cujus meminerunt Ptolem. lib. 6. cap. 5. Plin. lib. 6. cap. 25. & Strabo lib. 15.

O'robā, ὠρόβα, Vrbs est Assyriæ in Mediterraneis. Ptol. li. 6. c. 1.

O'robātis, ὠροβάτις, Vrbs mediterranea Persidis. Ptolem. lib. 6. capite 4.

O'rodes, ὠρώδης, Parthorum rex, à quo Crassus captus fuit & interfectus. Vide Plutarchum in Crasso, Flo. & Orodes Tusci cujusdam nomen apud Virgilium. Aeneid. qui Aeneæ arma secutus, à Mezentio fuit interfectus.

O'rontes, ὄρόντης, Vir Persa, & Sardium præfectus, qui Polycratem Samiorum tyrannum cum copiis suspendit. Hic postea jussu Darii & opera, alluvi Bagadi Sardibus evocationis est, ut scribit Herod. lib. 3.

O'rontes, ὀρόντης, Iste Pomp. lib. 2. fluvii nomen est, qui dividit Syriã ab Antiochia. ¶ Est & mons Euboeæ, inter quem & Oretem fluvium urbs Antiochia posita est.

O'rontes, a, um, ὀρόντειος, Propert. libro 1. Aut quod Orontea crines perfunderet myrrha.

O'rontes, ὀρόντης, Vir Trojanus, qui Troja capta cum Aenea in Italiam navigans naufragium fecit, ut scribit Virgilius hoc. 5. Aeneid. Vocatur, quod Lycium, fidumque vehebat Orontem.

O'ropus, pen. prod. ὠρωπός, Stephano, Oppidum in Attica, in confinio Boeotiæ. Plin. lib. 4. cap. 7. fit & aqua ejusdem nominis civitas in Macedonia, patria Seleuci Nicatoris. Item alia in Euboea, Apollinis templo clarissima. Rudus aliis in Syria non procul ab Amphipoli, à Nicatore condita aut certè instaurata, & à nomine patriæ suæ ita appellata. Sunt & aliæ complures quæ enumerantur à Stephano.

O'rpheus, [ὀρφεύς. Germ. Ein Pfeifer, Harpffenschlager.] Poeta seu vates genere Thrax, Calliopes & Apollinis filius, quorum à Mercurio five, ut alii habent, à patre Apolline lyram accepisse ferunt, eique tantum valuisse, ut illius cantu silvas & saxa moverit, fluviorum cursum prohibuerit, ferasque mansuetas reddiderit. Eurydicen uxorem habuit, quæ Aristæum vim sibi inferre volentem fugiens, à serpente necata est: ab cujus morte Orpheus maximè constitutus, acceptâ lyrâ, ad inferos descendit, nocte sua cantu à Proserpina uxorem Eurydicen recepit. Sed eandem non servata lege à Proserpina sibi imposita oculos amisit. Cœlestem vitã ajunt sustinuisse quosque jam multas nuptias rejecisse, alios quoque in Venerem à muliebrium vestitu deterruisse, atque in puerorum amores pellexisse, à Mænadibus inter Bacchi sacrificia juxta Hebrum fluvium occisus & discerptus est: cujus membra pallium per agros sparsa Musæ collegerunt, deinde que ea sepultura: lyra verò & capita Hebrum devecta, ad Lesbon insulam delata sunt, ubi sepulturæ mandatum: lyra autem in cœlum assumpta. Virg. Aeglogâ 4. Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus, &c. Alii Orpheum Cretensium regem, Oeagri (à quo Oeagrius appellatur) & Polyhymniæ filium fuisse dicunt, atq; cum Argonautis in Colchos navigasse, ideoq; assumptum, quòd juxta vaticinium Chironis, hujus opera nisi patiente Orpheo. ¶ Sunt qui duos Orpheos fuisse dicant, quorum alterum Colchos navigasse prohibent.

O'rphne, ὀρφνη, pheum, pen. prod. ὀρφνεύς, Denominativum ut Orphea cithara. Martial. lib. 1. Quo quinis in Orphea Rhodope percussa sonemus, Orphea, &c. Ovidius, exul hinc Caesar erat, ubi.

Orphĭcus, adject. ab Orpheo. Macrob. Commentitia, inquit, Orphica sacra, & fabulosa mysteriorum figmenta.

Orphnæus, ὀρφναῖος, apud Claud. lib. 2. de Rapt. Proserp. unus est

est ex equis Plutonis, à tenebris nomen habens: Orphnæus crudele mœrens, Acthonque figura Oeyor, & Stygii sublimis gloria Nycteus Armenti. Unus quo notatus Castor.

Orsilochus, ὀρσίλοχος. Filius fuit Idomenei. Hic parùm secutus ad expeditionem Trojanam, quum per totum bellum ex voto omnia successissent, in exitu rei ob intolentiam, cùm obstaret totis viribus ne ex præda capti illi sors debita daretur Virgilio, ab eo occisus est.

Orthocorybantes, ὀρθοκορύβαντες. Populi sunt Medis & Hyrcanis finitimi, quorum meminit Herodot. lib. 3.

Orthosia, ὀρθωσία. Oppidum est in ea parte Syriæ, quæ Libano monti subjacet: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

Orti Hesperidum, κῆποι ἑσπερίδων, In Africa fuerunt inter duas Syrtes, Poëtarum fabulis plurimum celebrati, quum revera nihil ferant præter olea trum. Vide suprà in dictione HORTVS.

Orton, ὄρτων Ptolem. li. 3. ca. 2. Pelignorũ urbs, hodie Ortona.

Ortopla, ὀρτόπλα. Liburniæ urbs. Ptolem. lib. 2. cap. 15. Ortopula hodie.

Ortygia, [ὀρτυγία, ἡ] Ger. Ein Insul des Aegeischen Meers/ so jetzt Delos genannt wird.] Insula in mari Ægæo, omnium Cycladum clarissima. Apollinis alumna, templo & mercatu nobilis. Dicta Ortygia quia in ea primò visæ sunt coturnices, quas Græci ὀρτυγομήτρας vocant: nos à sono vocis Quales dicimus. Alij, ut Nicander, ab Ortygia nympha dictam putant. Virgil. 3. Aeneid. Linquimus Ortygiæ portum. Hæc etiam dicta est Delos, fuit duce Anthocle.] quòd quum antea sub aquis mersa esset, tùm primùm apparuerit: nam δῆλος, Ostendo significat. Aliquibus præterea Pyrpile nominatur, ab igne ibi primùm reperto. ab aliis Cynthia: ab aliis Asteria: ab aliis Cynæthus. De Delo terræmotu concussa, vide Thucydidem libro 2. ¶ Est alia Ortygiæ nomine insula in Sicilia, Syracusarum pars, reliquæ urbi ponte conjuncta, quæ famè habet Archelaum. Hæc ex oppositio Plemmyrii Siciliæ amnis ostia est. de qua Virg. lib. 3: Sicanio prætenta sinu jacet insula contra Plemmyrium undosum, nomen dixere priores Ortygiam, Alpheum fama est huc Elidis amnem Occultas egisse vias subter mare, quæ nunc Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis.

O ante S.

Osca, ὄσκα. Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Ilergetum. Autor Ptol. lib. 2. cap. 6.

Oscela, ὄσκελα. Lepontiorum oppidum in Alpibus Cottiis, autore Ptolemæo lib. 3. cap. 1.

Osci, ὄσκοι. Italiæ populi qui tractum maritimum Campaniæ tenuerunt, ab oris fœditate ita dicti. Vide Obscœna verba dicta sut quibusdam placet quasi Oscena.

Osculus, a, um, adject. Cic. Mario, lib. 7: Non enim reputo Græcos, aut Oscos ludos desyderasse: præsertim quum Oscos ludos vel in Senatu nostro spectare possis. Horat. 1. Serm. Sat. 5: Mellii clarum genus Osci. Tellus Osca, Propert. lib. 4. Eleg. 2.

Osiris, pen. prod. Osiris, vel Osiridis, ὄσιρις. Fuit Iovis filius, ex Niobe Phoronei filia, successitq; Phoroneo in regnum Argivorum. Postea tamen Aegialeum fratrem præfecit regno Achaiæ, & ad Aegyptios transiit, gloriæ cupiditate. Quos quum subegisset, Isidè (quæ & Io vocabatur) Inachi primi regis Argivorum filiam duxit uxorem. Ubi, quòd illa literas, Osiris varias artes Aegyptios docuisset, uterq; divinos honores meruerunt. Tandem à Syrphone Aegyptio: vel (ut Servius) à Typhone fratre clàm occisus, ab Isidè diu quæsitus est. Tandè apud Phialam juxta Syenem laceratus repertus est, curavitq; eum Isis sepeliendum in Abato insula cius paludis quæ Memphi proxima est: quam etiam Stygem nil est, mœrorem appellavit: nec nisi sacerdotes, certis diebus, eosq; nudatos eò accedere voluit. Sed quòd apparuisset Aegyptiis deinde bos quidam, Osirim putarũt, adoraverunt; q; ut Deum, & vocaverunt Apim: id est, bovem, eorum lingua. Deinde dictus est Serapis. [Germ. Der Gott der Aegyptier oder der gestalt eines Ochsen.] Tibullus lib. 1. Eleg. Te canit, atque tuum pubes miratur Osirim Barbara. Mephiten plangere docta bovem. Mart. lib. 9: non illam mille carinæ Vincebant, nec quæ turba Serapin amat. De Osiride sic habet Eusebius lib. de Præpar. Evan. Diodorũ Siculum inducens, Aegyptios ferunt primos omnium motũ, ordinemq; cælestium corporũ admiratos, Solem & Lunam deos putasse: ac Solem quidè Osirim, Lunã Isim nuncupasse, à propinquitate quadam inditis ipsis nominibus. Nam si quis ad Latinam linguã verba transferat, multioculus Osiris dici potest, neq; id absurde. Radios enim suis quasi multos sibi immittit oculos, quibus omnia perspicit: ut etiã Poëta dicit: Sol qui terrarũ flammis opera omnia lustras. Quãvis nonnulli Græcorum poëtæ Dionysium esse Osirim confingant. Illum verò Priscam Latinè dicere possumus. Lunæ hoc homine indito: quoniam semper cresca, prisca q; sit: Cui idcircò cornua depinguntur: vel quia quum minor est, cornuta videatur: vel quòd hos ei apud Aegyptios sit dedicata. Ferũt Osirim apud Aegyptios inusitatè, & rarũ, vinũq; usum primùm reperisse, aliaq; nonulla quæ latè prosequitur Tibull. lib. 1. Eleg. 7. Osiris item herba est ramulos fecis nigros, tenues, lætos, & in his folia nigra ceu lini semina; in ramulis nigrũ initiò, deinde colore mutato rubescens. Verba sunt Plin. lib. 27. cap. 12. Vulgus Herbariorũ Linariam vocat. [Ger. Leinkraut/ Hanfkraut & Flachskraut.]

Osismii. Populi sunt Galliæ Lugdunensis ad Ligerim amnẽ. Plin. lib. 4. cap. 18. Cæsar Osismos vocat.

Osquidates. Populi sunt Galliæ Aquitanicæ, apud Plin. lib. 4. capite 19.

Ossa, ὄσσα, Mons in finibus Thessaliæ, Centaurorum fabulam, quã Seneca dicit Olympo olim tuisse conjunctũ: Herculis autem opera fuisse abscissum, ab ea parte ubi per Tempe fluit Peneus fluvius. Lucan. lib. 1: & tantus in æthera clamor, Quãtus pinifera Boreas quum Thracius Ossæ Rupibus incubuit.

Osseus, a, um, ὀσσαῖος, denominativum. Lucan. lib. 6: Thessalam qua parte diem brumalibus oris Attollit Titan, rupes Ossæa coërcet.

Ossigerãnia. Regio Hispaniæ Bæticæ vicina: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Ossonoba, ὀσσονόβα. Lusitaniæ civitas, non procul ab Anæ flavii ostiis, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 5.

Ostodes, ὀστώδης. Insulæ sunt Siciliæ adjacentes ab ea parte qua Africam spectat. Autor Plin. lib. 3. cap. 8.

Ostia, æ, f. [ὄστια, Stephano ὄστια, ων, Strabone. German. Ein Stat/ also an der ostgenam der Tyber gelegen.] Urbs in ostio Tyberios sita, ab Anco Martio condita (ut inquit Liv. lib. 1. ab Urbe jam ipso mari, flumineq; cõmoda, ut totius mundi opes illò, velut maritimo urbis hospitio, reciperentur. Ab hoc Ostienses, ostienses & ostienses dicti.

Ostiensis porta Romæ dicitur ea quæ Ostiam versus ducit, ostiensis nunc, sancti Paulli porta appellatur.

O ante T.

Otanes, ὀτάνης, Persa nobilis, unus ex his qui cũ Dario in Magos conjurarunt. Vide latiùs apud Herod. lib. 3.

Otiryades, ὀτιάδης, Nomen Lacedæmonii viri, qui cùm cõtroversia nata esset inter Lacedæmonios & Argivos de agro Thyreate, placuisseq; ut ea lis trecentorũ utrinq; prælio decideretur, solus ex Spartiatis superfuit, duobus q; qui ex hostib. reliqui erant in fugã versis, patriesq; parta victoria, ne solus ex sociis in patriam rediret, sibi manus intulit. Autores Valerius lib. 3. cap. 2. Plutarchus in Parall. & Ovid in Fastis.

Othryius, a, dict. ut Hebrus, Othryius in Claudiano.

Othrys, ὄθρυς, Thessaliæ mons est, non procul ab Oeta. Centaurorum olim sedes. Lucan. lib. 5: Solstitiale caput nemorosus submovet Othrys.

Otreus, ὀτρεύς, & Mydon, Fratres fuerunt Hecubæ & filii Cisseï, & patrueles Polymestoris, ut annotavit Porphyrius in 3. Iliad.

Otus, ὦτος, & Ephialtes, filii Neptuni fuerunt ex Iphimidea Aloei uxore, quos Poëtæ fabulantur nono gratis anno in novem jugerum altitudinẽ excrevisse, quo corporis robore fretos, etiam dijs bellum movere, montesque montibus imponentes, cœlũ ipsum oppugnare ausos, donec Apollinis telis cõfici, temeritatis suæ pœnas dedere. Vide Hom. lib. 11. Odyss.

O ante X.

Oxus. Amnis in lacu Oxiã, ut inquit Ptol. sive Oxo, ut Solinus.

Oxyrhinchus. civitas Aegypti dicta ab oxyrhincho pisce quibi templũ habuit. Cæterum Aegyptii omnes Oxyrhinchum piscem colunt. Nam quædam animalia sunt quæ Aegyptii universi colunt, quemadmodum ex terrestribus tria. bovem, canem, felem: ex volatilibus duo, accipitrem, atq; ibim: ex aquatilibus duo, lepidotum piscem, & oxyrhinchum. Ex Strabone lib. 17.

O ante Z.

Ozolæ, ὄζωλαι. Popali ex Locris, Aetoliæ oram incolentes ad finum Crissæum, quorum oppida enumerantur à Ptolemæo, Myonia, Naupactus, Anticirhium, & Evanthia. Vide Strab. lib. 2. cap. 9.

P

Pachynus, penultima producta. [πάχυνος, Ger. Das Vorgebirg Siciliæ gegen Mittag.] Promontorium Siciliæ Peloponnesium spectans: ab acris crassitudine nomen habens. Nam πάχυς pingue & crassum dicitur. Virg. lib. 3. Aen. Præterea Trinacrii metas adverte Pachyni. Priscianus mediam hujus dictionis syllabam nullo certo exemplo corripuit quod non ausim imitari. Qui procul ab his Pachyni distendit ur orae.

Pacinus.

Pacinus pen. prod. Vnus ex nepotibus Volsonis regis, cognomento Luculler qui relicto Illyrico in Italia celebratus, & populos Pacinates de se nominavit. Autor Festus.

Pacorus, pen. cor. & sine aspiratione, Παάκορος Suidæ, Orodis regis Parthorum filius, ejus qui Crassum dolo circumvectum interemit. Quam maculam postea Ventidius Bassus Antonii legatus delevit, Pacoro cum toto exercitu ad internecionem caso. Horat. 3. Carm. Bis ictum Manibus, & Pacori manus Non auspicatos contudit impetus nostros, &c.

Pactia, Πακτία Stephano. Insula maris Aegæi inter Cycladum, candido marmore nobilis, distans à Delo XXXVII. M. pass. Alio nomine Paros dicitur, autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Pactias, Πακτίας. Agri Ephesinorum est, Mycalæ incumbens, & ab ea ad Meridiem ibi deflexus. Autor Strabo lib. 14.

Pactolus, pen. prod. Παγτωλός, Fluvius Lydiæ, ex monte Tmolo natus, & per Sardianũ agrum Hermum influens. Alio nomine Chrysorrhoas dicitur, quòd aureas trahat arenulas, teste Plin. lib. 5. cap. 29.

Pactye Plinio, Πακτύη Ptolemæo, Oppidum est Thraciæ ad Propontidem, non procul à Chersonesso, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 11. ¶ Sunt item Pactiæ, insulæ quædam in mari Lycio, apud eundem Plinium. 5. cap. 31.

Pacuvius, Πακουβιος. Brundusinus poëta tragicus Ennii poëtæ ex sorore nepos. Romæ poëtam exercuit, ac fabulas vendicavit deinde Tarentum transgressus, propè nonagesimo natus anno diem obiit. Hic (ut Quintilianus ait) gravitate sententiarum, proprietate verborum, auctoritate pene antiquis clarissimus fuit, citra tamen nitorem. Ejus epitaphium exat apud Gell. lib. 1. cap. 24. in hæc verba:

Adolescens tamẽ properes, hoc te saxum rogat
Vt ne alpicias, deinde quod fit prius est, legas:
Hic sunt poëtæ Pacuvii Marci ossa
Ollam hoc velim sim, nescius ne sis.

Pacyris, Ἀσυρὶς Europæ fluvius, in Istrum Catenitem influens. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Padua, Venetorum urbs à Padi vicinitate dicta. Πάδουα & Patavium Στράβωνι dicitur, quasi Padavium. Vel παὰ τὸ πάσθαι: id est, à volando, quòd ex garro augurio dicatur condita. (Alias dicimus esse Grammaticorum inepias has devorandas, & quæ nobis causa sit hoc nomen inducendi.) Vel à pendendo, quòd olim Antenor pensile dicatur, eoq; in loco urbem condidisse. Primò Antenoria dicta est, unde Antenoridæ, postea Patavini, & Paduani. Apud Patavium natus est Titus Livius historicus celeberrimus, qui res Romanas summa facundia perscripsit. Similiter Stella, & Valer. Flaccus poëtæ, & Paulus Iureconsultus. Fuit quoque Volusius poëta Patavinus, qui post annum rerum gestarum pop. Rom. annales carmine descripsit. Catull. de Cinna: At Volusi annales Paduam monebunt ad ipsam.

Padus, [ἠριδανὸς Vulgò Πὸ. German. Po Italis Stellatis ante Pl.] Fluvius est egregiæ vastitudinis & celebratissimi nominis clari, fontibus Ligurum Vagiennorum vicinis de Monte Vesulo emanans, condensque sese cuniculo, & in Porovercellensi agro rursum exurgens, multarum amnium claritate infertur. A Græcis dictus Eridanus, ac prima Phaethontis illuvies. Augetur ad Canis ortus, liquatis nivibus, agris quàm navigiis torrentior, sit tamen ex rapto ubi vendicans. Hæc Plinius libro tertio, capite 16. Metrodorus refert, quoniam circa fluvium arbor sit multa picea (quæ Padu Gallicè vocetur) Padum hoc nomen accepisse.

Padusa, pen. prod. Fossa est ex Pado Ravennam usque ducta, quam Messanticum olim appellarunt, esse Plin. lib. 3. cap. 15. Claudianus: Eridani ripas, & rauca Padusæ.

Paean, παιὰν, Hymnus erat in laudem Apollinis, sicut Dithyrambus in laudem Bacchi, qui (ut Iulius Pollux inquit) non solùm in aversione malorum decantabatur, sed etiam in victoria, interfecto enim Pythone, Apollo & carminibus laudatus fertur, quæ Pæanas dixerunt. Virgilius 6. Aeneid. Lætamque choro pæana canentes. Latiùs usurpatur tamen pro omni deorum laude. Vnde opus suum Pindarus, de Laudibus deorum omnium, Pæana inscripsit. ¶ Accipitur aliquando Paean pro ipso Apolline, ὁ ἰατρὸς τῶν θεῶν: hoc est, à medendo. Credebat enim antiquitas medicinam Apollinis esse inventum. Iuvenal. Satyr. 6. Parce precor Paean. ¶ Fuit & Paeanis nomen patris Philoctetæ, quod recentius tamen pro ægrotis hominibus scribitur. Hinc Paeantius, & Paeantiades, quæ omnia vide infra in suis locis.

Paedareta, παιδάρετος. Propitium nomen viri, ἀπὸ τῆς παιδείας & ἀρετῆς: hoc est, à disciplina & virtute.

Paeon, παιὼν, Nomen viri medicinæ artis peritissimi, quæ Hom. lib. 5. Iliad. scribit Pteronem curasse, ab Hercule graviter vulneratum. Hic fertur illam insignem invenisse tradidisse, quæ ab illo Paeonia dicta est. ¶ Est & Paeon pes unus pedis, qui à Diomede quadruplex esse traditur. Quorum primus ex longa & tribus brevibus constat: ut, Oratores. Secundus, ex brevi & longa, & duabus brevibus: ut Facilitas. Tertius, ex duabus brevibus, & longa, & brevi: ut Facilitas. Quartus, ex tribus brevibus, & longa: ut Dominantur. Dicunt Cicero de Orat. duas tantùm hujus pedis fuisse species, quoniam scilicet syllabam unam longam æquantur tres breves: ut Definite, Comprimite. Aut enim tres breves sequitur una longa, ut Dominantur, Studuerant.

Paeonia, Regio est Macedoniæ, sita dicta à Pæone Endymionis filio, & Epistratte, qui vetus cursa ab Æolo (Græcorum conveneraj imperium paterni regni victori fratri permisit, & ad Axium Macedoniæ amnem sibi, sua sq; sede delegit. Vide ea Macedoniæ pars, quæ antea à regis Emathionis nomine Emachia dicebatur, Paeonia appellata est, & populi ipsi, Paeones, ut Iustinus lib. 7. scribit. Hi olim fortissimi habiti sunt, magnamq; hac ex re militaris fiducia numen pepererunt. Stat. lib. 2. Achill. non me ulla fert Mavortis imago Praetentâ dites quo Paeones arma rotatu.

Paeraeae, Παιραῖαι, Populi sub Caucaso, Steph.

Paestum, Παῖστον, Oppidum Lucaniæ, rosetum abundantissimum, ubi ob cœli clementiam bis in anno producebantur flores, scilicet Maio & Septembri. Virgil. libro 4. Georg. bifera, rosaria Pesti. Hanc urbis propè magnæ ex parte adhuc integra videntur, latitudine & altitudine mirandæ. Strab. lib. 5. autor est hanc urbem primùm à Sybaritis fuisse conditam. Posidoniam q; appellarunt sinum q; ipsam in quo sita fuit, Posidoniatem.

Paetalicus, a, um, Παιταλικὸς. Ovid. 2. de Ponto: Calthaq; Paetalicas vincit adoretosas.

Pagasae, pen. corr. Παγασαὶ, Thessaliæ oppidum, teste Plin. libro 4. ca. 8. quod postea Demetrias dictum est. Apud eam urbem ædificata dicitur Argo navis, quæ ob hoc ab Ovid. lib. 7. Metamorph. Puppis Pagasea nuncupatur. Hinc Ecclus propinquus Pagasicus appellatur, à Plinio loco jam indicato. Steph. Παγασικὸς vocat.

Palaebiblus, Παλαίβιβλος. Oppidum est in ora Syriæ, Lybano monti subjectum, non procul ab Adone fluvio. Autor Plinius lib. 5. cap. 20.

Palaemon, Athamantis & Inûs filius, fuit alio nomine Melicertes, qui patris furore fugiens unâ cum matre se in mare præcipitavit: amboq; ex marinis facti sunt mutatisq; cognominibus, mater Leucothea hodie est, alba dea, dicta est creditur, esse Aurora, q & Matuta dicitur. Ille verò à Græcis Palæmon, à nostris, quòd portubus præsit potentia, Portunus est appellatus. In Palæmonis honorem Isthmia celebrabantur, à Theseo primùm instituta, quorum præmia erant corona ex pinu confecta, quæ à Palæmone dictæ sunt Palæmonia. Claudian. 8. Paneg. Cuncta Palæmoniis manus explorata coronis Adfuit. Erat autem hoc unũ ex quatuor sacris certaminibus, quæ magnis totius Græciæ concursu celebrabantur, quorum duo dicata erant diis immortalibus, Iovi Olympia, Apollini Pythia: duo itidem mortalibus, Nemea Archemoro, Palæmoni autem Isthmia. Circumfertur ea de re Epigramma Simonidis nomine Archiæ poëtæ, in hæc verba:

Τέτρασσιν ἐν ἀέθλοις οἱ Σίσυφος, παισὶ τοῖσ'
Οἱ Αἰολίδᾳ Θεσσαλὸς, ἐπλέσθ' ἑκατόμπολιν
Ζῆνα, μεγίστῳ πολυγηθέϊ, ἀγχιγόνοις,
Ἄθανα) τε γλαυκῶπιδι, πατρὸς ἀκρεκέος,
Quod sic Latinè effertur:
Quatuor Argivis certaminibus sacra feruntur:
Bina Deorum natis, binaq; cœlitibus;
Phœbo, atq; Iovi, quorum Archemoro & Melicertæ,
Poma, oleastra, apium, præmia primus erant.

¶ Est etiam Palæmon nomen proprium grammatici, Virgilii, qui Romæ vixit sub Tiberio & Claudio principibus, tanta vir arrogantia, ut M. Varronem poteum appellaret, secum & natas & morituras literas jactaret. Luxuriæ ita indulsit, ut lepidissimè dicta varetur, nec sufficeret sumptibus. Hæc Suetonius. Iuvenal. Sat. 6. Hanc ego quæ reperit volatq; Palæmonis artem. ¶ Est & pastoris nomen apud Maronem in Ecl. 3.

Palaemyndus, Παλαίμυνδος, Carix oppidum fuit eo in tractu, in quo postea condita fuit Nauandus. Palæmyndi autem nomen accepit ad discrimen recentioris Myndi, quam antea eriã Myndus dicebatur. Vide Plin. lib. 5. cap. 29.

Palaepaphus, Παλαίπαφος. Oppidum Cypri in Palæ. Antiquum Veneris Paphiæ templum habens: antea Paphus dicta. Verùm quum Agapenor ad sevagiendum inde fluctum alterum ejusdem nominis urbem condidisset, cœpta est hæc ad differentiam recentioris Palæpaphus appellari, quasi vetusta Paphus. Autor Strabo lib. 14.

Palaescamander, Παλαισκάμανδρος. Fluvius Troadis, q effecto primùm lacu, in Achæum portum influit. Autor Plin. li. 5. cap. 30.

Palaestina, [Σύρια ἡ παλαιστίνη. Ger. Ein Landtschafft in Syrien gelegen bey dem Berg Jsraels gelegen hat.] Provincia Syriæ, Iudææ & Arabiæ contermina: ut inquit Plinius libro 5. cap. 12.

cap. 12. & 13. Herodotus totam Syriam vocat Palæstinam. Incæ quinque civitates continebantur, Gaza, Azotus, Geth, Accaron, & Azotus. ¶ Est & altera Palæstina prope Phœniciam, de qua Lucan. lib. 3.

Pălămēdes, dis, μηδομαι, Nomen filii Nauplii Euboeæ regis, qui Vlysis fraude à Græcis interfectus dicitur. Nam quum omnes totius Græciæ principes ad bellum Trojanum convocarentur, Vlysses ut domi maneret, insaniæ se finxit: & quòd melius rei fidem faceret, junctis diversæ naturæ animalibus salem serebat. Palamedes autem vir astutiam deprehendere, Telemachum filium objecit: quo visto Vlysses arma sibi sub specie dementiæ non cum lædere: quo argumento simulationem deprehensa, ad bellum coëgit. Deinde quum in Thraciam frumentatum missus effet Vlysses, & nihil inde attulisset, neque quicquam sese invenisse diceret: Palamedes eodem missus plurimum frumenti advexit. Quamobrem Vlysses invidiæ stimulis agitatus, adulterinam Priami nomine epistolam scripsit, in qua agebat Palamedi gratias, commendabatque fecerit: non aurum pondus esse transmissum, ut Græcos proderet: quod ipse Vlysses per corruptos servos in tabernaculo ejus infodi curarat. His igitur literis in Græcorum concilio recitatis, Palamedes proditionis accusatur. Ibi Vlysses reo se adesse simulans, hostibus dictis nihil fidei habendum contendit: eaq; ipsa facilè posse coargui, si Palamedis tabernaculum scrutaretur: in quo harum rerum nihil reperiri, nullum illum supplicii genus recusare. Missi itaq; qui tabernaculum ejus pervestigarent, quum aurum invenissent, Palamedes velati proditionis convictus, lapidibus obrutus est. Ovid. lib. 13: Vellet & infelix Palamedes esse relictus, Viveret, &c. Hic fertur Trojano bello quatuor literas invenisse, scilicet, Θ, Ξ, Χ, Φ. Præterea calculorum hadum & mensurarum, & ponderum rationem excogitasse. Alunt Egyptii insuper peritus fuisse dicitur, animumque ad cursum Solis, & mensem ad cursum Lunæ accommodasse: primasque in castris vigiliam atque relevandam Solis defectum naturalem animadvertisse, hoc est, jam hostium bellicum & vigilias invenisse. Quæ omnia à grutibus ferunt didicisse. Illæ enim sub nubibus ordinem servant, & cursum volant, electo duce quem sequantur, disposito q; in extremo agmine, qui gregem voce contineant, & qui nubes cæteris dormientibus exsultas obeant. Inter volandum etiam, mutatis subinde ordinibus, literas quasdam videntur effingere, quas etiam ab eis primus observasse fertur Palamedes. Hinc à poetis Palamedis aves, grues dicuntur. Martial. libro 13: Turbabis versus, nec litera tota volabit, Vnam perdideris si Palamedis avem. ¶ Fuit & Palamedes Eleates Grammaticus qui scripsit Onomasticum de tragicis & comicis dictionibus, ac de proprietate Atticæ & Doricæ linguæ. Suidas.

Palantēum, vel potius Pallāteum gemino l, παλλάντειον, Vrbs in Palatino monte, à Pallante Evandri proavo. Vide Virgil. lib. 8. Aen. Arcades his oris genus à Pallante profectum, Qui regem Evandrum comites, qui signa secuti, Delegere locum, & posuere in montibus urbem, Pallantis proavi de nomine Pallanteum. Varro à balatu ovium per antiphrasin dictum volunt, & per simplex l scribi debere secundùm Virgilium autè per duplex. Vide PALATINVS & PALATIVM.

Palantia, παλάντια, Oppidum Hispaniæ Tarraconensis, ut ait Ptolem. lib. 2. cap. 6. Vaccæorum colonia, à qua Palantini dicuntur à Numantia, Numantini. Alias Palentia dicitur. ¶ Est & nomen fluminis in Valentino litore.

Pălantĭum, παλάντιον, Stephano, Arcadiæ oppidum, Evandri regis patria: qui quum patrem imprudens occidisset, suaccensente matre in Latium se contulit, montemque in quo primùm consedit, à nomine relictæ patriæ Palantium appellavit: qui postea Palatium, & Palatinus appellatus est. Plin. lib. 4. in descriptione Arcadiæ: Palantium (inquit) unde Palatium Romæ.

Pălātĭnŭs, a, um, Vrbs Romæ quarta fuit regio, circa Palatinum montem: unde & nomen accepit. Sunt qui à Palantia Latini regis matre hoc, regionem eorum putent impositum. Alii à palando: hoc est, ab errando dictum putant, quòd Arcades duce Evandro palantes ibi primùm subsederint.

Pălātĭum, tii, παλάτιον ἐξ ὧν, Vnus ex septem urbis Romæ montibus, nomen habens inde quòd ante urbem conditam pecus in eo pascens balare cōsuerit, sic enim vox ejus animalis fingitur, quasi Balatium: qua etiam voce utitur Nonius. Vel à Palo, las, five quòd ibi palare id est, errare pecudes soleant: five quòd palantes Arcades cum Evandro ibi consederint. Nam ante Romam conditam cultum fuisse atque habitatum hunc montem constat. Alii à Palantia Latini matre quæ ibi habitaverit, Palatium dictum volūt. Alii à Pallante Evandri avo. Alii à filia Evandri Palantia, ab Hercule oppressa, & postea ibi sepultave sepulta à Pallante ejus filio ibi sepulto. Plinius à Palantio Arcadiæ oppido, & patria Evandri dictum existimat. Ferunt enim Evandrum ob patris cædem domo profugum, in Latium venisse, montemq; in quo consedit, Palatium appellasse. Alii à Pale pastorali dea nomen inditum autumant. ¶ Palatium, Domus imperatoria, regia: [בית המלוכה, בית הנשיא, בית הממשלה. Gall. Palais, maison royale. Ital. Stanze imperiale, palazzo. German. Ein Königliches Fürstliches haus. Hispan. Palacio, cafa real. Polon. Pałac.] à Pallante gigante, qui primus palatium ob magnitudinem sui fecisse dicitur: five, ut Cyrillus autor Græcus refert, à Palatino monte. Sueton. de Clar. Gram. Quare ab Augusto quoque nepotibus ejus præceptor electus, transiit in palatium cum tota schola. Hujus prima syllaba indifferenter scribitur. Ovid. 1. de Arte amandi: Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes. Martial. lib. 12: Inde sacro veneranda petes palatia clivo. Credideram tamen primam hujus nominis syllabam quoties producitur geminò l esse scribendam.

Pălīnūrus, a, um, παλίνουρος. Vnde Palinurus Deus, & Palinurus mons dictus est in quo primò Roma ædificata fertur, & in quo Reges primò deinde Consules: pòst Imperatores majore ex parte sedem habuerunt. Est palatina regio, ea pars urbis in qua Arcades & Aborigines palantes: hoc est, errantes & vagabundi, duce Evandro primò consederunt: de quare plura paulò antè in PALATIVM. ¶ Palatina officia, dicuntur Officiales, aulici, & imperatorii. Iulius Capitolinus in Gallien. Quum iret ad hostes nominis sui, omnia Palatina officia sequebantur. ¶ Palatina palustria, Quæ in Palatino monte exercentur. Cicero ad Atticum lib. 2.

Pāles, Pastorum dea, vel pabuli: [בהמות יולד. German. Die Göttin vor Viehe Gött.] cujus festa, Palilia sunt appellata, aut ut alii malunt, Parilia à parcendo, quòd pecorum partui crederetur præesse. Autor Festus. Hanc quidam Vestam, quidam Deorum matrem appellant. Hanc Virgilius genere fœminino vocat. Alii, inter quos Varro, masculino genere, ut hic Pales. Huic facta solvuntur quę Palilia vocātur, de quibus infra. Hęc Servius enarrans illud Virgilii 3. Georg. Te quoq; magna Pales, & te memorande canemus Pastor ab Amphryso.

Pălĭlĭa, [מחלות. German. Die Fest der Hirten Göttin.] vel Parilia, I mutata, Palis deæ festa dicuntur: quæ à pastoribus in agris fiebant undecimo Calend. Maii, quo die Romulus urbem fundavit, ad lupos arcendos, morbosq; à pecore pellendos, seu pro pastu pecoris. Propert. lib. 4: Vrbs festus erat, dixere Palilia patres. Hic primus cœpit mensibus esse dies.

Palearius Aurea. Orator & candidicus fuit, Martialis & Tacitus amicus: fed ob suspicionem, quòd cum Vitellianis sentisset, senatu à Domitiano fuit motus.

Palicentis fons, παλικεντίς κρήνη. Fons est in Sicilia non procul à Catana situs: cictus & proximus sit Dellis lacubus, quos fratres Palicos esse veteres credidit. Apud hunc fontem juramentorum veritas explorari solet ad hunc modum: Iturus tabellam quam manu tenebat, conficiebat in fontem: quæ si verè esset quod juraturus de asseverarat, fluitabat in salsum, mergebatur. Autor Stephanus de Vrbib.

Palici, [παλικοί. Germ. Zwilling: Söhne Jovis von der Thalia, oder Aetna.] Dicti sunt gemini fratres, Jovis filii & Thaliæ Nymphæ sive (ut alii volunt) Aetnæ: quæ quum Junonis iram metuerit, oravit ut terra sibi debisceret. Sed quum tempus maturitatis infantium quos alvo gestabat, advenisset, rursus terra hiavit, duos infantes ex puellæ alvo emisit, appellatique sunt Palici, ἀπὸ τοῦ πάλιν ἰέναι, quòd in terram demersi, denuò sint reversi. Ostendunt accolæ duos lacus, ex quibus Palicos fratres putant emersisse, eosq; Deos appellant: qui tanta olim in veneratione habiti sunt, ut eorum jusjurandis exigi soleret, si quis in furti suspicionem incidisset, priùs tamen accepto fidejussore, qui si juranti quid accidisset, præstaret quod exitus ostenderet. Vide in dictione DELLI.

Pălīnūrus, παλίνουρος, Lucaniæ promontorium, haud longè ab Helia, quæ postea Velia dicta est ita dictum à Palinuro nauclero Aeneæ gubernatore, qui somno oppressus, unaq; cum gubernaculo in mare delapsus, quum ad eam partem Lucaniæ adnatasset in qua postea Velia condita fuit, ab incolis prædę cupidis occisus est, & spoliatus, cadaverq; ejus in mare abjectum. Verùm quum ob ita mutè pòst ora illa gravissima pestè infestarentur, oraculo monitum ut Palinuri Manes placarent, lucum ei fecerunt, & cenotaphium: hoc est, inane sepulcrum, posuerunt in promontorio, quod etiam Palinurum à nomine ejus appellatum. Virg. 6. Aen. Nam tua finitimi longè, lateq; per urbes Prodigiis acti cœlestibus, ossa piabunt: Et statuent tumulum, & tumulo solennia mittent, Aeternumq; locus Palinuri nomen habebit. ¶ Dicitur autem Palinurus quasi iterū mejens: παλὶν οὖρῶν iterum, & οὖρον urina. Ad quā etymologiam alludit Martialis 3. Maxilli Paulinæ temel currente carina, Mejere vis iterum, fit Palinurus eris.

Pălladĭus, παλλάδιος, Nomen viri proprium, qui de Agricultura libros duodecim scripsit, singulos libros singulis mensibus finiens.

Palladium.

Palladium. Vide in APPELL.

Pallantĭdes, πάλλαντιδες, Palus est in Africa, non procul ab urbe Phœnorum, ad Tritonem amnem: quam etiam Tritonidem paladem appellatam invenimus. Circa hanc paludem Palladem primùm apparuisse ferunt: unde ex ea natam fuisse nonnulli putaverunt. Vide Plin. lib. 5. cap. 4.

Pallantĭa, πάλλαντια, Oppidum citerioris Hispaniæ, apud Ptolem. lib. 2. cap. 6. Inde Pallantini dicti sunt ejus urbis incolæ, quos Plin. inter Vaccæos numerat lib. 3. cap. 3.

Pallās, antis, πάλλας, Evandri filius, qui Aeneæ suppetias missus adversus Turnum, ab eo occisus est. Virgil. 10. Aen. Ipse caput nivei fulvum Pallantis, & ora Vevidit, &c. Alius fuit Pallas Pandionis filius, cujus meminit Ovid. lib. 7. Metam. Major habet Clycon & Ilaren Pallante creatos.

Pallās, adis, πάλλας, Sapientiæ dea, quæ alio nomine dicitur Minerva, ex Jovis cerebro sine matre prognata. Quod ideò à Poëtis fingitur: quia liberalibus artibus & honestis disciplinis excolatur præsidere, quæ non ex inventu humani ingenii, sed ex inexhausto divinæ sapientiæ fonte creduntur dimanasse. Dicta est autem Pallas (ut quibusdam placet) a Pallante gigante ab illa interfecto, quem prius Tritonia vocaretur a Tritonide palude, ubi primùm visa est. Vel ἀπὸ τοῦ πάλλω: hoc est, à vibrando, vel quatiendo. Solet enim ita pingi, ut hastam manu teneat, eamque velut vibrare videatur.

Palladĭus, dia, dium, παλλάδιος, Quod est Palladis. Hinc Palladium forum Romæ, quod erat propinquum templo Palladis.

Pallēne, es, pen. pro. πάλλήνη, Oppidum in finibus Macedoniæ, ab ea parte qua Thraciam spectat, exigua Chersonesi firmat: ita dictum à Pallene Sithonis filia, & Clii uxore. Vide Plin. lib. 4. cap. 10. ¶ Est item Pallene vicus Atticæ regionis in tribu Antiochide. ¶ A Pallene Macedoniæ regione fit Pallenæus, unde ait Triumphi Pallenæi, apud Statium lib. 4. Sylvarum.

Pālmă, πάλμη, Civitas in majori Baleari, Romanæ civitatis jus habens, ut tradit Plin. lib. 3. cap. 5. & Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Pālmārĭa, πάλμαρια, Insula est ultra Tyberina ostia, in mari Tyrrheno. Var. lib. 3. de Re rust. Hoc ita fieri apparet in insulis propinquis, Pontia, Palmaria, & Pandataria.

Palmyrā, πάλμυρα Steph. Urbs est Syriæ, sine loci, soli, divitiis, & aquarum amœnitate fertilitatis. Civitas est libera & privatæ fortis (ut inquit Plin. lib. 5. cap. 25.) sita continuo Romani & Parthici Imperii fini. ¶ Hinc Palmyrenæ solitudines appellatæ sunt, quæ ab hac urbe, usq; ad Petram Arabiæ Petrææ metropolim, & ad fines Arabiæ felicis pertingunt.

Pamīsus, πάμισος, Arcadiæ fluvius in Stymphalo monte nascens, & præter Tiuxenem in Messeniacum sinum influens. Dictus Pamisus, quasi totum odiosus, ob damna & detrimenta quæ agris infert. Ptolemæus Pamisum vocat. Est & alter ejusdem nominis fluvius in Thracia ex Hæmo profluens, teste Plin. lib. 4. cap. 11. Item tertius in Thessalia, cujus meminit idem Plin. lib. 4. cap. 8.

Pămphagi, πάμφαγοι, Artium piæ populi quibuslibet rebus vescentes, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 30. Pamphagus item numeratur ab Ovid. lib. 3. Metam. inter canes Actæonis.

Pamphĭlĭus, πάμφιλος, Neochidis filius, Platonis auditor, quem recitatur Plato in Phædone, inter eos qui in acie ceciderant, decem dies jacuisse, nudoque postquam in declivitate fuerat, impositum rogo revixisse, ac mira quædam tempore mortis visa narrasse. ¶ Pamphilus alius lacerdos, Eulebii Cæsariensis necessarius, tanto bibliothecæ divinæ amore flagravit, ut bonam partem voluminum Origenis sua manu describserit. Extinctus idem martyr apud Cæsaream Palæstinæ sub Maximino. Ex Hieronymo. ¶ Suidas autem tres Pamphilos commemorat: duos Grammaticos, quorum alter patriam Sicyonius, de Grammatica, picturaque, ac claris pictoribus scripsit. Alter Alexandrinus dictionarium edidit, quod & Pratum appellavit id est, variarum rerum collectaneæ. Tertius Atheniensis fuit, reipublicæ explicator.

Pamphylia, [πάμφυλια. Ger. Das Land ist also genennet von allerley Völckern so darinnen gelegen.] Regio in minori Asia, ab Ortu Ciliciam & partem Cappadociæ: ab Occasu Lyciam habens: à Septentrione, Galatiam: a Meridie, mare quod ab ea Pamphylium appellatur. Dicta Pamphylia (ut quidam putant) ab arborum copia, quasi tota frondosa. In ea (ut Pomponius refert) est fluvius Melas, navigabilis, & Eurymedon, apud quem Cimon Atheniensis Persas navali pugna superavit.

Pan, [πάν. Germ. Der Gütter Gott.] A Poëtis pastorum atque adeo totius naturæ Deus esse fingitur: unde etiam à Græca dictione πᾶν, quæ idem significat quod totum vel omne, nomen accepit: quòd putabant uno naturæ nomine omnia complecti. Vide etiam ita Pana vocatum, ut tibi ex toto universo in eo videatur prætermissum. Habet enim cornua in radiorum Solis & cornuum Lunæ similitudinem, rubet ejus facies ad æthetis imitationem: in pectore Nebridem habet stellatam, ad stellarum imaginem. Pars ejus inferior hispida est, propter arbores, virgulta, frutices. Caprinos pedes habet, ut ostendat tutelæ solicitudinem. Hic Dæmogorgonis filius creditur fuisse, & fistulam compositisse septem impari bus calamis, simul conjunctis, propter harmoniam cœli. Hunc Arcades colunt, cum universæ naturæ dominum appellantes. Vnde à Græcis πᾶν appellatur. ¶ Item Pan Latinè incubus dicitur. Incubi verò sunt nocturna phantasmata mortalibus terrorem inferentia. Traditur & cum Cupidine aliquando pugnasse, à quo superatus incidisse in amorem Syringis seu Syringæ virginis, quam quum frustrà Ladonem Arcadiæ amnem nanciscitur, nymphæ precibus in palustrem calamum mutatam vidisset, ex hoc statim compositisse fistulam, quæ illius nomine apud Græcos est vocata, septem imparibus calamis simul junctis, Virgil. 2. Aeglogæ: Pan primus calamos cera conjungere plures instituit: Pan curat oves, oviumque magistros.

Pănætĭus, πανάιτιος, Nicagoræ filius, patria Rhodius, Stoicæ sectæ philosophus, Diogenis familiaris & Scipionis Africani præceptor, quem Cicero sæpe in Officiis imitari profitetur. Hujus autem hoc celebratur aurea illa sententia: Vitam hominum ex improviso assidua & propè quotidiana pericula ferre, ad quæ cavenda, oportere animo semper esse intentum, ut sunt athletæ. Sicut enim illi in certamine athletico, caput, manibus oppositis, quasi vallo præmuniunt: ita animum sapientis advertus petulantiam injuriarum, ictusque fortunæ debere esse erectum, arduum, septum, nequa in re repentina incursio imparatis, improtectis, nobis obortiatur. Fuit & alter Panætius senior, & ipse Rhodius, cujus multa fit mentio apud philosophos. Vtrumq; meminit Suidas.

Pănætōlĭum, πανάιτολιον, Mons est Actoliæ altissimus: ita dictus, quasi totam occupet Actoliam. Plin. lib. 4. cap. 2.

Pănætōlĭcus, ca, cum, adjectivum, ut Panætolicum concilium apud Livium lib. 1. belli Macedonici.

Pănchaĭa, [πανχαία. Germ. Die Landschafft Arabiæ, in welcher Weyrauch allein wächset.] Regio Arabiæ, tota arenosa, in qua arbores sponte natæ thus emittunt. Virg. 2. Aen. Totaq; thuriferis Panchaïa pinguis arenis.

Pănchæi, Populi, qui, ut Pomponius libro tertio refert, deserta Sabæ habitant: qui & Ophiophagi vocantur: quoniam serpentibus vescuntur.

Panchaïe. Insula una Cycladum, alias Amorgus. Steph.

Pāndāmă, Porta Romæ, quæ antea Saturnia dicebatur: ita dicta à verbo Pando, quòd semper pateret ad res quæ in urbem ferebantur excipiendas. Eadem dicebatur Libera, a Libertate. Autores Pompon. Fest. & Varro lib. 4. de ling. Lat.

Pandāria, πανδαρία, Insula est exigua in sinu Campano, distans à continente duodecim quinquagintà stadiis. Strabo lib. 5.

Pandatāria, πανδαταρία, Insula in Puteolano sinu, teste Plinio lib. 3. cap. 6.

Pāndĭon, πανδίων, Proprium nomen Erechthei Athenarum regis filii, qui patri successit in regno. Hujus filiæ fuerunt Progne & Philomela: quarum Prognen Tereo Thracum regi, cujus ope Porti regem profligaverat, uxorem dedit. Reliqua vide in dictione PROGNE. Hinc Pandionia, πανδιονία: hoc est, Attica: & Pandionius, a, um, idem quod Atticus. Lucanus de Pallade: Et Pandioniæ quæ cuspide protegit arces.

Pāndōrā, pandora, πανδώρα. Ab Hesiodo fingitur fuisse prima mulier a Vulcano Jovis nutu fabricata, quã singuli dii donis suis ornaverunt. Pallas enim sapientiæ donum ei contulit: Venus formæ: Apollo musices: Mercurius eloquentiæ. Inde dicta fuit Pandora, quasi omnium donum, vel quasi ab omnibus donata, vel omnium rerum genere donata. Autor Hesiodus in Theogon. ¶ Est & nomen matris Deucalionis, à qua Thessalia Pandora dicta est.

Pāndŏrĕ, πανδώρη, Populi sunt in convallibus Indiæ, (sicut hîc septimo, capite secundo, scribit Plinius) qui ducenos annos vivunt. In juventa capillos candidos habent, in senectute nigros.

Pandōsĭa, æ, πανδοσία, Civitas in Epiro sive Thesprotia, non procul ab Acherontis ostio. Item altera in Lucania Italiæ regione, quæ & ipsa Acheronte quodam fluvio irrigatur, circa quam Alexander Epirota trucidatus est. Nam quum Dodonæo oraculo monitus esset ut Pandosiam urbem, & Acherusiam aquam caveret, ad declinanda fatorum pericula imminentia peregrinam illam sibi fatis opportunam ratus, in Italiam trajecit, ignarus & ibi Pandosiam urbem esse, & Acherontem fluvium: ubi ex nave egressus, vetusto à milite est transfixus.

Pāndrŏsŏs, pen. corr. πανδρόσος, Filia fuit Cecropis Atheniensium regis, soror Aglauri & Herses: de quibus Ovidius libro Metamor. Pars secreta domus ebore & testudine cultos Tres habuit thalamos, quorum tum Pandrosos dextrum, Aglauros levum, medium possederat Herse.

Pānĕus, πανεύς, per simplex n. Fons est sub Libano monte, in quem si qua natantia projiciantur, in lacu, cui Phiala nomen

est, cuncta reperiuntur. Fuit etiam hujus nomine Colchorum fluvius, Bocatio teste, cui oppidum imminet tui nominis, habens posse Heniochorum multimodas gentes.

Pangæus, Promontorium est Thraciæ, Bessis contermínum, & Macedoniæ conjunctum, ad cujus radices Nestus amnis defluit. Est singulari est generis masculini, in plurali generis neutri. Statius: illi Pangæa resultant, Ismara.

Pangæus, a, um, ut Arva Pangæa.

Panhormus. Vide PANORMVS.

Panionium, ut scribit Herodotus lib 2, Locus est sacer in Mycale promontorio, ad Septentrionem vergens, communi consensu ab universis Ionibus Neptuno Heliconio dicatus. Hunc in locum quotannis convenebant Iones, ad peragenda sacrificia, quæ & ipsa Panionia, dicebantur.

Panisci, Dii sylvestres, per diminutionem dicti, quasi minuti Panes, sicut à Satyro Satyriscus inclinatur. Scribit Plinius 35, Paniscum fuisse picturæ à Taurisco pictore.

Pannónii, Ger. Die Vngarn.] Appellantur à Romanis, quos Græci Παίονας, vulgus Hungaros vocitat, quorum fama olim formidine totam concussit Italiam, tanquam essent bello insuperabiles. Hi rebus flavis, Drave, Savo & Istro, vallantur.

Pannónicus, ca, cum, Sueton. in August. Reliqua per legatos administravit, ut tamen quibusdam Pannonicis bellis atque Germanicis autem interveniret, aut non longe abesset. Horum regio, Pannonia, dicta est, quæ ab Oriente habet Mœsiam, quæ & Servia & Bulgaria dicitur ab Occidente Noricum à Septentrione Germaniam & Danubium. Dividitur autem Pannonia in superiorem & inferiorem. Pannonia superior ab Occasu, Norico à Septentrione, Germania & Istro terminatur ab Oriente habet Pannoniam inferiorem: à Meridie Illyrium. Hodie hæc Pannoniæ pars Styria & Austria appellatur, in qua Vienna urbs celeberrima, firmissimumque orbis Christiani propugnaculum. Interior verò Pannonia à Septentrione Germaniam, Danubiumque: ab Occasu Pannoniam superiorem: à Meridie Libarniam, quam hodie Sclavonia appellant, prospicit: ab Ortu verò Iazyges Metanastæ quem tractum hodie Cumania vocant. Hæc Pannoniæ pars hodie etiam nomine Hungaria dicitur.

Pannómphæus, Germ. Ein Jupiter, der über alles stimmen hört.] Jovis epithecon, à πᾶν & φάω, vox sive quòd ab omnibus linguis colatur, sive quòd omnium voces audiat. Ovid. lib. 7 Metam. Ara pannomphæo vetus est sacrata tonanti.

Panópe, es, sive Panopea, Nympha marina, Nerei & Doridis filia: ita dicta à perspicuitate vitæ. Virgil. 5. Aen. Phorcique chorus, Panopeaque virgo. Idem primo Georg. Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ. Heliodorus in Theogonia. Ἀγλαΐη, καὶ Πανόπη, καὶ Ἐυδώρη Παλαιστώ.

Panópolis, Oppidum est Ægypti, Panos cultui præcipuè dedicatum: cujus simulacrum ingens apud illos erat, pudendo supra modum erecto: dextra autem Lunæ flagellum intentans. Hinc Et gentile Panopolites. Nomos quoque vicinus, ab oppidi hujus nomine Panopolites dictus est: de quo Plin. lib 5 cap. 9.

Panórmus, Vulgò Palermo. Ger. Ein Porgebirg in Sicilien / heißt Palermo.] Latinè Statio dicitur: quo nomine dicta est Siciliæ insignis civitas, propter multitudinem navium quæ undique illuc conveniunt. Hæc etiam in omnia genere effertur Panormum. Componitur ἀπὸ τοῦ πᾶν & ὄρμος. Est autem ὄρμος portus pars, liveſ: nonnunquam nautæ Hormizare dicuntur, quando navem anchoris & retinaculis instruunt, quò secura sit à repentinis procellis. Hinc fiunt Panormita, Panormitanus, & Panormitanus, qui ex Panormo est, Ptol. lib. 3. cap. 4.

Pantaeus, Fluvius est in finibus Italiæ non procul à Gargano monte, juxta Calchantis, & Podalirii sacella: cujus aquæ ad pecorum morbos præsens habet remedium. Dictus Pantaces, ἀπὸ τοῦ πάντας ἀκέσασθαι hoc est, à morbis omnibus curandis.

Pantagias, Fluvius qui quum plenus incederet, totam Siciliam fonitu implebat: post raptum autem Proserpinæ quum Ceres filiam quærens obstreperet, tacere jussus, paruit nominis voluntati. Hæc Servius in illud Virgilii 3. Aen. sevo prætervehitur ostia saxo Pantagiæ. Nomen autem videtur accepisse hic fluvius à nimia rapiditate, ἀπὸ τοῦ πάντα ἄγειν, quod omnia quæq; proferentia atque secum rapiat.

Panthea, Vxor fuit Abradatæ regis Susorum, ut forma ita & castitate insignis: quæ quum à Cyro majore, expugnatis Assyriorum castris capta esset, liberaliterq; ab eo habita, Abradatam virum ad se accersivit, eum per communia fœdera obtestans, ut pro tanta regis in se benevolentia aliquid illi meritis rependeret. Qua uxoris oratione inflammatus Abradatas cū universis copiis in Cyri castra venit: ubi quum fortiter dimicans mortem oppetiisset, Panthea cadaver illius inter tot millia cæsorum agnitum, lectica sua ad ripam Pactoli amnis relata: ablutisq; ejus vulneribus quem nunquid post mortem fieri vellet in manibus dedisset, capto in manu pectus inclinato necem sibi conscivit. Vide historiam hanc latiùs apud Xenophontem lib. 7 Paidiæ Cyri.

Pantheon, Ger. Der Tempel aller Göttern oder heiligen zu Rom.] Templum Romæ, ut Dion historicus refertur, in octum, quòd in Martis, Veneris que imaginibus, subterraneo conditorio, omnium deorum imagines effictæ erant. Sive quòd templum rotundum sit, cœloq; persimile ut propterea omnium deorum habitatio censeatur. Potest etiam dici Pantheon, Summum deorum. Nam πᾶν significat omne (quod sanè in similibus tempore ad summum spectare solet) & θεὸς deorum. Plin. lib. 36. c. 15: Pantheon Iovis ultor ab Agrippa factum fuisse narrat. Hodie vulgo appellatur Templum D. Mariæ rotundæ.

Pánthoïs & per contractionem Panthus, Nomen proprium filii Otrei fratris Hecubæ. Vocativum facit Panthu, abjecto s, more Græcorum. Virg. 2. Aen. Quo res summa loco Panthu? quam prendimus arcem? Inde fit Patronymicum Pantholdes, per corr. quo usus est Ovid. lib. 13. Metamorph. pro Pythagora, qui tempore belli Trojani se Euphorbum Panthoi filium fuisse gloriabatur.

Panticapes, Fluvius est Scythiæ quintus ab Istro, (ut scribit Herodot. Libro quarto,) Nomadas à Georgis disterminans.

Panticapæum, Vrbs maxima ad Bosphorum Cimmerium, cæterarum metropolis, condita ab Actæ filio, cui Agnetus Scythorum Rex hunc locum donaverat. Nomen autem accepit à Panticape vicino amne. Meminit hujus oppidi Plin. lib. 4. cap. 12.

Panromatrium, Stephano, Oppidum est Cretæ insulæ mediterraneum, authore Plin. lib. 4. cap. 12.

Papæus, Nomen, Herod. celebratum, quo apud Scythas Jupiter vocatur.

Paphages, Rex Ambraciæ. Is quum obviam factus esset lexmæ canibus suis ilipatæ, ab eadem occisus est.

Paphlagonia, [Lat. Paphlagonia. Germ. Ein Landtschafft des mittlern Asiæ stossend an Galatiam, und das Euxinisch Meer.] Regio minoris Asiæ ad Septentrionale litus versa. Supra Galatiam, cujus eam Ptolemæus partem facit ita dicta, teste Stephano, à Paphlagone Phinei filio. Ejus incolæ dicti sunt Paphlagones: ex quibus fuerunt & Homeri, qui per traditionem patria pulsi, & rege Pylemene ad Trojam amisso, Antenorem in Italiam sequuti sunt, & pro Henetis hæreæ unius immutatione Veneti sunt appellati, autore Livio, libro 1. ab Vrbe condita. Paphlagonia (ut Solinus scribit) a Cytoro monte consurgit porrecta in spatium trium & sexaginta millium. In ea Mahlandres Euxeinum concidit, quæ fusa à Pompejo, Pompejopolis nominata fuit.

Paphus, Filius Pygmalionis filii Cilicis ex Eburnea matre. Quum enim olim Pygmalion in Cyprum insulam pervenisset, compertis mulieres omnino libidinosè sequentes, cælibem vitam ducere statuit. Porrò quum ingenio valeret, efferè; seu prærutigens, dictum sibi ex cædi simo ebore mulierem simulacrum, omnis venustatis, formæque numeris (quoad fieri potuit) absolutum. In quo quum nonnemo ingeniosus artem suam mirarentur in ejus amorem incidit, gravitq; Venere, quæ summa cum veneratione ei tempora in Cypro celebrabatur, uxorem sibi concederet illatum hanc eburneæ simillimam. Quibus precibus à Venere exauditis, Pygmalion domum rediit statuam suam animatam invenit, fœtatisq; iisdem incumbentis, cedentq; eandem, in formositatisq; ejusdem incrementis, virginem transformatam. Cujus postea concubitu suscepit, ex ea Paphum filium suscepit, qui & patri in regno successit, ex ea Paphum filium suscepit, qui & patri in regno successit, condidit, urbem in Cypro, quam de suo nomine Paphum appellavit: constructo etiam in eo templo & ara in honorem Veneris, cui duo solo thure sacrificatū est. Virg. lib. 10. Aen. Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera, &c. Unde Paphius, a, um, unde & Paphia Venus dicta est, quòd apud Paphum coleretur.

Papia, [Vulgò Pavia. Germ. Pavey.] Civitas Insubrum, Ticinum, nomen Ptolemæo appellata, olim Ostrogothorum & Longobardorum regum sedes.

Papiniánus, Jurisconsultus, Severo principi gratissimus, Scævolæ discipulus, cui in advocatione fisci successit. Is et cui Elius suus Severus moriens commendavit: deinde ab Antonino Caracalla secum percussus. Causa necis traditur, quòd Caracalla, interfecto fratre Geta, eum damnaverit ut & in Senatu, & apud populum factum dixerit: illum autem sponsisse, non tam facilè parricidium excusari posse quam factum. Spartian.

Papinius Statius, Neapolitanus inter heroicos poëtas relatus, haud ignobili genere ortus est. Quidam scribunt majores

ejus

cius oriundos esse Epiro, dicq; versatos Sellis non sine admiratione ingenii & probitatis. Patrem Papinii habuit, qui ob insignem eruditionem, egregiasq; virtutes Neapoli civitate donatus est, in qua Statius Papinius poeta natalem suum habuit. Edidit multa & varia poemata. Thebaidem libris duodecim, quos consecravit Cæsari Domitiano. Præterea opus Sylvarum. Postremo Achilleida aggressus, morte præventus tantùm reliquit inchoatam. Ex Crinito.

Papirium, τὸ Παπίριον, Vrbs est Paphlagoniæ: à qua fit gentile Papirius, Παπιριεύς. Autor Stephan.

Pāppus, ὁ Πάππος. Philosophus Alexandrinus, scripsit de situ orbis: de fluviis Africæ: & commentarios in Ptolemæum.

Paprimis, ἡ Παπρίμις, Aegypti oppidum. Cujus civis Paprimites, Παπριμίτης. Stephan.

Pāpȳrius, A velocitate Cursor dictus, qui Dictator creatus adversus Samnites, quum se adversis omnibus progressum esse sentiret, ad auspicia repetenda Romam rediens, edixit Fabio Rutiliano magistro equitum, quem exercitui præfecerat ne manus cum hoste conferret. Sed quum ille opportunitate ductus pugnasset, ac vicisset, reversus eum ferire secuti voluit: ille in urbem confugit: ubi quum nec supplices Tribuni sacris eum tueri auderent: victus tandem Dictator populi precibus, miserique parentis lacrymis, supplicium ei remisit paucisq; post diebus ducto de Samnitibus triumpho, Dictatura se abdicavit. Vide Liv. lib. 9. ¶ Lucius Papyrius Cursor, superioris filius, de Samnitibus secundum patrem omnium pulcherrimam victoriam reportavit: ædemq; Fortunæ de manubiis faciendam locavit. ¶ Papyrius Crassus, quum Privernates intra mœnia fugasset, ac pro rebus bene gestis triumphus ei negaretur, in monte Albano triumphavit, & pro laurea usus est myrtea corona. Valer. lib. 4. ¶ Papyrius Carbo, cum dentibus natus, ut scribit Plin. lib. 7. cap. 16. ¶ Papyrius prætextatus, nobilis adolescēs, ex eo cognomen adsecutus, quòd in prætexta & adolescentia magnæ indolis atque ingenii specimen dedit. Quum enim à patre daceretur in Curiam, in cujus forte arcana quædam tractarentur, domum reversus, interrogatus à matre quinam in Senatu essent actum: Vt duæ (inquit) uni nubere possint. Quæ res inter matronas sparta, mane gregatim ad Curiam concurrunt: multò equius esse clamantes, duobus unam nubere. Cujus clamoris causâ tandem intellecta, Senatus Papyrii in ætate taciturnitatem admiratus, fuit in posterum ex æqualibus aditum consessit in Senatum. ¶ Papyrius item alius fuit, qui quum Publium quendā adolescentem nobilem ære alieno sibi devinctum, & in servitutem adjudicatum haberet, fœdoque ejus amore captus, generosum animum ad turpe obsequium nulla ratione posset inflectere, eaq; de causa adolescentulum multis, & plagis, & cōtumeliis afficeret, re in Senatu cognita, in carcerem conjectus est, cautumq; est ne quis in corpora liberorum aliquem cuippiam in posterum juris haberet. Simile quiddam refert Valer. lib. 6. cap. 1. de T. Veturio, & Calio Plotio.

Paradisus, Vide in APPEL.

Parælus, Vrbs condita à Pareto Minois cognato, Steph.

Parætonium, τὸ Παραιτόνιον, ubi Mareotidis oppidum est, stadiis fere nonaginta distans à Catabathmo. Alio nomine Ammonis dicitur. Habet portum ingentem, XL. fere stadiorum. Autor Strabo lib. 17.

Pārætōnĭus, a, um, adjectivum. Lucan. lib. 3. Vēque Parætoniās Boa ad littora Syrtes. Silius item lib. 3. Perque Parætonia celebratum littora Syrtis. Ab hujus oppidi nomine etiam Parætonium appellatum est coloris quoddam nativi genus, quod circa hanc urbem in littore solet inveniri, ex spumantibus, ut creditur, cum limo solidata: unde & minutæ conchulæ plerunque in eo inveniuntur. Autor Plin. lib. 35. cap. 6.

Paralus, Vide in APPEL.

Parapotamia, ἡ Παραποταμία, Regio Assyriæ, Tigri fluvio proxima: unde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 6. cap. 28.

Pārcæ, arum. [Germ. Die drey Göttin von welchen die gelehrten gedichtet haben: daß sie einem jeden die zeit seines Lebens: sowie sein glück oder unglück bestimmen.] Dictæ tunc à Parco, per contrarium significationem, quòd nemini parcant. φειδομένας, ideò tres esse Parcas arbitrantur, quoniam tria sunt tempora in quibus omnia evolvuntur. Varro à parendi unius literæ mutatione deduci putat: quoniam ut (scribit Hesiodus) multis bonis hominibus malum; ita contrà multis malis bonum contingere cernitur. Juven. Satyr. 9: Hæc exempla para fuit cibus atque Clotho. Et Lachesis gaudent si pascitur inguine venter. Harum nomina erāt Clotho, Lachesis, & Atropos, quas Cicero Erebi & Noctis filias fuisse scribit, & easdem cum Fatis fuisse existimatas: Vnde & illud Cleanthis: Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Tinguntur vitæ hominum præsse, & nendo eam ducere. Quapropter fanificas sorores appellat Mart. lib. 6: Similibi fanificæ ducunt non pulla sorores Stamina, nec fusdas vox habet ista deas. Apuleius. Tres Parcæ tria fata fant numero, cum ratione temporis facilè id, si potestatem earum ad ejusdem similitudinem temporis referas. Nam quod in fuso perfectum est, præteriti temporis habet speciem: & quod conquetur in digitis, momenti præsentis indicat spatia: & quod nondum ex colo tractum est, subactumq; cura digitorum, futuri & consequentis seculi posteriora videtur ostendere. Lachesim dictam esse putant à λαγχάνειν, quod Græcè sortior significat. Atropon: quia verti: hoc est, mutari aut flecti non potest, ab α privativa particula & verbo τρέπω, quod est verto. Clotho: quoniam contorta & convoluta omnia tenet: à verbo Græco κλώθω, quod significat neo, vel circumvolvo.

Părentium, τὸ Παρεντίον, Istriæ oppidum est, cujus meminit Ptolemæus libro 3. cap. 1. Hinc Parentinus, gentile. Παρεντῖνος, Stephanus.

Părētācēnī, οἱ Παρητακηνοί, Populi Medię, aut certè Mediæ finitimi juxtà Elymæos, montium incolæ, & latrocinio victum quærentes. Meminit horum Herodotus lib. 1, & Strabo lib. 11, & 16.

Pareronium, vide PARAETONIVM.

Părĭĕdrēs, οἱ Παριήδρεις Ptolemæo. Pars Tauri montis, in finibus majoris Armeniæ, ex qua Abiarus fluvius oritur. Autor Plin. lib. 6. cap. 9, & lib. 5. cap. 27.

Parienna, τὸ Παρίεννα, Ptolemæo libro secundo, capite 11. Germaniæ urbs.

Parilitium, vide in APPELL.

Părĭs, Paridis, ὁ Πάρις. Germ. Der Printz Paris in Trojanischen Historien genannt auß Griechenlandt entführet hat.] Priami Trojanorum regis, & Hecubæ filius, alio nomine Alexander appellatus. Cujus matri, quum illa se face ardentem părere somniasset, conjectores respondērunt fore ut filius, quem in utero gestabat, causa esset Trojani excidii. Quæ ut cognita, Priamus puerum, ubi primùm fuit natus, Archelao servo exponendum tradidit. Cui à Hecuba tum materno affectu, tum infantis forma commota, curavit ut furtim nutriretur à pastoribus in Ida monte. Vbi quum adolevisset, Oenōnem virginem amavit, & cōpressit, susceptoq; ex ea duos filios. Porrò quum in dirimendis controversiis esset æquissimus, maximam justitiæ famam sibi comparavit, adeò ut orta inter deas, Junonem, Palladē, & Venerem disceptatione de formā propter aureum pomum à Jove cœlitus demissum, in quo scriptum erat: Detur pulcherrimæ: judex sit alvis constitutus. Quas quum vicissent nudas, sententiam secundum Venerem tulit, quæ pulcherrimam fœminarū illi uxorem promiserat, neglecto regno quod pollicebatur Junō, & contempta, quam Pallas offerebat, sapientia. Præterea quum esset formosissimus in agonali certamine, quod ad Troję agebatur, cāmalios omnes superavit, tam ipsum etiam Hectorem: qui quum iratus quòd ab imbecilliore vincerētur, gladium in eum strinxisset, pastorem esse eum purās, Paris illi aperuit, se ejus fratrem esse germanum: quod & allatis crepundiis probavit: quum adhuc suo pastorali habitu lateret. Sic agnitus cognatus, à patre receptus est. Deinde cōtractis ingentibus opibus per speciem legationis ad reperendam Hesionem, in Græciam missus est: ubi à Menelao, hospitio est susceptus. Verùm quum ille necessaria de causa in Cretam navigare cogeretur, Paris sibi occasionem rei benè gerēdæ oblatam ratus, Helenam quam multo amore deperibat, rapuit, & in Asiam abduxit. Alii tradunt in Græciam venisse absente Menelao, Helenæque pulchritudine captum, Spartam expugnasse, illamque etiam renitentem, & omnes regios thesauros rapuisse, & eo in portu Helenam dignatum fuisse, quæ à viro, atque adeò à tota Græcia tantis opibus repetebatur. Ita Helenæ raptum esse deinde cœptum bellum Trojanum, in quo singulari certamine cum Menelāo congressus, quum penè vincerētur, à Venere pugnæ subtractum. Postremò Hectore & Troilo fratribus occisis, quum ipse sumpto arcu & sagittis quibus platimum valebat, Achillem sub prætexta de sponsanda Polyxenæ sorore in templo Thymbræi Apollinis interfecit, fertur eum quoque à Pyrrho, sive (ut aliorum est opinio) à Philoctete esse interfectum: post cujus mortem Helenam Deiphobo nupsisse, Ovid. in Epitho. Bella gerant alii, rapta Paris semper ama.

Părīsĭi, Parisiorum. [Vulgò Paris. Germ. Die Pariser in Franckreich.] Populi sunt inter Celtas ad Sequanam fluvium, inter Senones & Bellovacos: quorum caput est Lutetia, optimarum omnium disciplinarum parens, olim in Sequanæ insula sita, hodie verò prolatis ejusdem pomœriis tantopere aucta, ut nulli potentissimarum urbium merito debeat posthaberi. Vide Cæsarem lib. 6. Comment. & Ptolem. lib. 2. cap. 8.

Părĭum, τὸ Πάριον, Troadis oppidum ad Propontidem, teste Strabone lib. 13. à Milesiis, Erythræis, Parisque condītum, juxta quod, teste Plin. lib. 7. cap. 2, Gentes fuerunt quæ Ophiogenes vocantur, serpentum ictus levare solitæ & manu impolita venena extrahere corpori, quarum etiam sua ætate paucos, reliquos fuisse, autor est Varro, saliva sua serpentum ictibus medēri

deri solitos. In eodem oppido, teste Plin. lib. 16. cap. 5. Cupido nudus fuit par Veneri Gnidiæ nobilitate & injuria.

Pārĭus, paria, parium, πάριος, adiectivum: Vnde Parius lapis, sive Parium marmor, quod candidum erat, & sculpturis aptissimum. Virg. 1. Aenei. Parióve lapis circundatur auro.

Pārma, nomen est fluvii, à quo Parma urbs in Insubribus celebertima appellata est. Hæc patria fuit Cassii Poëtæ, & Macrobii, virii ingenio & doctrina præstantis.

Pārmĕnides, παρμενίδης. Eleates philosophus, Xenophanis auditor, atq; amicus, à cujus nomine Plato Dialogum, quem de Ideis conscripsit, Parmenidem appellavit. Hic carmine Physiologiam expressit, sicut Empedocles & Hesiodus, duplicem que eam esse disciplinam quæ veritate constaret, alteram quæ opinione. Primus deprehendisse dicitur eundem esse Luciferum & Hesperum: alii Pythagoram dicunt. Autores Suidas, & Diogenes Laërtius. Hic censuit sempiternum atque immobile esse universum, quod maximè unum secundùm veritatem rerum subsistat: solum enim esse simplex, & intepidum atque ingenitum: generationem verò eorum esse quæ falsa existimatione videantur esse, quum nō sint. Sensus autem semovendos à veritate putat. Affirmat enim, si quid est præter ens, id esse non ens. Non ens autem, non esse in rebus, & sic ens vivencium sibi relinquitur: terram verò densioris aëris deflaxo factam arbitratur.

Pārmĕnĭo, παρμενίων, unus fuit ex præcipuis amicis Alexandri Macedonis, qui eum in Asiaticam expeditionem cōtecutus, cujus frequens est mentio apud Curtium.

Pārmĕno, parmenonis, παρμένων, Personæ Comicæ nomen apud Terentium in Eunucho, ἀπὸ τοῦ παραμένειν, hoc est, à diutius commorando (ut videtur) impositum.

Pārnassĭus, gemino ss, ficta apud Stephanum & Suidam legitur παρνησσός) mons est in Phocide, ut autor est Plin. lib. 4. c. 3. & Strabo l. 8. & 9. [Germ. Einhohe Berg in Phocide, darvon den Apollini zugeeignet.] duos vertices habens, quorum unum Tithoreā vocāt: alterum Hyampeum, Herodotus in Vrania tradit. Citharon autem & Helicon, quos Servius male putavit esse Parnassi juga, montes ab hoc diversi & disjuncti sunt, ita ut Helicon à Parnasso circiter quindecim passuum millia: Cithæron verò triginta distet. Fit autem (sicut docet Strabo) Helicon Parnasso æmulus & altitudine, & circuitu. Quamvis autem Musis natalem solam in nemore Heliconis scripto-res assignant. Cyrrha verò & Nysa, quas nonnulli etiam tradiderunt esse Parnassi vertices, nomina sunt civitatum. Cyrrha sub Cyrrhi rupe Parnassi, in planitie maris vetus, locata est: Nysa verò, non in Parnasso, sed in felici Arabia sita est: in qua quum Bacchus nutritus esset, in ejus memoriam ipse postea aliam in India condidit. Est igitur Parnassus mons Phocidis, sacer Baccho & Apollini. Ovid. 1. Metamorph. Separat Aonios Aëtæis Thuria ab arvis Terra ferax. Mox addit: Mons ibi verticibus petit arduus alta duobus, Nomine Parnassus, superatq; cacumine nubes. Lucan. lib. 5: quātum remotus Eoo Cardine Parnassus, gemino petit æthera colle. In hoc monte rupes vel majestate animosis, vel situ ipso horrorem videntibus incutit, undique serè præceps in formam theatri: Hic est, Apollinis Delphici templum, hic fons Castalius, Musis sacer. Hic habitavēre Pieres, natio Thraciæ: unde Pierius mons, & Pierides Musæ, sub Parnasso habitaverunt. Hyantes populi: Vnde aquam Parnasii fontis, Hyantida dicunt. Hic fontes Aracynthus, Hippocrene & Aganinpe.

Pārnassĭus, Parnassia, parnassium, παρνάσσιος, παρνασσικός. Virg. 7. Aeglog. Nec tantum Phœbo gaudet Parnassia rupes.

Pārnus, πάρνης, Nauta fuit se ferens pauperculus, qui ob amissam navigiolum, cum obvius quibusque litigabat. Hinc adagium: Dicere prose ob Parni scapulam, id est, ob res nimiatulas multū movere litis & querelarum. Erasmus ex Diogeniano.

Pāropamisadæ, παροπαμισάδαι, populi Asiæ, qui (sicut refert Ptolemæus) ab Oriente, parte inferiore ab Occasu, Arabia terminantur: à Meridie, Arachosia. Meminit horum & Plin. lib. 6. cap. 20 & 23.

Pārŏs. [πάρος. Germ. Eine auß den Cicladischen Inseln des Aegeischen Meers.] Insula est una ex Cycladibus, quæ à Delo triginta quinque milibus distat, ex quo Parius lapis advehi solet, colore candido, & statuis excudendis aptissimus. Virgilius libro tertio: Oleariosq; nives quamque Paron, Iparlasque per æquor Cycladas.

Pārrhăsĭa, παρράσια, Regio in Peloponneso, alio nomine dicta Arcadia, Lycaonis patria. Vnde Parrhasius, a, um, παρράσιος, παρρασικός, pro Arcadico. Virg. 8. Aen. Hinc lucum ingentem, quem Romulus asser Asylum Rettulit, & gelida monstrat sub rupe Lupercal, Parrhasio dictum Panos de more Lycæi. In ea mons est Lycæus, in quo bicornis Fauni templum fuit, à quo Lycæa lupercalia sacrata, nobis Lupercalia dicta Ovid. l. 2. Fast. Quid vetat Arcadico dictos à monte Lupercos? Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.

Pārrhăsis, παρρασίς, Patronymicum est fœminarum à Parrhasio. Hinc Parrhasis ursa apud poëtas pro Polo arctico, quod Callisto, quam à Jove compressam atq; in hoc signum cōversam fabulantur, Lycaonis Parrhasiæ: hoc est, Arcadiæ, regis filia dicta sit. Lucan. lib. 2: sed nocte sopora Parrhasis obliquos Helice quum verteret axes.

Pārrhāsĭus, παρράσιος, Nomē pictoris Ephesii, qui cum Zeuxide in certamen picturæ descendit: & quū ille detulisset uvas pictas tanto successu, ut in scenam aves advolarent: ipse detulisse linteum pictum traditur, ita veritate representata, ut Zeuxis alium judicio tamen, flagitaret tandem remoto linteo, ostendi picturam: atq; intellecto errore concederet palmam ingenio pudore: quoniam ipse aves fefellisset. Parrhasius autem se artificem. Hic primus symmetriam picturæ dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris expressit. Autor Plin. lib. 35. cap. 10. Horat. l. b. 4. Carmin. Quos aut Parrhasius protulit, aut Scopas, Hic saxo, liquidis ille coloribus, &c.

Parthĕnĭus, παρθένιος, Mons Arcadiæ, teste Plinio lib. 4. cap. 6. Ita dictus à virginibus, quæ in eo Veneri frequenter sacra facere solebant. ¶ Est & Parthenius, παρθένιος, fluvius Paphlagoniæ. Ovid. lib. 4. de Ponto: Parthenius quæ tapax, & volvens saxa Cynapes. ¶ Parthenius item, Poëta Nicæus, ut ait Suidas, Elegiarum, variique carminis scriptor: à Cinna in bello Mithridatico captus, deinde ab illius ingenium manumissus. Vixit usque ad Tiberium Cæsarem, qui, teste Tranquillo, ejus scriptis admodum delectabatur. Hujus Parthenii locos Virgilius quandoque mutuatur, cujusmodi est illud: Glauco, & Panopeæ & Inoo Melicertæ. Autor Gellius. ¶ Fuit item alter Chius genere, filius Thestoris, qui vocabatur Chaos, ex Homeri Poëtæ posteris. Scripsit versus in laudem patris Thestoris. Suidas.

Parthĕnĭus, adiectivum: ut Saltus Parthenii, Virg. 10. Aeglog.

Lutia Parthenia, apud Claudian. 2 de Rap.

Parthaon, pen. prod. Pater Oenei regis Aetoliæ, apud Ovid. 9. Metam. in principio.

Parthĕnŏpæus, pen. prod. παρθενόπαιος. Martis & Menalippes filius fuit, teste Servio, qui in bello Trojano periit. Virg. 6. Aeneid. Hic alii arcturi: Tydeus, hic inclytus armis Parthenopæus, & Adrasti pallentis imago.

Parthĕnŏpe, παρθενόπη, Una Sirenum, quæ præ dolore, quòd præterentem Ulyssen cum suis ab scopulo eum pellicere non potuissent, in mare se præcipitaverant. Harum alia in loca. Parthenope autem eo delata est, ubi postea cōdita Neapolis est, præclara urbs Campaniæ, quæ ab ejus nomine etiam Parthenope est appellata. Neapolim autem postea dictam fuisse hanc urbem nonnulli putaverunt, quòd ab Augusto sit instaurata quod falsum tamen est. Nam etiā apud Lycophronem, qui Ptolemæi Philadelphi temporibus multis ante Augustum annis claruit, Neapolis hæc urbs appellatur: & civis ipsi, Neapolitani, quos scribit quotannis ad tumulum Parthenopes faces tulisse. Verisimilior est eorum opinio, qui hanc urbem à juventute Cumana conditam tradunt, qui fortè quum in eo loco Parthenopes corpus in veteri monumento condituum reperissent, nomen ejus urbi indidēre. Sed postquam loci ubertate atque amœnitate majorem in modum frequentari civitas cœpit, veriti ne Cumæ deficerēt, diruendi Parthenopem consilium invēre. Quo facto, mox immani pestilentia vexati, oraculo moniti sunt, ut urbem instaurarēt. Itaque jussu restitutam, Neapolim: hoc est, novam urbem vocavēre. Hinc Parthenopæus a, um, παρθενοπαῖος.

Parthĕnŏpŏlis, παρθενόπολις, Oppidum Thraciæ, teste Plinio lib. 4. cap. 11. Stephanus Parthenopolim in Macedonia collocat, dictamque putat à filiabus Gerasti filii Mygdonis, quo quum agrestes & inhumanæ essent, pater ut eas ad civiliorem vitam traduceret, civitatem hanc earum gratia condidit. ¶ Est item Parthenopolis, Bithyniæ oppidum apud Plinium lib. 5. cap. 32.

Pārthi. [παρθυαῖοι. Stephano. Germ. Der Parther Land ist Persien gegen in Asserien.] Regio Assyriæ, à qua Parthi, παρθυαῖοι, παρθικοί, Parthæi: hi in gens Scythica, quæ postea ad Medos profugit: unde & nomen acceperunt. Nam Parthi lingua Scythica exules dicuntur: autor enim est Iustin. lib. 41. ob exilium à Scytharum, Parthorum imperium fuisse delatum. Horum regia duodevigesimo fuisse lapide scribit Plin. lib. 6. cap. 15. Ab Ortu habet Arios: à Meridie Carmaniam: ab Occasu Medos: à Septentrione Hircanos.

Parthini, Populi sunt Macedoniæ provinciæ. Plin. lib. 4. c. 23. in descriptione Macedoniæ.

Paryſatis, παρυσατις, Xenophon. Plutarchus, Cyri filia, & Artaxerxis mater.

Pasiphăē, per quatuor syllabas, πασιφάη, Filia Solis, & uxor Minois regis Cretæ, quam fabulæ ferūt Tauri amore captam fuisse, Dædalique operā, qui ligneæ eam vaccæ inclusit, veri

compotem faciam, Minotaurum peperisse, media parte hominem, reliqua taurum referentem: quod monstrum postea in Cretensi labyrintho Theseus dicitur interfecisse, Ariadnæa ope adjutus. Servius Minois fœtum fuisse tradit nomine Taurum, cum quo Pasiphaë mutuo ejus amore capta, in Dædali ad hos concubuit. Debac Virg. 6. Aeglog. Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent, Pasiphaën, nivei solatur amore juvenci.

Pasiteles, Insignis statuarius fuit, & artis plasticæ peritissimus: de quo vide Plinium lib. 35. cap. 12.

Pasithea, Una ex tribus Gratiis, quam alii Euphrosynen vocant. Statius: Non hoc Pasithee blandarum prima fororum.

Pasithoë, Nomen est nymphæ marinæ, Nerei & Doridis filiæ, auctor Hesiodus in Theogonia.

Pasitigris, Tigris amnis appellatur, ea in parte qua duo ejus alvei confluunt Plin. lib. 6. cap. 27: Tigris citra Seleuciam Babyloniam CXXV. M. pass. divisus in alveos duos: altero Meridiem ad Seleuciam petit, Mesenem perfundens: altero ad Septentrionem flexus, ejusdem gentis tergo, campos Cauchas fecat. Vbi temeavère atque Pasitigris appellatur.

Pasithis, & Achemon Cercopes fuere filii Semonidis mulieris fatidicæ, qui cum nullo non injuriarum genere in obviam quemque debacchantur, à matre admoniti sunt ut sibi à Melampygo caverent. Evenit deinde ut Hercules sub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Accesserunt Cercopes fratres, cumq; dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. Achille protinus insidias sentiens, correptos ac vinctos, de clava suspendit leporum more, & ad eum modum gestabat. Pendentes itaque capitibus deorsum demissis, pilosum Herculis nigris pilis horridum atque hispidum natem, non Lydorum more læve ac depilatum, materni monitis memores, cædere inter se confabulabantur. Quod simul ac audivit Hercules, cognomine delectatus, & in risum solutus, vinculis eos liberatos dimisit.

Pastophori, penult. com. Sacerdotes sacrosancti Aegyptiorum, honoratiores cæteris. Dicti quod ferant pallium Veneris, cui nomen est Pastos: à quo & ipsa Venus Pastas dicta est.

Pastophorium. Vide in ADYTUM.

Pitalus, Insula vicina Cariæ, apud Stephanum. Gentile est Pitalius.

Patari, pen. cor. Vrbs Lyciæ, ubi Apollo dabat responsa tex hybernis mensibus, ut tradit Servius. Dicta à Pataro Apollinis filio ex Lycia Xathi filia: vel ab alio Pataro Lapeonis filio. ¶ Hinc Patareus, a, um, Stat. lib. 1. Thebaid. Phœbe parens, seu te Lyciæ Patarea nivosis Exercent dumeta jugis. Ovid. 1 Metam. Nulli Delphica tellus, Et Clarios, & Tenedos, Patareaq; regia servit.

Patavium, Longè clarissima Venetorum ditionis atque imperii urbs in Italia, quæ alio nomine dicitur Padua, ab Antenore condita, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 19. & Ptolem. lib. 3. cap. 1. Extat hodie in eadem urbe Antenoris sepulchrum vetustissimum cum hujusmodi inscriptione, quæ ob nimiam vetustatem vix legi potest: Inclytus Antenor patriam vox vita quietem, Troasluit hue Henetos, Dardanidumque fugas: Expulit Euganeos, Paravinam condidit urbem: Quem tenet hic humili marmore tecta domus. Virg. lib. 1. Aen. Hic tamen ille urbem Patavi, sedesque locavit. ¶ Alia ejusdem nominis urbs Ptolem. in Ponto, sive Bithynia, quæ hodie vulgò Pabat dicitur. Vide PADVA.

Paternianum, Ptolemæo lib. 2. ca. 6 oppidum Carpetanorum in Hispania Tarraconensi.

Patmos, [Germ. Ein Insel auf der Cycladischen, in welche S. Johannes der Evangelist ist verstossen worden.] Insula in mari Aegæo, quæ (ut Plinius scribit lib. 4. cap. 12.) patet circuitu triginta millibus passuum. In hac Iohannes Apostolus exul Apocalypsin scripsit.

Patiramphes, Nobilis Persa, Otanis filius, & antiqua Xerxis. Herod. lib. 7.

Patizithes, Vir Persa magnus, qui Smerdim fratrem suum similem Sozendi fratri Cambysis Persarum regem declaravit. Fuit enim præfectus Cambysis apud Persas. Vide Herodot. lib. 3.

Patræ, trium, Civitas in Achaia propriè dicta juxta Olenum, quam Pausanias Aroën dici prius solitam affirmat: mox à Patræo, meritis ampliatis nomen accepisse, quod nunc habet. Hujus meminit Plinius lib. 4. cap. 4. Ovid. lib. 8. Metam. Messeneque ferox, Patraque, humilesque Cyllenæ et Patris scribit Thucydides, lib. 6.

Patrensis, a, um, Adjectum nomen à Patris Achaiæ oppido, ad Occasum Peloponnesi situ. Cognomen ei ab Oleno Cicero Thermo: Vt obtineat jus in agris, quod ei Patrina civitas decrevit, & dedit.

Patrasis, Vrbs Pontica, teste Stephano: à qua dedu-citur gentile Patrasides.

Patrocles, Proprium nomen assentatoris Philippi Macedonum regis.

Patroclus, Menœtii filius & Stenelæ, qui occidit per ludum Astragalorum Cleonymum, seu (ut alii placet) Arcadæ Amphidamantis filio, solum vertens, in Phthiam venit, ubi à Peleo propter genetis propinquitatem susceptus est, & unà cum Achille apud Chironem educatus, cum eodem arctissima amicitia junctus vixit. Postea etiam cum Achille ad expeditionem Troianam profectus est, ubi armis Achillis indutus, cum Hectore pugnans, ab eodem confossus, occubuit. Quod quum resciviset Achilles, tametsi propter creptam sibi ab Agamemnone Briseida bello abstinere omninò constituisset, nihilominus mutato proposito, arreptis etiam à Thetide armis à Vulcano fabricatis ab bellū rediit, nec prius quievit, quàm hoc mortem est ultus.

Patulcius, dictus est Ianus, quòd tempore belli, portæ templi ejus paterent. Macrob. lib. 1. Saturn.

Paulus, li, Latinè modicus, Græcè μικρὸς. Nā μικκὸς quites dicitur. Hoc nomine dictus L. Aemilius, qui in prælio Cannensi pro patria occubuit. ¶ Et qui multò fortunatior patre victum Persea Macedonum regem in triumpho vexit. ¶ Est & Paulus, a, um, adjectivum, à Parum, quo rarissimè usi sunt autores, nisi in ablativo. Plaut. in Batch. Pacisci cum illo paula pecunia potes. Terent. in Andr. Dum in dubio est animus, paulo momento hucilluc impellitur. Idem in Adelph. scilicet ita eos loco labere eductos maximo, hoc fratri tuus Paulo sumpta.

Pausanias, Cleombroti filius Lacedæmonius imperator, qui una cum Aristide Atheniensi vicit Mardonium Medum Xerxis regis generum apud Plataeas, cum ducentis peditum millibus electis, & viginti equitum millibus, haud ita magna manu. Et quum multum sacrementi Lacedæmonios adjecisset, in mores Asiaticos labi sensim cœpit. Deinde quoque amentiæ dicitur tandem progressus, ut cum Xerxe pactiscretur, se illi imperium Lacedæmoniorum proditurum esse, si filiam sibi in matrimonium collocasset. Quo nomine in judicium vocatus in templum Minervæ confugit, ubi interfectus est, cadaverque ejus in barathrum abjectum. Autor Thucydides lib. 2. ¶ Fuit & Pausanias nomen autoris Græci scriptoris, qui floruit Hadriani & Antonini temporibus. Scripsit Chronica Lacedæmonica, de Amphyctionibus, & Lacedæmoniorum fenis. Autor Suidas. ¶ Alius præterea fuit Pausanias Macedo adolescens, qui quum primis puberatis annis stupri ab Attalo parvi esset pallus, & quod deterior esset, omnibus etiam convivis veluti scortum ad stuprum oblatus, de tanta injuria ad Philippum Macedonum regem querelam detulit, illamq; probri ultionē postulavit: verūm quū se etiam à rege inde videret, iram in eum convertit, ulciscendique quam ab inimico non poterat, ab iniquo judice exegit. Autor Diodorus & Iustinus. ¶ Pausanias Cæsariensis, Grammaticus æqualis Antiochi, scripsit de cōstructione librum unum, Problematum item unum, quem inter malos Rhetores recenset Philostratus in Vitis Sophistarum. Autor Suidas.

Pausias, Nomen pictoris Sicyonii. Plin. lib. 35: Iotēt pictores (inquit) Pamphilas doctissimè tradita. Pausiam Sicyonium, primum in hoc genere nobilem. Inter omnia hujus operis præcipuæ admirationi fuit tabula quædam, qua Glyceram municipem suam à se amatam, sedentem pinxit, & coronas ex floribus nectentem: quod opus ex argumento Stephanoplocon appellavit.

Pausiacus, a, um, adject. Horat. 2. Ser. Satyr. 7: Vel cum Pausiaca torpes insane tabella: hoc est, tabula à Pausia depicta.

Pausilypum, Villa est Campaniæ, ab amœnitate dicta, ἀπὸ τοῦ παύειν τὴν λύπην: hoc est à cura, mœroris que cessatione. Plin. lib. 9. cap. 15. Pausilypum, villa est Campaniæ, haud procul Neapoli. Idem lib. 3. cap. 6. Inter Pausilypum & Neapolim Megaris.

P ante E.

Pecūsium, Palatii regio urbis Romæ, quam Romulus obtinuit simul ac urbem condidit. Ea pars ita dicta quia plurimum erat agri Romani ad mare versus, & quam notissimè adibatur urbs. Festus autor est, & indicat Varro lib. 4. de ling. Lat. Nonnulli legunt Pecusium.

Pedæus, fuit Antenoris filius nothus, Homerus libro Iliad. 5.

Pedasus, Fuit, teste Homero lib. 6. Iliad. Bucolionis maximi Laomedontis filius. ¶ Et ejus nominis civitas Pyleo finitima, vicina Troiæ, ut idem Homerus est autor lib. Iliad. 9. ¶ Est etiam Pedasus unus ex equis Achillis, ut idem tradit Iliad. 16. quem eversis Thebis Ectionis cepit, equisq; suis immortalibus comitem addidit.

Pedum, Stephano, oppidum non longè à Prænestinis: à quo Pedani, populi: quorum meminit Plin. lib. 3. ca. 5.

P 3 Livius

Livius Lib. 8, ab Vrbe. Neq; tamen ſi à modicis pauca populis, Pedani adjuti ſunt. Tyburtes, Præneſtinique, quorum ager propior erat, Pedum pervenere.

Pediculi, populi Calabriæ, Peucetiis & Brundiſiis finitimi: quorum oppida ſunt Rudiæ, Egnatia, Barium, Amitia, & Padium. Autor Plinius libro 3. cap. 11. Strabo lib. 6. Pœdiculos appellat.

Pedo, Albinovanus, Poëta fuit Epigrammatographus, qui ſub Auguſto floruit, & ad Neronis uſque tempora pervenit. Præcipuè amicus fuit Ovidio, qui Pedonem cum vocat, lib. 4. de Ponto, Eleg. 10. Si rogat hoc aliquis cur ſint narrata Pedoni, &c. Alibi etiam Sidereï epitheto eum honeſtat, vel propter excellentiam, vel quia fortaſſe de ſideribus ſcriptum aliquid edidiſſet: ſic enim ait Eleg. 16. Quamvis foret & Marius, magnique Rabirius oris, Lucretiusq; Macer, ſidereuſq; Pedo.

Pegæſi, ὁ Πήγασος Steph. Oppidum eſt Cariæ.

Pegaſæ, αἱ Πηγασαί, Theſſaliæ oppidum, quod poſtea Demetrias, Δημητριὰς, dictum eſt, propter quod navis longa Argonautarum Pegaſea nuncupata, quòd Iaſon, qui eam ædificavit, fuit filius Aeſonis fratris Peliæ, regis Theſſaliæ. Ovid. Iamque fretum Minyæ Pegaſæa puppe ſecabant. Hinc Pegaſicus Imus in Theſſalia eſt appellatus. Sunt qui rectiùs Pagaſæ dici putent, & Pagaſæus. Videtur à ſed à Pegaſo equo, Pegaſides Muſæ, per corr. ut Ovid. docet.

Pegaſides penult. correp. [πηγασίδες. Germ. Ein Nam der Muſen, die auch Pegaſides genennet werden.] Muſæ dictæ ſunt, ἀπὸ τῆς πηγῆς: hoc eſt, à fonte, cujus illarum ſacro, quem Pegaſus ictu ungulæ ſingulæ fingitur aperuiſſe. Ovid. Epiſtol. 21. Atmihi Pegalides blandiſſima carmina dictant. Interdum etiam Pegaſides dicuntur ſonitum, vel flaviorum nymphæ, quas & Najades. Idem Epiſt. 5:

Pegaſis Oenone Phrygiis celeberrima ſylvis.

Pegaſis, pen. corr. [πηγασὶς. Ger. Ein Pferd das aus Gottes meiden als Berg Helicon ſein Brunnen Hippocrene geſchaffet haben ſoll.] Equus alatus, ἀπὸ τῆς πηγῆς: id eſt, à fonte, quòd juxta πηγὰς: id eſt, fontes Oceani natus ſit, ubi Gorgones habitabant. Hunc Hyginus, & alii complures Neptuni & Meduſæ filium dixere: alii ex Meduſæ ſanguine quam Perſeus interemit, natum aſſerunt. Hic quum Heliconia evolaſſet, ſaxum ungula feriens, fontem aperuit, qui ex eo Hippocrene: id eſt, fons equinus, eſt appellatus. Poſtea verò quum ex Pirene Corinthio fonte hiberet, à Bellerophonte, qui ad temporis expeditionem in Chimæram parabat, captus eſt. Strabo lib. 8. Fama eſt (neque) equum Pegaſum quum potaret hoc in loco, à Bellerophonte deprehenſum ſuiſſe, alatum, inquam, cabalium è Meduſæ cervice & de Gorgonis exciſo gutture proſilientem. Hoc equo uſus eſt Bellerophontes in expeditione contra Chimæram. Vulgatum eſt, & cabalinum fontem in Helicone erupiſſe, quum ſubjectam ibi tribuum feriret ungula. Poſt hæc verum terreſtrium tædio ductus, in cœlum dicitur evaſiſſe, ibique inter ſidera conſiſturas, Arctum circulum ſpectare, pedibusque ſcitè ordinatis adnixus, extremo ore caput Delphini tangere, & Aquarii manum dextram ſe vici ſuæ adjungere. ¶ Pegaſus etiam dicebatur inſtrumentum in domibus, quo tanquam jumento, veſtes & ſimilia ſtrata ſuſpenderentur, à Pegaſo equo Poëtico, traductione nominis excogitata. ¶ Fuit & hoc nomine ſenatuſpericulus: à quo nomen accepit Pegaſianum ſenatuſconſultum. Pomponius lib. 2. de Origine juris.

Pegăſēĭus, a, um. adjectivum, penult. corr. Catul. ad Cameriam: Nati Pegaſeo ferat volatu. Veſtius eſt hendecaſyllabus. Achilles Statius: Nonli Pegaſeo, legit.

Pegăſēĭus, aliud adjectivum quinque ſyllabarum. Perſius in Prolog. Corvos poëtas, & poëtrias picas Cantare ereſias Pegaſeium melos.

Pēligiă, ἡ Πηλιγία, Mulier Antiochena, voluptatibus & illecebris primum deditiſſima: ut quæ nulli rei attentius vacaret quàm corpori concedo. Tandè tamen meliore ductu ſpiritu, repentè velut in novum quoddam animal transformata eſt, curamq; deinceps quâ corpori ſuo impendere ſolebat, ad animum virtutibus excolendum tranſtulit.

Pēlăgŏnĭă, æ, Πελαγονία, Pars Macedoniæ Septentionalis, quæ Tribalis proxima eſt. Autor Plinius lib. 4. cap. 10.

Pēlăsgĭă, Πελασγία, Olim dicta eſt celeberrima illa totius Europæ Cherroneſus, inter duo maria, Ægæum & Ionium, platani folio ſimilis propter angulatos receſſus: quæ notiore nomine Πελοπόννησος dicitur. Dicta Pelaſgia à Pelaſgis populis vetuſtiſſimis, qui ab Arcadibus originem traxerunt. Vide Strabonem lib. 5. & Plin. lib. 4. cap. 4.

Pēlăsgi, Πελασγοί, Populi ſunt Græciæ vetuſtiſſimi, qui ex Arcadia oriundi, circa extremam partem Macedoniæ cõſederunt, in eo Theſſaliæ tractu, qui ab illis aliquandiu Argos pelaſgicum fuit appellatus. ¶ Dicti Pelaſgi, ut nonnulli putant, quaſi πελαργοί, hoc eſt, ciconiæ, quòd more ciconiarum, antequam ſedem ſibi deligerent, bonam partem orbis peregrarint.

Pēlăsgis, Πελασγὶς, Regio eſt mediterranea Peloponneſi, olim etiam Dryopis, & poſtremò Arcadia dicta. Autor Plinius lib. 4. cap. 6. ¶ Inde Pelaſgus, ga, gum, Πελασγός. Dicta quoque eſt Pelaſgis Arcadia, ut annotat Hermolaus in Plin.

Pēlēthrōnĭus, Πελεθρώνιος, Theſſaliæ cujuſdam nomen eſt qui primus frena, & equorum ſtrata dicitur inveniſſe. Plin. lib. 6. capite 56.

Pēlēthrōnĭum, Πελεθρώνιον, Oppidum Theſſaliæ, ubi primùm domandorum equorum inventus uſus eſt.

Pēlēthrōnĭi, Πελεθρώνιοι, Dicti ſunt Lapithæ, à loco qui ſubjectus eſt Pelio monti, in quo medicamentorum magna vis nata eſt. Pelio monti, in quo medicamentorum magna vis nata eſt. Pelio monti, in quo medicamentorum magna vis nata eſt.

Pelopeus, & Pelopeius. Vide PELOPS.

Pĕlŏpidēs, πελοπίδης, Thebanus, rei militaris gloria clarissimus, archidemoq; amicitiæ fœdere cum Epaminonda conjunctus. Vitam ejus Plutarchus conscripsit.

Pĕlŏponnesĭus, (πελοπόννησος Ⓖ. Germ. Die gros vnnd fürnemb Griechenlandes so wol ein Insel / hinder dem Isthmischen vnd Aegeischen Meer vmbgeben ist / bey jetzt Morea.] Nobilissima est totius Europæ peninsula, isthmo angustissimo Græciæ annexa, inter duo Maria, Ægeum & Ionium, platani folio similis, angulosis recessibus duos efficiens sinus: ab Oriente Saronicum: Crissæum, sive Corinthiacum ab Occasu, tex millium angustiis diremptos. Olim Apia & Pelasgia appellata. ¶ Postremò Peloponetus dicta est à Pelope Tantali filio, qui quum Oenomaum Eleorum regem curuli certamine superasset, Hippodamiam filiam ejus uxorem duxit, regnumq; dotale accepit: totamq; illam peninsulam Peloponnesum appellavit. Habet in circuitu circiter CCCLXIII. M. passuū amplissimis olim habitata urbibus, ex quibus clarissimæ fuerunt Corinthus, in ipso statim isthmo sita: deinde Argos, Mycenæ, Lacedæmon, Patræ, Messeneq; Cotone, Methone, Elis, Pisa, aliæq; complures. Hodie Morea appellatur Veneti.

Pĕlŏps, opis, πέλοψ. Tantali Phrygiæ regis & Taygetes filius, cujus pater quum deos in terris peregrinantes hospitio excepisset, ut certo aliquo argumento divinitatem eorum experiretur, filium suum illis epulandum apposuit: è cujus esu quum dii ceteri abstinuissent, sola Ceres humerum ejus dextrum absumpsit. Quem quum Jupiter deinde ad vitam revocasset, eburneum ei humerum restituit. Postea verò quam adolevisset, relicta patria in Eliden se contulit, ubi id temporis regnabat Oenomaus, qui unicam habebat filiam nomine Hippodamiam, & formâ eximiam, & regni totius hæredem, iisque nominibus à procis plurimis amatam. Verum Oenomaus quum oraculo edoctus esset, fore ut generi opera interiret, duriusculam hanc procis conditionem tulit, ut cui nuptis Elidis potiri vellet, secum prius curuli certamine contenderet: idq; ea lege, ut victore filiæ suæ conjugium & regna hæreditaria, victum mors sequeretur. Quum igitur jam cōplures equorum (quos pernicissimos habebat) celeritate superasset, necq; tradidisset, Pelops quoq; & ipse puellæ amore tenebatur, sibi alia via tentam aggrediendam ratus, Myrtilum auriga ejus pretio corrupit, ut fragiles currui axes subjugeret. Quo facto Oenomaus unà cum curru corruit, membrisq; omnibus ea ruina collisis mortuus est. Pelops igitur & conjuge potitus & regno universam Chersonesum de nomine suo Peloponnesum appellavit. Autor Strabo lib. 8.

Pĕlŏpēus, a, um, πελοπήϊος, & divisa Græca diphthongo Pelopeius, πελοπήϊος, per quinq; syllabas à nomine Pelopis dedictum. Propert. lib. 3 Eleg. 1. Iamia Iupiter hæc Pelopeis domus. Ovid. 8. Metam. Ipse locum vidi tamen hoc Pelopeia Pritcus Mistra arva, suo quondam regnata parenti.

Pĕlōrĭus, pen. prod. [πελώριος Ⓖ. Ger. Das Vorgebirg Sicilie gegen Italien.] Unum extribus Siciliæ promontoriis, quod in Italiam vergens, Scyllæ adversum est: ita dictum à Peloro Annibalis gubernatore: quem is in Syriam fugam parās, (ut Pomponio Melæ placet) ibi interemit, sese eo proditum ratus, eò quòd procul intuenti continua videbantur esse littora, pelagusque minimè pervium. Valerius lib. 9. cap. de Temeritate, Pelorum hunc ab Annibale interfectum arbitratur eo tempore quo is à Petilia solvens, in Africam rediturus parabat, à suis revocatus ut patriæ periclitanti opem ferret adversus Scipionem. Quæ sententia videtur multò verisimilior. Non enim video quid ex Africa Syriam petenti, in Sicalo freto fuerit negotii: nisi quis hoc præterea, vi tempestatis eò fuisse appulsum. Servius explicans illud Virgil. 3. Aeneid. Ast ubi digressum Siculæ te admovent oræ Venti, & angusti rarescunt claustra Pelori: quanquam cum Valerio videtur sentire: fatetur tamen etiam ante Annibalis tempora promontorium hoc Pelorum fuisse appellatum. Polybius quoq; in primo bello Punico alio nomine non utitur.

Peltæ, arum, πέλται, Phrygiæ oppidum: à quo vicinus campus Peltinus appellatus est. Vide Strab. lib. 12. cap. 13.

Pelusium, sii, [πηλούσιον. Germ. Das außgang Nili ſo Arabiam von Egypten̄ abſcheidet.] Oppidum in extremo Aegypti ora, quæ Casiotidi contermina est: à quo & extremum Nili ostium quo Aegyptus ab Asia terminatur, Pelusium: seu Pelusiacum appellatum est. Hanc urbem condidit Peleus Achillis pater monita deorum post fratricidium. Eo enim tempore Peleus furiis agitabatur: quia fratrem Phocum interfecerat.

Pĕlūsĭăs, sia, sium, πηλουσιάς, & Pelusiacus, a, um, pen. corr. πηλουσιακός. Mart. in Xenia: Accipe Niliacam Pelusia munera lentem. Virgil. lib. 1. Georg. Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis.

¶ Pelusiana mala legimus apud Colum. lib. 5. cap. 10.

Pelusiotæ, πηλουσιῶται, Populi in extremis finibus Aegypti, Pelusium oppidum incolentes, ea in parte quæ Aegyptus Arabiæ contermina est. Hictonymus contra Jovin. Impelle (fi vales) Pelusioten, ut manducet cepe.

Pĕnātēs, penatium, penatibus tantùm pluraliter. Dicti sunt dii domestici, ut inquit Cic. lib. 2. de Natur. deorum, quòd penes nos nati sint, vel quòd non longè absint ab hac vita, sive quòd penitùs intùeri [πρὸς τὸν Ger. Heimlichkeit] ex quo etiam penetrales à Portis vocantur. Alii penè aperto nomen derivant. Macrobius lib. 3 Saturn. cap. 4. Penates esse dixerunt per quos penitùs spiramus: per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. Terent. in Phorm. At ego deos Penates hinc salutatum domum Deducar. Virgil. 1. Aen. Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor, Ilion in Italiam portans, victosq; Penates.

Pĕnātĭgĕr, ra, rum, Genius Penates, Ovid. decimoquinto Metamorph. Hæc Helenum cecinisse Penatigero Aeneæ Mente memor refero.

Penĕlĕus, per quatuor syllabas, πηνέλεως, Unus fuit è quinque Bœotorum ducibus in bello Trojano, teste Homero lib. Iliad. secundo.

Pĕnĕlŏpe, πηνελόπη, Icarii filia, & Ulyssis uxor, admirabilis castitatis mulier, singularisque pudicitiæ exemplar, quæ absente toties viginti annos marito, nullis aut parentum precibus, aut procorum pollicitationibus adduci potuit, ut eidem quam viro discedenti dederat, secundis nuptiis violaret. Quum autem proci actiùs instarent, atque adeò vim illaturi viderentur, tantum moræ ab illis sibi postulavit, quantum telæ, quam tum in manibus habebat, absolvendæ sufficeret. Quod quum impetrasset, mulier astuta, quicquid interdiu texuerat, noctu retexebat: eoq; commento eorum cupiditatem in recidivum nuptiarum dilatione, qui ab illa sub mendicis habitu hospitio susceptus, procus ad unum omnes interemit. Dicitur autem volvas Penelopen ab avibus quæ penelopes dicuntur, sive meleagrides: quum antè Arnea diceretur, quasi abjecta & repudiata. Ferunt enim quum ab Icario, Perieroq; parentibus esset exposita, ab hac avium genere fuisse educatam.

Pēnĕus, per tres syllabas, pen. prod. πηνειός, Flavius in Thessalia, inter Ossam & Olympum decurrens, collibus dextra, lævaq; molliter curvis. In eo cursu sunt Tempe, ad quinque millium passuum longitudinem, & ferè sesqui jugeri latitudinem extensa. Ovid. 1. Metamor. Hîc nemus Acmoniæ, præruptaq; quondam Hîc cava dicuntur Tempe, per quæ Peneus ab imo Effusus Pindo, spumosis volvitur undis. Vide Strab. lib. 7. & 8. & Plin. lib. 4. cap. 8.

Pēnĕĭus, a, um, per quatuor syllabas. Virg. 4. Georg. Pastor Aristæus fugiens Peneia Tempe Amissis, ut fama, apibus, &c. Peneia Daphnæ, apud Ovid. 1. Metam.

Pentăpŏlis, pen. corr. πενταπόλις, Regio inter Palæstinam, & Arabiam, à quinque civitatibus sic appellata, ubi Sodoma & Gomorrha oppida. Hanc regionem (ut Solinus scribit) de cœlo tactam, tectatur humus nigra, & cinere sulcata. Nascuntur ibi poma, quæ comedi non possunt, licet matura videantur, quòd tenuem manibus pressa humum exhalent, & in pulverem faciscant. ¶ Est & Pentapolis regio in Lybia, quæ & Cyrenaica vocatur, Pentapolis dicta à quinq; urbibus, quarum nomina sunt, Arsinoë, Ptolemais, Apollonia, & Cyrene. Plin. lib. 5. cap. 5.

Penthĕsĭlēa, pen. prod. πενθεσίλεια, Amazonum regina, quæ tertio fuit anno lib. 7. Ottere (sive ut alii) Orithya successit in regnum: ejusq; Trojano bello inter fortissimos viros quum auxilium adversus Græcos ferret, magnæ virtutis documenta exstitere. Hæc, ut ait Servius, dicta est furens, quia furorem in venatione confixa, simulans se cervam ferre. Virg. 1. Aeneid. Dacie Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens, mediis q; in millibus ardet, Aurea subnectens exsertæ cingula mammæ Bellatrix, audetq; viris concurrere virgo. Hæc quum Trojanis opem ferret, ab Achille occisa est.

Penthĭcūs, per duas syllabas, πενθεύς, Echionis ex Agave filius, qui quum Bacchi sacra contemneret, à matre & sorore, & numinis furore actis, est dilaceratus. Vide latiùs omnem fabulam apud Ovid. lib. 3. Metam.

Penthĕus, a, um, pen. prod. Stat. lib. 2. Theb. Penthumque trabens, nondum te prendimus æquo Bacche, genus.

Pēnthўlus, πενθύλος, Filius Deiphontis, quem Paphonaves duodecim in auxilium Xerxis eduxit, quas oborta tempestate amisit. Ipse verò captus, multa de exercitu Xerxis Græcos edocuit. Herodot. lib. 7.

Pĕræă, περαία, cum diphthongo. Ulterior Judææ pars, Arabiæ & Aegypto proxima, aliquot divisa montibus, & à reliqua Judæa Jordane amne discreta. Plin. lib. 5. cap. 14.

Percōpē, es, penult. prod. περκόπη Stephano, Urbs Troadis ad Propontidem: postea Percote appellata, quæ Trojanis auxilia misit adversus Græcos, teste Homero ad finem libri secundi.

Percōsius. Insignis vates fuit divinandi peritissimus, cujus filii Adrastus & Amphius qui frustrà dissuadente patre Trojanis suppetias tulerunt, & à Græcis sunt interfecti.

Percōtē, es, pen. prod. Περκώτη, quæ & percope olim dicta fuit, Vrbs est Troadis, autore Stephano, Val. Flac. 2. Argona. Iam juga Percotes, Parianumq; infame fragolis Exuperat, Phthiamq; vallis.

Percōtēus, adjectivum, Περκώτειος. Valer. Flac. 5. Argon. Muneribus primas conjux Percotia vestes Imposuit.

Perdiccas, Περδίκκας, Macedo inter comites Alexandri Magni, cui etiam in regni partem successit, parta vir audacia, simul & fortitudine, ut Icarus præsente, catulos ecubili pervim auferret. Autor Arrian. de varia historia.

Pergē, ēs, Πέργη, Oppidum in Pamphylia, à quo Diana Περγαία, Περγαῖα, dicta est propter templum illi dicatum. Pomp. Mela lib. 1. in descriptione Pamphyliæ.

Pergămă, ōrum, Πέργαμα, Arcium Trojanarum nomen fuit, ut annotavit Servius in illud Virg. 2. Aen. Trojam incendia, & prolapsa videntem Pergama. Quanquam postea, ut idem facetur, hoc nomen etiam cæteris arcibus, locisque omnibus editis communicatum est. ¶ Vsurpatur nonnunquam pro ipsa Trojanorum urbe, quæ propriè Ilium appellata est. Virg. 1. Aen. Nanque videbat, uti bellantes Pergama circum, etc. In eadem etiam significatione legimus Pergamos, sive Pergamus. Autor Aetnæ. Quis non Argolico dederit Pergamon igni Impositam?

Pergămēus, a, um: hoc est, Trojanus. Prop. lib. 4. Elegia prima: Aut si Pergameæ tecta canuntur avis. Longævum ad Priami vera ferire caput.

Pergămum, Plinio, sive Pergamus, Πέργαμος Ptolemæo, Vrbs insignis Asiæ non procul à Caico fluvio extra dicta quòd olim in rupe sita esset: nam Pergama olim loca omnia editiora appellabantur, testibus Suida & Servio. Strabo lib. 13. autor est tempore Lysimachi Agathocles filii, qui unus fuit ex Alexandri successoribus, Pergamum nihil aliud quàm castella fuisse, in quo ille, quod locus esset in primis munitus, thesauros suos asservarat, præfecto illis Philetæro quodam Thyanensi. Eunucho: qui quum se Arsinoæ Lysimachi uxori invisum fieret, & ab ea apud regem accusatum, castellanos ad defectionem adduxit. Exortis deinde in Asia variis bellorum motibus, in quibus primùm Lysimachus à Seleuco Nicatore: deinde & Seleucus à Ptolemæo Ceraunō è medio sublatus est: Philetærus interim Pergami continebat, victoribus semper & propinquioribus obsequens: cui annos & ipse viginti quinque præfectus, pecuniamq; possedit & Eumeni fratris filio moriens reliquit: qui prolatis imperii finibus, Antiochum Seleuci filium apud Sardeis superavit. Hic quum annos duos & viginti regnasset, Pergami turrecillionem Attalo patruelisuo reliquit, qui Galatis maximo prælio superatis, contractaque cum Romanis amicitia, primus ab iis Rex appellatus est. Attalo successit Eumenes filius natu maximus, qui cum Romanis adversus Antiochum magnum, & adversus Persen bellum gessit. Cujus beneficii memores Romani, regionem omnem quæ ea Taurum montem Antiocho parucrat, regno ejus adjecerunt. Hic primus Pergamum, prolatis pomeriis, ex castello amplissimam urbem reddidit, & Nicephorium lucum circà eam condivit. Regnavit annis quadraginta novem, moriensque regni successionem Attalo filio reliquit, cognomento Philometori: eni, quòd admodum adolescentulus esset, Attalum fratrem tutorem assignavit: qui regni procurationi fungens, cum Alexandro Antiochi filio adversus Demetrium Seleuci filium bellum gessit, & Romanis adversus Pseudophilippum, focium fuit præsuit. In Thraciam quoque rejecto exercitu, Diegylim regem cepit. Moriens Attalo ex fratre nepoti, cujus tutelam gesserat, regnum à patre ejus acceptum fideliter restituit. Attalus hic postremus fuit Pergami rex, qui quum annos quinq; regnasset, sine liberis decessit, populo Romano hæredem instituto: qui adita hæreditate regnum ejus in provinciæ formam redegit. Hæc Strabo lib. 13. ¶ Ex Pergamo viri illustres orti sunt, Galenus Medicorum clarissimus, Apollodorus Rhetor, & Augusti præceptor, à quo Apollodorea secta nomen accepit: & Dionysius Artium, hujus discipulus.

Pergămēnus, a, um, Περγαμηνός, ut Charta pergamena, quæ Pergami inventa est, ab Attalo rege, (ut Aeliano placet) sive ab Eumene (ut Plin. maluit) primum Romam translata.

Pergasē, es, Περγασή, Vicus est agri Attici in tribu Erechtheide, teste Stephano.

Periander, [Περίανδρος, Gr. Der fürtrefflich Mann.] Cypseli filius, unus ex septem sapientibus Græciæ, & Corinthiorum rex, qui aliquādo interrogatus, quare quum sapiens esset, in tyrannide perseveraret? Quia (inquit) & ignorat, & invitum cedere est periculosum. Crudeliter igitur, & in magno suspicionis æstu, magno scelere multum comitatus tigrat, eos potissimùm qui otiosi in foco obtrectabant, reformidans. Quapropter ut novi consilii capiendi occasionem civibus suis præcideret, fugit eos in bellis, navalibus præsertim, desiderat. Vxorem habuit Melissam, quam zelotypia quadam ductus, quum gravida esset, ictu calcis interfecit, pallacarum suarum delationibus temere fidem adhibens: quas tamen pœnitentia ductus, vivas cremavit. ¶ Sunt qui duos fuisse Periandros tradant: alterum Corinthi tyrannum: alterum sapientem, cumq; Ambracioten. Quorum professio sententia verisimilior videtur. Nam & matris & uxoris mortem concubitus, aliaq; id genus flagitia, quæ de Periandro Corinthio traduntur, non video quo pacto in sanæ mētis hominem, nedum in sapientem, cadere possint.

Pēriboēa, Περίβοια, Eurymedontis gigantis filia fuit, ex qua Neptunus Nausithoum suscepit Alcinoi patrem. Autor Homerus 7. Odyss.

Pēricles, Περικλῆς, Atheniensis viri clarissimi nomen, qui annos quadraginta in administratione Reipublicæ principatum tenuit. Plurimùm enim & auctoritate & eloquentia polleba. Vnde & Olympius identidem à Poetis Comicis appellabatur, quòd tonare in concionibus, & fulmen cieve videretur. Habuit in administratione Reipublicæ adversarium Thucydidem Milesium, virum nobilem & potentem: qui quum illum apud populum eo nomine reprehenderet, quòd nimium in publicis operibus sumptum fecisset. Atqui (inquit Pericles) demen hæc omnia persolvere non recuso, modò mihi liberum sit nomen meum illis inscribere. Quo tam animoso responso, adversarii calumniam facile effugit, censente populo operum magnificentiam ad Reipublicæ splendorem pertinere, ideoq; ea publico, non privato sumptu effici faciendi. Author est Plutarchus, quum Pericles aliquando Sophoclem in magistratu collegam haberet, & cum eo nescio quid de re communi colloqueretur, exisse formosum puerum illac ex ephebis, quem ut vidit Sophocles, quum pulchritudinem ejus supra modum admiraretur: Atqui (inquit Pericles) magistratum decet non modò manus, verumetiam oculos continentes habere. Vide plura de hoc apud Plutarchum.

Pēriclymēnus, Περικλύμενος, Homero, nomine Filii Neleï soceri Nestoris, cui à Neptuno avo concedium erat, ut in quas ei vellet formas se posset transformare. Hercule itaque bellum gerente adversus Neleum, Periclymenus in aquilam conversus facies hostis nonnullos, & exercitu lacerabat, donec sagitta Herculis in aëre confixus, & in terram delapsus, alitus corporis ponderę adacta sagitta, animam efflavit. Vide latius hanc fabulam apud Ovid. 12 Metamor.

Pĕrĭdŏă, Περίδοια, Eurymedontis gigantis filia fuit, ex qua Neptunus Nausithoum suscepit Alcinoi patrem. Autor Homerus 7. Odyss.

Pĕricles, Περικλῆς, Atheniensis viri clarissimi nomen, qui annos quadraginta in administratione Reipublicæ principatum tenuit. Plurimùm enim & auctoritate & eloquentia polleba. Vnde & Olympius identidem à Poetis Comicis appellabatur, quòd tonare in concionibus, & fulmen cieve videretur. Habuit in administratione Reipublicæ adversarium Thucydidem Milesium, virum nobilem & potentem: qui quum illum apud populum eo nomine reprehenderet, quòd nimium in publicis operibus sumptum fecisset. Atqui (inquit Pericles) demen hæc omnia persolvere non recuso, modò mihi liberum sit nomen meum illis inscribere. Quo tam animoso responso, adversarii calumniam facile effugit, censente populo operum magnificentiam ad Reipublicæ splendorem pertinere, ideoq; ea publico, non privato sumptu effici faciendi. Author est Plutarchus, quum Pericles aliquando Sophoclem in magistratu collegam haberet, & cum eo nescio quid de re communi colloqueretur, exisse formosum puerum illac ex ephebis, quem ut vidit Sophocles, quum pulchritudinem ejus supra modum admiraretur: Atqui (inquit Pericles) magistratum decet non modò manus, verumetiam oculos continentes habere. Vide plura de hoc apud Plutarchum.

Pĕrĭclўmēnus, Περικλύμενος, Homero, nomine Filii Neleï soceri Nestoris, cui à Neptuno avo concedium erat, ut in quas ei vellet formas se posset transformare. Hercule itaque bellum gerente adversus Neleum, Periclymenus in aquilam conversus facies hostis nonnullos, & exercitu lacerabat, donec sagitta Herculis in aëre confixus, & in terram delapsus, alitus corporis ponderę adacta sagitta, animam efflavit. Vide latius hanc fabulam apud Ovid. 12 Metamor.

Pĕrallĭs, [περαλλὶς Gr. Der fürtrefflich Mann] Ita rursum Phalaridis boo dicitur. Ob jen oder Fürtrefflich genennet hat.] Athenensis faber ingenio præstans, qui Phalaridi tyranno Agrigentinorum tauram ex ære fabricavit, in quo reus claudebatur, ac subjecto igne mugitum bovis ederet: cujus inventis quum amplissimam à Tyranno, qui novis semper nomine quum amplissimam à Tyranno, qui novis semper tormentis excogitatis delectabatur, speraret munus, inclusus tauro, suppositisque ignibus, primus fuæ artis experimentum præbuit. Ovid. 2 de Arte. Et Phalaris tauro violenta membra Perilli Torruit, infelix imbuit autor opus. Plin. lib. 34. cap. 8. Perillam nemo laudat, sa violatum Phalaride tyranno: cui tam Perillam nemo laudat, sa violatum Phalaride tyranno: cui tam sævum fecit, mugitus hominis pollicitus, igne subdito, & primum eum expertus est cruciatum jathoris sævitia.

Pĕrinthŭs, Πέρινθος, Vrbs Thraciæ ad Propontidem, postea Heraclea dicta, à nomine Heraclii principis. Constantinopolitani, in qua olim fuit celeberrimum illud amphitheatrum marmoreum ex uno lapide excisum, quod inter septem orbis miracula numeratur.

Pĕrinthĭus, thia, thium, Περίνθιος, Qui ex Perintho est: ut Perinthia, Menandri Comœdia. Terentius in Prologo Andriæ: Menander fecit Andriam & Perinthiam.

Pĕrĭpătĕtĭci, Περιπατητικοί, Philosophi quidam Athenis fuerunt, à Platonis schola profecti, quorum princeps fuit Aristoteles: ita dicti quòd inambulantes docerent, παρὰ τὸ περιπατεῖν, quod est deambulare. De horum origine sic scribit Cicero in Acad. Q. adit. Platonis autem auctoritate, qui vetus & media Academia appellatur, locupletius fuit, uno & consentiens duobus vocabulis philosophiæ forma ista nata est, Academicorum, & Peripateticorum, qui rebus congruentes, nominibus differebant. Nam quum Plato Speusippum sororis filium Philosophiæ quasi hæredem reliquisset: ejus autem præstantissimus studio atq; doctrina Xenocratem Chalcedonium, & Aristotelem Stagiritem, qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt: quia deputabant inambulantes in Lyceo: illi autem qui Platonis instituta in Academia (quod est altera gymnasium) cœtus erant sicuti in Academia (quod est altera gymnasium) cœtus erant & sermones habere soliti, eloci vocabulo nomen habuerunt. Sed utrique Platonis uberrate complen, certam quandam disciplinæ formulam compleuerunt, & eam quidem plenam & refertam. Hactenus Cicero.

Pĕrĭphas, antis, Περίφας, Thessalus quidam fuit pater Lapithę, a quo

à quo Laphithæ nomen acceperunt. Autor Stephanus. ¶ Est item Peripoas, apud Virgilium nomē cujusdam ex comitatu Perrhæbi, quem una cum illo Priami regiam oppugnantem indocte ibi ait Æn.

Pĕrĭphānēs, ētis, Comicī cujusdam nomen: quod Latine conspicuum significat à verbo Græco περιφαίνω, quod est clarus & conspicuus sum.

Pĕrĭphrētus, pen. prod. περιφρητός, Artemonis cujusdam cognomen fuit, ob celeria ad eò efficiendum, ut nunquam nisi lecta pensili circumlatus, dominus hujus limen transiecerit: dictus ἀπὸ τοῦ περιφέρεσθαι, quasi circūlatilis. Meminit hujus Plin. lib. 14. cap. 8.

Permēssus, ī, περμησσός, Fluvius Bœotiæ ex Helicone, Phœbo & Musis sacer, & juxta Haliartum in lacum Copaidem influens, teste Strabone, lib. 9. Virg. in Sileno: Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum. Dechnatur etiam hic Permessis, idis vel idos. Mart. lib. 1: Quid tibi cum Cyrrha? quid cū Permessidos undis?

Pĕrō, περώ. Nelei filia ex Chloride filia Amphionis, soror Nestoris & Periclymeni, eximia pulchritudine: quam quum multi certatim proci uxorem sibi depoſcerēt, Neleus qui id temporis irreconciliabili odio ab Hercule diſſidebat, negavit se eupiam illam despondisurum, nisi prius boves Hercules abactos ad se adduxisset. Vide Hom. 11. Odyss.

Perorsi, Plin. lib. 6. cap. 8. Populi Æthiopum, in sinu Mauritaniæ: qui ut idem testatur lib. 6 cap. 30. quadrupedum ferarum modo vagi sunt, carumq; visceribus vescuntur.

Pĕrrhæbi, ōrum, Populi fuerunt Thessaliæ, qui Lapithis potentia fracti fugerunt in Antolæ montana, Pindo monti proxima: quæ regio ab ipsis Perrhebia dicta est: ipseq; Pindus cognominatus est Perrhæbus. Propertius: Aut cur Perrhæbi timuēre cacumina Pindi

Pĕrsēis, ĭdis, περσηΐς, Nymphæ cujusdam nomē, Oceani & Tethyos filia, ut refert Hesiodus in Theogon.

Persĕphŏnē, pen. corr. περσεφόνη, à Græcis dicitur Cereris filia, Latinis Proserpina appellata, quam ab Orco in Sicilia raptam fuisse Poëtæ fabulantur. Ovid. 4. Fast. Ac neq; Persephone digna est prædone marito

Persĕpŏlis, ĭdis, περσέπολις, Persidis regia, à Perseo condita, quam postea Alexander cotius demoliri jussit, Græcorum se inimicias ulcisci dictitans, quorum illic sacra igni, ferroq; vastassent. Vide Strabonem lib. 15.

Perses, æi, περσεύς, Nomen regis Macedonum, qui ab Æmilio victus, & in acie captus, ductus est in triumpho Romam cum liberis, perituq; in carcere animi mœrore confectus: vel (ut alii tradūt) vigilia maceratus. ¶ Fuit & alter Perses, Solis & Persæ nymphæ filius, pater Hecates, rex Taurici regionis crudelissimus. ¶ Perses præterea, auctore Herodoto lib. 7. filius fuit Persei Danaes filii ex Andromeda Cephei filia, à quo Persas originem duxisse scribit. Hic teste Plin. lib. 7. cap. 3. primus figuras reperit.

Persĕus, ei, & Perses, æ, vel Persi, περσεύς, Gent. Achilles, is, vel li, vel Achilleus, ei, Jovis filius fuisse fertur ex Danaë, Acrisii Argivorum regis filia, quam Jupiter commutatus in speciem auri imbris vitiavit. Acrisias cum quum ex oraculo edoctus esset futurum aliquando ut à nepote occideretur, filiam munitissimæ turri includit. Jupiter itaq; Danaën amore captus, quū alias non pateret aditus, aëlimpta specie auri imbris, per regulas turrim ingressus est, puellaq; frustrā tam arcta custodia servata stuprum inculit. Ex quo concubitu natus est Perseus, qui postea avum imprudens interfecit. Hic Andromedam Cephei filiam, marinæ belluæ objectam, periculo liberavit, liberatamq; uxorem duxit: acceptoq; deinde à Vulcano adamantino ense, quem vocāt Harpen, Medusam unam ex Gorgonibus, quæ se aspicientes omnes in saxa commutabant, occidit: unde & Gorgonophonos cognominatus.

Persĕus, a, um, περσεύς, Propert. lib. 3. Sedaq; Persea Phocidis arva manu.

Persis, ĭdis, seu Persĭa, æ, [פרס Germ. Ein Landt in Asia, Persien genannt, vnd die grosse Monarchey, sonst Medien.] Orientalis Regio Asiæ, à Perse, seu Perseo rege sic dicta, cujus populi Persæ cieti sunt. Lucan. lib. 10. Quæ tibi vesani Nilū Romane cupido? Hæc Pharius, Persisq; sunt, Macedumq; tyrannis Hæc antè Persis (sicut Ptolemæus scribit lib. 3.) à Septentrione Medis terminatur, ab Occasu, Susiana: ab Ortu Solis, duabus Carmaniis: à Meridie, parte finus Persici. Ejus oppida sunt Axima, Persepolis, Diospolis: ubi primum inventa ars magica fertur. Ad eam Nimrod gigas post cōfusionem linguarum se contulit. Persaq; ignem colere docuit. Primus in ea rex (sicut refert Justinus lib. 1.) fuit Cyrus. In ea lapidicinarum multa copia. Et primam Sibyllam in ea natā ferunt, quæ hæc de CHRISTO prenuntiasse traditur: *Fœnōas finxit quoq; ex pectore duabus bovibus multa in aram quæ sacrabit, & reliqua ex talium deorum explicuit impulsu in finem mysterium.*

Pĕrsĭcus, a, um, pen. corr. περσικός, Quod ex Perside est, ut regalium Persicum luxum. Satyr. 14. Nec Cræsi fortuna unquam nec Persica regna Sufficerent animo. ¶ Persicus sinus, ab Oriente maris Rubri ad Occidentem, Arabicus dicitur. ¶ Apud Horat. Persicus pro divite & opulento, à Persarum felicet divitiis, luxuq;. Horat. libro primo Carm. Persicos odi puer apparatus.

Pĕrsĭus, Vir Romę doctus, cujus meminit Cic. de Orat. C. Lucilius homo doctus & perurbanus dicere solebat, ea quę scriberet, neque ab indoctissimis, neque à doctissimis legi: vel (ut quod alter nihil intelligerent, alteri plus fortasse quam ipsi quæ etiam tetigit, Persium non curo legere. (hic fuit enim, ut noramus, omnium fere nostrorum hominū doctissimus) Lælium Decimum volo, quem cognovimus virum bonum & non illiteratum, sed nihil ad Persium. ¶ Persius Flaccus, Volaterris Hetruriæ oppido natus, cinquem constat claruisse eisdem fere temporibus, quibus Domitius Nero imperium urbis Romæ sortiebatur. In Grammatica præceptorem habuit Rhemmium Palæmonem Vicetinum, qui gravissimas inimicitias dicitur exercuisse cum Marco Varrone: In Rhetorica Flaccum Virginium: Annæum verò Cornutum, qui Philosophiæ studio excelluit, magna diligentia, singularique observatione coluit, cumque eo familiarissimè diu vixit, ut testatur ipse.

Pĕrūsĭa, æ, Vulgò Perugia, Hetruriæ civitas ab Achæis condita, in qua L. Antonius à Augusto obsessus, quum extrema fame laborare, coactus est deditionem facere.

Pĕrūsĭnus, a, um, pen. prod. περουσινός. Propert. lib. 1: Si Perusina tibi patria fuit nota sepulcra.

Pessĭnuntis, pen. prod. hujus Pessĭnuntis. [פעסינוס. Germ. Ein Oberschlatt in Phrygia, in deren die Göttin Cybele verehret ward.] Emporium Phrygiæ, cujus fuerat templum maximum (ut inquit Strabo) magnæ veneratione Matris deūm quam Andigistin vocāt. Hic locus magnificè ab Attalis regibus structus est, & templo, & porticibus ex albo lapide. Romani delectē reddiderunt, accersita inde Matris deūm statua, quam ab hoc loco Pessĭnuntia est appellata. Nomine hoc Cybele in masculino genere semper ponitur. Sic enim ait in Oratione de Aruspicum responsis: Qui accepta pecunia Pessĭnunte ipsum, sedem, domicilium que Matris deorum vastaris. Et paulò pòst Pessĭnuntem per celus a te violatum, & sacerdote, sacrisque spoliatum recuperavit.

Pĕtălēs, æ, περτάλης. Nomen unius ex iis qui in aula Cephei regis Perseo vim inferre conati, ceciderunt. Ovid. 5. Metam. Petalus irridens, Strygis cane cætera, dixit, &c.

Petĭlia, Plinio, κωμόπολις. Ptolemæo, & Stephano, Magnæ Græciæ urbs est non procul à Lacinio promontorio, à Philoctete cōdita, ἀπὸ τοῦ πεπάσθαι, id est, à vocando, quòd ex vocatis avium sum pio augurio, ibi futuræ urbi locus sit delectus.

Petosīris, πετοσῖρις, Aegyptius mathematicus insignis, de quo Plin. lib. 7. cap. 49. & lib. 2. cap. 23.

Pĕtrā, πέτρα, Sic hæc olim quidam prope Hybiam, cujus incolæ dicuntur Petræi: quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 8: Petra Sirenum, Lucaniæ promontorium est, Sirenum olim insidiis infame. Idem. Minervæ promontorium appellat lib. 3. cap. 5: Surrentinum (inquit) cum promontorio Minervæ, Sirenum quondam sede. Meminit loci hujus & Virgilius 5: Iamq; adeò scopulos Sirenum advecta subibat Difficiles quondam, multorumq; ossibus albos. Vbi multa de Sirenibus. ¶ Item Petra, Strab. lib. 16. Arabiæ oppidum, Nabathæorum metropolis: inde ea pars Arabiæ, Petræa nuncupatur.

Petræa, πετραία, Pars Arabiæ, ita dicta à Petra Nabathæorum metropoli. Strabo lib. 16. ¶ Est etiam Petræa nympha Oceani & Tethyos filia, teste Hesiodo in Theogonia.

Petrēa, Mulier dicebatur quæ pompam præcedens, in colonię aut municipiis instaurabatur unum ebrium, quòd pedes in petris frequentes impingeret: quam & alii vocant ab agri vitio, fellitem petram appellarunt. Festus.

Petrēĭus, Pompeianorum partium dux in Hispania, tū à cum Afranio à Cæsare victus, Cæsar. 2. libro belli Civil. & Lucan. lib. 4. ¶ Petreius Atticus, Cæcilio Metello principibus fuit Quo Catulo fuit, qui quum legionem cum in qua ordines ducebat, à rebello exercitu interfectum videret, neque ullis adhortationibus Tribunum suum impellere posset, ut per hostium castra perrumperet, tum cunctantem occidit, legionemque salvam eduxit. Quo nomine etiam corona graminea donatus est.

Petrocŏrĭi, πετροκόριοι. Ptolemæo, Populi Galliæ Aquitanicæ, Santonibus finitimi: quorum meminit & Plinius lib. 6. capite 29.

Petrōnĭus, πετρώνιος, Nomē avonis Vitellii, de qua apud Suetonium in Vitellio. ¶ Petronia item amnis in Tiberim defluens, qui inde nomen accepit, quòd per petras fluat: quā magistratus auspicato tranſeunt, quum in campo quid agere volunt:

quæ genus antipici pestenec vocant. Amnem autem fœminæ aut qui enuntiabant. Autor Festus.

Petronius, Πετρώνιος, Ægypti præfectus sub Augusto, qui Cornelio Gallo successit. Gessit bellum adversus Aethiopes, quibus regina Candace imperitabat, virili quidē animo mulier, sed altero capta oculo. Vide Strabonem lib. 17. ¶Petronius Gramus centurio octavæ legionis sub Cæsare bello Gallico, qui postea bello Africano Quæstor designatus, quū, navis quam in provinciam vehebatur, & in Scipionis potestatem venisset, & cæteris interfectis, Quæstori Scipio incolumitatē polliceretur, respondit Cæsarianos aliis incolumitatem dare, non accipere consuevisse: quo dicto se gladio transverberavit. Vide Plutarchū in Catone. ¶Petronius item alius fuit, prænomine Lucius, qui quum P. Cælium à quo ex humillima sorte ad Equestrem dignitatem erat evectus, precibus adductus, Placentiæ occidisset, se quoq; eadem dextra interemit. Autor Valer. lib. 4. de Anic. ¶Petronius pater Vespasiani Cæsaris. ¶Petronius Perpenna, qui Constantinianas thermas in pristinum splendorem restituit. ¶Petronius Diodorus medicus, qui scripsit antilegomena, citatur testis à Plin. libro 20. cap. 8. ¶Petronius Potta, cujus nonnulla de medicina versibus conscripta, ad nostram ætatem pervenerunt, ut scribit Volusius Maecianus. ¶Petronius, Πετρώνιος, vir Consularis fuit Neronis temporibus, qui moriturus principis invidia ut mendacem ejus exhæredaret, tunicam muthiatam C C C sestertiis emptam confregit. Autor Plin. lib. 37. cap. 2.

Pĕtrŭsium palatii, dicta est ea regio Urbis quā Romulus obtinuit et partim in qua plurimum erat ager. Romani advertam posuit et partim in qua plurimum erat ager. Romani ad mare versus: quia mollissima inde ad habitandum Urbs, quum Hetruscorum agrum à Romano Tiberis discluderet, cæteræ vicinæ civitates colles aliquos haberent oppositos sectus.

Peuce, Πεύκη, Paxa est insula in ostio alterius fluminis, quod ab illa Peuces appellatur, teste Plin. lib. 4. ca. 12. & Lucan. lib. 12. & barbara Cone Sarmaticas ubi perdit aquas, spadam q; profundo Multifidi Peucem unum caput ablatit illi. Valer. Flac. lib. 8. Danubii vitidemq; vident ante ostia Peucen.

Peucētĭa, Πευκετία, Peninsula est in finibus Italiæ, aliis nominibus Calabria & Messapia dicta. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

P ante H

Phabiranum, Φαβιρανον, apud Ptolem. lib. 2. Germaniæ urbs est in climate Septentrionali sita. Qui Ptolemæum postremò recognoverunt, ex longitudine & latitudine situs conjecerunt eam esse urbem, quam hodie vocant Eremen.

Phăcĭŏn φακιον, Thessaliæ oppidum, apud Thucyd. lib. 4.

Phæăces, Φαίακες, Populi fuerunt Corcyræ: unde & Corcyra Phæacia dicta est: quæ est insula in ostio maris Adriatici. Hodie Phæacia dicta est quæ est insula in ostio maris Adriatici. Hodie vocant Corphu. Scribitur cum æ diphthongo. Nominativus singularis est Phæax. Horat. lib. 1. Epist. Pinguis ut inde domum possis Phæaxq; reverti. Phæacem verò quemvis dixit pro homine mendo, ventriq; ac gulæ dedito, quales in Phæacia hodie est, Corcyræ esse solent: de quibus ita ait Horat. Epist. lib. 1: Quæris pulchrum fuit in medios dormire dies, & ad strepitum citharæ cessatum ducere curam.

Phæcussa, Civitas est in Planitie Phæaciæ insulæ, quæ ab utraq; parte habet duos editissimos vertices, in quibus adhuc sunt arces.

Phăăcĭus, a, um, Φαιακιος, & Phœacus, ca, cum, una syllaba minus. Propert. lib. 3: Nec mea Phœacas æquāt pomaria sylvas.

Phædōn, Φαίδων, Atheniensis, in cōvivio à regnata Atheniensium tyrannis necatus fuit: cujus filiæ virgines quum adversum quorundam vim pudicitiam alioqui illibatam servare nō possent, invicem se complexæ, in puteum defluentes necem sibi consciverunt. ¶Fuit & alter hoc nomine philosophus Elidensis, Socratis auditor, ingenio liberali. Qui (ut quidam scripserunt) cum vi lenoni perinde quasi meritorius puer, quæstuarium quæ mancipium, hum Cebes Socraticus emisse dicitur habuisseq; in philosophorum discipulis. Atque is postea Philosophus illustris fuit, cujus nomini Plato librū de immortalitate animorum inscripsit, qui etiam ab ejus nomine Phædon inscribitur.

Phædrā, Φαίδρα, Minois Cretensium regis filia fuit, & uxor Thesei, quæ amore Hippolyti privigni capta, cumq; ipsum adducere non posset, ut paternum thalamum contpurcaret, apud patrem cum detulit, tanquam stuprum sibi inferre voluisset. Reliqua vide in dictione HIPPOLYTUS.

Phædrus, Φαῖδρος, Vnus ex discipulis Platonis, cui Plato inscripsit librum, qui ab ejus nomine dicitur Phædrus.

Phædўmă, Ortanis nobilis Persæ filia, primùm Cambysis regis, coq; mortuo, Smerdis Magi concubina, quæ prima deprehendit, nō Smerdim Cyri filium, uti populus credebat, sed Magum imperare. Quare cōmota Persarū nobilitas Smerdim in regia trucidavit, Darioq; equi hinnitu (ut inter eos convenerat) regem declaratum, in illius locum substituunt. Autor Herod. lib. 4.

Phæsiana, apud Ptol. lib. 2. cap. 12, Hiberiæ urbs, alio nomine Phebiana castra, Vulgò hodie Salamanca.

Phæstum, Φαιστος, Vrbs in Creta, à qua Phæstius, Φαιστιος, Epimenides dictus est, quem adjutorem condendis legibus Solonis fuisse tradit Plutarchus, loclytum vaticinio, & rerum divinarum peritia.

Phæstus, Φαιστος, Mons, seu promontorium Cretæ, circa Gortynam urbem, civitatem habens ejusdem nominis. Sed nomē civitatis feminini generis est, montis masculini. Strabo libro 10. ¶Phæstus, Φαιστος, fuit, teste Homero, 5. Iliad. Boris Mæonii filius, sive Lydi, qui quum venisset Trojanis auxilio, ab Idomeneo interfectus est.

Phăĕthon, Φαέθων. Ligurum rex fuit vetustissimus, cujus multæ in Hetrusco littore coloniæ fuerunt, ut Cato est author in Originibus. ¶Phaëthon. [Φαέθων. Germ. Ein Sohn Solis und Clymenes.] Solis filius ex Clymene: qui quū à patre impetrasset, ut uno die currus sui habenas sibi permitteret, antequā ipse imperitus cœlum & terrā combureret, à Jove fulmine è curru excussus, in Padum fluvium decidit. Dictus Phaëthon ἀπὸ τοῦ φαεινὸς εἶναι, à luce, & αἴθω, uro unde & pro Sole accipitur. Virg. lib. 5. Aeneid. Autorum Phaëthontis equi jam luce vehebant.

Phăĕthontĭădes, Φαεθοντιάδες, Clymenes & Solis filiæ dicuntur, sorores Phaethontis, quæ dum extinctum fratrem fleret, conversæ sunt in alnos arbores, ut ait Virg. 6. Aeglog. ut 19. Aeneid in populos.

Phaëthūsa, Φαέθουσα, Fuit una ex filiabus Solis ex Neæra, nympha, & sororibus Lampetiæ, quæ in Sicilia, patris fundo fuit. Solis armenta custodiebant: è quibus soli sacris sortis Ulyssis cōtra Circes monita degustantes, naufragium fecerunt, ut lib. 12. Odyss. fabulatur Homerus. Ovid. 2. Metam. Phaëthusam, & Lampetien Solis & Clymenes filias fuisse tradit, & sorores Phaëthontis, quæ quum fratri fulmine percussum supra modum lugerent, ad Eridani ripam in arbores cōversæ sunt, quæ lacrymarum loco electrum extudant.

Phăgo, Φάγων. Ger. Gefräß. Pol. Żarłok.] Incredibilis edacitatis homo fuit, quem Flavius Vopiscus in Aureliano tradit, mensis Imperatoris adhibitū, aprum integrum, centū panes vervecē, & porcellū uno die edisse, bibisseq; vini urnam.

Phălantĭus, Φάλαντος, Lacon quidam fuit, de quo hæc tradit Servius lib. 3 Aeneid. Quum olim Lacones & Athenienses diu inter se bellavissent, & quum utraq; pars alligeretur, Lacones quibus juventus deerat, præceperunt ut virgines cum quibuscunque concuberent: quod & factum est. Sedatis autem bellis, juvenes incertis parentibus nati, quum & patriæ & sibi essent opprobrio (nam Parthenias dicebantur) acepto duce Phalanto, octavo ab Hercule, patriam reliquerunt, delatiq; ad breve oppidum Calabriæ, quod Taros Neptuni filius condiderat, id auxerunt, & pristino nomine Tarentum appellaverunt. Hactenus. Eadem ferè commemorat Acron in illud Horat. lib. 2. Carm. Ode 6: Dulce pellitis ovibus Galesi flumen, & regnata petam Laconi Rura Phalanto. ¶Hinc Phalanteus, a, um.

Phalăra, Φάλαρα, Civitas in sinu Maleaco non procul à Spercheo flumine ostio Plin. lib. 4 cap 7.

Phălăris, [Φάλαρις. Germ. Ein grausamer Königk und Tyrann in Sicilien.] Nomen proprium Agrigentinorum regis crudelissimi, qui præter cætera novorum supplicioru genera crudelissimi, qui præter cætera novorum supplicioru genera instrumenta, taurum habuit æneum, Perillo arte fabricatum, in quem miseros damnatos igneq; subjecto, bovis magitum edebant. cujus inventoris nomine quū artifex non leve munus speraret, ipsa Tyranni in taurum cōjectus, primus artis suæ specimen præbuit. Ipse quoq; Phalaris, quum nimia ejus atrocitate offensi ferri non posset, facto in eum universorum civitas ulcisci ferri non posset, facto in eum universorum civitas ulcisci ferri non posset, facto in eum universorum civitas ulcisci

Homeros, teste Stephano, indifferenter effertur, φάληρα ἀκτὴ καὶ πόλις.

Phalĕreus, φαληρεύς, Gentile nomen est à Phaleris Atheniensium portu deductum. Quo cognomento etiam dictus est Demetrius philosophus, Phanostrati filius, & Theophrasti auditor, qui quum à Cassandro Macedonum principe Athenis esset præfectus: non modò populariem non destruxit potentiã, sed etiam multis institutis reformavit. Verùm tantùm invidiæ valuit, ut post Cassandri obitum in Aegyptum fugere coactus: ibique tempore ejus in amicissimis ejus plures trecentis diebus statuas constavêre. Tãdem mortis stipulis periit, quã multa apud Ptolemæum in calumniosa oratione scripsisset. Vide Strab. lib. 9.

Phălĕrium, φαλήριον, Vibs Hetruriæ. Inde Phalerius, ria, rium, Stephan.

Phălĭsci, φαλίσκοι, Popul. Hetruriæ, quorum oppidum Phalerii vocabatur. Sunt qui arbitrãtur Phalliscos esse qui eam Hetruriæ partem inhabitant, ubi situm est oppidum quod hodie corrupto nomine Μοντεφλασκονε vocant, quum potiùs montem Phaliscum dicere debeamus.

Phălora, φαλώρα, Vibs Thessaliæ. Inde Phalorensis, φαλωρήσιος, Stephan.

Phănæum, φανὰ ἢ Cape maffeo, Promontorium in Chio insula, optimo vino nobilissimum. Autor Servius in illud Virg. 2. Georg. Sunt etiam Ammineæ vites firmissima vina, Tmolus & adjurgit quibus, & ex ipsa Phanæus.

Phănes, φάνης, Vir fuit Halicarnassius, qui Cambysæ Persarũ regi adversus Aegyptios bellum molienti, se ducem itineris præbuit, exercitumque ejus citra periculum per Arabiam in Aegyptum duxit. Autor Herodotus lib. 3. ¶ Phanes etiam à Graecis dicitur Sol, ἀπὸ τῆς φάνσεως hoc est, à lucendo.

Phănĕsii, φανήσιοι, Populi, in insulis Oceani Septentrionalibus, qui (ut Solinus ait) habent aures adeo effusas, ut reliqua viscera contegant illis.

Phăon, φάων, Juvenis Lesbius fuit formosissimus, à Sappho poetria perdilectissimè adamatus. Extat apud Ovid. Epist. Sapphus ad Phaonem.

Phărus, φάροι, numero plurali, Vrbs est, teste Plin. lib. 5. cap. 12. Graecæ mediterraneæ, à Messenis condita.

Phărāŏnēs, [פרעה Pharaõ. φαραὼ.] appellantur Aegyptiregis, quod cognomentum fuit dignitatis, ut scribit Euseb. Aegyptiorum enim lingua Pharaon regem significat, ut docet Iosephus lib. 8. Antiq. Ita quum primum perveniebant ad Imperium, hoc nomen accipiebant.

Phărĭa, Ptolemæa, Phariæ: Straboni verò Pharus, φαρία, Insula contra Dalmatiam & Iadaeram, quæ nunc Vulgò Lesse Illyrico sermone dicitur. ¶ Est & urbs in ea, à qua Pharienses populi.

Phariseus, & Pharisaicus. Vide in APPEL.

Phărmăcŏtrĭphi, [φαρμακότριφοι. Germ. Giftfresser/ sonst Wilderer.] Populi sunt Asiæ Marginis, & Sufanis finitimi, qui venenis alimenta ferunt: unde & nomen illis inditum est. Meminit horum Plinius lib. 6. cap. 16. & Pomp. lib. 1.

Pharmăcūsæ, φαρμακοῦσσαι, Sunt duæ insulæ exiles juxta Arcticam regionem in mari Sarmatico, in quarũ altera (ut inquit Strab. lib. 9.) sepulcrum Circes visitur. Plinius ejusdem nominis insulam inter Sporadas connumerat, lib. 4. cap. 12. Hãc Stephanus supra Milesium collocat, & Attalum regem in ea occisum fuisse asserit. Gentile est Pharmacusius.

Pharnăcīa, æ, φαρνακία Stephano, Regio & urbs Pontica. Trapezunti proxima. Plin. lib. 6. cap. 4 pharnacea appellat.

Phărnāx, nacis, pen. corr. φαρνάκης. Mithridatis regis filius, qui quum majore civilis belli, quod tum inter Cæsarem & Pompejum gerebatur, quam propriarum virium fiducia Cappadociam invasisset, a Cæsare salutatus in matrem est obiectatus. & (ut Cæsar gloriatus fertur) antequam hostem vidisset, victus: unde etiam inter Pontici triumphi fercula, tria hæc verba, pronunciasse fertur: Veni, vidi, vici, non ad alia belli significãria, sed celeriter confecta notam Suetonio in Caesare. Lucanus lib. 2. Pigraneuq; nemus, nec Pharnacis arma relinquas. Admoneo. Meminit hujus Cicero ad Cassium, lib. 15. Epist. Famil. & ad Attic. lib. 11.

Phărus, φάρος, Olim insula fuit, Canopico Nilo ostio objecta, dicti, unius navigatione (si Homero credimus) à cõtinente diremptæ: hodie verò Alexandriæ ponte cõjunctæ. Cujus mutationis causam quidam Nilo affingunt, cujus ostia magnam perpetuò limi vim ad proxima aggerunt: ita Lucan. lib. 10: Pharos insula quondã in medio fluctu maris. In ea turris est ingens in petra posita, quæ mari circumlatur, albo lapide, adfinxeris taientis à Philadelpho Ptolemæo rege Sostrati Cnidii architecti Alexandrinorum amnis opera extructa: quæ & ipsa Pharos dicta est. In qua nocte accensæ faces navigantium cursum regebant. ¶ Ac cujus similitudine cæteræ quoq; speculæ sunt in usum constructæ, Phari appellatæ sunt. Stativa: Lumina noctivagæ tollit Pharus æmula Lunæ. Scribit Hegesippus lib. 4. Pharon à Graecis, Latinisq; appellari ex ipsius rei usu, eò quòd olim pe vidcarur à navigantibus tanquam ὁρᾶν τὰ φανά, quod tum dum significat, immutata littera. Pharos dicatur. Iussit Alexander novam urbem condere statuit: sed quã magnæ sedis capax non esset, ex adverso ei objectam condidit Alexandriam. ¶ Est item Pharos, maris Adriatici insula, Illyrico adjacens, antea Paros dicta, teste Plin. lib. 3. cap. 21.

Phărĭăs, a, um, φαρίας, & Pharĭacus, a, um, ut Silva Phariaca.

Pharphariades, Pars una est Taurimontis. Plinius libro 5. capite 17.

Phărsălĭa, φαρσαλία. Regio Thessaliæ, Pharsalo oppido, quod ad Enipei ripam situm est, circumjacens: à quo & nomen accepit. Sunt qui universam Thessaliam hoc nomine vocatam existimant, à Pharsalo duce quæ primò Aemathia ab Aemathio: postea Thessalia, à Thessalo deinde à Macedone, Macedonia est dicta.

Phărsălĭcus, a, um: Hinc campi Pharsalici, in quibus deorũm maximorum bellorum civilium procellæ detonuerunt: primùm inter Cãsarem & Pompeium: alterum inter Augustum & percussores Cæsaris Brutum & Cassium. Hi pollet Philippici dicuntur, sive à Philippo rege, sive à Philippis vicina urbe, qui alio nomine Thebæ Thessalicæ appellant.

Phărsălos, seu Pharsalum, φάρσαλος & Stephano, Thessaliæ oppidum, in ripa Enipei fluminis situm, de quo Lucan. lib. 6: Aemathiæ æquoris regnum Pharsalos Achilles.

Pharusĭi, φάρουσιοι, Plin. lib. 5. cap. 8. & Pomponius lib. 1. Populi sunt Africæ ultrà Mauritaniam. Ii quondam Persæ fuisse dicuntur, comites Herculis ad Hesperidas tendentis. Pomponius quoq; ita sentit. Deinde Pharusii aliquando tendentes ad Hesperidas Herculis dires, nunc incolæ, & ubi quòd pecore alantur, admodum inopes. Qui fabulosa narrant, Thebano hæc Herculi tribuunt: at qui historicam veritatem prosequuntur, Aegyptio Hercule, qui Lybicus cognominatus est, putãs adscribenda censent. Memini horum & Strab. lib. 17. ubi de Mauris mentionem fecit. At Pharusii, φάρουσοι, qui ultra hos habitant, Hesperus Aethiopibus vicinat, fugiunt quemadmodum Aethiopes falcatis quoque curribus utuntur nonnunquam Mauris Pharusii, per deserta aquarum inopes equis portantes non nunquam per loca quædam palustria & lacus Gir tham veniunt. Quidam ex iis Troglodytarũ more sub terra habitare dicuntur, & æstivis imbribus abundare hyemem verò siccitate laborare. nonnulli ibi ex serpentũ, piscium q; cortice, alii ex stramentis indumenta parare. Vide reliqua apud Straboncm loco jam citato.

Phăsēlis, φασηλὶς, Pamphyliæ urbs in monte sita, piratarum olim perfugium. Cic. in Verr. Act. 6: Messanam Siciliæ oppidũ Verri Prætori, prædoni vetus & piratæ Siciliensi Phaselum quendam fuisse in, quod omnes furtorum acervos illuc deportasset: Phaselis (inquit) illa quam cepit P. Servilius, nõ fuerat urbs antè Ciliciæ ora; prædonũ: Lycii illam Graeci homines incolebant: sed quòd erat ejusmodi loco, atq; ita provecta in altum, ut & exeuntes è Cilicia prædones sæpe ad eam necessariò devenirent, & quum ex hisce locis se reciperent, eõdem defenderentur, adscripserunt illud sibi oppidum piratæ; primò commercio: deinde etiam faciente Mamertina civitate: improba antea non erat, etiam erat inimica improborum. Mox subdit: Verum hæc civitas illi prædoni ac piratæ Siculi hãc Phaselis fuit. Haec omnia undiq; deportabantur, apud illos relinquebantur: quod celari oportuerat, habebant tepidarium ac reconditum: per illos, quæ volebat in navem clàm imponenda, occultè exportanda curabat: navem denique maximam, quam onustis fortis in Italiam mitteret, apud illos faciendã, ædificandamq; curavit. Hactenus Cicero.

Phāsis, is, vel idis, φᾶσις, Colchorum prægrandis fluvius, de quo Lucanus lib. 3: Colchorum quæ cura facit dirissima Phasis. Plin. lib. 6. cap. 4: Navigatur Phasis quamdiu hæc magnis navigiis LXXVIII. M. D. pass. inde minoribus longo spatio, pontibus centum viginti pervius. Ab hoc fluvio pisces nuncupatos tradunt, quòd ibi maximus eorum provenire feraturunde etiam ab Argonautis in Graeciam advecti putantur. ¶ Fuit item ejusdem nominis oppidum, ad fluvii hujus ostium situm, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 4.

Phāsĭăs, adis, φασιὰς, Patronymicum est femininum, à Phasi fluvio, sive oppido deductum, quod Poetæ pro Medea ferè usurpant, Phasidis alumna. Ovid. 3. de Arte: matrium Barbara per natos Phasias ora suos.

Phegēa, pen. prod. φηγέα. Civitas Arcadiæ, à Phegeo rege, Phoronei fratre condita. Postea Erymanthus, postea & Psophis appellata. Steph.

Phlegĭas, φλεγύας. Pater fuit Alphesibœæ, qui Alcmeona quũ justa patris matrem occidisset, & ob eam rem furiis agitaretur, purgavit, eiq; Alphesibœam filiam matrimonio junxit. Vide fabulam latiùs apud Ovid. 9. Metam.

Phĕgor,

Phĕgor, Ebraïce, Lingua Hebræa Priapus appellatur, inquit Hieronymus contra Iovinianum: unde Beel phegor, dictio composita: hoc est, Priapi simulacrum.

Phemŏnŏē, φημονοη, Sibyllæ nomen, quæ prima Apollinis Delphici vates dicitur fuisse, & carmen heroicum invenisse, ut ait Pausanias. Stat. lib. 4. Syl. refertq; arcana pudicos Phemonoe fontes. ¶ Est & Phœbados cujusdam nomen apud Lucanum lib. 5: Phemonoen errare vagam, curisq; vacantem. ¶ Sunt qui Phœbi filiam dicat fuisse. Meminit ejus Hesiodus in Theogonia.

Phĕneum, φενεον Stephano, Oppidū in Arcadia, circa quod herba nascitur Homeri præconio celeberrima, quam à diis immortalibus Moly vocari ait Plin. lib. 25. cap. 4.

Phĕnĕūs, ανος, Lacus Arcadiæ, cujus aqua nocturno tempore perniciosa, interdiu salutaris est. Ovid. Met. 15. Est lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores. Ambiguis spectatus aquis quas nocte timeto: Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibuntur.

Phĕræ, arum, φεραι, Vulgò Gerandi. Oppidum Thessaliæ, ad Boëbeidem lacum, ubi Magnesia à Pelasgicis campis dirimitur. Homer. in Catal. Οι τε Βοιβηϊδα λιμνην τε περι Βοιβηϊδα ναιεσκον. ¶ Est item ejusdem nominis oppidum in Achaia propriè dicta, non procul à Patris.

Phĕrĕcȳdēs, penult. prod. φερεκυδης, Philosophus, & Poëta tragicus, ex Scyro insula, teste Strabone lib. 10. Floruit regnante Servio Tullio apud Romanos. Cic. lib. 1. Tuscul. Hic primus dixit animos hominum esse sempiternos. Primus scripsit soluta oratione sui Apulcius in Floridis autor est) repudiato versuum nexu. Hunc Pythagoras magistrum coluit. Perit phthiriasi: id est, pediculari morbo, de quo Serenus: Sed quis nō pavcat Pherecydis fata tragœdi, Qui mimio sudore Sues animalia sæcra Eduxit, turpi miserum quæ morte tulerunt? Hic tamen si nullo magistro alius, tamen per se multum eruditionis est cōsequutus, ut autor est Suidas. Quamquam Diogenes Laërt. Pittaci auditorem fuisse tradit. ¶ Pherecydes præterea alius fuit, teste Laërtio, antiquior etiam superiore, Atheniensis & Philosophus, qui ab Orpheo multa didicit, scripsitq; Theogoniam libris decem: item libellum De rerum principio. ¶ Pherecydem aliam Lerium genere, Historicum commemorat Suidas.

Phĕrĕnicē, pen. prod. φερενικη, Nomen mulieris. Aelianus lib. 10. de varia hist. Duxit ad Olympicum certamen filium suum Pherenice fœmina, prohibentibus eam spectare qui præsidebant. Tandem ab iis persuasit, quæ patrem, & fratres ejus habebat Olympionicas, spectavit, & victorem filium reduxit.

Phīdĭās, æ, φειδιας, Nobilis fuit statuarius, qui in ebore scalpēdo claruit: dis tamen (ut inquit Quintilianus) quàm hominibus est faciendis melior. Inter hujus opera præcipuè commendata est Minervæ statua, quam Athenis ex ebore fecit, XXVI. cubitorum altitudinem cujus clypeo Amazonum pugnam, & Gigantomachiam insculpsit in soleis verò, Centaurorum & Lapithārum certamen. Proximam commendationem meruit Iupiter Olympius, & ipse totus ex ebore. Cælavit & Venerem, quæ postea Romæ fuit in porticu Octaviæ fertur. Item Nemesim Rhamnusiam, malum manu tenētem, ex quo parva surgebat complicatio, hanc inscriptionē habentes: Agoracritus Parius fecit. Hūc enim Agoracritum discipulum usq; adeō diligebat, ut ei tanti operis laudem crederet.

Phīdĭācŭs, a, um, φειδιακος, Propert. lib. 3: Phidiacus signo fit Iupiter ornat eburno. Martial. lib. 6. Quis te Phidiaco formam non dixit in auro, Aut quis Palladiæ non putet artis opus?

Phīdippŭs, φειδιππος, Herculis nepos ex Thessalo filio, qui unā cum fratre Antipho contractis ex maris Carpathii insulis triginta navibus, Græcis suppetias tulit adversus Trojanos. Autor Homerus in Catal. navium. ¶ Est item Phidippus personæ comicæ nomen, apud Terent. in Hecyra.

Phĭla, æ, φιλα Stephano, Vrbs Macedoniæ, juxta Peneum fluvium, à Demetrio Gonata Antigoni filio condita, & à nomine matris ejus ita appellata. ¶ Est item Phila maris Gallici insula, regionis Antipolis, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5. ¶ Sunt & quatuor ejusdem nominis insulæ in Nilo fluvio, supra Delta, quas commemorat idem Plin. lib. 5. cap. 9.

Phĭlădelphĭa, φιλαδελφια, Nomen civitatis in Mysia, regione Asiæ, frequentibus terræ motibus convulsa: unde ejus incolæ in agris magnā ex parte degebant. In hac fuit una ex septem Ecclesiis in Apocalypsi cōmemoratis. Supra Philadelphiam, Orientem versus exusta regio patet, quam Græci κατακεκαυμενην appellant, stadiis longa quingentis, quadringentis lata, ubi nullæ arbores præter vitem inveniuntur, quę exustum virum fert ita elegans ut nulli cedat. Summa camporum facies cinerulenta est: Montana, petrosa & nigra. Quidā ex crebrō fulminum ictu id contigisse arbitrantur, nec dubitant quin de Typhone dicuntur, hoc in loco fabulati. Sed credibilius est subterraneum ignem, qui postea deterserit, regionem exussisse. Dicta est olim Philadelphia ab Attalo Philadelpho conditore.

Phĭlădelphŭs, φιλαδελφος, Ptolemæi regis Aegypti cognomen, qui bibliothecam Alexandriæ, ferè quinquaginta millia librorum continentem, extruxit. Idem libros Mosis vertendos curavit per L X X. interpretes ex Hebræo in Græcum sermonem.

Phĭlæ, ārum, φιλαι, Insula aspera, & undique præruptа, adjacens Aegypto, duobus in unum coitūs amnibus cincta, qui Nilo mutantur, & ejus nomen ferunt. Sunt autem Philæ Strabone libro decimoseptimo, insula Syenen, ad quas ipse se ex Syene plaustro per plana aliquando vectum scribit. Meminit & Lucanus libro 10: Rursus multifidas revocat piger alveus undas. Quā dirimunt Arabum populis Aegyptia rura, Regni claustra Philæ.

Phĭlænorum ārа, φιλαινων βωμοι, Dicuntur quæ Siculo Pelloro oppositæ in media quodammodo Syrtium tellure positæ fanctis dicitur à Philænis fratribus, qui in eo loco vivi creduntur fuisse defossi. Nam quum inter Cyrenenses & Carthaginenses de finibus decidisset controversia, placuit ut certo tempore duo viri ex utraq; civitate egrederentur: ubicunque sibi obviam fierent, in civitatis utriusque termini essent. Itaque Carthagine egressi Philæni, quum aliquot passuum millia in fines Cyrenensium processissent, indignati adversarii se esse præventos, optionem Philænis proposuerunt, mallentne ad suos fines ire, an eo in loco vivi defodiri: qui respondentibus se patriæ salutem vitæ præferre, à Cyrenensibus, qui vivis superiores erāt, vivi in eo loco sunt defossi. Quo in loco Carthaginenses, ne eximia illorum in patriam pietas alia temporum injuria obliteraretur, aras eis arasq; constituerunt. Vide Sallustium in bello Iugurthino.

Phĭlăgrĭŏs, φιλαγριος, Medicus fuit insignis, Galeni æqualis natione Epirota, Naumachii discipulus, cujus scripta recenset Suidas.

Phĭlăgrŭs, φιλαγρος, Sophista Cilix, auditor Lolliani, supra modum iracundus. Nam & dormitantē quandoque auditori pugnum in malam ferunt impegisse. Huic Mercillus nepos sepulcrum extruens, lapideum apposuit corvum. Id quū Cicero esset intuitus, in ejus levitatem jocatus: Hoc, inquit, sapientius à te factum: πανυ σοφως ποιησας και λιθινον κοραξ ἐπιθεις, vocalior magis te docuit, quàm dicere. Hæc Cælius Rhodiginus Antiq. lect. lib. 21. cap. 7. & lib. 19. cap. 20.

Phĭlămmŏn, φιλαμμων, Filius Apollinis ex Chione nympha, claritissimus carmine & cithara. Ovid. libro 12: Nascitur è Phœbo (namque est eius è gemellis) Carmine vocali clarus, citharaq; Philammon. ¶ Fuit item Philamon Atheniensis, pugil fortissimus, qui omnes suæ ætatis pugiles superavit. Suidas.

Phĭlēmōn, φιλημων, Syracusius, novæ Comœdiæ scriptor, qui Alexandri Magni tempore floruit. Hunc Quintilianus secundum inter Comicos scriptores locum tribuit: Philemon, inquit, proximus fuit temporis judicio. Menandro sæpè prælatus est, consentio tamen omnium meruit secundus credi.

Phĭlēsĭŭs, Cognomē Apollinis, Græci φιλησιον amabilem dicunt quod cognomen idcirco Apollini tribuitur: quia tamē ejus eventus, amabili veneratione oculorum cōtuemur.

Phĭlētærĭdēs, φιλεταιρος, Comicus fuit Atheniensis, Antiphanis Comici filius. Fabulas scripsit unam & viginti, quarū novem tantùm recensentur à Suida.

Phĭlĕtās, φιλητας, Poëta elegiographus ex insula Co, qui Philippi & Alexandri Macedonum ætate floruit. Præceptor fuit Ptolomæi Philadelphi. Suis carminibus celebravit Bambem puellam, quam adamavit. Fuisse fertur corpore adeò tenui, ut necesse fuerit ei plumbum adhibere, ne ventorum flatu raperetur. Polianus: nec Coæ adhæ nō sacra Philetæ, Quamquam est æger, adest, quanquam vestigia lento Fulcit gravat plumbo, &c.

Phĭlĕum, φιλειον, Vulgò Gruninga, apud Ptolemæum Germaniæ Septentrionalis oppidum est, ex longitudine & latitudine à Ptolemæo adscripta, conjicimus autem esse eum Groninga Frisiæ oppido, aut certè illi proximum.

Phĭlĭdes, Mango quidam fuit equorū, à quo quum Themistocles equū donō postulasset, nactusq; impetrasset, minatus est se domum ejus continuō ligneam equum facturum. Quo enigmate significabat se propinquorum accusationes & crimina in eum conjecturū. Plutarch. in Themist. Quorsum hæc memoria tam frigidæ rei?

Phĭlippī, φιλιπποι, Vrbs Thessaliæ, quæ Dathos antea dicebatur, quā Philippus Macedonū rex instauravit, & à nomine suo Philippos nominavit. Virg. 1. Georg. Romanas acies iterum videre Philippi. ¶ Sunt & Philippi in Thracia, inter Nestum

sum & Strymonem amnis, non procul ab Ossyma, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Philippēnsis, Philippensis, Possessivum formatum à Philippis Thessaliæ civitate. Philippenses cives, Φιλιππήσιοι, & Philippense bellum, quod apud Philippos gestum est.

Philippĭcus, ca, cum φιλιππικός, Denominativum, à civitate Philippis ut, Campi philippici, civilibus cladibus nobilitati, in quibus primùm Cæsar Pompeium, & posteà Augustus Brutum & Cassium profligavit.

Philippĭdēs, φιλιππίδης, Comicus poëta haud ignobilis, qui ætate jam provecta cum in certamine Poëtarū præter spem vicisset, gaudio repentè mortuus est: quod & Diagoræ Rhodio accidit. ¶ Fuit & alius ejusdem nominis, à celeritate pedum ὠκυπόδης cognominatus, quòd XXIII. horarū spatio mille quingenta stadia pedibus cōfecerit, dimidio & octo stadiis itinere ab Arbelis Lacedæmonem usque peracto, Varinq; auctor Suidas.

Philippŏpŏlis, φιλιππόπολις, Oppidum Macedoniæ, à Philippo Amyntæ filio conditum, patre Alexandri. Autor Stephanus. Plin. Philippopolim in Thracia constituit, lib. 4. cap. 11.

Philippŭs, φίλιππος, Amyntæ filius & Alexandri Magni pater, Macedonum rex, rei militaris peritissimus, rebusq; gestis clarissimus, Macedoniæ regnum, quod angustis ancoratinibus continebatur, adeo ampliavit, ut centum quinquaginta populi in Macedonum ditione numerarentur. Hic à Pausania quodam adolescente est interfectus: qui quum de stupro filii per vim ab Attalo illato, apud regem questus esset, & pro re indignitate ultionem postulasset, neque etiam à rege mederi animadvertisset, iram in regem convertit, & ultionem quam ab inimico nō poterat, ab iniquo judice sumpsit. ¶ Alius fuit hoc nomine Romanorum Imperator, qui primus ex Romanis imperatoribus Christianæ religionis sacris fuisse initiatus fertur. ¶ Philippus, Demetrii filius, rex Macedonum, à T. Q. Flaminio victus, ut, autore Livio, quū videret Annibalem fœderis in Italia res gerentem, legatos ad eum de societate misit, quibus ideū à Q. Fulvio Flacco præfecto classis intercepti cum literis, missi; ad Senatum ibant. M. Levinus prætor cōtra eum mittitur, qui regem agrestem Apolloniæ, incautum, semique sopitum nocte inter pocula adoritur. Ille in Macedoniam cum exercitu reversus, mox fugit, incensis priùs ne hostis potiretur, suis navibus. Vide Liv. lib. 1. de bello Maced. ¶ Philippus, medicus Alexandri, teste Curtio lib. 3. cujus etiā meminit Plutarchus in vita Alexandri. ¶ Philippos etiā Romanos viros claros legimus in gente Marcia, inter quos L. Philippus orator, Crassi adversarius, Cic. lib. 3. de Oratore, & de Clar. orator.

Philistĭus, φίλιστος, Comicus scriptor, cujus fabulæ enumerantur à Suida. ¶ Fuit item Philistus quidam Coscyreus, Philotæ filius, poëta ex secundo ordine Tragicorum, & Dionysii facundus fuit Ptolemæo Philadelpho. Scripsit fabulas quas & quasi tragicas. ¶ Philistus præterea Aeginēta, Diogenis Cynici, aut certè (ut alii malunt) Solonis auditor, & præceptor Alexandri. Scripsit Dialogos quosdā, inter quos est Codrus: ex Suida.

Philistĭon, φιλίστιον, Sardianus, sive Prusiensis, poëta comicus, quo Socrates ætate floruit, cujus in fine mortuus fertur. Suid.

Philistus, φίλιστος, Archonis filius, patria Naucratites, aut ut alii volunt Syracusanus, recens Elegiographi discipulus. Scripta ejus enumerat Suidas.

Philix, Nutrix fuit Domitiani principis, ut est autor Suetonius.

Phillȳri, & Phillyrides, Vide PHILYRA, & PHILYRIDES.

Philo, φίλων, Academicæ sectæ philosophus indignis, Ciceronis in Philosophia præceptor, utipse testatur in libro de Claris Orat. Eodem (inquit) tempore, quum princeps Academiæ Philo cum Atheniensium optimatibus Mithridatico bello domo profugisset, Romamq; venisset, etiam totū tradidit, admirabili quodam ad philosophiam studio incitatus. ¶ Fuit etiā hoc nomine ludæus Philosophus, Alexandriæ natus, disciplinisq; omnibus eruditus, & nostra & Græcorum Philosophia bene versatus: eloquentiæ autē Platonicæ tam diligens æmulator, ut illud vulgō de eo jactaretur Πλάτων ἢ Φίλων, ἢ οὐδεὶς χριστιανός: hoc est, aut Plato philonizat, aut Philo platonizat. In divinis autem legibus, & patrijs institutis quātus fuerit, ex his quæ nobis librorum suorum tradidit monumentis, palām est. Igitur temporibus Caji quanta acciderint ludæis mala, voluminibus absolvit, quibus Senatum legationē pro ludæis apud Imperatorem retulit, sed & Josephus hujus legationis meminit lib. 18. Hunc Porphyrius quoq; lib. 4. magnis laudibus cit. profecutus. ¶ Philo Herennius, Byblius patria, grāmaticus, tempore Adriani, de cujus imperio scripsit: præterea de civitatibus & viris claris libros XXX. Suidas.

Philŏchŏrus, φιλόχορος, Atheniensis, vir doctissimus & vates, tempore Eratosthenis circiter: fuit ad Antigoni Macedoniæ regis ob amicitiæ suspicionem cum Ptolemæo rege. Scripsit Atthidis libros XVII. qui continent res gestas Athenienſium, & reges & magistratus, usq; ad Antiochum cognominatum Deum, atq; complura. Autor Suid.

Phitoclēs, is, φιτοκλῆς, Atheniensis Poëta Tragicus fuit, non ita multo post Euripidem: Aeschyli sororis filius, ab incundiæ vitio Rhis appellatus, facie fuit in primis fœda, capiteque inverso formam acuminato. Scripsit fabulas centum. Reliquit filium nomine Mortimum, & ipsum poëtam Tragicum. Hæc Suidas.

Philŏcrătes, φιλοκράτης, Atheniensis, quem Demosthenes in proditionis suspicionem adduxit. Extant ad hāc aliquot Aeschinis epistolæ. ¶ Fuit & alius ejusdem nominis, Struthius cognominatus: de quo vide Suidam.

Philoctētes, etis, vel ētæ, penultima producta, φιλοκτήτης, Pœantis filius & comes Herculis, cui, idem moriens in Oëta monte, mandavit ne cui corporis suæ reliquias indicaret, idq; jurare cum coëgit, dedit q; pro munere pharetram & sagittas Hydræ felle intinctas. Advocatæ verò tempore quum Delphico oraculo monstratum esset Græcis, ad everrtendam Trojam sagittis Herculis opus esse, inventus Philoctetes, & de Hercule interrogatus, negavit is primò quicquam de Hercule scire: tandem verò mortuum eum cōfessus est, & quum gravaret ad indicandum sepulcrum cogeretur, ne jusjurandum violaret, ictu pedis locum ostendit: quumque ad bellum Trojanum deduceretur: quia solus Lernæis sagittis ut poterat, natus sagittæ casum in pede, quo Hercules tumulum monstraverat, vulnere penè immedicabili affectus est. Tandem quum valetudinis tuendæ à Græcis ferri non posset, in Lemno rejectus est: sed oraculo Achille, Ulysses in Lemnum regressus, ad Trojam illum reduxit, ut inquit Ovid. lib. 3. Metamorph. Devicta autem Troja, pudore, ne in patriam æger rediret, impeditus, in Calabriam venit, ibique Petiliam condidit. Virg. lib. 3. Aeneid. Inscius Alcidæ: Meliboi Parva Philoctetæ subnixa Petilia muro, &c. Tandem opera Machaonis medici sanatus est. Propertius tamen: Tarda Philoctetæ fuerant vestigia Machaon. Vide BASANITADES.

Philŏlāus, φιλόλαος, Pythagoricus quidā philosophus, cujus tres libros Plato, quum senex admodū esset, pecunia, decem millibus denariorum mercatus est. Quod pretium à Dione Syracusano accepérat. Philolaus, φιλόλαος, Corinthius ille qui leges Thebanis dedit, ex familia Bacchiadū fuit: amicus Diocli, qui Olympia victit, sed cum ille civitatem deseruisset, commotus ob amatorem marito Alcinoæ, Thebas migravit, atq; ibi ambo defuncti sunt. Hic cavit igitur ob hujusmodi casum apud Thebanos, quibus leges descripsit, & alia quædam præcipuè de liberorum procreatione, quam illi παιδοποιΐαν appellant. Aristot. & Polit.

Philŏmēla, φιλομήλα, Nomen puellæ Pandionis Atheniensis regis filiæ, & sororis Prognes. Quæ quum à Tereo compressa fuisset, tandem (ut est in fabulis) dolorum miseratione in avem luscinium nomine conversa est, quæ & lusciniæ dicitur, quam etiam nunc flere dicunt casta de crudelissimo injuriam quam passa est. Martial. lib. 14. Flet Philomela nefas inscii Tereos, & quæ Musa puellarum, garrula ferunt avis. Animadvertendū hoc in loco est, cum à multis fabulam traditam, existimasse Gorgiam Philomelam in lucem edidisse. Progne, sororem ejus in lusciniam cōversam fuisse, quam etiam opinionem sequutus est M. Varro: Luscinia (inquit) luctuosa, concrepat exsilium ejus, atq; esse ex Attica Progne, testudo facta avis. Et Virg. Aeglog. 6. quum inquit: Quas ille Philomelæ dapes. Petrus Victorius in 3. lib. Rhetor. Aristot.

Philŏpœmēn, sive Philopœmen, φιλοποίμην, Suidæ, Megalopolitanus, dux Achæorum præstantissimus, Lacedæmonios & Messenios multis cladibus afflixit, Plutarchus in Philopœmene, Livius lib. 35.

Philostrătus, φιλόστρατος, Lemnius philosophus, tempore Severi principis Romæ claruit, cujus uxor fuit ab epistolis. Scripsit Vitas sophistarum ac Severum, & de Vita Apollonii Tyanei, libros octo, præterea Heroica. ¶ Philostratus hujus pater, Athenis docuit Neronis tempore. Scripsit panegyricos plures, & declamationes orationibus valdè probatas, compluraq; alia quæ à Suida commemorantur. ¶ Philostratus tertius, superiorib; filius: docuit Athenis: scripsit Pausaniæ atium, Tiojam, Vita, diversum Heroicis clypei, Icones quæ quas huic multa tribuunt, spurias testantur Suidas.

Philoxĕnus, φιλόξενος. Pol. Φιλόξενος.] Hospitalis: quo nomine ditus est poëta quidam Lyricus, qui quum sibi Dionysius tragœdiam quandam castigandam commisisset, cuidam loco à capite ad calcem totum opus damnavit: quapropter in latomias conjectus est: indeq; Tarentum aufugit. Dionysioque de perditis revocanti, nihil aliud quam monosyllabum rescripsit, hoc est, cœnam. Autor Suidas. ¶ Fuit etiam hoc nomine parasitus quidam, qui ejusmodi gruis sibi optabat,

optabat, quò domûs cibi, potusque delectatione frueretur. De hoc Philoxeno tradit Plutarchus, & Athenæus cum solitũ esse convivijs adhibitum, se in pultaria emungere, ut reliqua rei fœditate abhorrentibus, solus epulis frueretur. Idem etiã traditur de Gnathone quodam Sirulo. ¶ Philoxenus, Eretriẽsis pictor, Nicomachi discipulus, cujus tabula nullis possit ponenda Cassandro regi picta, commouit Alexandri prælium cum Dario. Idẽ pinxit & Lasciviam in qua tres Sileni comessabantur. His præceptoris celeritatem sequutus, breviores etiamnum quotidianas pictoræ vias & compendiarias inuenit. Verba sunt Plinij, lib. 35. cap. 10. ¶ Philoxenus, Grãmaticus Alexãdrinus, & ipse scripsit de monosyllabis verbis. De Hellenismo: De linguarum dialectis, & alia. Suidas.

Philyra, elt proprium nomen filiæ Oceani, ex qua Saturnus in equum conversus Chironem Centaurum dicitur suscepisse: qui à matre Philyrides, & Philyreus dicitur. Scribitur autẽ hoc nomen & ejus derivata simplici l. Poetæ tamen sub jure ut primam syllabam extendant, geminant hanc consonantẽ. Ovid. lib. 1. de Arte amandi: Philyrides puerum citharæ perfecit Achillem.

Phinĕus, ἀνεὺς, Agenoris fuit filius, ut Hellanicus ait: ut Hesiodus Phœnicis & Cassiopeæ, Agenoris nepos, fratri Cilicis, Doridi, & Atamanti. Hic rex Arcadiæ: vel ut alii, Thraciæ: vel ut rursus alii, Paphlagoniæ uxorem duxit Cleopatram, (quam quidam Sthenoboeam vocant) ex qua genuit Oxythum, & Cramburn, ut Sophocles: ut alii, Mary andinũ & Thynum: vel ut rursus alii, Parçmonem & Phineam, quibus mortua priore conjuge Cleopatra Harpalycen Calais & Zethe sororem, novercam superinduxit: quamvis Flaccus non Harpalycen, sed Cleopatram Borcadum furorem appellet: cui etiam Apollonĩ interpres assentitur, qui lib. 1. Phineum Cleopatram Boreæ & Orithyiæ filiam uxorem duxisse tradit: secundam verò Idæã Dardani filiam novercam superinduxisse: cujus suasu filios ex Cleopatra susceptos excæcavit. Quapropter & ipse excæcatus est à deis, tum Harpyiæ contra eũ missæ, quæ cibos & mensam ejus turpissimè fœdarunt. Postea verò adventantibus ad ea loca Argonautis, à Calai & Zethe fratribus alatis, usque ad Strophades insulas fugatæ sunt: vide supra CALAIS. Postremò ab Hercule interfectus dicitur, quũ in solitudine liberos Phinei offendisset excæcatos, compertisseq; eos casu omnis novercæ ejectos fuisse, &c.

Phinĕus, a, um, apud Senecam, & Phineius, a, um, apud Virg. lib. 3. Aeneid. -quas dira Celæno Harpyiæque colunt aliæ, Phineia postquam Clausa domus mensæque metu liquere priores, &c.

Phison, [Φισὼν. Germ. Der Fluß Ganges in Indien.] teste Iosepho, lib. 1. ca. 2: Unus est ex partibus magni fluminis in omnẽ terram undiq; profluentis, quo paradisus irrigatur, qui deductus in Indiam pelago latè diffunditur. A Græcis nuncupatur Ganges: alii Gangem interpretantur, alii Nilum.

Phla, Insula est in Tritonide Africæ palude, de qua sic Herodotus lib. 4: Ajunt Iasonem postea quam sub Pelio Argo exædificavit, impositis in ea cum aliis solennibus hostiis, tum verò tripode ærea, circuisse Peloponnesum, animo Delphos eundi: cumq; quã teneret cursum circa Maleam, abreptum à vento Aquilone, & abductum in Africam: & priusquam terram cerneret, in aprecis paludis Tritonidis adtitisse, cujus hesitanti de egressu apparuisse Tritonem ac jussisse sibi dari tripodem, quòd dicteret obscolturum se illi exitum, atque incolumem remissurum.

Phlanonites, φλανωνίτης Stephano, Populi sunt Illyrici, à quibus nomen hui est indicium, quem modò nautæ Quernarium appellant: alii Carnarum propter naufragia, procellosò fermè semper transit. In recessu ejus Senia urbs, cujus à tergo species sunt, unde vehementes nulla ferè non horis venti perflant: eaq; res infamem eum locum reddidit. Dicti Phlanonites ab oppido Phlanone: unde ctiam omnis hic Phlanoniticus, φλανωνίτικος, Stephano vocatur: qui à Pola colonia Iaderam usque diffunditur.

Phlĕgĕthon, thontis, [Φλεγέθων. Germ. Ein Fluß der Hellen [Feuer] ist.] Luvius infernorum, flammis æstuantibus rapidus: à φλέγω, ardeo. Virg. 6. Aen. Quæ circuitus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon, torquetq; ignea saxa. Hinc Phlegethontæus, a, um, penult. prod.

Phlĕgon, φλέγων, Unus ex equis Solis, ἀπὸ τῦ φλέγειν, quod est ardere, dictus. Ovid. 2. Metam. Vide AETHON.

Phlĕgræi, æ, vel Phlegræ, es, φλεγραῖα, Vrbs Macedoniæ, teste Plin. lib. 4. cap. 10, & vallis circa hanc urbem in qua Gigantes olim cum diis confixêre.

Phlegræi, φλεγραῖοι, Campi duo fuêre, alter in Græciâ, à Phlegra Thessaliæ valle juxta Pallenẽ, ubi Gigantes cum diis confixisse traduntur. Alter in Campania prope Cumas, in quo Hercules cum his prælium cõmisit. Strabo lib. 5: Fortunatus erat & campus nomine Phlegræus, in quo res à Gigantibus

gestas fabulæ divulgant nullam aliã ob causam (ut credibile est) quam quòd terra ipsa suapte vitiositate præliorum conscia fuisset. Theagenes verò & Eudoxus quibus historicam fidẽ pugnam hanc conantur reducere: Pallenen (inquiunt) quæ veteri nomine Phlegra vocabatur, homines tenuêrunt, quibus immanitas & superbia morum, Gigantum cognomen peperit. In hos ineunte prælium Hercule, fulmina de cœlo missa sunt, donec in fugere coacti sunt, atq; ingenti victoria superatus. Ex hac re rumor in vulgus ortus: Gigantes bellum diis movisse. Silius lib. 12: Tradunt Herculea prostratos mole Gigantes Tellurem injectam quatere, & spiramine anhelo Torreri latè campos, quoticq; minantur Rumpere compagem impositam, expalluisse cœlum. Id autem ideò fictum ethnicos, quòd ea regio tota sulphure plurimo scatet. Hinc fit ut vetere motu impulsu excitetur passim ignis: qui quò exitum è cavernis natura expetat, dum luctatur assiduè, terram tãdem, quamvis & commoveat, exuritq; frequẽter, unde & nomen sortiuntur φλέγειν enim Græcè exurere, ardereq; significat.

Phlegræus, φλεγραῖος, Vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius apud Ovid. 12. Metamor.

Phlĕgyas, φλεγύας, Martis filius, rex Lapitharum in Thessalia, pater Ixionis, & Coronidis nymphæ, quam quum ab Apolline vitiatã intellexisset, templum ejus Delphis incendit. Quapropter Apollo iratus ipsum sagittis interfectum ad inferos detrusit, ubi hanc pœna afficitur, ut sub ingenti saxo ruinam minante sedens semper illud casurum inspiceret & timeat. ¶ Phlegyæ item populi sunt insulani Thessaliæ, à Phlegya Ixionis patre cognominati. Hi cùm sacrilegi essent, deosq; & homines spernerent, abirato Neptuno immisso diluvio submersi sunt, quorum apud inferos meminit Virg. lib. 6. Aen. -sedet, æternumq; sedebit

Infelix Theseus, Phlegyasq; miserrimus omnes
Admonet, & magna testatus voce per umbras,
Discite justitiam moniti, & non temnere Divos.

Phlius, untis, φλιοῦς, Vrbs in medio Sicyonii, Argiviq; agri, ubi religiosissimè colebatur Hebe. Auter Strab. lib. 8. Oppidi hujus incolæ Phliuntii, Phliasii, & Phliasii dicuntur regionesq; circumjecta, Phliasia, anteà Araethyrea dicta, teste eodem Strabone loco jam citato.

Phocæ, Phocarum, Insulæ sunt Cretæ adjacentes, ut ait Plin. lib. 4. cap. 12.

Phocæa, φωκαία, Vrbs Ioniæ, Atheniensiũ colonia, teste Strabone lib. 14: unde profecti sunt qui Massiliam apud Gallos non procul à Rhodano condidêre. Dicta Phocæa, quòd vituli marini magno numero apparuissent urbem cõdentibus. ¶ Est etiam in Caria Phocæa, monti Mycalæ apposita, ab hac Phocæenses, φωκαιεῖς, ut à Græcorum Phocide, Phocenses, φωκεῖς. ¶ Abuttaque Phocaicus, ca, cum: ut Murex Phocaicus, Lanas Phocaicum.

Phocæi, [φωκαεῖς. Germ. Alte Völcker in Ionien.] Ioniæ populi, qui assiduis Persarum bellis exagitati, communi consilio patriam reliquerunt, diraque execrationibus se devoverunt, si quando eõdem redire conarentur. Varia deinde fortuna usi, tandem in Galliam delati sunt, ubi Massiliam condiderunt. Horatius: Nulla sit hac potior sententia, Phocæorum Velut profugit execrata civitas. Vide Erasmum in Proverbio: Phocensium execratio.

Phocas, φωκᾶς, Romani Imperatoris, item celebris Grammatici nomen.

Phocăsĭa, æ, φωκαὶς, Insula est in mari Ægæo, ex adverso Actiæ cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Phocæ, φῶκαι, Vrbs Bœotiæ, ad sinum Oeteum: cujus meminit Ptolemæus lib. 3. cap. 15.

Phocion, φωκίων, Civis Atheniensis, tanta vitæ integritate, ut quum magnas sibi opes ex magistratibus, qui plurimi ei deferebantur, posset comparare, pauperrimus tamen permanserit: unde & τοῦ χρηστοῦ: hoc est, probi, sive frugi cognomen invenit. Hic neq; videre, neq; lacrymare ab ullo unquam est visus: & in concione quum quis dixisset, Cogitabundus vicciss: & in concione quum quis dixisset, Cogitabundus vicciss: ô Phocion. Recte, inquã, conjectas: Cogito enim qua ratione aliquid de his detrahere possim, aut omittere quę apud Athenienses populum dicere decrevi. Huic quum legati Philippi Macedonum regis ingentia munera offerrent, hortarentusq; ut ea acciperet, admonerentq; simul quãvis ipse facilè his careret, liberis tamen ejus esse necessaria, quibus difficile foret in summa paupertate ad paternam gloriã pervenire: Si mei, inquit, similes erunt, idem hic agellus alet illos: qui me ad hãc dignitatem perduxit: si dissimiles nolo meis impensis illorum ali, augerive luxuriam.

Phocylĭdes, gen. cor. φωκυλίδης, Milesius philosophus æqualis Theognidis. Natus est quinquagesima nona Olympiade. Scripsit Heroicum carmen & Elegias: item Pæneticum carmen, ex libris Sibyllinis, ut volunt, decerptum. Vide Suidam.

Phocis, ĭdis, φωκὶς, Exigua Græciæ regio, sinui Crissæo adjacens.

cens, Delphico oraculo, & Helicone, Parnassoque montibus inclyta.

Phōcēnses, huius incolæ dicuntur, Φωκῆς, à quibus nonnulli putant profectos esse Massilię conditores, non (ut alii existimant) à Phocæe Asiæ urbe populo. Caeterum Ionicæ non obscurè subscribit Plin. lib. 3. cap. 4. qui Massiliam Græcorum Phocensium coloniam appellat, ad discrimen (ut videtur) Asiaticorum. Idem ostendit & Lucanus lib. 5. Massiliæque fas donatur libera Phocis.

Phōcus, i. φῶκος, Filius Aeaci, cujus meminit Ovid. lib. 7. Met.

Phōcūssæ, Plin. lib. 4. cap. 12. Insulæ unæ ex Sporadibus.

Phœbēius, badis, φοιβειὰς, Phœbi sacerdos: ita dicta, teste Servio, quòd Phœbi furoribus concepta afflatu furiret, & agitaretur in Bacchantis imaginem. Sidonius: Nec fic tortorum violatæ Phœbados ulcus In Diotos fulmen jecit.

Phœbē. [φοιβὴ. Ger. Die Sonn.] Phœbi soror: hæc est, Diana, sive Luna. Virg. 2. Georg. ---vēto semper rubet aurea Phœbe. Ovid. 2. Metam. Quanto splendidior quàm cætera sidera fulget Lucifer, & quanto quàm Lucifer aurea Phœbe: Tanto virginibus præstantior omnibus Hercules. Iaculatrix Phœbe, Ovid. Epist. 19. Innupta Phœbe, Ovid. 1. Metam. Nemoralis Phœbe, Stat. 1. Sylvarum.

Phœbūs. [φοῖβος. Germ. Ein Gott der Sonnen, und Latonæ.] Apollo, Iovis & Latonæ filius, eodē partu cum Diana editus (quæ & ipsa Phœbe vocitata est) divinationis & superstitiæ Deus à Poëtis existimatus, & medicinæ repertor. Dictus Phœbus, quasi φῶς καὶ βίος id est, lux vitæ. Virg. 3. Aeglogæ: Et me Phœbus amat, Phœbo sua semper apud me Munera sunt, &c.

Phœbēius, a, um, per prod. φοιβεῖος. Virg. 3. Aeneid. Argolici clypei aut Phœbæ lampadis instar.

Phœmon, Lacus est Arcadiæ, de quo Ovid. 15. Metam.

Est lacus Arcadiæ, Phœmon dixēre priores:
Ambiguis suspectus aquis, quas nocte timetur
Noctè nocere potæ, sine noxa luce bibuntur.

Phœnīcēs. [φοίνικες. Germ. Ein kriegerisch Volck, also an das Mittelmeer gesetzt, und das Jüdisch Land.] Populi Syriæ, Iudæis cōterminī, quorum præcipuæ urbes fuerunt Tyrus & Sidon. Horum regio Phœnice, φοινίκη, sive Phœnicia appellata, à Phœnice Neptuni & Libyes filio, ut Strephano placet. Cui opinioni cōn accedit Silius lib. 1. Et qui longa dedit certis cognomina Phœnix Phœnices ingenii acumine plurimùm valuerunt: quippe qui & literarum, & navigandi artis primi inventores extitisse putantur. Rursus ex Dionysio:

Phœnicum regio cithi rubro gurgite quondam
Mutavēre domum, primiq; per æquora vecti
Tutatavēre salum, primi docuēre carina
Ferre ratis urbis commercia: sidera primi
Servavēre poli. Lucan. item lib. 3: Phœnices primi (famæ si creditur) ausi Manibus rudibus vocem signare figuris.

Phœnissa, æ. φοινίσσα, Mulier ex Phœnice Syriæ regione: cujus masculinum est Phœnix. Virg. 1. Aen. Hunc Phœnissa tenet Dido, blandisq; moratur Vocibus.

Phœnīcēus, a, um, φοινικεῖος, Genus coloris, qui alio nomine spadix appellatur, qualis in palmæ fructu apparet tole nō admodum incocto. Græci enim φοίνικας, dactylos appellant. Quidam volunt Phœniceum colorem eundem esse cum purpureo, à Phœnicibus populis dictum existimantes, apud quos præstantissima olim purpura tingebatur. Quorum opinionē quamvis assentior, facit Plinii auctoritas, manifestè Phœniceum colorem à purpureo distinguentis, lib. 21. cap. 23. Aut enim, inquit, phœniceum habet florē, aut purpureum, aut lacteum.

Phœnicūlē. φοινικοῦσσα, Vna ex Vulcānis insulis, apud Plinū lib. 3. cap. 9.

Phœnix, Vide in AVIS.

Pholegandrōs, ὁ, ἡ, τὸ, Insula est una Sporadum, quā Aratus propter asperitatem, ferream vocat. Stephanus nomē accepisse tradit à Pholegandro Minois filio.

Pholōē, φολόη, Mons Arcadiæ, Cyclopas, oppidum habens ejusdem nominis, teste Plin. lib. 4. cap. 6. Lucan. lib. 9. Scilicet ipse Peter Pholoen, peter ignibus Oeam.

Pholus, φόλος. Fuit unus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius. Hic Herculem suscepit hospitio quum ad expugnandos Centauros pergeret: & tandem in nuptiis Pirithoi, orto prælio inter Lapithas & Centauros occubuit. Lucan. Hospes & Alcidæ magni, Phole Virg. lib. 2. Georg. Bacchus & ad culpā casus dedit, ille furentes Centauros fecho domuit, Rhetumque, Pholumque.

Phrygius, a, um, φρύγιος, Troja: Grias, pater Ilionei Trojani, unus ex comitibus Aeneæ qui quum in bello Trojano adversante etiam Priamo fœvis in præsium delcendisset, & multa egregia facinora edidisset, tandem à Menelao obtruncatus est. Hujus imagine assumpta Somnus Deus Palinurum decepit, ut placet Virgilio ad finem 5. Aeneid. puppique (inquit)

Deus consedit in alta Phorbanti similis. Servius. ¶ Alius fuit Phorbas Argivorum rex. ¶ Alius item patrōt Polybi Corinthiorum regis.

Phōrcus, ci, vel Græco more Phorcys, aut etiam Phorcyn, cynos, Φόρκυς, Φόρκυν, Φόρκυνος, Filius Neptuni & Thoosæ nymphæ, rex Corsicæ & Sardiniæ insularum: quem ab Atlante navali prælio victum, undaque obrutum, posteà socii superstitiosi in marinum Deum conversum dixēre, cujus divinos honores exhibuēre. Virg. 5. Aeneid. Tritonesq; citi, Phorcique exercitus omnis, &c. Hē pater fuit Medusæ, quæ obid nomine patronymico Phorcynis dicitur. Ovid. 5. Meta. ---in partem Phorcynidas tot habebit illam. Hinc etiam deducitur aliud patronymicū fœm. Phorcys, ydos. Propert. lib. 3. Sectaq; Persea Phorcydos ora manu.

Phormīo, ὁ, Φορμίων, Crotoniata, dux tecti militaris peritissimus, qui Lacedæmonios duobus navalibus prælis superavit. Hujus meminit Theopompus in Philippicis. ¶ Phormio item dux Atheniensium in bello Peloponnesiaco, qui Peloponnesios duobus maximis prælis afflixit. Autor Thucyd. lib. 2. ¶ Phormio, Peripateticæ sectæ philosophus, quum apud Annibalem jam Carthagine expulsum, & in Asia exulantē, aliquot horas de officio Imperatoris, deq; omnibus militari copiosissimè disseruisset, interrogatus Annibal quid de eo sentiret, respondit: Multos se delros senes vidisse: sed qui magis quàm Phormio deliraret, vidisse neminem. Neq; mehercule injuria, quid enim tam arrogantius, aut lequacius fieri potest, quàm Annibal, qui tot annos de imperio cū populo Romano omnium gentium victore certasset, Græcum hominē, qui nunquam hostem, nunquam castra vidisset: nullam denique militiam partem publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? De hoc vide Cic. 2. de Orat. ¶ Phormiones, φορμίωνες, tegetes item ex juncis & straminibus cōtextæ, apud Vivianum l. 12. §. 12. D. de instru. vel instr. Vbi tamen Formiones legitur pervulgato errore.

Phōrmis, φορμὶς, Syracusanus comicus, Epicharmi cōcertaneus, Gelonis tyranno familiaris, & filiorum ipsius altor. Docuit Fabulas septem, quas commemorat Athenæus.

Phōrōnēus, φορωνεύς, per tres syllabas, Filius fuit Inachi fluvii, & Argiretumnis, qui primò dispersos populos in urbem coegit, quam appellavit Argos Phoronicon.

Phōrōnis, idis, patronymicum fœmininum, quod Parcæ sustinent pro Iside Inachi filia, & Phoronei sorore. Ovid. 1. Metamorphos. Nec tot cum rector mala tanta Phoronidos ultra Ferre potest.

Phōrōnēus, a, um, per quatuor syllabas. Stat. 2. Sylvar. Et Phoronidis quondam sacrata subantis.

Phrāgmōn, ὁ, Φράγμων, Insignis statuarii nomen, qui Olympiade 1. XXXII. floruit, teste Pha. lib. 34. cap. 8.

Phrāortēs, ὁ, Φραόρτης, Rex Indorum ad quem Apollonius Tyaneus pervenit: quem quum de vitiis nonnunquam interrogaret, respondit: Tantum viti bibo, quantum Soli sacrificem: quæ autē venando acquiro, pascuntur à me, mihi sacruerit ipsa exercitatio. Cibus mihi olera & palmarum fructus, mulsa mihi quoque ex alvearibus nascētia, quas manus hæ plantaverunt. Philostratus in vita Apollonii.

Phrīxī, ἡ, Φρῖξα, Vrbs Peloponnesi triginta non amplius stadiis ab Olympia dissitam, alio nomine Phrixa appellata.

Phrixæus, a, um, gentile φρικσαῖος. Steph.

Phrixīmēnsium, Φρικσιμήσιον, Mercurialis numen est apud Plautum, Latine prudentulam sonat.

Phrygēs, φρύγια, Minoris Asiæ regio, Cariæ, Lydiæ, Mysiæ, & Bithyniæ finitima, quarum omnium fines ita cōhærent, ut non facilè possint distingui, teste Strabone lib. 12. Dicta est autem Phrygia (ut idem Strabo non uno in loco indicat) à Phrygibus populis, è Thracia oriundis, qui antea Phryges dicebantur. Quidam duplicem faciunt Phrygiam: majorem, in Galatiam vergētem: & minorem. Epideton cognominatā. In hac etiam Ida mons, & Tmolus, & Pactolus fluvius. ¶ Ex Phrygia orta est Sibylla cognomento Phrygia: cujus nomine circumfertur illud de supremo judicio versiculum:

Tubæ de astris terram insonantes emittent;
Tartarum chaos effundet dehiscens terra,
Venient ad tribunal Dei reges omnes,
Deus ipse judicabit sceleri pios & impios.
Tunc dominum impius cognoscet & tenebræ mortui:
Ejus autem justitiam cernet, cernens videbit.

Phrygius, gia, gium. Quod est ex Phrygia. Cicer. pro Flacco: Asia vestita constat, opinor, Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Vnum igitur nostrum est an vestrum hoc proverbium: Paryges plagis feriatis horcem? ¶ Sed & ipsi Phryges, proverbium in eos dicebatur solitum quos stultæ factorum vesanitas pœnitet. Vide Erasmi adagia. Feminina ejus est Phrygia, φρυγὶς Steph. ano. Virg. 9. Aen. O vetus Phrygiæ, ait, quæ Phryges.

Phrygiōnes. [Pol. Synchondristen. Ang. Wasters of their substance.]

lus.] Qui acu pingunt, vel qui vestes ante intexunt. Phryges enim primi inuenere talem texturam, φρύγιον. Plin. lib. 4. cap. 48. Pictas vestes iam apud Homerum fuisse video, unde natæ triumphales. Acu facere Idæi Phryges inuenerunt, ideoque Phrygiones appellati sunt.

Phrygĭus, a, um, adject. φρύγιος. Quicquid è Phrygia est. Cicero pro Rosc. Amerin. Quis ibi non est vulneratus servo Phrygio? ¶ Phrygius lapis, λίθος φρύγιος. Gleba est pumicosa, teste Plin. lib. 36. cap. 19, tingendis vestibus utilis. Phrygius lapis (φρυγία) gentis nomen habet. Est autem gleba pumicosa. Vtitur ante vino perlutus, saturq; sulphure donec rutilescat: rursus dulci vino relinquitur: & hoc trinis vicibus tingendis vestibus tantùm utilis. Phrygia vestis picta acu, cujus artifices Phrygiones appellantur. Hujus vestis meminit Virgil. lib. 9. Aen. Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis. Item eodē. O vere Phrygiæ, neq; enim Phryges. Nonius Phrygiæ vestes barbaricæ dictæ. Vide BARBARICVS.

Phrygiānus, a, um, Quod Phrygionum opera confectū est, ut phrygianæ vestes: hoc est, acu pictæ. Plin. lib. 8. cap. 48. Togas trabeas, phrygianasq; D. Augusti novissimis temporibus cœpisse fuisse Senec. Bellu.

Phrynē, φρύνη, Nobilis Athenis meretrix fuit: quæ quum impietatis accusaretur, & summopere jam periclitaretur, diductam manu tunicā, nudatoq; judicibus candidissimo pectore, omni periculo est liberata. Autor Antiot. Rhetor. lib. 1. Quint. lib. 2. cap. 15.

Phrynīchus, φρυνίχος, Atheniensis tragicus, Thespiadis discipulus, qui primus personam fœminæ protulit in scenam, & terrametrum reperit. Filium habuit Polyphradmonem poëtam, & ipsum magistrum. Docuit tragœdias novem. ¶ Alter item Atheniensis comicus inter secundos antiquæ comœdiæ, qui docuit fabulam unam. ¶ Tertius ejusdem nominis Bithynicus sophista, qui scripsit de Atticis dictionibus. Autor Suidas.

Phrynis, φρῦνις, Citharœdas nobilis fuit, patria Mitylenæus, discipulus Aristoclidis, qui genus suum ad Terpandrum referebat. Hic primus Athenis vetus est citharœdus. Cuius summum magistratum gerente. Vide plura de hoc apud Suidam.

Phrixus, φρίξος. Athamantis ex Nephele filius, qui quū noverca insidias fieri non posset, una cum Helle sorore profugit, vectique à patre ariete aureum, eoque consenso, quum in Asiam trajicere vellent, Helle puellari timore exterrita, decidit in mare, quod ex ejus nomine Hellespontus appellatur: Phrixus, verò incolumis in Colchidem pervenit ad regem Aëtem, ubi ariete Jovi vel, ut aliis placet, Marti immolavit, vellusq; illud aureum in templo suspendit, quod postea Jason Medeæ ope adjutus, abstulit. Aries verò inter sidera locatus, priscum effigiem tenuit, qui à Phrixo Phrixeus appellatur, media lōga. Ovid. lib. 7. Metam. Dumq; adeunt regem, Phrixeaq; vellera poscunt.

Phthĭa, φθία, Civitas Thessaliæ, Achillis patria.

Phthĭus, φθίος, & Phthiōta, φθιώτης, Qui Phthiam incolit. Ovid. in Epist. Briseid. Quàm sine me Phthius caneficant æquora remis, Et videam puppes ire relicta tuas.

Phthiōtis, ōtis, φθιῶτις, sive Phthiotia, tiæ, Una ex quatuor Thessaliæ partibus, in Austrum vergens. Strabo libro 9. Cæterùm Phthiotia tractum continet Australem ad Oëtam, à tractu Maliaco & Pelasgico usq; ad Dolopiam oramq; Pindi protensam. In latitudinem verò porrectam usq; ad Pharsalum, planaq; Thessalica.

Phthĭrŏphăgī. [φθειροφάγοι. Germ. Läußfreſſer: ſind Völcker am Euxiniſchen Meer.] Dicti sunt populi, à tenuitate victus, quasi pediculis vescantur. Hi sunt juxta Pontum Euxinū. Plin. lib. 6. cap. 4. Strabo lib. 10. & 11.

Phthŭris, φθοῦρις, Aethiopiæ oppidum, unum ex iis quæ C. Petronius, quum ab Augusto Aegypto præfectus esset, expugnavit. Autor Plin. lib. 6. cap. 29.

Phumĭta. Vrbs Libyæ: cives Phumitani. Steph.

Phumўchĭi, Populi Mauritaniæ, quorum originem refert Josephus ad Phuth, filium Cham, filii Noë.

Phycūs, cūntis, φῦκος, Libyæ Cyrenaicæ promontorū, quàm longissimè in mare exsurrens, ex adverso Tænari Laconiæ, ut scribit Strabo lib. 17.

Phycussæ, φυκοῦσσαι, Insulæ Libyæ adjacentes: ita dictæ ab algæ copia, quæ φῦκος à Græcis appellatur. Autor Stephanus.

Phylăcē, φυλάκη, Oppidum est Phthiotidis regionis Thessaliæ, cujus meminit & Homerus in Catalogo: Οἵ ῥ' ἔχον Φυλάκην τε Πύρασόν τε ἀνθεμόεντα. In hoc Protesilaus regnavit: unde Phylacides cognominatus est, & Laodamia ejusdem uxor Phylacea. Ovid. lib. 3. de Arte: Phylacides aberat Laodamia tuus. Vbi poëta primam produxit, contra primitivi naturam. Idem de Ponto: Vt vivat tuma conjunx Phylaccia, cujus, &c.

Phўlēus, φυλεύς, Jovis filius, & pater Megetis viri fortissimi, qui in bello Trojano præfuit Dulichiis, Echinadumq; insularum incolis. Vide Homerum in Catalogo navium.

Phyllis, Nomen Lycurgi Thracum regis filiæ, quæ Demophoonta Thesei filium ex Trojano bello redeunte hospitio lectoq; excepit accepta priùs ab eo fide, ut domi comperta rebus uxorem ab eo duceret. Profectus itaq; Demophoon, quum ultrà statutum tempus variis distractus negotiis in patria detineretur, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulsu, quòd se spretam esse crederet, laqueo vitam finivit, inde conversa in arborem amygdalum sine foliis fertur. Postea reversus Demophoon, cognita re, ejus amplexus est truncū: qui (velut sponsi sentiret adventum) folia emisit. Ita postea Phyllæ sunt dictæ à Phyllide, quæ antè petala dicebantur. ¶ Est & Phyllis, φυλλίς, amnis Bithyniæ, teste Stephano: à quo Phillii, φυλλεῖς: Phyllenses q., φυλλῆνες dicuntur.

Phўllus, li, φύλλος, sive Phyllus, untis, φύλλις, Stephano, Oppidum Thessaliæ, in tractu Phthiotidis: à quo Apollo Phylleus cognominatus est. Autor Strabo lib. 9.

Phўsĭus, ii, φύσιος, Insula, Cariæ oppidō eregione Rhodi insulæ: cujus meminit Strabo lib. 14. Stephanus aliam ejusdem nominis urbē collocat in Locride, quā dictam vult à Physco Aeoli filio, nepote Amphyctionis, pronepote Deucalionis.

P ante I.

Pĭalia, πιάλια, Oppidum Thessaliæ supra Cererium montem. Stephanus.

Pĭcēnum, pen. prod. [πικηνόν. Vulgò Marck d'Ancone, Ancuitana. Ger. Ein Landtſchafft in Italia / jetzt die Anconitaniſche Marck.] Regio Italiæ trans Apennina, ab ipsis montibus usq; ad mare Adriaticum extensa, inter Aesim & Lesinum fluvios, teste Strabone lib. 5. Hodie ab Ancona celeberrimo emporio Marca Anconitana appellatur. Vrbes habet præcipuas Pisaurum, Fanum fortunæ, Senam Gallicam, Vrbinum, Camerinum, Asculum, Anconam à Syracusiis Dionysii tyrannidē fugientibus conditam. Hujus populi Picentes & Picenī appellabantur, diversi à Picentinis maris Tyrrheni accolis.

Pĭcēnus, cēna, cēnum, πικηνός; ut Ager Picenus, & Oliva picena apud Plin. lib. 15. cap. 3.

Pĭcentēs, tium, qui & Picenī dicuntur. πικηνοί. Populi sunt in quinta regione Italiæ, ad mare Adriaticum siti, Praetuttianis finitimi, à quibus Helvino amne dirimuntur. Plin. lib. 3. ca. 13. Horum regio Picenum appellatur, olim ubertrimæ multitudinis: quippe ex qua CCCLX. hominum millia aliquando in fidem populi Romani venisse dicuntur. Dicti & Picentes, teste Strabone lib. 5. à pici Martis nomine, qui in vexillis eorum è Sabinis (à quibus originem traxerunt) Asculum commigrantium ducitur insedisse.

Pĭcentīni, πικεντῖνοι, Populi sunt ad mare Tyrrhenum, Lucaniæ proximi, inter Surrentinum promontorium & Silarum amnem incolentes, à Picentibus maris Adriatici accolis originem trahentes. Horum oppida fuerunt Picentia & Surrentum. Vide Strabonem lib. 5. & Plin. lib. 3. cap. 5.

Pĭctŏnes, πίκτονες, Galliæ Aquitanicæ populi. Ptolemæo lib. 2. cap. 7. & Plin. lib. 4. cap. 19. Vulgò Gens de Poitou.

Pĭcus rex Latinorum, Fauni pater, Latini regis avus, augurium peritissimus, qui à Circe adamatus quum ejus cōpugium spernaret, iratus fertur in avem sui nominis: quod idcirco fingi creditur: quoniam primus hac avi usus est in auspiciis. Ovid. 13. Metam. Picus in Ausonis proles Saturnia terris. De hoc vide Servium 7. Aeneid. in hunc Virgilii locum: Picus equūm domitor: quem capta cupidine conjux Aurea percussam virga, versamq; venenis Fecit avē Circe, sparsitq; coloribus alas.

Pĭdītes, πιδίτης, Vir fuit Percosius ab Vlysse, ut ait Homerus Iliad. 7. in bello Trojano interemptus.

Pĭĕrĭa, πιερία. Regio in finibus Macedoniæ, inter Axium & Aliacmonē fluvios, quam Macedones pulsis indigenis occuparunt. Vide Plin. lib. 4. cap. 22. & Strabonem lib. 10. ¶ Hinc Pierides Musæ, quòdin Pieria ex Jove & Mnemosyne natæ sint, ut inquit Strabo. ¶ Fuit item Pieria Syriæ Antiochenæ urbs celeberrima, alio nomine Seleucia dicta. Autor Plin. lib. 5. cap. 21.

Pĭĕres, pen. corr. πιερῆς, Populi olim Macedoniæ finitimi inter Axium, & Aliacmonem amnes, quibus pulsis Macedones loca eorum occuparunt. Horum meminit Plin. lib. 4. cap. 10. & Strabo lib. 10.

Pĭĕrĭus, ria, rium, πιέριος, ut Pierium carmen, Lucretius lib. 1. Chorus Pierius, Ovidius ad Pisonem. Dies Pierii, quos impēdimus literarū studiis, Stat. 1. Syl. Via Pieria. Ovid. 2. de Ponto. Lucida Pieria tendis in astra via.

Pĭĕrĭs, ĭdis, pen. corr. πιερίς, Mons Thessaliæ post Pheras, atq; in Macedoniam usq; protensus, teste Plin. lib. 4. cap. 8. In hoc monte quidam Mutas natas volant, atq; inde Pieridas etiam appellatas. ¶ Fuit & Pierus, πιερός, Macedo quidam præclarus, qui ex Evippe uxore novem suscepit filias: quæ Musas ad certamen cantus provocare ausæ, & ab illis superatæ, in totidem

picas

picas sunt mutatæ: unde postea Musæ earum nomen velut trophæum usurpantes, Pierides sunt cognominatæ: quamvis alii à Pieria, quæ est Macedoniæ regio: alii à Pierio Thessaliæ monte, sic dictas velint. Virgilius Aeglog 8: -vos quæ respondent Alphesibœus Dicite Pierides, non omnia possumus omnes.

Pigmălĭon, sive potiùs Pygmalion per y in prima syllaba, πυγμαλίων Suidæ, Beli regis Tyri filius fuit, frater Didonis, qui dum, ardentissima auri cupiditate flagraret, animâ ad Sichæi parmelis fui opes appulit, illumq; ipse potiundi auri ante aras, clàm & dolo interemit. Cujus cædis quum certior in somnis à matre Dido facta fuisset, sumptis secum viri thesauris in Africam profugit, ubi & Carthaginem condidit. Moris autem erat, inquit Servius, ut de pecunia publica Phœnices misso à rege auro à peregrinis frumenta coëmerent. Dido autem à Pygmalione ad hunc usum paratas naves abstulit: quum fugientem à fratre missi persequerentur, aurum illa præcipitavit in mare: quæ res visa, sequentes servuli sunt. Meminit hujus Virgil. 1. Aeneid. -sed regna Tyri germanus habebat Pygmalion scelere ante alios immanior omnes. Quos inter medius venit furor, ille Sichæum Impius ante aras, atque auri cæcus amore Clàm ferro incautum superat. ¶ Fuit & ejusdem nominis clarus artifex Cilicis filius, qui ex eburnea statua Veneris beneficio in puellam transformata Paphum suscepit, Paphi Cypriæ urbis conditorem. Quæ fabulam vide latius apud Ovid. 13. Metam. & suprà in dictione PAPHVS.

Pĭgres, ētis, πίγρης, Fluvii nomen est apud Suidam. ¶ Fuit item hoc nomine Poëta quidam Carfrater Artemisiæ Halicarnassi reginæ, quæ uxor fuit Mausoli. Scripta ejus vide apud eundē. ¶ Pigres præterea Mæonis cujusdam nomē fuit qui unà cum Massye fratre, Dario autore fuit Pœonas omnes in Asiam transferendi. Autor Herodotus lib. 5.

Pilumnus. Qui pistendi frumenti usum invenit. Jovis (ut putant) filius, & Danaë pater. Servius in lib. 9 Aeneid. Pilumnus (inquit) & Picumnus fratres fuerunt dii. Horu Picumnus fœcundorum invenit usum agrorū: unde & Sterquilinus dictus est. Pilumnus verò pistendi frumenti: unde à pistoribus colitur, & ab ipso pilum dictum est. Ad hunc Danaë Acrisii filia fortè ad Appulum littus acta, & à pastore unà cum Perseo parvulo relata est, quam ipse cognito genere uxorem duxit, ex qua Daunum filium suscepit. Virgil. lib. 10. Aeneid. Cui Pilumnus avus, cui diva Venilia mater, &c.

Pimplēa, æ, πίμπλεια, Tracię mons est, Musis sacer, ut scribit Strabo lib. 10. Pieria, πιερία, & Olympus, & Pimpla, & Libethrum, quondam lucus forte Thraciæ, & montes, quos tunc Macedones possidēnquidā Musis Heliconia cōsecratum, Thraces fuêre, Bacchi accolæ. Hæc Strabo.

Pimplæus, a, um, πιμπλαῖος, Martial. lib. 12: Cujus Pimplæo lyra clarior exit ab antro.

Pimplēĭdes, sive Pimplæ, æ, πιμπλήϊδες, Musæ cognominatæ sunt, tùm à Pimplea olim Thraciæ monte, quem postea Macedones sibi vendicarunt: tùm à Pimplæo quodam fonte, ad radicem ejus montis nascente: ubi & Pimplæum antrum nonnulli constituerunt. Martial. lib. 12: Cujus Pimplæo lyra clarior exit ab antro.

Pinara, πίναρα, Ptolemæo, Civitas est Lyciæ mediterranea ad Cragum montem, teste Plin. lib. 5. cap. 27. ¶ Est item Pinara, insula ante Aetoliam, una Echinadum, teste eodem Plin. libro 4. capite 12.

Pinarĭus, & Potitius. Arcades duo senes, quibus qualiter coli vellet, ostendit Hercules: scilicet ut manè, & vespere ita sacrificaretur. Perfecto itaq; matutino sacrificio, quum circa Solis occasum essent sacra repetenda, Potitius prior advenit, Pinarius postea exiens jam deditis, unde tatus Hercules statuit ut Pinariorum familia tantū ministra esset epulantibus Potitiis, & complēbus sacra. Vade & Pinum dicti sunt. πίνη τὸ πεινᾶν: id est, à fame. Nam senem illum Pinarium cōstat alio nomine nuncupatum. Hæc Servius, explicans illud Virgil. Aeneid. 8. -primusq; Potitius auter, Et domus Herculei custos Pinaria sacri. De his Fenestella.

Pinarus, πίναρος, Fluvius est Ciliciæ in finum Issicum influens, teste Plin. lib. 5. cap. 27.

Pindărus, pen. cor. πίνδαρος, Poëta fuit Thebanus. Lyricorū apud Græcos princeps. Floruit temporibus Aetchyli Poëtæ, & Persarum expeditionis in Græciam. Scripsit lingua Dorica, Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia quæ extant. Altissimus fertur & verborum & sententiarum copia (ut ait Quintilianus) gravitateque arduus, constructioneque ac ordine immensus ac prolixus. Quem etiam imitabilem Horat. scribit 4. Car. Ode 1. Duas fuscepit filias: à patre tibiam primùm, mox ab Hermione lyram edoctus est. Ejus gratia Lacedæmonii in reliquam Græciam sævientes, Thebis pepercerunt. Ita & Alexander quū Thebas everteret, & in omnes sæviret sine discrimine, Pindari vatis penatibus, familiæq; pepercit jussit. Expurgatur in gremio pueri adamati, Valerio teste. Vide Quint. lib. 10. Instit. Orat. ¶ Pindarus alter, Ephesiorum tyrannus, qui capta Ephesō postea à Crœso avunculo suo iussus discedere, secessit in Peloponnesum cum parte horum, dimisso domi præside amico. Autor Aelianus de varia historia.

Pindăsis, πίνδασις, Mons Asiæ in quo Cetius flavius nascitur, cui Pergamum præterfluit. Autor Plin. lib. 5. cap. 30.

Pindĭus, πίνδιος, Mons Perrhæborum inter Acarnaniā & Thessaliam: cujus meminit Plinius in præfatione lib. 4.

Pindŭs, πίνδος, Lapithārum sedes, mons Tacitæ sacer, Apollini, Musisq; sacer, Acarnaniam ab Aetolia dividēs, ut inquit Solinus. In eo invenitur lapis galactites. ¶ Fit & nomen urbis Thessalicæ, à Pindo monte appellatæ, juxta quam est fluvius ejusdem nominis. Autor Strabo lib. 9.

Pinnă, æ, πίννα, Oppidum est Veliternorū, qui sunt populi in quarta regione Italiæ, Prænestis ad Orientem siti, teste Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Pomponium meminit & Plin. lib. 3. cap. 12.

Pintĭa, æ, πιντία, Oppidum Gallæcorum Lucensium in tractu Tarraconensis Hispaniæ apud Ptol. lib. 2. cap. 6. Hodie (ut putant) Valladolid. Ubi am vulgò Valladolid. ¶ Pinthia verò per th aspiratum, Siciliæ oppidò est à quo Pinthienses populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

Pintycus, πίντυκος, Nobilis Grammaticus, Romæ floruit unà cum Epaphrodito liberto Neronis. Paulanias.

Pĭon, ŏnis, πίων, Mons est Ionię, apud Plin. lib. 5. cap. 29.

Pĭonĭæ, ārum, Oppidum est Teutraniæ, quæ est regio Asiæ, ad Caicum amnem, olim Mysiæ pars. Hujus incolæ dicuntur Pionitæ: quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 30.

Pĭrævs, dictio trisyllabā, cui ciphthongum habens in ultima, πειραιεύς: Vulgò Porto Leone. Ger. Im Meerhafen. It. Et il porto. Hispa. Puerto Leone.] Portus est Athenarū, quadringentarum cap. ex navium, muro duorū milliū passuum urbi connectus. Strab. lib. 10. Theb. -trepidis stabilem Piræa nauris. Cic. ad Att. lib. 7: Venio ad Piræea: quo magis reprehendendus sum, quòd homo Romanus Piræea scripserim, nō Piræum. ¶ Dicitur & Pīræus, πειραιεύς Stephano. Terent. Andr. Hem aliquot adolescentuli convenimus in Piræum. Ovid. 4. Fast. Piræa, orum pluraliter protulit, quum ait: Summoenia fecerunt, Piræaq; rura recessit Lynceus.

Pĭrene, es, per i Latinum in prima syllaba, & penultim. producta, πειρήνη Strabon. & Suidæ, Fons est ad radicem Acrocorinthi, non copiosus ille quidem, sed tamen perspicuus, potuque suavissimus habens aquas, teste Strab. lib. 8. Plaut. Aul. Interhibere soli, si vivo faceat, Corinthiensem fontis Pirenen potet. Stat. lib. 1. Syl. -Inter Enchea vates. Excludat Pimplæa lites, nec cordia cedat Pirene: largos potūs mihi gurges inhausit, Quo raptus de fonte tui. ¶ Pyrene autem per y mons est Hispaniæ à Gallis dirimens: de quo vide infrà suo loco.

Pirithŏus, pen. cor. πειρίθοος, Ixionis filius fuit, non ex Nube, quemadmodum Centauri, sed ex legitima uxore. Hic certissimo amicitiæ fœdere Theseo conjunctus fuisse fertur: cujus ope Centauros qui sibi Hippodamē sponsam prripere conabāntur, superavit. Mortua autē Hippodame, cupidus Theseo cōnubii, ut uxorem, sibi ex Jove natam, nulla cuncta reperit. Et quia jam Theseus Helenam Jovis & Ledæ filiam rapuisset, nec alia eo tempore nosceretur quæ Jovis esset præter Proserpinam Plutonis conjugem, ad rapiendam illam simul profecti sunt ad inferos. Verùm Pirithous primo impetu à Cerbero interfectus est, quem Theseus adjuvare volens, ipse quoque magnum vitæ discrimen adiit, atque ad extremum caput à Dite detentus est: sed postea ab Hercule liberatus, superisque restitutus. Ovidius: Etcum Pirithoo fœlix concordia Theseus, &c. Horat. lib. 3. Carm. Amatore trecenti Pirithoum cohibent catenæ.

Pīros, πῖρος, Imbrasi filius, & Thracum princeps, profectus ad bellum Trojanum, à Thoante Aetolorum rege interficitur, ut scribit Hom. lib. 4. Iliad.

Pisa, æ, πίσα, Civitas est in Elide Peloponnesi regione, juxta Alpheum fluvium, circa quam quinto quoq; anno celebrabantur certamina Jovi sacra, quæ Olympia dicebantur. Ex hac urbe orum traxerunt qui Pisæ in Thusci condiderunt.

Pīsæus, a, um, Ovid. 2. de Arte: Aliquā diu penè Pelops Pisæo cōcidit axe, Dum spectat vultus Hippodamia tuos. ¶ Sunt qui & in Thessalia aliam ejusdem nominis urbem collocent, edito in colle inter Ossam & Olympum. Vide Strab. lib. 8.

Pisæ, ārum, πίσαι: Vulgò Pisa, Thusciæ oppidum, inter Arnum, & Auserem amnes, à Pisais conditum Elidis populis, teste Strab. libro 5. qui Nestorem ad Ilium secum in reditu tempestate disjectū, alii quidem Metapontum, alii littus Tyrrhenum tenuerunt ubi à nomine relictæ patriæ Pisas condiderunt. Ad quam originem etiam alludit Virgil. 10. Aeneidos: Pisas Alphea cognominant: -Alphea (inquit) ab origine Pisæ Urbs Etrusca solo.

Pisander, πίσανδρος, Camirēus (Camirus autem civitas est

Rhodi (Eutropio tempore. Poëta (ut nonnullis placet) antiquior Heliodo. ¶ Pisander alter Lyricorum, sub Alexandro Mammea vetitè cator: scripsit variam historiam. ¶ Pisander tertius, Nestoris filius. Autor Suidas.

Pistum, in Pelagonia est gentile Pistus, Steph.

Pisaurus, Flavius Vindex, à quo vicinum oppidum Pisaurum appellatum est, Plinius libro 3. capite 14. Servius existimat Pisaurum dictum, quòd aurum ab his qui Romæ in Capitolio obsidebantur, perfossum, ibi à Camillo receptum fuerit & appensum. Quod tamen erratum, fœdum & puerile est. Nam ex Romana historia constat aurum illud quum appenderetur, interventu Camilli in ipsa urbe fuisse receptum, Gallis, præter eos qui fuga dilabebantur, ad internecionem cæsis.

Pisenor, Centaurus, Ixionis & Nubis filius, apud Ovidium 12 Metam.

Piseus, Nomen viri Tyrrheni, qui tubæ inventor fuisse creditur. Autor Plin. lib. 7. cap. 56.

Pisidia, æ, Asiæ regio, Lycaoniæ, Isauriæ, & Pamphyliæ finitima, cujus oppida enumerantur, Selga, Sagalassum, Pretoriassum, Adadata Brias, Cremna, & alia nonnulla. Hujus regionis populi, Pisidæ, appellantur, antea Solymi dicti, Plin. lib. 20. cap. 27. ¶ Prima & secunda Pisidis hujus syllabæ corripiuntur. Claud. lib. 2. in Eutrop. Finibus obliquis Lydi, Pisidæ, feroces. Priscianus tamen in Periegesi (modò emendata sit lectio) utramque produxit, quum ait: Post hos Pisidiam pinguissima rura colunt.

Pisistratus, Hippocratis filius, Athenarum tyrannus, clarus generis eloquentia verbi tanta, ut ea deliniti Athenienses libertate qua nihil charius habebant, se sponte exuerint, illius fecundiæ sanctitatisque Solonis, qui hunc fuerat civitatis, posthaberent. Artes liberales maximè fovit, bibliothecam primus Athenis publicavit, quam Xerxes urbe potitus ad Persas transtulit. Eam deinde multis post annis Seleucus Nicanor restituendam curavit. Homeros est ejus justu in eum ordinem, qui nunc est, redactus. Regnavit annos triginta tres, quo tempore Servius Tullius Romæ, ut auctor est Gellius. Rura de hac, & quibus artibus tyrannidem adeptus sit, vide apud Justinum lib. 1. & eodem libro apud Hesiod. ¶ Pisistratus alter, Lacedæmonius historicus commemoratur à Suida. ¶ Pisistratus alius, filius fuit Nestoris & Eurydices, quem pater dedit in fœdus Telemacho Ulyssis filio volenti ire Lacedæmona, interrogaturus Menelaum numquid de Ulysse aliud foret.

Pisones, è gente Calphurnia in primis Romæ nobilitata appellati, quòd à optimè pisa ferrent, quemadmodum ab Lentulo à lente. Fabii à fabis, Ciceropes à cicere optimè serendo nomen acceperunt. Gentem autem Calphurniam Festus ait, ad Calphurnium Numæ filium originè referre. Unde Horat. in Arte Poëtica, Pisones Pompilium sanguinem appellavit.

Pisorium, Ptolemæo, Civitas mediterranea Tusciæ inter Florentiam & Lucam: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò Pescia.

Pistris, hujus Pistria, fœminini generis, Nomen navis apud Virg. lib. 5. Aen. -partem rostro premit æmula Pistris. Et paulò post: Sic Mœstheus, sic ipsa fuga secat alnima Pistris Æquore. Sunt qui scribant Pistrix, quos Servius errare putat: Si navè, inquit, intelligas, hanc Pistris, hujus Pistris, facinoris de bellua, hæc pistrix, pistricis. Hæc Servius in illud Virg. 5. Aen. Prima hominis facies, & pulchro prodit virgo Pube tenus, postrema immani corpore pistrix. Quæ tamen omninò vera non arbitror. Germanicus certè in Arat. pro sidere cœlesti: quod proculdubiò à bellua matina nomen habet) Pistrin dixit. Diversè posita & Boreæ vicina legenti Auster Pistris agit duo sidera, perlegit unus. Nanq; Aries supra Pistrin, Pisces q; feruntur. Bellua sed Ponti non multum præterit æquor. Non desunt tamen qui in omnibus hisce locis Pistrin legere malint, ἀπὸ τῆς πίστρας, hoc est, à lecandis fluctibus.

Pitane, sive Pitana, Urbs Aeolidis in Asia non procul à Caici fluminis ostio: quæ portus duos habuit. Ab hac Pitanæi, & Pitanitæ, nominantur. In hac urbe Arcesilaus Academicus natus est, qui cum Zenone apud Polemonem Philosophiæ operam dedit. Plin. lib. 35. cap. 14. autor est, circa Pitanam lateres fieri solitos, qui siccati in aqua non mergebantur, eò nuce fierent ex terrâ quadam pumicosa. Comprt autem hoc nomen penultimam syllabam. Ovid. lib. 7. Metam. Aeoliam Pitanen à læva parte reliquit. ¶ Est & Pitane Laconiæ oppidum, teste Plin. lib. 4. cap. 5: cujus incolæ Pitanatæ dicuntur, teste Hermolao in locum Plinii jam citatum.

Pithecusæ, arum, vel Pithecussæ, arum, Stephano, Insula est Campaniæ littori adjacens, non procul à Neapoli, ab Homero Inarime dicta: à Latinis etiam Aenaria, à statione navium Aeneæ. Dicta Pithecusa, nò à simiarum copia, ut Poëtæ fabulantur, sed à figlinis doliariorum, teste Plin. lib. 3. cap. 6. Græci enim Græci dolia vocant. Habet autem hæc insula in vertice oppidum ejusdem nominis. Ovid. 14 Metam. Bellique locatas Colle Pithecusas.

Pitheus vide PITTHEVS, geminò t.

Pitho, us. [Ger. Die Göttin der Beredsamkeit.] Persuasionis dea à veteribus credita est, quâ Ennius Suadâ, Horatius Suadelam appellavit. ¶ Accipitur & pro persuadendi vi, quæ animò auditoris quovisq; vitium fuerit, inficit: unde & Græci πειθανάγκην, nostri fœcundam appellarunt. Pitho autem dicta est à verbo Græco πείθω, quod est persuadeo.

Pithodemus, penult. prod. Luctator egregius, cujus imaginem Dinomenes ex ære expressit, ut tradit Plin. lib. 34. cap. 8.

Pithodicus, Argenti cælator indigitis fuit, teste Plinio lib. 34. cap. 8.

Pithonos Come, Locus est in Asia, in campis patentibus, ubi primo adversus sui temporis iconios congregantur, & eam quæ ultima advenerit, latiant universæ, atque ita abeunt. Plin. lib. 10. cap. 23.

Pittacus, pen. corr. Philosophus Mitylenæus, unus ex septem Græciæ sapientibus, qui ex Lesbo tyrannum Melanchium depulit: & certantibus Athenienses atque Mitylenæis ducis bello tactus Phrynonem Atheniensium ducem singulari certamine interfecit. Hujus illud: Providere oportere casus venturi: fortè venerint, æquo animo tolerare. ¶ Fuit alter Pittacus legislator ut Favorinus & Demetrius in homonymis meminerè: qui minor est appellatus. Aelianus de varia historia, Pittacum quædam commemorat qui de mola pistrina encomium conscripsit, ut in parvo argumento vim dicendi ostentaret. Idem de sapiente dicit, cum in templo Fortunæ scalas constituisse, ut quandam sic humanæ vitæ imaginem exprimeret, in qua alii ad summa honorum fastigia conscendunt: alii ex amplissima dignitate in summas descendunt calamitates.

Pittheus, ei, Thesei avus maternus, qui Trœzene regnavit: de quo vide Plutarchum in vita Thesei. ¶ Hinc Pittheis, patronymicum fœmininum, & Pittheus, a, um, adjectivum. Ovid. in Epist. Hic te cum Trœzeno colit, Pittheia regna.

Pityusæ, Insulæ duæ sunt in mari Mediterraneo, à pineorum fœcundis ubertate dictæ, teste Plin. lib. 3. cap. 5. Ex his quæ major est, Ptolemæo Ebusus: quæ minor, Ophiusa: hoc est, Colubraria appellatur. Plinius tamen utranq;, Ebusum videtur appellare: & Ophiusam, insulam ab hisce diversam facere. ¶ Est item Pityusa, insula è regione Ioniæ sita, quæ notiore nomine Chios appellatur, teste Plin. lib. 5. cap. 31. ¶ Est & alia ejusdem nominis insula in sinu Argolico, ex adverso Hermionii agri: esse eandem Plin. lib. 4. cap. 12.

P ante L.

Placentia. [Ital. Piacenza. Germ. Plasentz, in Stadt in der Landschafft Lombardey.] Civitas Galliæ Togatæ, ad Trebiam amnem, in Padum influentem.

Placentinus, Placentinum. T. Tina Placentinus, apud Cic. de Clar. Orat.

Placia, Stephano Mysiæ oppidum à tergo habens Olympum montem, qui Mysus cognominatur, Plinius libro 5. cap. 32.

Planaria, Insula est maris Ligustici, sexaginta passuum millibus distans à Corsica, à specie sic dicta, quod æqualis facto existat: ideoq; navigantibus falsa. Plin. lib. 3. cap. 6.

Planasia, Insula est mari Tyrrheno, non longè ab Ilua, ut autor est Ptolemæus libro 3. capite 1. & Plinius libro 3. cap. 6.

Platamodes, Peloponnesi oppidum in tractu Occidentali centum stadiis distans à Coryphasio promontorio, teste Strabone lib. 8. Dictum videtur à latis maribus propinquis, aquam salsam recipientibus, quæ Græci vocant πλατέα πελάγη.

Platanistus, Promontorium est Peloponnesi, nò procul à Leprio: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 5.

Plataeæ arum, per e diphthongum in penultima, Stephano, Civitas est Boeotiæ, sub Cithærone monte non longè à Thebis. Dicta à latitudine remorum, ut inquit Strabo libro 9. Nam πλατὺ Græcis est latior pars remi. Plataenses autem remigatione victum quæritabant. Non procul ab hac urbe Pausanias & Aristides Mardonium Xerxis ducem & consobrinum superavêre. Hinc Plataenses, populi dicti.

Plato, onis, Philosophus, ab humerorum latitudine ita cognomen natus, quum antea ex avi paterni nomine Aristocles vocaretur. Fuit egregio corporis habitu, & in palæstra se exercuit apud Ariston em palæstritam, à quo primum cognominatus est Plato. Natus est Athenis eo die quo apud Delum Apollo. Studuit picturæ & tragœdiæ, poëmataque edidit.

Adeò

Adeò autem in omni disciplinarum genere, & præsertim in philosophia excelluit, ut Divinus Plato, & philosophorũ Homerus vocatus sit. Cicero lib. Tusc. Quæst. Platonicæ majestatis maximus est buccinator, adeò ut ipsum Deum appellet. Habeo etiam inter semideos commemorandum putavit. Et defuncto, Magi ut Deo immolarunt. Fuit varius, multiplex, & tantæ eloquentiæ, ut Jovem (si Græcè loqui voluisset) Platonicè loquturum philosophi dicerent. Athenis primùm Socratis dedit operam. Deinde dum licuit per ætatem, in Italiã profectus est, ut Pythagoreos audiret, ubi Philolai Crotoniatæ libros de sectã Pythagoreã centum minis atque adeò in difficultate rei familiaris mercatus est, ex quibus multa in suum Timæum transtulit. In Aegyptum deinde properans, ut audiret Gymnosophistas, oleum (ut ait Plutarchus) secum mercaturæ gratia vexit, ut viaticum sibi inde suppeditaret: ubi & libros Mosis legisse creditur. Tertiò Siciliam navigavit, primùm Actnæ flagrantis visendæ gratia, ut Apulejus ait. Reversus, apud Aeginam captus est a piratis, ac minimis triginta venundatus: Deindè à Niceræ Cyrenæo redemptus est. Iterum rediit sub juniore Dionysio ipse liberandi Siciliam. Sed paulò pòst expulso Dione, & ipse suspectus remigravit. Tertiò, quũ maximè nollet, rogatus ab Archita ut Dionem tyranno reconciliaret iterùm ingressus ab eodem Dionysio obviam procedente quadrigis exceptus est. Demùm in suspicionem veniens, vix rogante & spondente pro eo Archita, dimissus. Dialogũ primus illustravit, licet prius inventum à Zenone Eleate, ut Aristoteles tradidit Favorinus, ab Alexamene Teio. Decessit annos natus LXXXI. morbo, ut ferunt, pediculari. De hoc Quintilianus: Platonem (quemquis dubitat esse philosophorum præcipuum?) ex quo multum eloquentiæ se traxisse Cic. fatetur: sive acumine disserendi, sive eloquendi facultate, divina quadam & Homerica: multum enim supra prosam orationem & quam μετρίαν Græci vocant, largit, ut mihi non hominis ingenio, sed quodam Delphico videatur oraculo instructus. Vitã fuit cæleos, ac cultus, ut tenuit Augustinus. Videplura de eo apud Plutarchum in vita ejus. ¶ Plato, alter Atheniensis, Poëta priscæ comœdiæ, tempore Aristophanis & Eupolis, cujus fabulas Suidas commemorat, & Athenæus in Dipnosophistis. ¶ Tres item alios Diogenes Laërtius commemorat: unum Rhodium philosophum, discipulum Panætii: alium Peripateticum, ex Aristotelis lado: tertium Praxiphanis discipulum.

Platonĭcŭs, pen. corr. Quod est Platonis.

Plavia, oppidum Germaniæ in Voytlandia situm: quondam propter alumen, quod ibi præparabatur, celebre. Hodie Augusti Electoris, Saxoniæ ducis Ditioni paret. [Ger. Plauen im Voytlant.]

Plautĭus, Poëta comicus, cujus meminit post Varronem Gel. lib. 3. cap. 3.

Plautŭs, Nomen Poëtæ Comici. Latinorum omnium festivissimi, cujus fabulæ etiam hodie omnium manibus terantur, quas hora succisivis, quibus à versanda mola otium erat, in pistrino fertur scripsisse. De hoc extat honorificum illud Varronis elogium: Musas, si Latinè loqui vellent, non alio quàm Plautino sermone usuras. Hujus epitaphium extat apud Gellium hæc in verba:

Postquam morte est captus Plautus,
Comœdia luget, scena est deserta:
Deindè risus, ludusq; jocusq; & numeri
Innumeri simul omnes collacrymaverunt.

Decessit P. Claudio, L. Porcio coss. Autor Cicero de Claris Oratoribus.

Plautinus, & hinc superlativum Plautinissimus. Gel. lib. 3. cap. 3: Qui versus quoniam sunt de illius Plauti more dicam Plautinissimi, propterea & meminimus.

Plaxatura. Vide PLEXAVRA.

Plēiădes, teste Servio, Septem sunt stellæ ante genua Tauri, quæ ortu suo primæ navigationis tempus ostendunt: unde Græcè πλεῖν, ἐστὶ δὲ πλοῦς, Pleiades dicuntur, ἀπὸ τοῦ πλεῖν, quod est navigare. Latinè Vergiliæ dicuntur, à Veris temporis significatione quo oriuntur. Nam Vere exoriuntur, & circa Aequinoctium mane occidunt. Higinus in Astrono. Poëtica, Inter Tauri finitionem, & caudam Arietis stellæ sunt, quas nostri Vergiliæ, Græci πλειάδας, dicẽt. Fuerunt Atlantis filiæ septem, ex Pleione Nympha, cum qua Jupiter concubuit: unde & Pleiades dictæ. Sunt qui putent Pleiades dictas quasi πολλάδας: hoc est, plures, quòd nunquam singulæ appareant, sed omnes simul, præter Meropem quæ vix apparet. Pherecydes tradit septem sorores fuisse, Lycurgi filias ex Naxo insula: & quia Liberum patrem educavérunt, ab Jove inter sidera fuisse relatas. Harum nomina putantur, Electra, Alcyone, Celæno, Maja, Asterope, Taygete, Merope: quarum septima vix cerni potest: cujus causam afferunt, quòd quum reliquæ sorores diis nupsissent, sola Merope, mortali viro Sisypho nupserit: quam ob causam veluti pudibunda latitat. Alii putant hanc esse Electram, & ideircò obscuriorem videri, quòd excidium Trojanum spectare nõ potuerit, sed oculis manum opposuerit. Ovid. lib. 4. Fast.

Pleiades incipient humeros relevare paternos,
Quæ septem dici, sex tamen esse solent:
Seu quòd in amplexus sex hinc venêre deorum:
Nam Alcyone Marte concubuisse ferunt,
Neptuno Alcyonen, & te formose Celæno,
Maian atq; Electram, Taygetenq; Jovi.
Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit:
Pœnitet, & facti sola pudore latet.
Sive quòd Electra Trojæ spectare ruinas
Non tulit, ante oculos oppositaque manum. Plautem quandoque hæc dictio tetrasyllaba, divisione diphthongi. Propertius: Non hoc Pleiades faciunt, nec aquosus Orion. Poëtæ interdum abjecta vocali præpositiva ex diphthongo, Pliades efferunt, pen. corr. Stat. lib. 1. Syl. Nec per & Aegeas Hyades, Pliadumque novorum Sidus, & Oleniæ dignum pensile lab altris.

Plēsŏne, nes, per tres syllabas, media correpta, Πλησώνη: vel Plēione, per quatuor syllabas, Πλειώνη, Nympha, Oceani & Tethyos filia, & uxor Atlantis, qui ex ea Pleiades suscepit. Ovid. 5. Fast. Duxerat Oceanus quondam Tiranida Tethyn: Quicquam Liquidis, quæ parent, ambitaquis. Hinc facta Pleione, cum cognato Atlante jungitur, ut fama est, Pleiadasq; parit.

Plemmўrium, Πλημμύριον, Fluvius Siciliæ, qui per agrum Syracusanum labitur: à πλημμύρω, quod est exundo. Virg. 3. Aen. Sicanio prætenta sinu jacet insula contra Plemmyrion undosum nomen dixêre priores Ortygiam. Vide Servius annotavit. Poëtam Græc. nominis originem Latino epitheto expressisse: eadem enim Græcis est πλημμυρίς, quod Latinis undosum. Stephanus Plemmyrion, χωρίον: hoc est, arcem Siciliæ esse tradit, non fluvium.

Plĕuron, ῶνος, Stephano Aetoliæ urbs, & Meleagri patria. De qua Plin. lib. 4. cap. 2. Statius lib. 4. Theb. Pleuraq; cognatis avibus Meleagros Pleuron.

Plexaure, es, πλεξαύρη, Nympha, Oceani & Tethyos filia, ut placet Hesiodo in Theogonia.

Plĭnĭus, Secundus Veronensis, temporibus Vespasiani vixit, cujus negotia administrabat noctibus verò & furtivis (ut ipse in quit) temporibus, opus de Rerũ natura cõscripsit, vetus omnium parabilium temporis. Persecta montis Vesevi incendio, dum ejus causam indagare cupit. Ejus vitam diligentius narrat sororis filius Caecilius Plinius, cujus extat liber epistolarũ. & Panegyricus, Trajano Cæsari dictus, quo ille gratias agit Consulatũ eo factus. Quintiliani filiam dote juvisse, & Martialem Poëtam secedentem viatico prosecutum fuisse testatur ipse in epistolis Volaterranus lib. 18.

Plinthĭdes, quidam, Hygius in libro De limitibus declarat his verbis: Quæstorii dicuntur agri, quos populus Romanus, devictis, pulsisq; hostibus, pulsoque, mandavitq; quæstoribus ut eos venunda. et: quæ centuriæ nunc appellantur Plinthides id est, latercul. Eadem in quinquagenis jugeribus quadratis cluserunt limitibus, atq; ita certis cuiq; modulis venciderunt. Idem in eodem libro sic: Sunt plinthides id est, latercul quærati, ut centuriæ per sena milia pedum L. lineribus inclusi, habentes singuli laterculi jugera numero I. CC. L.

Plĭtarchĭa, æ, πλειταρχία. Civitas Cariæ, alias Heraclea appellata.

Plĭtarchices, Gentile est, πλειταρχίκος. Stephano.

Plĭsthĕnēs, σθένους, Pelopis fuit filius ex Hippodamia, qui quum juvenis moreretur, Agamemnona & Menelaum filios suos parvulos Atreo fratri commendavit qui eos suscepit, filiorumq; loco educavit: & ob id Atrei habiti, Atridæ sunt appellati. Vide suprà in dictione ATRIDES.

Plistŏănax, actis, ἀνακτος, Pausaniæ filius, & Lacedemoniorum rex, cujus res gestas vide apud Thucydidem.

Plistŏnīcēus, νίκειος, Medici nomen apud Plinium sepius repetitum. ¶ Fuit & Appion quidam, cognominatus Plistonicus, nò multo tempore Plinio superiori: ut idem ultimo volumine testatur. Quandoq; Pistonices scriptum legitur, sicut Olympionices.

Plōtæ, πλωταὶ, Insulæ quæ ad Occidentale latus Peloponnesi sitæ, nõ procul à Zacyntho. Meridiem versus, postea Strophades dictæ, à conversione Zethæ & Calais, qui Harpyias in eas usq; insulas sunt prosecuti. Meminit harum insularum Plinius lib. 4. cap. 12.

Plōtĭna, πλωτῖνα, Trajani Cæsaris conjux, sanctitate, probitate, & omnibus quæ in muliebrem sexum cadunt, virtutibus celebrata. Hæc tonso capillo virum mentita, comitem egit, & est in exilium euntem, imperterrita, & quondam quasi virago tolerans viri ærumnas.

Plotīnus, pen. prod. πλωτῖνος, Insignis fuit Academicæ sectæ philoso-

philosophus, Aegyptius natione, patria Lycopolites, discipulus Ammonii, præceptor Porphyrius qui Galieni, Taciti, & Probi temporibus floruit. Vir corpore gracili, tenuique valetudine, mentis sacro ore, oculis. Hæc Suidas.

Plotius, Gallus, patria Lugdunensis, Rhetor insignis Romæ tempore Ciceronis floruit; quo & is, & Quint. Fratrem Latinas literas fuisse eruditum, testatur Cic. de Orat.

Plotus, M. Accii Sartinatis cognomen fuit. Latinorum Comicorum facetissimus, planitie pedum illum imposuit. Ploti (inquit Festus) appellantur, qui sunt planis pedibus: unde & Poëta Accius qui Varro Sarsinas erat, initio Plotus, postea dictus est Plautus. Hæc ille.

Plutarchus, Πλούταρχος. Chæronensis philosophus, floruit sub Traiano & Adriano Imperatoribus: nam Traiano libros Apophthegmatum inscripsit, vir eruditissimus, & multijuga eruditione mirabilis, ac fœcundus. A Trajano in Illyricum missus est cōsulari potestate imperatamq; omnibus Illyricis magistratibus ut ablq; eo nihil ageret. Hujus nepos fuit Sextus philosophus. Memini utriusq; Eusebius in Chronicis. q Plutarchus alter, Nestorii filius, & theatensis sophista, præceptor Syriani: qui scholæ præfuit Athenienli sub Iuliano principe. Autor utriusq; Suidas.

Pluto, Πλούτων. German. Ein Gott Saturni vnnd ein Bruder Iovis, der Gott der Hellen.] Saturni filius ex Ope conjuge, & frater Iovis, atque Neptuni qui quum ad regni divisionem venisset, Plutonique natu minimus erat, & Agellaus vocabatur, pars Occidentis obtigit. Secūs inferum mare: Iovi, plaga Orientalis: Neptuno, insulæ. Hinc datus est locus fabulæ Iovi imperium cœli: Neptuno maris: Plutoni inferorū obtigisse. Dictus Pluto ἀπὸ τοῦ πλούτου hoc est, à divitiis, eō quòd apes omnes a superis hoc est, intimis terræ visceribus eruantur. Eandē quam ob causam Latini Dicem appellarunt. Cic. de Nat. deor. Terrena autem vis omnis atq; natura Diti patri dedicata est, qui deves ut apud Græcos πλούτων: quia & recidant omnia in terras, & oriantur e terris. Hactenus Cic. Idem & Summanus dictus, quasi summus deorum Manium. Item Orcus, quasi urgus, ab urgendo, quòd omnes in interitum urgeat. Appellatur & aliis multis nominibus, quæ vide apud Caium Antiquar. lect. lib. 16. cap. 18. Huius uxorem Proserpinam esse voluit Cerere filiam, cujus raptum tribus libris executus Claudianus.

Plūtonĭus, a, um. Horat. lib. 1. Carm. Et domus exilis Plutonia, quò simul mearis, &c.

Plutus, Πλοῦτος. German. Der Gott der Reichthumen.] A Græcis fingitur divitiarum Deus: quem in adventu claudum esse volunt, in recessu alatum: hoc enim rarum inuentes, seriùs quidem contrahi opes: parcas autem, citò fugaliter dispensari, velocissimè dilabi: Eundem & cæcum faciunt, & judicii expertem: propterea quòd indigni suum quemq; opibus affluere videamus: probos autem & prudentes vnos in arte tenuissima versari. Hujus domicilium constituit Posidonius in subterraneis Hispaniæ locis, eò quòd regio ea metallorum fœcunditate reliquis antecellat. Extat hujus nominis Comœdia apud Aristophanem.

Plynéæ, Πλυνέαι, Nili insula, cujus incolæ Plyneæi dicuntur, & Plyneatæ, Stephanus.

P ante O.

Podălīrĭus, Ποδαλείριος. Proprium nomen Aesculapii filii, & fratris Machaonis, qui ob ingenium medicinæ artis peritiam una cum fratre ad bellum Trojanum evocatus fertur. Dictus Podalirius a pedum magnitudine Ovid. lib. 2. de Arte amandi. Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi, Automedon curru, tantus amator. q Fuit etiam Itali cujusdam nomen, apud Virg. lib. 12. Aen.

Podalea, æ. penult. prod. ποδάλεια, Vrbs Lyciæ apud Plin. libro 5. cap. 27.

Podarge, es, ποδάργη, Equæ velocissimę nomē, ex qua Zephyrus Xanthum & Balium Achillis equos progenuisse fabulatur Homerus. Et Ilad. Dicta Podarge à pedum velocitate.

Podargi, ποδάργοι, Populi Thraciæ teste Stephano.

Pœan, anis, Παιάν, Pater Philoctetis, qui ab eo Pœantius, & Pœantides à Poetis appellatur Ovid. lib. 5. Trist. Hunc: Pœne decem totis aluit Pœantius annis Dōlt sævum tumido vimus ab angue dolum.

Pœnitalissum, Ποινιτάλισσον, Oppidum Cretæ, in latere Australi apud Ptolemæum lib. 3. cap. 17.

Pœcile, hujus Pœciles, prim. corr. Ποικίλη. Ger. Ein Schopff oder bedeckt ort in Athen an welchem die Philosophi offt vnnd disputierten.] In porticus Athenis in qua Stoici philosophabantur a dicta a varietate picturæ. Græci enim ποικίλον varium dicunt ποικιλίαν varietatem. Vnde & lapis fyenites vocatus est pyrrhopœcilos à varietate rubentium maculatum. In hac porticu Zeno philosophus discipulos docebat. Vnde & Stoica secta nomen accepit, & philosophi Stoici nuncupati, qui antea Zenonoi à Zenone scilicet ejus principe dicebantur. Nam & Græcis porticus est. Plin. lib. 35. cap. 9. Hic & Athenis pinxit porticum, quæ Pœcile vocatur, gratiâ q Fuit & in Elide porticus Pœcile, quæ à Plinio Heptaphonos appellatur: quoniam septies eadem vox in ea reddebatur.

Pœlli, Ποιελλοί. Insula in mari Carpathio, notiore nomine Rhodus dicta. Autor Plin. lib. 5. cap. 31.

Pœmen, ποιμήν, Mons Ponticæ regionis, à quo Parthenius profluit permissione Amaltrem. Autor Stephanus.

Pœmēnis, gen. com. ποιμένις, Canis fœmina est, ex canum eō numero qui Adæonem lacerarunt: dicta quòd in tuendis gregibus, pastoris quodammodo officio fungeretur. Nam Græcis ποιμὴν pastorem significat: à quo fœmininum Pœmenis deduxit Ovid. 5. Metam. pecudesq; secuta Pœmenis, & natis comitata Harpyia duobus.

Pœnus, Carthaginiensis, à nomine Phœnix, derivata aspiratione ἀπὸ τοῦ φοίνικος. Sumpserunt enim Carthaginienses originē à Tyriis Phœnicum populis, qui duce Elisa (quę & Dido dicitur) Pygmalionis fœvitiam fugientes, in Africam appulerunt. Servius in illud Virgilii 1. Aen. ponunq; ferocia Pœni Corda volente deo. Pœni, quasi, φοίνικες est, quasi Phœnices quia à Phœnicibus orti. q Hinc deducitur Punicus, Punica, Punicum, commutata æ diphthongo in u. Vide suo loco.

Pœnŭlus, diminutivū est à Pœnus quo nomine Plautus fabulā inscripsit, in qua Pœnus Hanno Punicè loquens introducitur.

Pœnĭcus, a, um, antiqui dicebant quod nos Punicus, æ diphthongo in i transmutata, Ἀττικῶς. Ita Pœnica pavimenta vocabant, quæ nos Punica appellamus, ex lapide Numidico strata. Simili etiam modo Pœnio dicebant, quod posterius Punio excidit.

Pŏlēmāis, Ptolemaïs, Libyæ urbs à Colchis condita, postea à Iulio Cæsare, qui eō colonium deducendam curavit, Iulia pietas appellata. Autor Plin. lib. 5. cap. 19.

Pŏlēmōn, prin. corr. πολέμων, Philosophus Athenienlis. Philosophum filius quum in juventute petulans esset, & aliquādo ebrius, & coronatus Xenocratis scholā ingressus fuisset, ejus oratione quæ tunc de pudicitia erat, adeò mores immutavit, tantum ei in Philosophia profecit, ut Xenocrate in scholā succedēret, Autor Gellius. Diogenes eum multa scripsisse testatur Suidas nihil fuisse primum reliquisse asserit. q Polemon, cognomento Helladicus, patria Ilienlis, hibericus nobilissimus, æqualis Antiophanis Grammatici, Puœnti discipulus, scripsit de origine civitatū Phocidis, Ponti, Laconię, Geographiam, & De cursu Solis libros tres. Suidas. q Polemon alius, à Laodicæa Cariæ, qui Smyrnæ vixit ac professus est, æqualis Herodis Attici, sub Adriano principe, ad quem legatus quandoque Smyrnæorum missus, ab eoque honorifice exceptus, & Multo Ægyptio adiectus est.

Pŏlēmōnĭum, πολεμώνιον, Civitas est Themiscyræ (quæ Ponticæ regio est) sideno flumine irrigata. Autor Plin. lib. 6. cap. 4.

Pŏllēntĭa, æ, πολλεντία, Oppidum est sub Apennino, in confinio Ligurię. Cujus meminerunt Ptolem. lib. 3. cap. 1. & Plin. lib. 3. cap. 5.

Pŏlītes, pen. prod. πολίτης, Priami filius ex Hecuba, quem Pyrrhus capta urbem conspectu patris interfecit, ut refert Virg. lib. 2. Aen. Fece autem elapsus Pyrrhi de cæde Polites, Vnus natorum Priami.

Pŏlla, Argentaria mulier doctissima, Lucani poetæ uxor, & in scribenda Phasalia adjutrix: cujus frequens est mētio in Sylvis Papinii.

Pollentĭa, Dea potentiæ, quæ à Romanis colebatur.

Pollentĭa, πολλεντία, Plinio autore, oppidum olim in majore Balearium insula. q Plin. & altera Pollentia juxta Alpes, incyta lanarum nobilitate: de qua Silius lib. 8. fulcique ferax Pollentia villi. q Fuerunt & Pollentini in Piceno, in quinta regione Italiæ, non multùm distantes à Tolentinatibus, ut indicat Plin. lib. 3.

Pŏllux, Iovis ex Lęda filius, frater Castoris Μάλλων. Hunc fabulantur Poëtę fuisse immortalem, & nihilominus immortalitatem suam cum fratre mortali dividisse, &c. Virgil. 6. Aen. Si fratrem Pollux alterna morte redemit, Itq; reditq; viam toties. q Fuit etiam Pollux Græci Grammatici nomen, qui sub Commodo principe Athenis docuit. Ejus hodie nihil extat præter Onomasticon.

Pŏlus, πῶλος, Agrigentinus sophista, Gorgiæ auditor, primus in oratione invenisse dicitur τὸ παρίσωσιν, καὶ ὁμοιοτέλευτον, quod minimè verum est, sed jam ante eum fuisse constat. Hæc Philothæus. Suidas scribit eum genealogiam eorum qui ad Trojam profecti sunt, scripsisse simul & navium catalogum.

Pŏlўægŏs, πολυαιγός, Insula una ex Sporadibus, à caprarum multitudine dicta.

Pŏlўæmus, πολυαίμου, Sophista Sardianus, temporibus Cæsaris Dictatoris & Antonii triumviri. Scripsit orationes judiciales Trium-

les

les Triumphi Parthici M. Antonii libras tres. ¶ Fuit & alter, Macedo genere, qui de Thebis scripsit, & de re militari. Suidas. Ejus extat Strategematum liber.

Polybius, πολύβιος, insignis historicus ex Megalopoli Arcadiæ civitate, Scipionis Africani præceptor, qui Romanam historiam libris quadraginta conscripsit Autor Suidas.

Polycarpus, πολύκαρπος Johannis Evangelistæ discipulus, & Smyrnæorum Episcopus, Latinè rem uberè & fertilè significat.

Polycaste, πολύκαστη, Nestoris filia, apud Homerum in Odyss.

Polycletus, pen. prod. πολύκλειτος Statuarius eximius dil gẽtia & decore extitit præcelleus. Nam ex ære plurima cõfecit signa, gravissimorum scriptorum præconiis nobilitata, ex quibus in primis commemorantur astragalizontes, hoc est, talis ludentes, quo opere ceteris absolutius fuit judicatum. Fuit & Sicyonius, discipulus Agelladæ. Duos eodem argumento statuas fecit: alteram ex ingenio, & suo judicio: alteram verò ex vulgi opinione, & ex sententia cujusvis præterea nihil. Quibus perfectis turbâ admirati, ac primum sua ostentata magnopere laudarunt: altera deinde, non item quæ. Atque sic ore (semper) hanc quam tam opere laudabis, me fecisti: quam verò vitupetanti, vos fecistis. Autor Achæus de varia historia.

Polycrates, pen. corr. πολυκράτης, Nomen proprium tyranni, qui in Samo insula rerum potiebatur. Hic & opibus, & felicitate apud historicos inclytus est: quoad vixit, non tàm fortunæ alumnus dici potuit, quàm partus. Annulum habuisse fertur incredibilis pretii, fidei; charissimum, quem, ut animis sibi blandientem fortunam aliquia adversitate temperaret, in mare abjecit: piscem tamen postea in ventre piscis inventum recuperavit. Verùm quanquam eidem in vita nihil adversi contigisse fertur, mors infamis, & grumosa docuit neminem ante obitum meritò dici posse felicem. Idem enim ab Oroete Satrapa Persarum capitis, suspensus, genere mortis teterrimo diem clausit. Ex Strab. l. 14. Hujus item nummi Cic. lib. 5. de Finib. Floruit eodem tempore quo Pythagoras & Anacreon. ¶ Polycrates Ephesiorũ prætor, temporibus Severi principis, ut scribit Hieronymus, eodem nomine, claraque fecit Ephesum.

Polydamas, antis, πολυδάμας. Proptiũ Trojanus, Antenoris & Theanûs sororis Hecubæ filii, qui Lycaslen Priami filium, sed ex concubina susceptum, uxorem duxit. Hi cum Antenore parte & Aenea urbem Trojanam Græcis dicitur prodidisse. Poetæ Græci, ut primam hujus nominis syllabam extendant (nam alioquin hexametro versu locũ non habet πολυδάμας, scribunt quos & Persius imitatus est Satyr. 1. Nemithi Polydamas, aut Trojades Labeonem Præluserint. Sunt autem Polydamas Latinè multorum domitorem, quasi πολλῶν δαμαστήν: vel multarum uxorum virum, quasi esset Polydamar, vel Polydamant: eò enim respexit Cornutus in Persium quũ Polydamantis nobilissimum interpretetur est. ¶ Polydamas, Pancratiastes nobilis, qui a multatus Herculem, leonem inermis amplexus superavit: tantum ingentem apprehensis extremis pedibus remõ tenebat: currum agnatus sese opponendo alteram manu apprehensum ex cursu retinebat, in equosq; insiliebat dejecto auriga. Accessum à Dario Artaxerxis magni filio, ter apud eum ex provocatione victor fuit. Postremo post cœnam in caverna, quam saxum à vertice ruinam minaretur, diffugientibus comitiis, cõlisis ipse viribus, ac manibus posse illud sustinere oppressus est. Autor Pausanias.

Polydectes, πολυδέκτης, Rex Seriphi insulæ, qui Persæum Jovis & Danaës filium educavit. Cujus tandem ingenium veritus, audaciamq; & felicitatem, ipse dilectum æternæ gloriæ ad superandum Gorgonem compulit: quo devicto redeuntem Perseo quum semper detraheret, conversus est ab illo in silicem, monstrato capite Medusæ, ut fabulantur Ovid. lib. 5. Metam.

Polydora, πολύδωρα, Insula Propontidis: apud Plin. lib. 5. cap. ult. ¶ Polydora, nympha. Oceani & Tethyos filia. Hesiodus in Theogonia.

Polydorus, pen. prod. [πολύδωρος. Ger. Der Gabe Priami des Alters zu Troye.] Filius fuit Priami ex Hecuba: quem pater initio belli Trojani, communis Martis exitũ veritus, cum magno auri pondere educandũ tradidit Polymestori Thraciæ regi, ut quo hostili; amico & genero sic. Seù ille deleta Troja, cæteris; Priami ferè omnibus liberis interfectis, auri cupiditate adductus, Polydorũ in litore ipsi patientem, telis aggreditur, & frustra secum deorum, hominumq; implorantem, occidit: cæsoq; tumulum superjecit, cui supercrevêre myrti virgulta, ut autor est Virg. lib. 3. Aen. Id quum mater Hecuba intellexisset, simulavit se ingens adhuc auri pondus velle illi secretò indicare, quod pro filio acciperet. Quod avarus rex verum existimans, mox ad Hecubam profectus, illius unguibus obcæcatus est. Extat tamen & alia de Polydoro fabula: nempe Græcos per Thraciam venientes hunc cepisse. Priamũ autem pro redemptione filii Græcis dedisse urbẽ, quæ postea ab eventu Antandros dicta est: qua accepta illos tamen nihil omnino Polydorum lapidibus obruisse. Hæc ferè Servius in locum illum 3. Aen. sagacitatis avarum: Nam Polydorus ego, &c. ¶ Alius fuit Polydorus Priami filius ex Laothoe Alei Lelegum regis filia, quem Achilles cum fratre Lycaone in bello Trojano interfecit.

Polygnotus, πολύγνωτος, Nomen pictoris præclarissimi, patria Thasii, qui nonagesima Olympiade floruit. Quint. lib. 12. de Institutione oratoria. Plin. lib. 35. cap. 9. Hic primus mulieres lucida veste pinxit, capita earum mitris versicolonibus operuit, plurimumq; picturæ primus cõtulit. Primus siquidem ipsarum os adaperuit, dentes ostendit, & vultũ ab antiquo rigore variavit. Delphis eadem pinxit, & Athenis porticum quæ Poecile vocatur: idq; gratuitò, quũ pretium ejus Myconiis remitteret pingere: quo nomine Amphictiones (quod est publicum Græciæ concilium) statuam ei gratuitam per universam Græciã decrevêre. Pinxit præterea & Ilium, tecta Pauloia, spartum torquentem, alnumq; ad aurem, quæ quicquid ille tetigerat, statim præferret. Quo enigmate significare voluisse, patrẽfamilias bonorum quidem, sed cui deum ctiam ea prodiga, quæ quicquid ille sudore tuo comparasset, strenuè profunderet. Vide Erasm. adagia.

Polymedra, Plin. lib. 5. cap. 32. Troadis oppidum Hellesponto adjacens.

Polymnia sive Polymneia, πολύμνια. Vna musarum, à memoria magnitudine dicta. Nam ἀπὸ τοῦ μνήμης Græci memoriam vocant. Producit autem hanc ultimo penultimam syllabam, quũ apud Græcos ει diphthongo scribatur. Fuêre qui corripi putarint, adducti versu Virgilii ex Epigram. Si quæ cui fama, &c. quicquid Polymnia gessit. Verùm in talibus locis exemplarium negligentia Polymnia per quinq; syllabas, sine conjunctione neque. Quem etiam in modũ Horatius hic voce usus est lib. 1. Carm. Euterpe cohibet nec Polymnia. Sunt qui Polyhymnia scribant, ut à canitu multitudine dicatur. Magis tamen placet superior scriptura.

Polynices, πολυνείκης, & Eteocles. Oedipi Thebanorum regis filii fuerunt, qui de regni hæreditate dissidentes, singulari certamine cõgressi, mutuis vulneribus cecidêrũt. Latiùs prosequitur hanc historiam Statius in Theba de.

Polypœtes, πολυποίτης, Pirithoi & Hippodamiæ filius: teste Homero lliad. 12.

Polyphemus, pen. prod. Πολύφημος. Ger. Der Sohn Neptuni des ungeheuren Menschfressers. Nep.] Cyclops, Neptuni filius ex Thoa Phorci filia, ingẽti corpore, qui unũ tantùm in oculum, eumq; in fronte habuit. Hic Galateam Nymphain ferus adamasse, Acin ejus puerum, quem sibi illa præferebat, saxo interemisse. Ulyssem quoq; vi tempestatis in Siciliam delatum, antro suo inclusit, quatuorq; ex comitibus vita devoravit, reliquos eodem mortis genere perempturus, nisi præveniens Ulysses vino nigro inebriasset, altoq; sopore obruto, adacto stipite oculum extulisset. Videtur fabulam hanc habere apud Hom. in Odyss. Servius in illud Virg. 3. Aen. Nam qualis, quantaque cavo Polyphemus in antro Lanigeras claudit pecudes, &c. Multi (inquit) Polyphemum dicunt unũ habuisse oculum, alii duos, alii tres: sed totum fabulosum est. Nam hic vir prudentissimus fuit, & ob hoc oculum in fronte habuisse dicitur: id est, juxta certos cursus quita prudentia plus videbat. Verùm Ulysses cum prudentia superavit, & ob hoc cum cæcasse fingunt. Hæc Servius. Cicero quoq; de Polyphemo lib. 5. Tusc. quæst. sic scribit: At verò Polyphemum Homerus, quũ immanem, ferumq; fingeret, cum antea etiam colloquentem facit, eique fandi facultatem, quòd quò vellet, ingredi posset & quæ vellet, attingeret. Recte id quidem nihil enim erat ipse Cyclops, quàm antea ille prudentior. Hæc Cicero.

Polyrrhenia, pen. prod. πολυρρήνια. Oppidum Mesopotamiæ, apud Plin. lib. 6. cap. 26.

Polyxena, pen. cor. πολυξένη Priami filia formosissima, ex Hecuba conjuge, quam Pyrrhus Achillis filius, Troja capta, ad patris sui tumulum jugulavit. Ferunt enim Achillem quũ ad Trojam bellum gereret, Polyxenam sorore in matrimonio cõspectam adamasse, eamque sibi uxorem postulasse. Quod quum Priamus annuisset, placuit ut in Tymbræi Apollinis templum convenirent, pacis, nuptiarumq; fœdera mitturi. Quod quum resciviset Paris, post Apollinis simulacrum se in occultavit, Achillemq; nihil tale opinantẽ sagitta interfecit. Capta deinde Troja, quum & Polyxena viva in hostium manus pervenisset, Achillis umbra Græcorũ proceribus in somnis apparuit, præcipiens ut Polyxena cujus nuptiarũ prætextu erat interfectus, inferias sibi mitterentur: cujus crudelitatis Pyrrhus se ministrũ præbuit. Ovid. Placet Achilleo maestata Polyxena manes.

Polyxenides, æ um, Adject. apud Catullum: Alta Polyxenia madentem cæde sepulcra.

Polyxenus, πολυξένης, Inter Græcorum duces numeratur Homero. lib. Iliad. 2.

Polyxo, ûs, πολυξώ, Mulier fuit ex Lemno insula, & Apollinis vates, quę Lemniadi sic. eris dux & hortatrix fuit. Nam cum

Lemniacæ mulieres ob spretam Venerem hircum oleret, maritiq; earum cum ob causam ex Thracia uxores hic asciscerent, Polyxus insuetu omnem virilem sexum interemerunt. Autor Statius lib. 5. Theb.

Pōlyzelus, pen. prod. πολύζηλος, Poëta comicus Græcus, cujus fabulas enumerat Suidas.

Pōmōnǽ, pen. prod. [German. Die Obstgöttin.] Pomorum dea, apud Romanos, adamata à Vertumno, ut fabulatur Ovid. 14. Metamorph. Dicta Pomana à pomis, quemadmodum Mellona à melle.

Pōmpēi, Populi dicuntur quos Sarnus amnis alluit, incolentes oppidum ejusdem nominis. ¶ Inde Pompeianum: id est, prædium circa Pompejos. Pompejanæ ficus, ad siccandum optimæ. Pompeiana vitis, ab inventore dicta. Col. lib. 4. cap. 2.

Pompeiŏpŏlis, πομπηϊόπολις, πομπηϊούπολις Stephano, Cilicię urbs. Pomponius Mela lib. 1. in descriptione Ciliciæ: Deinde urbs est à Rhodiis, Argivis quę pōst piratis, Pōpeio assignante, possessa: nunc Pompejopolis, tunc Soloe. Hæc etiam Solinus scribit: postea Trajanopolis est appellata, mutato nomine, postquam in ea fato concessit Trajanus.

Pompēiōrum Romæ illustris familia fuit, ex qua in primis commemoratur Q. Pompejus, qui contra Numantinos missus, ab eis q; superatus, turpem & ignominiosam pacem fecit. Autor Florus lib. 2. ¶ Hujus filius, sive nepos Cn. Pompejus Strabo, magni Pompeii pater, Novocomum coloniam deduxit: a bello Italali imperator creatus, de Picentibus triumphavit: vir admodum doctæ disciplinæ. ¶ Cn. Pompejus, hujus filius, Syllæ partes secutus est, ab eoq; ad ulciscendos inimicos in Africam missus, Domitium primum expugnavit: deinde & Iarbam regem cepit, de quo triumphavit ante legitimam ætatem: quare ab exercitu Syllæ Magnus est salutatus. Inde contra Sertorium in Hispaniam profectus, Metello copias suas conjungens, cum cum tota factione tumultu. Mox delectus Imperator ad bellum Piraticum, tribus mensibus id confecit. Deinde successor L. Lucullo missus, de Mithridate triumphavit. Tigranem Armeniæ regem ei ad genua procumbentem, in regnum restituit. Iberos, Albanos, Iudæos debellavit, capto eorum rege Aristobulo. Extincta uxore Iulia, Cęsaris filia, Corneliam Scipionis filiam, à P. Crasso M. filio viduam relictam, uxorem duxit. Neapoli demum acutissima febre correptus, parum abfuit à morte: quæ si contigisset, melius cum eo factum fuisset, ab insequentis belli civilis calamitatem. Iam bello civili exercitato, Pharsalica pugna à Cęsare copiis longè inferiore superatus, & in Aegyptū fugiens, regis perfidia ab Achilla præfecto interfectus est. Triumphum quum ex Oriente victor redisset, biduo egit, prænotatis gentium titulis victarum, quæ à Plinio lib. 7. & à Plutarcho in vita ejus ordine adnotantur. Filios reliquit Cn. & Sextum Pompejos: quorum ille apud Mundam Hispaniæ urbe interfectus, hic apud Siciliam navali prælio ab Augusto est victus. ¶ Sext. Pompejus alius, vir Prætorius, sub quo Valerius Maximus militasse se dicit, & quē Ovid. de Ponto pluribus laudibus effert. Hujus pater Sext. Pompejus Hispaniæ citerioris princeps, quum borreis satis ventilandis præsideret, correptus dolore podagræ, mersit in tritici cumulum pedes: quos ubi ægritudine sublatos, & in modum lapidum duratos vidit, ferro ea remedio usus est. Autor Plin. lib. 22. cap. 25. Apud quem tamen, non Sext. Pompejus, sed Sext. Pomponius est legendum. ¶ Qu. Pompejus Rufus, Syllæ è filia nepos, Trib. pleb. cum T. Numatio Planco, adversissimus Miloni, in cujus causa dixerat paucis pōst diebus quàm Clodius esset occisus, Milo dedit, quē ex Curia deliberetis: ego dabo quem ex Capitolio mulctetis. Idem Milonem ad se venientē in hortis aspiciens, misit nuntium ne veniret. ¶ Qu. Pompejus, qui Bithynicus est dictus, summo studio dicendi, multaq; doctrina, incredibiliq; labore atq; industria. Hujus actio non satis commendabat orationem: in hac enim satis erat copiæ, in illa lepōris parum. Hæc Cicero. Festus quoque de eodem sic ait: Pompejus Bithynicus, è supellectili regia lignum ephebi miram venentis, aeramque tuentis exercitationis gratia mare Græcorum, Romam portavit, & in Capitolio posuit.

Pompēlon, πομπήλων, Oppidum est Hispaniæ, sub Pyrenæis montibus, quod à Ptolemæo Vasconidas annumeratur. Plin. lib. 3. cap. 3. Pompelonenses conventus Cæsaraugustano adscribit. Hodie Pampelona vocant, regni Navarræ caput.

Pomponĭa πομπωνία, Mater Scipionis, ex congressu levis fuit creditu volcatione anguem mutati. Silius lib. 13: Aditabat fœcunda Iovis Pomponia furto, &c.

Pōmpōnĭus Atticus, πομπώνιος, Nobilis Eques Romanus, excellentis ingenio, & amicus Ciceronis in primis fuit: unde Atticus Ciceronis est appellatus: qui postquā vidit Cinnę tumultu Rempublicam esse turbatam, secessit Athenas, ubi longo tempore moratus, & publicè civitatis, & privatim omniū gratiam in moribus elegantissimis prometuit: linguā ita probè didicit, ut Attici nomē adsequeretur. Humanitate, divitiisque similē prędītus fuit, quibus amicos libenter impartiebat. Nam & Ciceronem ab urbe pulsum opibus juvit, & Brutum ab urbe fugientem nummorum centum millibus est prosecutus. Erat alio qui gravissimus vir & constantiæ singularis, ut quę religionē polliceretur, eadem & præstare niteretur. Mendacium recipere dicebat, nec pati poterat. Plura Cornelius Nepos, qui vitam ejus elegantissimè scripsit. ¶ Pomponii item alii duo Ciceronis tempore fuēre: quorū alter L. Pomponius Bononiensis Atellanarum scriptor, quem Horatius refert nunquam rusticatis. Alter Cn. Pomponius orator, parronus acer, acerbusq; dicendo, & lateribus pugnans, ut ait Cic. in Orat. ¶ Iulius item Pomponius secundus tempore Quintiliani inter tres tragicos longè princeps, quem senex (utille refert) Pindarū tragicum putabant cōpositione atq; nitore præstare omnes cōfitebantur. Tacitus verò de eodem: Pomponius secundus nostris temporibus, Domitio Afro, vel dignitate, vel famæ perennitate cessit. Hæc Tacitus. Plin. verò lib. 14. cap. 4. eum cœnam C. principi Germanici filio dedisse ait, in qua vinum centum sexaginta annorum fuit. ¶ Pomponius fuit consultus ex Pandectarum libris notissimus. ¶ Præter hos Pomponius Mela natione Hispanus, insigni opere de situ orbis clarissimus.

Pontērōpŏlis, pen. prod. πονηρόπολις, Thraciæ civitas, sub Rhodope mōte sita: deinde Philippopolis ab instauratore: & postremò Trimontium à situ dicta. Autor Plin. lib. 4. cap. 11.

Pontĭa, æ, Vulgò Ponza. Insula est una Oenotridum, litori Lucano adjacens e regione Velię. Plin. lib. 3. cap. 7: Cōtra Veliam Pontia & Ischia, utraq; uno nomine Oenomides, argumentum posuisse ab Oenotriis Italiæ. ¶ Sunt item Pontiæ insulæ duę, non longè à Palmaria, e regione Formiarum, in quibus turtures ac coturnices quū ad Italiam veniunt, prima volatura requiescēdi causa paucos dies morātur. Autor Varro. Plin. lib. 3. cap. 6. Ab his ultra Tiberina ostia in Antiano, Astura, mox Palmaria, Sinonia, & adversum Formias Pontiæ.

Pontīnă palus, πόντιος. Vulgò la Maruta. Volscorum palus juxta Forū Appii, haud lōgè à Tarracina, distans ab Urbe XXIX. passuum millibus. Hæc palus à Cornelio Cethego Consule exiccata est, & ex ea ager factus, ut tradit Plinius lib. 4. cap. 7. Lucan lib. 11. Et qua Pontinas via dividit uda paludes. Melius Pontina.

Pontus, πόντος, gen. masc. Nerei filius & Neptuni, ut Eusebius libro 1. Præp. scribit. Vnde pontus mare dici videtur. Alii pontum dici existimant mare, à πονέω, quod est mergor: vel à πόνος, id est, labor: quia tot laboribus plenus. Ridiculè per contrarium dicit arbitrantur, quòd careat ponte. Proprie autem id mare pontus appellatur, quod à palude Mœotidis usque in Tenedum protenditur. [German. Das Meer so sonst das Ertzmeer genennet wird / streckt sich vom Mœotischen Sey an bis an die Enge bey Constantinopel in Thracien.]

Pōntus, i, feminini generis, Provincia Asiæ minoris, à Ponto rege sic cognominata, crudelitate Medeæ, & maleficiū herbarum proventu nobilitata. Virg. Eglog. 8: Has herbas, atque hęc Ponto mihi lecta venena Ipse dedit Moeris: nascuntur plurima Ponto. ¶ Ponto item frequentissima est Castor, cujus testiculi ad medicamēta expetuntur. Idem 2. Georg. Virosaq; Pontus Castorea. ¶ Clauditur autem Pontus (ut Strabo refert libro 12. & 9. 11.) ab Occidente Haly flumine; ab Oriente Colchide à Meridie, montibus Armeniæ à Septentrione, mari Euxino. Ptolemęus verò lib. 5. paulò aliter: Pontus, inquit, ab Occasu, ore Ponti, & Thracio Bosporo à Meridie, regione quæ propriè Asia dicitur à Septentrione, parte Euxini maris terminatur. Eius civitates insignes sunt, Chalcedon, Nicomedia, Nicęa. In Ponto regnarunt Mithridates, Eupator, & Pythodoris regina. Ex Ponto fuit Aquila, veteris Testamenti interpres, & Marcion hæresiarches: qui quanvis Christianus videri vellet: alium tamen creatorem omnium rerum esse dicebat, quàm CHRISTI Patrem, Iumq; maledicebat.

Pontĭcŭs, a, um, πόντιος, ut Pontica absinthium, apud Col. lib. 12. cap. 35: Sveti Pontici fauces, Seneca Medea. Humus Pontica. Ovid. 3. de Ponto Pontica nux, cadē quæ avellana, quòd in Ponto plurimùm abundet. Δωδωναῖον.

Pŏpĭlĭus, Prænomine Marcus, Flamen Carmentalis fuit, cui in sacrificiis occupato quū nuntiaretur seditio plebis adversus magistratus commissę, ut erat lęna indutus, in concionem prōcucurrit, seditionemq; sua autoritate sedavit. ¶ Duo præterea alii celebrantur Popilii: quorū alter ad Antiochum, Ptolemæum Aegyptiregem obsidentem, legatus missus, quum mandata sua Antiocho exposuisset, ut à Rege socio & amico Populi Rom. abstineret, regem cunctantem, respondentemq; differentem virgula circumscripsit, denuntians Populum Romanum omnia hostiliter cum illo esse acturum, si spatium illud egrederetur, priusquam sibi respondisset. Admiratus itaq; hominis confidentiam Antiochus, respondit se in Pop. Rom. potestate fore: salutaq; obsidione in regnum se recepit. ¶ Alter cognomento Lænas, de quo Valerius inter ingrati animi exempla

exempla commemorat, quũ à Cicerone in causa capitis esset defensus, certissimoq; periculo liberatus, nullam non modò patrono tetulisse gratiam, verumetiam magni beneficii loco ab Antonio popotcisse, ut ad occidendum Ciceronem mitteretur. quare facilè impetrata, viro innocentissimo, optimeq; de se merito, cui salutem debebat, vitam eripuisse.

Pŏppæ̆a, Sabina, T. Othi filia, à Poppæo Sabino avo suo ita nominata, mulier forma, nobilitateq; insignis fuit, quam primis nuptiis Rufo Crispo conjunctam, M. Otho primùm in adulterium, deinde & in matrimonium sum pellexit. Verùm quum incautus apud Neronem principem uxoris formã laudaret, captus amore ejus Nero, Othoni consuetudine ejus interdixit: deinde & in Lusitaniam sub specie honoris, eo relegato, matrimonio eam sibi copulavit. Obiit fortuita Neronis ira, ictu calcis, quum gravida esset, ab eo percussa. Autor Tacitus. Annalium lib. 16.

Pŏppæ̆ānŭs, poppæana, poppæanum, denominativum: ut Vinum Poppæanum, à Poppæa inventa, vel quibus illa præcipuè uti solebat. Juven. Satyr. 6: Audendaque multo Pancuma facies, aut pinguia Poppæana Spirat, & hinc miseri vitentur labra mariti.

Pŏpŭlŏnĭă, æ, sive Populonium, populonii, πτολεμ. Ptolemæo. Oppidum est in littore maris Tusci, non procul à Pisis, portum habens non ignobilem, ex regione Ilvæ insulæ. Meminit hujus oppidi Plinius libro 3. capite 5. & 6. Ptolemæus libro 3. & Pomponius libro 2. Virgilius Æneidos 10. Sexcentos illi dederat Populonia mater Expertos belli juvenes: at Ilua trecentos Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis. Hodie Piombino vocant.

Pŏrcĭă, Nobilis Romæ matrona fuit, Porcii Catonis Censorii filia sive (ut alii malunt) neptis: quæ quum matremfamilias quondam quæ secundas inierat nuptias, pudicitiæ nomine laudari audiret. Casta, inquit, matrona non nisi semel nubit. ¶ Porcia alia fuit, Catonis Uticensis filia, & uxor Bruti, quæ quum viri fati consilium, quod de interficiendo Cæsare ceperat, cognovisset, cultello tonsorio sese vulneravit. Qua de re quum à viro increparetur: Non est, inquit, hoc temerarium factum meum sed in tali fiducia nostro, mei erga te amoris certissimum indicium. Experiri enim volui, si tibi propositum ex sententia parùm cessisset, quam æquo animo referre essem interemptura. Hæc postea, quum audivisset virum fausum post infaustum illud prælium adversus Antonium, Augustumque in campis Philippicis gestum, mortem sibi consciviisse, mori & ipsa statuit. Sed quum arma à domesticis subtraherentur, hausits prunis, oreq; obstructo, contestim extincta est. Valer. lib. 3. cap. 2.

Pŏrcĭus, Catonum familiæ gentilium cognomen fuit, à porcis ita dictum. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 1: Cognomina multa habemus ab utroq; pecore: à majore, & à minore: ab minore Porcius, Ovinius, Capellius: à Majore, Equitius, Taurus.

Pŏrdŏsĕlēnē, pen. prod. πορδοσέληνη, Insula est ante Ephesum, cum urbe ejusdem nominis, quam nonnulli, teste Stephano, ἀστρολογίαν fugientes, Protoselenem appellarunt. Meminit hujus insulæ Plin. lib. 5. cap. 31.

Porphyreon, porphyreonis, πορφυρεών, Phœnices oppidum, apud Stephanum, cujus incolæ Porphyreonitæ dicuntur, & Porphyreonitæ.

Pŏrphўrĭŏnē, πορφυρίων, Insula est in Propontide ante Cyzicum. Plin. lib. 5. cap. 32.

Porphўrĭs, pen. corr. πορφυρὶς, Insula in sinu Laconico sita, quinq; millibus passuũ à Malea promontorio dictans: postea Cythera dicta, ob memorabile templũ quod in hac insula est Veneri factum. Autor Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Est & altera ejusdẽ nominis insula, duodecim non amplius passuum millibus dissita à Gaulo, alio nomine Nisyros appellata. Plin. lib. 5. cap. 31.

Porphўrītē, porphyrites, πορφυρίτης, Oppidum est in ea parte Arabiæ quæ Ægypto conterminat est. Stephanus.

Porphўrĭŭs, πορφύριος, Philosophus patria Tyrius, nobili genere ortus, qui Romæ Aureliani Cæsaris temporibus claruit. Vnà cum Origene & Amelio cõdiscipulis Plotinum audivit. Multa ejus à Suida enumerantur scripta, in quibus plurima inter se dissidentia reperiuntur, cujus rei causa putatur, quòd quæ prius probaverit, ea postea retractaverit. Pernacissimus Christiani nominis hostis fuit, quindecim adversus nostram religionem edidit voluminibus: quibus postea Methodius, Eusebius, & Apollinaris triginta apologeticis libris respondentur. Dictus Porphyrius, ab vestem purpuream qua propter nobilitatem utebatur quum prius Malchus diceretur.

Pŏrsĕnă, æ, pen. corr. πορσίνα. Proprium nomen regis Hetruscorum, qui pro restitutione Tarquinii Superbi adversus Romanos bellum suscepit. Vide Liv. lib. 2. ab Vrbe. Martial. lib. 11. Hanc Spectare manum Porsena nõ potuit. Virgilius verò produxit positione duplici s: ut Necnon Tarquinium ejectũ Porsenna jubebat Accipere.

Porta Augusta, Vaccæarum urbs in tractu Tarraconensis Hispaniæ. Ptolemæo lib. 2. cap. 6.

Portūnŭs, pen. prod. Deus maris habitus est ab antiquis, quẽ Græci Palæmona, Παλαίμονα vocant. Gerum Dei Matrisque Deum. Is dictus à portubus quibus præesse credebatur. Vide in dictione PALÆMON.

Pōrŭs, pori, πῶρος. Indiæ rex fuit, ab Alexandro Macedone superatus, deinde & suorum dolo interemptus. Claudianus: Tradita captivo spatiator legio Poro.

Pŏsīdĕon, ποσείδεων. Græcis est mensis, quem nos Decembrem dicimus, à Neptuno nomen habens, quæ illi ποσειδεὼν appellat.

Pŏsīdeum, sive Posidium, pen. prod. ποσείδιον, Oppidum in finibus Macedoniæ, ab procul à Strimone amne: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 10. ¶ Est etiã ejusdẽ nominis oppidum in Syria Libano monti subjecta: cujus meminit idẽ Plin. lib. 5. cap. 20. ¶ Est item Posideum, tum promontorium, cui oppido cicidẽ nomen, quòd olim Brancidarũ, & postea Didymæi Apollinis oraculum fuit appellatum. Vide eundem lib. 5. cap. 29.

Pŏsĭdippŭs, ποσείδιππος, Comicus Cassiodræus, Cynici filius, qui fabulas triginta docuit, teste Suida.

Pŏsĭdōnĭă, ποσειδωνία, Oppidum maritimum in Lucanis, postea Pæstum appellatum: à quo & vicinum finum Posidoniatem appellarunt: qui & ipse postea commutato nomine, Pæstanus appellatus est. Autor Plin. libro 3. cap. 5. ¶ Hoc etiam nomine aliquando dicta est Troezen Peloponnesi urbs: propterea quod τῷ ποσειδῶνι: hoc est, Neptuno sacra esset. Autor Strabo lib. 8.

Pŏsĭdōnĭŭs, ποσειδώνιος, Philosophus, discipulus & successor Panætii, ex Apamia Syriæ (ut Strabo lib. 14. autor est) sed Rhodius existimatus: quia Rhodi vixit, ac philosophatus est: sicut & Apollonius Molo dictus est Rhodius, quũ esset Alabandensis natione: audivit Cicero. Hic quum aliquãdo morbo articulari laboraret gravissimè, fertur sæpè dixisse (erat enim Stoicus) Nihil agis dolor, quamvis sis molestus, nunquã te esse confitebor malum. Venit Romam M. Marcelli tempore, scripsitq; multa. ¶ Posidonius Olbiopolita, Sophista & Historicus, scripsit post Polybium historiam libris 11. quibus ad bellum Ptolemæi adversus Cyrenæos. Præterea declamationes rhetoricas, & argumenta in orationes Demosthenis. Hic Strabo testatur suo tempore fuisse. ¶ Posidonius Africæ præfecti Augustini contubernalis, cujus etiam vitam scripsit præterea Homiliarum libros septem. Epistolarum totidem. Alterum complures. Autor Ptolemæus Lucensis.

Posideum. Vide POSIDEVM.

Pŏsthŭmĭă, Virgo Vestalis, quæ propter elegantiorem cultũ in suspicionem venit incesti, & eo nomine apud Pontifices accusata est: erãt enim quum nihil præterea adversus eam probaretur, sententia Pontificis Maximi dicitur absoluta, qui eam jocis in posterum abstinere, sanctèq; potiùs, quam sanè coli jussit. Vide Liv. lib. 4. ab Vrbe.

Posthumĭus, Prænomine Aulus, Dictator in bello Latinorũ, quod Tarquinii furga excitavit, cum ad generum suum Manilium Tusculanorum ducem confugisset, quo in bello collatis signis ad lacum Regillum, quum victoria utrinque navaret, Magister equitum Romanus equis transnos detrahi jussit, ut irrevocabili impetu ferrentur in hostes: itaque tandem acrem Latinorũ Romani fudere. In eo prælio viri duo juvenes acriter pugnare, quos post pugnam ad præmia quæsitos, Dictator reperire non potuit. Raptos itaque eos Castorem & Pollucem fuisse, eis cõmunitio templum dedicavit. Autor Gell. ¶ Posthumius Tubertus, Magister equitum Aemyli Mamerci Dictatoris in prima Dictatura contra Volscos: mox in eodem bello à Quint. Cincinnato Consule genero suo Dictator dictus, de eisdem triumpharit: quam victoriam funestavit mors filii, viri magna virtute: quem quòd injussu ejus, occasione rei bene gerendæ pugnam inisset, securi percussit. Ex Liv. lib. 4. ab Vrbe. ¶ L. Posthumius, post Cannensem pugnam Consul in Galliam profectus, Bojorum fraude, locorumq; iniquitate circumventus, ne vivus in hostium manus perveniret, mediis sese hostibus immiscens, fortissimè pugnans occubuit. Cujus invento capite præcidentes Barbari, ovantes in templo obtulerunt, ejusq; dein ceps cranio pro sacro vase in solennibus libationibus uti sunt. Liv. lib. 23. ¶ Posthumius, prænomine Spurius, cum T. Veturio Romæ consul eo tempore quo Romani adversus Samnites bellum gerebant, missus cum collega adversus hostes, exercitum imprudens in locum iniquũ deduxit apud Furcas Caudinas: ubi ab hostibus circumventus, quũ nulla evadendi spes esset, fœdissimum cum hoste fœdus pepigit, ut sexcentis equitibus Romanis obsidibus rejectis, reliquũ exercitum sub jugum mitteret, abducere sibi liceret. Quæ fœderis conditiones quum à Romanis improbarentur, autor fuit Senatui Posthumius, ut sui, eorumq; deditione, quorum consensu tam ignominiosum fœdus initum erat, fides publica liberaretur. Cujus sententiam secutus Senatus, Consulem utrunque,

tumque, cum duobus Tribunis, cæteris quæ omnibus qui per fœdus ipsoponderant, hosti vinctos dediderunt. Quos quum ille recipere recusaret, incolumes Romam redierunt. Necata mox pœnè, fusis à Papyrio Cursore Samnitibus, & sub jugum missis, receptis quæ texcentis equitibus Romanis, obsidibus, pœnis flagitii infamia obliterata est. Livius 9. ¶ Postumius Albinus Consul adversus Jugurtham missus, pecuniaque ab eo corruptus, infigocm ex provincia ignominiam reportavit. Autor Sallust. in Jugurtha. Idem postea Proconsulari imperio in Hispaniam missus, de Vaccæis & Lusitanis triumphavit. teste Liv. lib. 64.

Postvorta, Dea erat Romanorum ita dicta quòd futura prospiceret. Macrob. lib. 1. Saturn. Sicut Antevorta, & Postvorta, divinitatis, scilicet apud Romanos colunctur. Gell. ex Varr. li. 16. c. 16. alia postvorta describere videtur. Quando igit, inquit, cōtra naturā fortè cōversi pueri in pedes, brachiis pictum; diductis retinen solēt, egrius; tunc mulieres enituntur. Hujus periculi deprecādi gratia aræ statuæ sut Romæ duab. Carmentibus, quarū altera Postverta nominata est, Prosa altera, à recto, pervertiq; partus & parcitate, & nomine.

Potamis, πόταμος, Oppidum Asiæ, apud Plin. lib. 4. cap. 7.

Potentia, ποτεντία Ptolemæo, Oppidum est Piceni. Cicero de Arusp. respons. Eodem fere tempore factus in agro Piceno Potentiæ hiantiatur terræ motus.

Potidæa, ποτίδαια, Vrbs Macedoniæ, antea Cassandria dicta, Plin. lib. 2. cap. 58.

Potidanis, potidaniæ, πωτιδανία, Vrbs Aetoliæ, apud Stephanum, cujus incolæ dicti sunt Potidanienses.

Potina, teste Nonio, Deæ nomen apud Romanos, quæ puerorum potui præsidere putabatur, sicut Edusa eorūdem alimentis. ¶ Est & civitatis nomen in Bœotia, ex qua Glaucus fuit, & à qua Pontneus dictus. ¶ Est & Strabonis fons prope Thebas Bœotias. Plin. tamē lib. 4. c. 19. oppidum in Magnesia fuisse, cui aqua ut idem testatur lib. 31. c. 8. alimi pastu habile inflāmatur.

Potitius. [German. Ein Priester Hercules.] Scotis cujusdam nomen est, quem una cum Pinario altero sene sacris suis præfecit Hercules. Servius explicans illud Virg. 8. Aen. primus ipse Potitius autor, De domus Herculei custos Pinaria sacri. Pinarius, inquit, & Potitius, duo senes fuerunt, quibus qualiter coli vellet, obtendit Hercules: scilicet ut manè & vesperi ei sacrificaretur. Perfecto itaq; matutino sacrificio, quum circa Solis occasum essent sacra repetenda, Potitius prior advenit: Pinarius pulsa, extis jam redditis. Quare iratus Hercules statuit ut Pinariorum familia tantum minister esset epulantibus Potitiis, & complentibus sacra. Hæc Servius. Vide de hoc plura apud Feastellam, & Livium lib. 1.

Potnis, ποτνιαί, Magnesiæ oppidum fuit, teste Plin. lib. 4. cap. 9. In hoc oppido Glaucus Sisyphi & Meropes filius, equas humana carne pavisse dicitur, quò cupidius ferentes in hostem. Verùm quum pabuli ejusmodi copia deesset, versæ in rabiem equæ dominum ipsum devorarunt.

P ante R.

Prāctius, practii, πρακτιος, Fluvius est Troadis, inter Lampsacum, & Abydum in Hellespontū influens, teste Strabone lib. 13. Meminit hujus fluvii & Homerus in Catalogo.

Præguttii, Italiæ populi, qui Marsis magis Orientales sunt, Ptolemæo autore, lib. 3. cap. 1. Hodie vulgus regionem totam Abruzzo appellat.

Prænēste, generis neutri, & hæc Prænestis, πρανεστος. Stephano. Vulgò Palestrina, Oppidum Latii edito in loco, naturaque munito situm: ita dictum (si Stephano credimus) à Prænesto conditore, Latini filio, Ulyssis & Circes nepote. Alii ἀπὸ τοῦ πρᾶνες id est, ab dictibus quę illic abundant, nomen accepisse existimāt. Pompejus Festus nominis hujus originē ad loci situm refert, eò quòd mōtibus præstet unde & altum Pręneste à Virgilio dicitur 7. Aen. Quid; altum Pręneste colunt. Fuerūt qui à Cæcula Vulcani filio conditum putārint: quorum sententiæ Virgilius quoque subscribit: Nec Prænestinę fundator defuit arcis. Vulcano genitum pecora inter inertia regem, Inventumq; focis omnis quem credidit ætas Cæculus. Strabo lib. 5. Græcam urbem esse tradidit: cujus rei argumentum hoc adfert, quòd olim Polystephanos dicta fuerit. Habuit hoc oppidum nobile Fortunę templū, cujus pavimentum lithostrotis stravit L. Sylla, teste Plin. lib. 36. cap. 25. Silius: - sacrisq; dicatū Fortunę Pręnestę jugis. Fœminina, genere utus est Virg. 8. Aen. Qualis erat, quum primam attigit Prænestę solā ipsa Serani.

Prænestini, pen. prod. Qui Prænestę incolunt. Cic. 2 de Divin. Numerium Suffucium, Prænestinorum monumenta declarant, honestum hominem, & nobilem somnio crebris, &c.

Prænestinus, a, um, possessivè ut Dea Prænestina, Ovid. 6. Fast. Sortes Prænestinæ. Cic. de Div. Fortuna Prænestina, Luca. li. 2.

Præpēsinthus, πρασινθος, Oppidū est mediterraneum maioris Mysiæ apud Ptolemæum lib. 5. cap. 2.

Præpēsinthus, πρασινθος, Insula maris Ægæi, una Cycladum. Autor Plinius libro 4. capite 12.

Præsidium, πρασιον, Oppidum est Piceni, teste Ptolem. lib. 3. cap. 1. Inde sunt Præsutinos, a, um, ut, Pubes, præsutia. apud Sil. lib. 15. Et Præsutianus, na, num, ut, Præsutianus ager, apud Plin. lib. 3. cap. 13. & 14.

Prasii, πρασιοι, Indię populi, quorum metropolis est Palibrota. Plin. lib. 6. cap. 19.

Prasiæ, πρασιαι, Oppidum maritimum fuit in ora Laconica nō procul ab ostio Inachi fluminis: cujus meminit Thucyd. bell. Pelopon. lib. 2.

Præxaspes, πραξάσπης, Nobilis Persa, qui Smerdim Cambysæ fratrem jussu regis occidit, hujus factinoris cōscientia adactus postea in maximo Persarum convento, ex editissima turre se præcipitem dedit. Vide Herod. lib. 3.

Præxagoras, πραξαγόρας, Nobilis medicus fuit, cujus aliquoties meminit Plinius.

Præxidicē, es, πραξιδίκη, Deæ nomen, cujus non statuam integram, sed caput tantùm in templis dedicabāt. Hanc Musæus Sorenis uxorem facit, eandemq; sororem, Concordię & virtutis matrem. Autor Suidas. Stephanus Praxidicen Nympham fuisse addit, quæ ex Tremilete Cragum peperit, à quo Lycię mons nomen accepit.

Praxitēles, pen. corr. [πραξιτέλης. Germ. Ein berühmter Bildhauer.] Statuarius, marmore nobilitatus, & præcipuè duplici Venere, Gnidia & Coa, quarum illam maximè nobilitavit. Cephisodotus adolescentis cujusdā amor, qui nudus in templo delinescens simulacro cubuit: & Nicomedis regis ætimatio grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam destinantis. Nam cùm dicitur in extrema Italiæ ora, quam Magnam Græciam ollim appellabant, deinde propter artis præstantiam civitate Romana donatus; quam multis etiam egregiis signis ornavit: ex quibus à Plinio commemorantur Troptolemus, Flora, Ceres in hortis Servilianis, Boni eventus, & Bonę fortunę simulacra in Capitolio: item & Mænades, & quas Thyadas vocant, & Caryatidas, & Silenī in Asinii Pollionis monumentis, & Apollo, & Neptunus, aliaq; nonulla quæ vide apud Plin. lib. 34. cap. 8. & lib. 37. cap. 5. de hoc etiam Propertius. Praxitelem Parrhasius vindicat arte lapis.

Prēcius, Lacus nomen est, apud Cic. in Orat. pro Milone.

Priamus, pen. corr. [πρίαμος. Germ. Ein König der Trojaner/sonst der Vater Paridis.] Laomedontis Trojanorum regis filius δὸν ἐρίαμος, quod est emptus, autore Servio. Nam puer ab Hercule, qui patrē Laomedontem interfecerat, captus cū Hesiona sorore, salvæ pecuniæ redimi potuit vel secūdùm alios: quia Hercules eum à vicinis hostibus rēdemptum in paterno regno locavit. Eum à Jove originē traxisse ferunt. Dardanus enim filius fuit Jovis ex Electra, cujus filius fuit Erichthonius. Hic filium habuit Troēm, qui regionem quæ à Dardano Dardania dicebatur, Troiam à se dixit. Hujus fuit fuerunt Assaracus, & Ilus, qui urbē totius regionis caput, Ilion à se vocavit. Hic filium habuit Laomedontē, qui pater fuit Priami. At Priamus ipse, patre ab Hercule interfecto, auro redemptus, Ilion instauravit simul & exornavit, regniq; limites usq; adeò protulit: ut non solùm Trojæ, sed totius ferè Asiæ rex videretur. Hecubam filiam Cissei regis Thraciæ uxorem duxit habuitq; teste Cicerone Tusc. Quæst. lib. 1. filios quinquaginta, quorū decem & septem ex justa uxore sunt nati, ex quibus fuit & Paris, qui repetentibus Hesionem sororem, in Græciam profectus, Menelao Helenam uxorem rapuit: unde ortum est bellum decennale à Græcis Trojanos, in quo vidit filios suos ferè omnes ab hostibus interfectos. Tandem capto Ilio, & ipse à Pyrrho Achillis filio occisus est prope aram Jovis Hercæi, in sanguine Politæ filii, ut est apud Virg. lib. 2. Aen. Forsitan & Priamo fuerint quæ fata requiras, &c. At verò Ili frater Assaracus Capyn genuit, ex quo Anchises, & ex illo Aeneas. Ovid. lib. 4. Fast. ¶ A Priamo fit Priamides patronymicum prima longa & Priameius, a, um, prima brevi. ¶ Fuit & Priamus alius Politæ filius superioris nepos, quem Aeneas ex Trojæ excidio secum in Italiam duxerat. Virg. lib. 5. Aen. Una acies juvenum ducit, quam parvus ovantem Nomen avi referens Priamus, tua clara Politæ Progenies auctura Italos, &c.

Priāpōnēsis, πριαπώνησος, Insula est in sinu Ceramico. Plin. lib. 5. cap. 32.

Priāpus, penult. prod. [πρίαπος. German. Ein Gott der Gärten/dem mahlet man mit einem vast großen Männlichen glid.] Liberi patris & Veneris filius, quæ tam perfidiosa antiquitas horrorum præsidem credidit. Horat. 1. Serm. Sat. 8: Olim truncus eram ficulnus inutile lignum. Quum faber adubitans scamnum faceret-ne Priapum, Maluit esse deum: deus hinc ego furum, avium q; Maxima formido. Idem & Lampsacenus dicebatur, à Lampsaco non ignobili Troadis urbe ad Hellespontum sita, in qua & natus creditur.

Priāpēa, πριαπεία. Carmen obscœnum, quod nonnulli Virgilio, alii Ovidio, alii aliis ascribunt.

Priāpismus, πριαπισμός, πριαπίασις, Morbus est quum genitale membrum in longitudinem protenditur, & in circulum intumescit sine Veneris appetitu: quod vitii genus is potissimùm solet usurpare, qui supini cubare consueverunt. Ratio nominis deducta est à Priapo obscœno horrorũ deo, quòd qui hoc vitio laborant, colem justo majorem habere consueverint, & instar Priapi membri assiduè extentum. Vide plura de hoc apud Gallib. 6. de Locis affectis.

Priāpus Hellespontius, teste Plin. lib. 5. cap. 32, à Priapo Liberi & Veneris filio condita: seu ut alii volunt, à Milesio nomine Priapi. Ceterùm est enim ibi colli ob vineta uberrima quę juxta eam in Parianā & Lampsacenā regione sunt, autor Strabo lib. 1.

Priēne, πριήνη, Urbs maritima (ut inquit Strabo lib. 12. 13. & 14.) quæ invectu Mœandri fluminis inter ipsam, Milesiumq; lacunas, mediterranea facta est. Biante alumno nobilis, qui patria aliquando ab hostibus capta, quum reliqui omnes fugientes aliquid rerum suarum asportarent, interrogatus ipse cur adeò nil efferret: Omnia (inquit) mea mecum fero: summas divitias in animo statuens. Meminit hujus Cic. in Parad.

Priēnæus & Prienensis. Sidonius: Prienæe Bia, quòd plus tibi barba malorum.

Priscianus, Grammaticus Cæsariensis fuit, qui tempore Iustiniani principis floruit. Scripsit de Arte Grammatica ad Iulianum Consulem: ad Cosroēn verò Persarum regem librum de Natural. quæstionibus: Dionysiumq; de situ orbis Latinitate donavit. Sunt qui ferant hunc ab initio Christianum, deinde fidei defertorem fuisse. Volaterranus.

Piscis Helvidius, Sub Nerone Quæstor Achaiam administravit, Quæstoriumq; adhuc à Patro Thrasea generi additus, è moribus soceri nihil æquè ac libertatem hausit, opum contemptor, recti pervicax, constans adversùs metus. Erant quibus appetentior fama videretur. Hæc Tacitus. Probus quoq; Grammaticus de eodem sic: Persicus (inquit) post damnationem Thraseę socerisui, interdicta sibi Italia, Apolloniam concessit. Sed post interfectum Neronem restitutus à Galba, non aliter quàm in libertatis vindicatis statu egit. Idem postea Vespasianum in studia libertatis offendit, ut putaret, id adoptante Clodio, pristinam libertatis statum posse revocare. Quo nomine reus, ac præterspem absolutus est. Hactenus Probus. ¶ Priscus alter, Panites genere, Sophista, Theodosii junioris epistolarum magister fuit, qui se scribit à Cæsare missum fuisse oratorem in Scythiam, ad Attilam Hunnorum regem: ac ejus regiam pulcherrimè describit, magnifico opere, sumptuosoque factam. Scripsit historiam Constantinopolitanam, & ipsius Attilæ libris VIII. Præterea declamationes & epistolas, ut est autor Suidas.

Privērnum, priverni, πριβέρνῳ Stephano, Urbs Volscorum, Camillæ patria Virg. 11. Aen. Pulsus ob invidiā regno, virisq; superbis, Priverno antiqua Metabus quum excederet Urbe. Hujus incolæ dicuntur Privernates, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Privernas, privernatis: Vt Privernatia vina, quæ inter generosa Italiæ numerantur à Plin. lib. 14. cap. 6.

Privērnus, Viri proprium nomen, apud Maronem lib. 9: Privernum Capys, &c.

Prōæresĭus, προαιρέσιος. Insignis Sophista fuit, ex Cæsarea Cappadociæ: cum adhuc adolescens Antiochiam venit, permotus fama Viptani dicendi magistri, apudq; eum primas tulit. Cum quo parvo post tempore Athenas profectus, sub Iuliano Sophista adeò profecit ut primus inter auditores esset. Accersitus inde in Galliam à Constantino principe, Hephæstionem condiscipulum comitem sibi adjunxit summoq; honore apud Cæsarem habitus: aliquando post Romam petiit: ubi aliquot annos magna nominis fama notatus, tandē opibus ac honoribus auctus, Athenas redit, ubi magno exceptus applausu, extemporalem orationem habuit in theatro. Contemporaneum habuit Libanium Sophistam, teste Suida.

Prōana, orum, προάνα, τά, Oppidum Thessaliæ est apud Steph.

Prōbălinthus, προβάλινθος, Oppidum fuit Atticæ, teste Plin. lib. 4. cap. 7. quod jam tum interierat.

Prōbus, Berytius Grammaticus, Romæ docuit, non tamen ut magistri personam sustineret: unum & alterum, vel quum plurimum tres aut quatuor pomeridianis horis admittere solebat, cubans, & inter longos & vulgares sermones legere quędam, idq; perraro, Nimis parva & exigua de quibusdam minutis quæstiunculis edidit. Reliquit autem non mediocrem syllvam observationum sermonis antiqui. Ab initio enim ad fiuciam se contulit, postquam in militia diu Centuriarum frustrà petisset. Hæc ex Tranquillo.

Procās προκᾶς, Rex Albanorū fuit, pater Amulii & Numitoris, & avus Romuli & Remi, cujus meminit Liv. lib. 1. ab Vrbe cōdita. Virg. 6. Aen. Proximus ille Procas Troianę gloria gentis.

Prōcēsĭus, προκήσιος, Oppidum Bithyniæ, ac Bosphorum Thracium, è regione Byzantii, quod notiore nomine Chalcedon appellatur. Autor Plin. lib. 5. cap. ult.

Prŏchўta, prochyta, prochyte, & Prochyre, prochirę, πρόχυτα, Insula in Puteolano sinu: dicta quasi profusa, ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι, quod est profundere. Fuerunt enim Inarimes vicinæ insulæ montem terræ motu ēbullisse, insulā hanc fudisse. Ac Dionysius lib. 1. scribit, Prochytam dictā esse à nutrice Aeneæ ejusdē nominis, de hac Virg. lib. 9. Aen. Tū fœtus Prochyta alta premit.

Procilius, Grammaticus, cujus meminit Seneca, vir luis temporibus doctissimus fuit, qui in lineata ita commemorat apud Memphim, in aurea columna Aegyptiis literis scriptum fuisse, nunc demum Aegyptum liberam fore, quum in eam venissent Romani fasces. Autor Lampridius.

Proclus προκλος, Lycius, discipulus Syriani, philosophus Platonicus, præfuit scholæ Athenien sis cujus discipulus & successor fuit Marinus Neapolitanus. Scripsit plura in Grammatica & Philosophia: Commentarios in totum Homerum, in Hesiodi ἔργα καὶ ἡμέρας: in Remp. Platonis: præterea contra Christianos Epicheremata XVIII. Hic est Proclus, qui post Porphyrium secundus cōtra nos latravit adversùs quē Iohannes cognomento Grammaticus scripsit apologia, dictatos eum, quanquā in rebus Græcorū magnum, stultum tamē esse & in hac parte indoctū. Autor Suidas. Is etiam est cujus hodie cōmentarios in Platonē habemus. Præceptor fuit M. Antonini, à quo ad Consulatum usque provectus est, ut scribit Spartianus. ¶ Proclus item alius fuit Malleotes patria, qui scripsit in Sophistas Diogenis, & cōtra Epicurum. ¶ Proclus cognomento Proculcius, è Laodicea Syriæ, qui scripsit mythologiā, in fabulam Pandoræ, apud Hesiodum: item Aureæ carminis Isagogen in Arithmetica Nicomachi, & alia quædam in geometria. ¶ Proclum Naucratiticam his Philosophus addit, quē dicit unum fuisse ex suis præceptoribus, ac docuisse Athenis, filiumq; habuisse luxui deditum, in quem nonnihil non severus fuit, verùm eum usq; adeò indulgens, ut in aleatoria canibus, avibusq; ei adesset, dictitans has nugas eum cum cūctis senibus dimissurum, quàm cum æqualibus. In docendo hunc omninò fertur servasse morem, ut ab initio à discipulis centū drachmas pro totius temporis mercede acciperet, bibliotheca domi publicata: tantū illi solùm lectionis inter, dum cogerentur, minimè per otiū, ut moris est in ludo, mutuis inter se jurgiis, fabulisve poterepterent. Philostratus.

Prōcŏrnesĭus, προκόρνησος, Vulgò Marmara. Insula Propōntidis, ante Cyzicū, alio nomine Elaphonnesus dicta: utroq; nomine à cervis deducto. Hinc Procōnesius, lis, sium Plin. li. 5. cap. ult.

Prōcŏpĭus, προκόπιος, E Cæsarea Palæstinæ orator & sophista: scripsit res Iustiniani quæ in Oriente, aut Occidente, aut Africa per Belisarium Patricium gesserat. Cujus scriba & comes in cūctis expeditionibus fuit. Composuit item alterum librum, quem inscripsit ἀνέκδοτα: id est, non edenda, sive non edita: Iustiniani, & ejus uxoris Theodoræ vituperationem continentem. Autor Suidas. ¶ Procopius, alius fuit tyrannus Constantinopolitanus, qui insurgens contra Valentem principē apud Natoliam Phrygiæ civitatem, in ejus potestatem cum exercitu venit, prodituś à duobus militibus: alligatus deinde duabus pervim reflexis arboribus, diceptus est: ide proditoribus etiā sumptum supplicium. Ex historia eorpartita.

Prŏcris προκρις, Erechthei Atheniensium regis filia fuit, & soror Orithiæ, quæ Cephalo nupsit: qui quum castitatis uxoris suæ periculum facere vellet, Aurorę opera, quę illum adamabat, in mercatorem mutatus, ingentibus muneribus illius pudicitiam sollicitavit: quāq; illa pretii magnitudine propemodum succumbente, Cephalus recepta prior forma, perfidiam illi exprobravit. Quod Procris quum inficias ire non posset, pudore repulsa, relicto viro, domumq; ejus perosa, in sylvas sese, locaq; deserta contulit. Tandem tamen viro reconciliata, jaculum ei inevitabile & canem Lælapa nomine dedit, quē à Minoë dono acceperat. Postea quum à rustico quopiā audisset, Cephalum Aurorę cujusdam amore teneri (cujus ille nomen inter venandum, quum æstu laboraret, sæpiùs inculcabat) in fruticeis sese occultavit ut pellicē deprehenderet. Quā itaque Cephalus æstu, laboreq; fatigatus, se ad virgulta recepisset, & sub arboris quadā umbra recumbens, Auram ex more invocaret, Procris sulpicata jam pellicem assaturam, quō rem omnem meliùs cognoscere ipse exigens, virgulta cōmovit. Quare animadversa, Cephalus feram ratus, jaculum fortem emisit, uxoremq; charissimā inevitabili ictu interfecit. [Ger. Ein Tochter Iphicli, und ein Gemahl Cephali des Mörers, welche er hernach hinder einer Staudē vermeintlich erschossen hat.] Fabu. ā hanc latius exequitur Ovid lib. 7 Metamorph.

Prōcrustēs, προκρούστης, Plutarcho in Romu. Larro insignis in Attica regione, ad Cephisum flumen habitans: qui hospites interimere solitus, tandemā Theseo cū interfectus. Ovidius 7. Met. Tellus Epidauria perte Clavigeram vidit Vulcani hoc cumbere proiem. Vidit & inmitem Cephisias ora Procrusten.

Prōcilēius, ut scribit Acron Horatii interpres, Equites fuit Romanus, Augusti amicissimus, qui adeò pius erga fratres suos Scipionem & Murenā fuit, ut spoliatus bellicivili patrimonium suum ex integro divisset, quod cum eis jam antea divisisset. Hæc Acron apud Horatium, lib. 2. Carm. Hujus meminit & Plutarchus in vita Antonii, dicens Antonium paulò antequam expiraret, admonuisse reginam Cleopatram, ut sibi ac rebus suis consuleret: & maximè omnium, qui cum Cæsare Augusto erant, Proculeio se credere. Mortuo Antonio Augustus Proculeium misit, ut curaret Cleopatram vivam in suam potestatem perducendam: quumq; illa arrepto ense vellet sibi mortem inferre, Proculeius eum e manibus ademit.

Prōcrustes, Vide PROCRVSTES.

Prōdicus, pen. prod. Philosophus fuit patria Cous: cujus quanta fuerit autoritas, ex Xenophonte deprehendere licet, qui in Bœotia captus, vadem pro se reditu dedit. In consilio Atheniensium magnam est laudem adeptus, quanquam voce gravi ore atque absona. Conatusq; est in ea civitate primarios ex nobilissimis familiis adolescentes sibi devincire, quorum hospitium usui tibi & voluptati foret. Hæc ex Philostrato. Suidas autem dicit Ceum eum fuisse ex Iulide oppido, & Democriti ac Georgiæ temporibus floruisse, librumq; edidisse qui inscribitur, in quo fixit Herculeo virtuti pariter ac voluptati congressum, & utraque hunc ad se trahente, voluptati concessum, alteram ipreviisse. ¶ Fuit & Protagoras alius, medicus, ex Selymbria civitate, Hippocratis discipulus alius, medicus, ex Selymbria civitate, Hippocratis discipulus alius, medicus, ex Selymbria civitate, Hippocratis discipulus, qui primus sacra epicen instituit, teste Plinio, libro 29. capite 1.

Prœtidēs, Prœti, Argivorum regis, & Antiæ filiæ fuerunt: quæ quum forma essent præstantissima, se Iunoni auste dunt præferre: quare irata dea talem eis immisit furorem, ut vaccas se esse arbitrarentur, & ad Lyncas confugerent. Postea autem helleboro sanatæ a Melampode dicuntur: unde quoddam hellebori genus, Melampodii nomen accepit, teste Plinio, lib. 25. cap. 5. Virgil. in Sileno: Prœtidas impleruntfalsis mugitibus agros.

Prōtus, Abantis regis Argivorum filius, sui etiā successit in regno. Uxorem habuit Antiam, ex qua quatuor filias genuit, quæ à patris nomine dictæ sunt prœtides, poëtarum fabulis celeberrimæ: de quibus vide plura in dictione præcedenti, & suprà in voce MELAMPODIVM.

Prognē. [Progne. Ger. Ein Tochter Pandionis. das Königs zu Athen/ die heirat Tereo des Königs in Thracia.] Pandionis Atheniensium Regis filia fuit, & toro Philomelæ, quæ Tereo Thracum Regi matrimonio juncta est, ex qua filium Itym suscepit. Hæc quum desiderio videndæ sororis teneretur, exoravit virum ut Athenas profectus Philomelam ad se duceret. Qui mandata peragens, adventum Philomelæ à Pandione impetravit. Verùm quum in itinere esset, in libidinem mulieris exardens, quamvis repugnantem compressit: & ne facti obtenderet atrocitatem exprimere posset, linguam ei abscindit & servo in vinculis custodiendam tradit: reversusq; ad uxorem, maris nausea periisse simulat. Philomela interim tædio cæteris affecta, rem omnem gesta fuerat, seu in tenuissima tela deposuit: hanc ancillæ Progne clam deferendam tradidit. Progne reintellecta, ac dissimulato ad tempus dolore, postquam Orgiorum dies advenit, thyrsis & pellibus pro more instructa sororem e carcere eripit, eodemque indutam habitu ad regiam ducit: ibiq; furiis exagitata arreptum Itym filium interficit, viroq; domum redeunti epulandum apponit. Qui tandem re cognita ex pueri capite, quod Progne tub finem cœnæ per sororem afferendum curavit, dum fugientem uxorem furibundus persequitur, mutatam deorum commiseratione in hirundinem vidit, quæ consuetudinem habitandi intra hominū tecta semper servavit. Ipse autem in upupam, avem satis notam, conversus est, ideoque militarem cristam adhuc in capite gerit, & quasi adhuc filium quærentes, clamat, quod significat ubi, ubi? Ity autem in phasianum, quæ avis frequens est juxta Phasim fluvium in Colchis. At Philomela in avem conversa est sui nominis, quæ nec nunc quidem cessat deflere casum dulcissimo injuriam quam paulò antè clinguis promere non poterat. Vide hanc fabulam latius apud Ovid. lib. 6 Metamorph. Gorgias tamen apud Aristotelem lib. 3. Rhetoricorum, existimavit Philomelam in hirundinem, Prognem sororem ipsius in luscinium conversam fuisse. Quam etiam opinionem sequutus est M. Varro: Lusciniola, inquit, luctuosa cancre existimatur, atque esse ex Attica Progne in lucum facta avis. Ad quod alludit Virgilius, quum inquit: Quas ille Philomela dapes.

Prōmēthēus, penult. prod. [Prometheus. Ger. Ein Klüger und sinnreicher Mann/ welcher auß die Poeten bedeut/ Menschen gemacht hat/ und demnach das Feur vom Himmel gestolen/ und es ihnen mitgetheilt.] Filius Iapeti, & pater Deucalionis, qui hominem ex luto dicitur formasse, & ex cœlesti igne animasse. Promethei fabulam sic refert Servius: Prometheus (inquit) post factos à se homines, dicitur auxilio Minervæ cœlum ascendisse, & admota facula ad rotam Solis ignem furatus, quem hominibus indicavit: Ob quam causam irati dii, duo mala immiserint terris, febres, & morbos, sicut & Sappho & Hesiodus memorat. Quod tangit & Horatius, dicens: post ignem æthereā domo Subductum, macies, & nova febrium Terris incubuit cohors. Ipsum etiam Prometheum in monte Caucaso per Mercurium religaverunt ad saxū & adhibita aquila est, quæ ejus cor exederet. Hæc autem omnia non sine ratione finguntur. Nam Prometheus vir prudentissimus fuit. Unde etiam Prometheus dictus est, ἀπὸ τῆς προμηθείας: id est, à providentia. Hic primus Astrologiam Assyriis indicavit: quam relictam in monte altissimo Caucaso, nimia cura & solicitudine, deprehenderat. Hic autem mōs positus est circa Assyrios, vicinus pene sideribus. Unde etiam majora astra demonstrat, & diligenter eorum ortus, occasusq; significat. Dicitur etiam aquila cor ejus exedere, quod, ἐπὶ τῷ est solicitudo, qua ille affectus, siderum omnes deprehenderat motus. Ex hoc quia per prudentiam fecit, duce Mercurio, qui prudentiæ & rationis deus est, ad saxū dicitur esse religatus. Deprehendit præterea rationem fulminum, & hominibus indicavit: unde cœlestem ignem dicitur esse furatus. Nam quadam arte ab eodem monstrata, supernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit donec eo bene usi sunt. Nam postea malo hominum usu, in perniciem eorum versus est: sicut in Livio lectum est de Tullo Hostilio, qui eo igni exustus est cum omnibus suis. Nama verò Pompilius impunè eo usus est tamùm in lucrie deorum. Hinc est quod igne rapto, mortalibus morbi abstracti numinibus dicuntur immisti. Hactenus Servius enarrans illud Virgil. 6. Eclogæ: Hinc lapides Pyrrhæ jactos, Saturnia regna, Caucasaeasq; refert volucres, furtūq; Promethei. ¶ A Prometheus fit Prometheides patronymicum masculinum.

Prōnallæ, auriqui populi Bœotiæ, Steph.

Properti'us, Elegiarum Poëta ex Mevania oppido oriundus quod in Umbria est, ut ipse autor copiosè testatur. Sunt qui fuisse ejus patrem Equestri dignitate ornatum, ac Triumvirali potestate fuisse: tum inter eos connumeratum qui L. Antonium secuti, Perusiā capta ex Octavii Cæsaris autoritate, ad aram Divi Iulii perducti, ibidem occisi fuerūt. Illud omnino cōstat, hunc Propertium magna ex parte amissis bonis, Romam se recepisse, cui patrem suum in tenera adhuc ætate amisisset: quod ipse his verbibus apparet: Aspice me cui parva domus tortuna relicta est, Nullus & antiquo Marte triumphus Avi, Ex Crinito.

Prōpontides, Puellæ fuerūt Cypriæ, ex Amathunte urbe, quæ quod Veneris numē aspernarentur, ab ira dea adeò percitæ sunt libidinis delicto, ut corpora passim in triviis prostituerent: unde factus est locus fabulæ, Propontides in saxa fuisse mutatas, quod abjecto omni pudore, venit saxa indurusisent. Ovid. 10. Metamorph. Sunt tamen obscœnæ Venerem Propontides ausæ Esse negare deam: pro qua sua numina sæpe Corpora cum forma primò vulgasse feruntur. Vtq; pudor fugit, sanguisq; indurescit oris, In rigidum parvo silicem discrimine verſæ.

Prōpontis, Propontidis, [Propontis. Ger. Das Meer zwischen dem Hellespont, und dem engen Meerschrund in Thracia gegen Orient: heißt jetzt Mare di Gorgia.] Uno nomine dicitur totū illud mare quod ab Hellesponto angustiis ad Thraciam usq; Bosphorum protenditur. Nam Geographi primas angustias maris Ægæi se coarctantis, Hellespontum vocāt. Inde expatiatur æquor, quæ laxitas Propontis appellatur. Vbi iterū in artū sese stringitur, ibi angustiæ Bolphorus Thracius nuncupātur. Vbi tertium effunditur, Pontus Euxinus, qui curvatus in figurā Scythici arcus comparatur ostio Mæotidis paludis: idq; ostium, Cimmerius Bosphorus vocatur.

Prōpontiacus, contr. Propontiacus hærentem Cyzicon oris. Ovid. lib. 1. Fast. Hinc; Propontiacis hærentem Cyzicon oris.

Prosi, Limites dicti, qui spectabant ad Orientē: transversi, qui ad Meridianum. Ex Hygeno.

Prosa, Vide in APPELL.

Prōserpina, pen. corr. [Proserpina. Ger. Ein Tochter Iovis, vnd Cereris/ welche Pluto, auß Sicilien que Hetten entführet hat.] Iovis & Cereris filia, quæ quum in campis Ennæis flores legeret, à Plutone rapta est. Quam quum Ceres diu frustra toto terrarum orbe investigasset, tandem à Cyane Nympha rem omnem edocta, petiit à Iove ut communem filiam ab inferis sibi reducere liceret: quod ex duraxat lege impetravit, si nihil illa cibi apud inferos gustasset. Quare quum Ascalaphi judicio palam factum esset, aliquot mali punici grana illam gustasse, omnes rediius spes illi fuit intercisa. Quod ægrè ferens Proserpina, Ascalaphum commutavit in bubonem nocti avem, & tristitiæ semper rerum nuntiam. Postea tamen Ceres à Iove dictum im-

situr impetrasse ut Proserpinæ tenis quotannis mensis serum apud superos, & eundem apud inferos cum manere esse liceret. Quod Poëtarum commentum Mythologici ad Lunæ naturam referunt, (quam Proserpinæ nomine intelligunt) quæ æquali temporis spatio superiùs & inferiùs hemisphærium illustrat. Hæc ferè Servius in illud Virgil. 1. Georg. Quamvis Elysios miretur Græcia campos, Nec repetita sequi curet Proserpina matrem.

Prŏsŏpon, πρόσωπον. Insula nō longè à Carthagine: cujus incolæ Prosopitæ dicuntur, vel Prosopitæ, Stephanus.

Prŏsŏpŏpēĭtēs, idis, προσωπωνίτης. Insula est in Delta Nili, novem tchæuorum ambitu, urbem habens Atarbechim, ex qua naves proficiscuntur ad tollenda tota Ægypto boum, aliorumq; pecorum ossa, quę religiosè apud Ægyptios sepeliuntur. Autor Herodot. lib. 2.

Prōtăgŏrās, pen. corr. πρωταγόρας, Philosophus Abderides fuisse dicitur, ut alii malunt, Tejus, natus Menādro patre Thracum locupletissimo, qui & Xerxem adversus Græcos proficiscentem, domo, muneribusq; excepit: ob cujus liberalitatem, Magi qui cum eo erant, facta à rege potestate, ejus filium Protagoram, tunc adolescentem sua disciplina eruditerunt. Nam injustis regis eam communicare non licebat, propterea quòd religionem penitùs subverteret, in dubium vocans num omninò esse dei. Quare & olim tacebant Magi, ne aperta religionis professione diis servire, aut per eos nonnihil posse viderentur. Hac itaq; disciplina imbutus Protagoras, librum quendam in hanc sententiam exorsus est: Dii sint, nécne, satis statuere non possum. Nam cùm alia complura id fieri prohibeant, tum summa rei incertitudo & brevitas vitæ. Hunc itaque librum quum Athenis recitasset, à Pythodoro Polyzeli filio impietatis nomine in judicium vocatus, & in exilium actus est, scriptaq; ejus publicè sunt exusta. Quumq; sparsas toto orbe triremes Atheniensium videret, parvo se navigio credens, insulas lustravit, ubi tunc mercede docuit primus omnium profitere cœpisse. Igitur Plato quū videret eum arte rhetorica intumescentem, verbaq; ex poëtica plus justo ostentantem, Dialogum in eum conscripsit, quo mores ejus & ingenium graphicè delineavit. De morte ejus varia traduntur. Quidam naufragio periisse volunt, quum in Siciliam navigaret. Alii itineris labore fatigatum in via defecisse, quum ad annum nonagesimum pervenisset. Hic primus omnium mercede docuit, minas centum à singulis exigens. Philosophus barbus fuit patrum lyntercus, qui rebus omissis, verbis anxiè insisteret, captiosisque argumentationum culiis veritatem obscuraret. Hæc partim ex Philostrato, partim ex Laërtio decerpsimus. ¶ Protagoras alius fuit Astrologus, in quē Euphorion Epicedium scripsit. ¶ Alius item Stoicus, Diogene Laërtio autore.

Prōtăgŏræus, adjectivum, sicut à Pythagoras, Pythagoræus. Gell. lib. 4. cap. 11: Existimant quidam etiam illud Bianti viri sapientis ac nobilis responsum consimile esse, atq; est Protagoræum illud de quo dixi modò.

Prŏtē, πρώτη. Insula est in majori Ionio contra Actoliam sita, una ex Strœchadibus, Plin. lib. 3. cap. 5.

Prōtĕsĭlāŭs, [πρωτεσίλαος. Ger. Einer aus den fürnemesten Griechen, welcher für Troiam gezogen ist / der auch zum ersten ist erschlagen worden.] Filius fuit Iphicli, & unus ex Græciæ principibus qui ad bellum Trojanum profecti sunt. Nam quamvis audivisset à vatibus, se primum omnium in bello Trojano periturū, si eò proficisceretur, contemptis nihilominus vaticiniis, una cum cæteris ducibus profectus est: quumq; omnium primus è navi in terram exiisset, & in Hectorem incidisset, primus Græcorum omnium ab illo est interfectus: Unde non sine omine quodam, & futuræ mortis præsagio Protesilaus videtur appellatus. Ausonius: Protesilaē tibi nomen sic fata dederunt, Victima quòd Trojæ prima futurus eras. Uxorē habuit Laodamiam, Acasti filiam, quæ quum ejus interitum rescisset, hoc unum doloris sui solatium petiit, ut mortui umbram posset intueri: quod quum à diis impetrasset, in illius amplexibus expiravit.

Prōtĕus, per duas syllabas, [πρωτεύς. Ger. Ein Gott Oceani, und Tethyos, welcher sich in allerley gestalt hat verwandlen können.] Deus marinus fuit, ut Poëtæ fabulantur, Oceani & Tethyos filius, Neptuni Phocas in mari pascens, idemq; vaticiniorum peritissimus, & in quamlibet formam sese transformans, quem sic describit Virgil. 4. Georg. Est in Carpathio Neptuni gurgite vates Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor, Et juncto bipedum curru metitur equorum. Hic nunc Emathiæ portus, patriamq; revisit Pallenen: hunc & Nymphæ veneramur, & ipse Grandævus Nereus: novit namque omnia vates, Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur. Quippe ita Neptuno visum est, immania cujus Armenta, & turpes pascit sub gurgite Phocas. ¶ Fuit item Proteus, Ægypti rex, patria Memphites, qui Pheroni in regnum successit: regnavitq; belli Trojani temporibus. Tradit enim Herodotus libro 2, Paridem quum rapta Helena patriam repeteret, vi tempestatis ad Canopicum Nili ostium fuisse appulsum captumq; à Thonis regionis ejus præfecto ad Protei regis Memphim fuisse: qui quum ex servis Alexandri cognovisset, mulierem quam ille secum vehebat, hospitis illius uxorem esse absentemque viro raptam fuisse, perfidiam hominis detestatus, illum quidem triduo finibus suis excedere jussit: Helenam verò cum omnibus opibus, quas ille direpta Spartæ secum vehebat, Menelao integram servavit. Expugnata itaque Ilio quum Menelaus revera cognovisset, uxorem eō nunquam advectam fuisse, sed à Proteo retentam, Canobi gubernatoris dicto in Ægyptum navigavit: qui quū ibi diem suum obiisset, Canobico ostio nomē fecit. Menelaus sūrad to Proteo, uxorem suam liberaliter habitam, cum opibus universis recepit. Ad quam opinionē videtur respicere & Virg. 11. Æneidum ait: Atrides Proteo Menelaus ad usque columnas Exulat. Quæ verò de Protei mutabilitate Poëtæ sunt commenti, ab Ægyptiorum Regum consuetudine videntur emanasse. Illis enim, teste Diodoro, mos erat aut leonis, aut tauri, aut draconis priorem partem in capite ferre, insignia principatus: quandoq; verò arborum, aliquando ignem, quandoq; redolentia supra caput unguenta. Hæc tum ad decorē spectabant, atq; ornamentum ita putabant, ac superstitionē quandam aspicientibus injiciebāt. Unde factus est locus fabulæ: Protei in ea omnia quæcunq; capite gestabat, solere transformari.

Prŏthŏēnŏr, προθοήνωρ, Homero teste Iliad. 2, unus ex quinque Bœotiorum principibus, qui ad Trojam cum Græcis profecti sunt.

Prŏthōŏŭs, προθοος, Tenchredonis filius, duxerūt qui ex Magnesia ad Trojam venit, teste Homero lib. 2. Iliad.

Prōtŏgĕnēs, pen. corr. πρωτογένης, Pictor nobilis fuit, patriâ Caunius, (est autem Caunus Cariæ oppidum, Rhodiis olim subjectum,) cujus summa initiò paupertas fuit, artisq; accuratissima intentio: unde & minor ferè fuit. Palmam habet æmulatū ejus Ialysus, qui cū Rome diu tus, in templo Pacis quæ quum pingeret, traditur maximis cupidis vixisse: quorum ille multū famem sustinere, & sitim nec tensus omnia dulcedine obstinere. Huic picturæ quater colorē induxit subsidio injuriæ & vetustatis, ut decedente superiore, inferior succederet. Effigies ea canis mirè facta, ut quem partes calles & ars pinxerit. Nō judicabat se exprimere in eo spumam anhelantis posse quum in reliqua omni parte (quod difficillimum erat) ibi prè satisfecisset. Displicebat autem ars ipsa, nec minui poterat, & videbatur nimia, ac longiùs à veritate discedere. Spumaq; illa pingi, non ex ore nasci: anxio animi cruciatu quum in pictura verum esse, non verisimile vellet, abstulerat sæpiùs, mutaverat; penicillum, nullo modo sibi approbans. Postremò naturæ artē quòd intelligeretur, spongiam cum impegit invisa loco tabulæ, ex illaq; reposuit ablatos colores, qualiter cura optaverat, feciq; in pictura fortunæ naturam. Vide plura de hoc apud Plinium lib. 35. cap. 10. ¶ Juvenal. Satyr. 3. Protogenem aiebat videre pro Græculo quopiam nobilem, aut certè nobilitatis existimationem antecipante, alludens à priori ad vocis etymon, quo quis primo genere ortus significatur: aut certè propterea quòd id nomē illa ætate frequens, erituntq; esset Græcis: Non est ἀνεψιὸς Romano cuiquā locus hic ubi regnat Protogenes aliquis, aut Diphilus, aut Erymanthus.

Prŏtŏgĕnīă, πρωτογένεια. Nomen Deucalionis & Pyrrhæ filiæ, Autor Aristarchus in Decimū Odysseæ. ¶ Fuit præterea hoc nomine una ex filiabus Erechthei Atheniensiū Regis, quæ se pro patriæ salute jugulandas præbuerunt.

Prōtŭs, πρῶτος, illustre cujusdā Phocensis nomen, qui à Gallis benignè exceptus, Massiliam non procul à Rhodani ostio condidit Autor Plutarchus in Solone.

Proxĕnŭpŏlīs, προξενούπολις, Urbs Ægypti, juxta Naucratiū. Gentile, Proxenapolites. Steph.

Prusă, πρῦσα. Oppidum est Bithyniæ Phrygibus & Mysis finitimum, à Prusia rege, qui cum Cyro bellum gessit, ad radices Olympi montis conditum. Autor Strab. lib. 12, quamvis Plin. lib. 5. cap. 32, ab Annibale conditum velit. ¶ Est & altera Prusa sub Hippo monte, seu Hyvio, ut est apud Ptolemæum. Hoc aūt discrimine à Prusa, quæ sub Olympo est, dijungitur. Hæc enim à Plinio Prusa dicitur, quæ Cios quondam fuerit. A' qua Prusienses πρῦσιεῖς vocantur.

Prūsĭās, adis, πρῦσιας. Vicus Bithyniæ, olim Cius dicta, à Prusia Rege cognomento Zelā ad Arganotonium montem. Hic est ille Prusias qui Annibalem superato Antiocho fugere apud Strabonem lib. 12. Plin. lib. 5. cap. 32, eum hinc Prusam appellat eodem nomine quo alteram ad Olympum etiam.

Prūsĭās, πρῦσιας, Rex Bithyniæ, apud quem Annibal exulavit postquam victus à Romanis, tanquā rupti fœderis auctor deposcebatur, ad pœnas. ¶ Fuit ante hunc & alter Prusias Bithyniæ

theniæ Rex, qui cum Cyro bellum gessit, & Prusam urbem ad Olympum Mysiam condidit. Autor Strabo lib. 12.

Prymnesii Phrygiæ, Vrbs Mæoniæ in finibus Lydiæ, Phrygiæ ac Mysiæ. Ptolemæus lib. 5. cap. 2.

Pryrnnēis, ίδος, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, cujus meminit Hesiodus in Theogonia.

Pryt̄aneum, ου, Locus erat Athenis in Arce dignissimus, ubi judices & magistratus habere consilium solebant. In Prytaneo item alebantur publicè qui bene meriti erant de Republica, qui honos Athenis maximus habebatur. Cicero lib. 1. de Orat. Et ut ei victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur. Sic dictum quasi ταμιεῖον, utrici promptuarium, vel horreum publicum. Dionysius Prytanea vocat curias in quibus sacrificabant ab his qui maximam in urbe civitatem habere potebantur.

P ante S.

Psămăthē penult. corr. ης, Fons est apud Thebas. Valerius Flaccus lib. 1. Argonaut. Quo tenet undisonam Psamathus Flaccus lib. 1. Argonaut. Quo tenet undisonam Psamathus fluvius Argivorum Regis them. ¶ Fuit etiam hoc nomine Crotopi Argivorum Regis filia, quæ ab Apolline compressa, Linum peperit, quem interfectus occultatum canes dilacerayerunt. Vide Statium lib. 1. Thebaid.

Psămăthūs unis, ντος, Laconicæ oppidum, Tænaro promontorio proximum. Gentile Psammathenus, νος, & Psammathæus, ἑύς, sive Psammathicus, κός, Stephan.

Psămmētichūs, χου, Nomen Regis Aegypti, cujus seyvitia (ut inquit Herodotus una cum Diodoro) decem annorum militia ex Aegypto in Aethiopiam profugêre. Strabo: Tenesis regio vocatur, quam qui Psammetichum fugerunt, obtinent, & Sebrinæ nomen accepit: hoc est, advenæ. Hujus filiam rapuerunt crocodili, inquit Aelianus, lib. 10. cap. 21. propter quod ipsum ab Apollinopolitis summa in detestatione habebatur.

Psēllus, λου, Nomen autoris, qui scripsit de ratione videndi.

Pseudartăce, ης, Collis Scythiæ, post montem Icarum. Stephanus.

Pseudēchĭnŏsūra, ης, Litus magnum inter Corycum & Selenusam Isauricum, tria stadia longum, & in lunæ similitudinem curvatum Strabo.

Psŏphis, Psophidis, ος, Arcad. civitas, à Psophide Lycaonis filia condita, ut aliis placuit, à Psophide Erycis Siculi filia conjugis Alcmæonis, ut alii malunt. Vide Psophidia Ovid. lib. 5. Metamor. Vsq; ad Psophidos Erymanthon, & Psophidia Cyllenen. Insula quoq; Venetorum Zacyntho ante ipsa vocabatur Psophis, & aliæ multis locis. Autor Homalasson Plinius. ¶ Est & alterum ejusdem nominis oppidum in Arcadia, item templum in Achaia.

Psylli, λων, Populi Libyæ prope Garamantas, à Psyllo Rege dicti (ut inquit Plin. lib. 7. cap. 2.) quorum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus. Scribit Plutarchus Catonem iter per deserta Libyæ facientem secum Psylios duxisse, qui morsibus serpentum mederentur, partim ore trahentes venenum, partim serpentes cantibus medicantes. In vita Catonis. Plinius libro 7. capite 2: Morsu & illis fuit liberus genitos protinus objiciendi luxuriosis earum, eoque genere pudicitiam conjugum experiendi, non profugientibus adulteris sanguine natos serpentibus. Hæc Plinius. Meminit horum & Herodotus, libro 4. Silius item de Atyre Psylo, libro 11. Necnon serpentes diro exercitare veneno Doctus Atyr, tactuq; graves sopire chelydros, Ac dubiam admota sobolem explorare cunis. In eandem sententiam de Psylis scribit & Lucanus lib. 9. Gellius libro 16. capite 11. Censorius libro 1. capite 3. aliique complures.

Psyllĭum, ου, Ptolemæo, lib. 5. cap. 1. Vrbs Bithyniæ.

Pȳra, ης, Insula juxta Chium. Strabo lib. 14. Vulgò Pyra. ¶ In hac insula vinum non provenit. Vnde natum est Adagium: Pyra Bacchum, ἐς τὴν Πύραν οἶνον ἄγειν, id est, in Pyra Bacchū ducentes. Dicitur, ubi vinum apposuit in convivio nemo gustat: vulgatum proverbio, aut de luxuriosi apparatu hac etiam ratione quæ sordidè, parumq; magnificè fiebant, Pyræ facta dicebantur.

P ante T.

Ptĕrēlās, ᾶος, Rex Thelebœarum, ab Amphitryone victus: de quo Plautus in Amphitryone.

Ptĕlĕa, ας, Stephano, Vulgò Teglie, Asiæ urbs clarissima, Ionum metropolis, notiore nomine Ephesus dicta. Autor Plin. lib. 5. cap. 29.

Ptĕlĕŏn, ου, Ioniæ oppidum, juxta Erythras & Mimantem montem. Autor Plin. lib. 5. cap. 29. ¶ Est & aliud ejusdem nominis oppidum in ora Boeotiæ. Plin. lib. 4. cap. 7.

Ptĕrĭa, Cappadociæ urbs est, apud Herodotum, lib. 1.

Ptĕrŏphŏrŏs, ου, Ger. Die Federschätzer oder Federfechter, weil sie mit Federn gegen Phœnicis wirbel gefochten. Vel regio apud Riphæos montes: dicta ab adiduo nive, cujus pennarum similitudine continuo decidit. Ibi creduntur esse cardines mundi, extremiq; siderum ambitus. Plin. li. 4. cap. 12. Mox Riphæi montes & assiduo nivis casu pinnarum similitudine, Pterophoros appellata regio, pars mundi damnata à natura rerū. ¶ Pterophori item dicti sunt cursores pegatarii, quòd peregrè proficiscentes (ut Dionysius scribit) sarcinas in capite pinnas gestare solebant. Ad quod & Iuvenalis alludisse videtur, qui ait: Tanquā de Cursi aliquis, torvisq; Sicambris Anxia præcipiti venisset epistola penna.

Ptolĕmæĭs, ΐδος. Ger. Der erste König in Egypten, von welchem die Egyptier alle Könige nahmen empfangen haben.] Nomen proprium Lagi gregarii militis filii, qui maximæ autoritatis fuit apud Alexandrum Macedonem. Post cujus mortem Aegypto & Africa, & magna Arabiæ parte potitus, regnavit annis quadraginta. A quo deinceps Aegyptii Reges, Ptolemæi appellati sunt. Hic frequentissimè apud amicos & cœnabat, & dormiebat. Quòd si aliquando cœnam præberet, rebus illorum utebatur. Accersebat enim scyphos, strata, ac mensas. Ipse præter necessaria poscebat nihil: quin alios locupletes facere regale magis esse dicebat, quàm locupletari. Et autem hoc nomen ἀπὸ τοῦ πολεμεῖν: hoc est, à pugnando deductum sunt à πολὺ quod est honoro. Timæus. Hic duos filios habuit, Ptolemæum Philadelphum, & Ptolemæum Ceraunum. Decessit in rerum gestarum gloria, quem paulò antè regni sui administratione, Regem illum constituit Philadelphum. Autor Trogus, libro 15. Philadelphus itaque in regno patri successit, vir doctissimus. Stratonis discipulus: qui bibliothecam illam celeberrimam fecit, quæ usque ad primum Alexandrinorum & Romanorum bellum duravit. Regnavit annis XXXVIII. cui successit Ptolemæus cognomento Evergetes, εὐεργέτης, quod Latinè dici beneficus potest. Hic vigintisex annis regno potitus, moritur: cui successit Ptolemæus Philopator, XVII. annis regnans. Post eum Ptolemæus Epiphanes, qui annos vigintiduos regnavit. Tum Ptolemæus Philometor, qui triginta quinq; annis Aegypti regnū quum tenuisset, fratrem suum Evergetem alterum moriens regem constituit. Evergetes, qui & Physco dictus est, regnavit annis viginti novem: cui Ptolemæus cognomento Lathyrus successit. Lathyro Auletes, Cleopatræ pater. Post hunc Ptolemæus cognomento Dionysius, Cleopatræ frater, qui Pompeium post Pharsalicam cladem in Aegyptum fugientem, interimendum curavit. ¶ Fuerunt & alii hoc nomine, ut Pyrrhi Regis filius, & Cypriorum Rex, qui suis divitiis Romanum locupletavit ærarium. Ptolemæorum seriem describit Strabo, libro 17. ¶ Claudius Ptolemæus, astrologus, natione Aegyptius, Alexandriæ professus est, Liberalium artium, ac Græcarum literarum Rudis clarus, temporibus Antonini, ut ipse scribit: in Astrologiæ scientia priorum nulli cessit. Primus enim apud Græcos cœlestium omnium diligentiùs explicuit, invenitq; ab Hipparcho rationem cæli clarissimè demonstravit. De Musica quoque & reliquis aliis, tum de Geographia absolutissimè scripsit. Suidas. ¶ Ptolemæos quoque tres alios commemorat Suidas, quinque Grammaticos, & unum versificatorem, quorum opera ad nos minimè pervenerunt. ¶ Iosephus iterum alium ponit, Abubi filium, Simonis ducis Iudæorum generum, quem fecit Hierichunti tempore belli Maccabæorū præfecerat. At ille incensus regni cupiditate, invitatum ad cœnam, incautum interfecit. De quo multa in Hierosolymitanæ historia Iosephus.

Ptŏlĕmæĕus, æa, æum, possessivum, ἑϊκός. Propertius lib. 2. Eleg. 2. Et Ptolemææ littora capta Phari.

Ptŏlĕmăis, maidis, vel dos: [ἡ Ptolemaïs.] Vulgò Tolometa. Oppidum in ora Rubri Maris, ad primos elephantorum venatus, à Ptolemæo Philadelpho conditum in regione Troglodytarū. Autor Plin. lib. 2. cap. 73. Ptolemæus enim Troglodytem primus exussit, ad venatus elephantorū, quæ idcò Epitheras à Græcis cognominata est, eodem Plinio autore, lib. 6. cap. 29. ¶ Est & Ptolemaïs, urbs Aegypti apud Strabonem, lib. 17. ¶ Item Phœniciæ urbs, colonia Claudii Cæsaris, quæ quondā Ace dicta est, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 19. Harum quinq; urbium meminit Hieronymus ad Eubochium Peraeneas, inquit, Syriæ provinciæ ad Coum, quæ nunc Ptolemaïs dicitur: altera est in Aethiopia. Tertia in Phœnicia. Quarta Nili fluminis. Quinta in Cyrenaica provincia Africæ.

P ante V.

Pūblĭus, & Laberius, Poëtæ mimorum, Iulii Cæsaris familiares ambo, sed Publius acceptior. Nam Laberii maledicentia sicut & arrogātia Cæsari magnopere offendebatur. Is Publius, genere Syrus fuit, cōditione servus: puer enim & forma, & ingenio à Domitio emptus fuit, & civitate donatus. Romam venit ad ludos Cæsaris, ubi mimos suos egit, magnopere populi applausu. Autor Gellius & Macrobius.

Pūblĭpŏr, Publii puer sive servus: sicut Marcipor, Marcipores. Veteres enim à suis prænominibus pueros id est, servos in familia nominabant. Vnde à Lucio, Lucipores: à Quinto, Quintipores.

patus. Et hoc est quod Plinius ait, id genus servos dominos suos fuisse gentis ejus: id est, eodem nomine appellatos, quo domini appellabantur. Vide MARCIPOR.

Pūcinum, ωνος, Urbs est Liburniæ in Mediterraneis: ut Ptolemæus scribit lib. 2. cap. 17.

Pūcinum vinum, inter generosissima Italiæ vina, & medicamentis aptissima connumeratum est, ωινος Πουκινος. Nascitur in agro Adriatici maris, super colles, non procul a Timavo fonte, teste Plin. lib. 14. cap. 6.

Pumicus. Vide in APPELL.

Pūppius. Poëta Tragicus fuit, qui ita spectantium affectus movit, ut eos flere compelleret. Autor acro in illud Horatii lib. 1. Epistol. Vt propius spectes lacrymosa poëmata Puppi

Pupulum, πουπουλον, Urbs est in lacere Meridionali Sardiniæ, teste Ptolemæo, lib. 3. cap. 3.

Pūteŏli, Orum, πουτεολοι Steph. Vulgò Pozzuoli. Oppidum maritimum Campaniæ, octavo lapide distans à Neapoli, non procul ab Averno lacu, à Samiis condi tum, teste Eusebio sub idem fere tempus quo Tarquinii Romæ sunt exacti. Dicti Puteoli, sive a copia puteorum, aquis calidis scaturientium, sive a putore: hoc est gravolentia aquæ sulphuratæ. Olim etiam, quòd jucundissimè regerentur, Dicæarchia, dicebatur. Διϰαιαρχια.

Pūteŏlānus, πουτεολανος Stephano, Gentile est. Cicero Thermos Clavius Puteolanus valdè mo observat.

Putĭcŭli. [Ger. Ein Gemeiner Gottesacker ju Rom.] Locus publicus Romæ ultra Exquilias, cōmune sepulcrum miseræ plebis: ita dictus sive quòd ibi cadavera putrescerent, teste Festo: sive quòd putrefacta cadavera summum ibi putorem gignerent: sive a puteis ipsis: hoc est, fossis in quibus cadavera sepeliebantur. Antiquissimum enim sepulturæ genus fuit, teste Festo, ut facto puteo cadaver humo obrueretur. Nam cremādorum corporum cōsuetudo à L. Sylla inita tum fuit. Varr. 4. de Ling. Lat. non puticulos, sed puticulas hunc locum vocat.

P ante Y.

Pydnā, πυδνα, Vulgò Chiera, Oppidum Macedoniæ ad sinum Thermaicum: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

Pygĕlā, Pygĕlæ, πυγελα, Urbs Ioniæ non procul ab Ephesi: sic dicta quòd nonnulli ex iis, qui sub Agamemnone militarant, propter morbū sedem & natos insitantem, illinc cōsederint. Autor Theopompus.

Pygmæi. [□ⵎⵍ gheromadim. πυγμαιοι. Ger. Kleine Ertzdörffer im nat. mons Elefantis hod. monhafft in den aus Persien Virgil. Indien.] ut Plin. lib. 7. cap. 2. scribit, populi in extrema parte montium Indiæ habitantes, salubri cœlo, semperq; vernante, qui termos duodecim non excedunt unde & Pygmæi dicti sunt, quasi πυγμαιοι hoc est, cubitales: πυγμη enim cubitum significat. August. libro 16. de Civit. Alii statura cubitales, quos Pygmæos à cubito Græci vocant, pugnant cum gruibus, sed vincuntur. Horum mulieres quinto anno pariunt, & senescunt octavo. Fama est insidentes arietū, capramq; dorsis, armatos sagittis, Veris rēpore universo agmine ad mare descendere, & ova, pullosq; earum alitum consumere: tertio eam expeditionem mensibus contāci, aliter futuris gregibus non resilii. Classes earum luco, pennisq; & ovorū putaminibus construi. Aristoteles in cavernis vivere Pygmæas: tradit cætera de his, ut reliqui. Plin. quoq; lib. 4. cap. 11. in Thracia Pygmæos fuisse scribit, urbemq; Genaeam tenuisse, donec a gruibus fugati, novas sibi sedes quærere fuerint coacti. Ad quod etiam spectare videtur illud Juvenal. ex Sat. 13:

Ad subitas Thracum volucres, nubemq; sagittis,
Pygmæus parvis currit bellator in armis.
Mox impar hosti, raptusq; per aëra curvis
Ungibus, à sævo fertur grue. Si videas hoc
Gentibus in nostris, risu quatiere: sed illic
Quamquam ea dem assidue spectentur prælia, ridet
Nemo ubi tota cohors pedē non cit altior uno.

Pygmălion, onis, πυγμαλιων Suidæ, Beli Tyriorū regis filius fuit, frater Didūs, qui quū ardentissima auri cupiditate flagraret, ad Sichei patruelis sui, & fororis suæ viri opes animum adjecisset illumq; spe potiendi auri, ante aras dolo interemit. Cujus cædis quū in somnis à maritimbra certior facta esset Dido, clām sublatis thesauris, fugæq; consilio assumptis navibus conscendit, & in Africam appulsa, primum Byrsam, deinde & Carthaginem condidit. Meminit hujus Virgilius 1. Aen. sed regna Tyri germanus habebat Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes. Quos inter medius venit furor: ille Sichæum Impius ante aras, atq; auri cæcus amore Clam ferro incautum superat. ¶ Fuit & alter ejusdem nominis, Cilicis filius, qui ex Eburnea statua, Veneris beneficio in puellam transformata, Paphum suscepit, Paphi Cypriæ urbis conditorem. Quam fabulam vide latius apud Ovid. 13 Metam.

Pylădēs, dæ, vel dis, pen. corr. πυλαδης. Strophii Phocēsis filius fuit, individuæ amicitiæ vinculo cū Oreste conjunctus. Nam quum Clytæmnestra ab Ægysthō adultero adjuta, Agamemnonē occidisset, Strophius Orestem adhuc puerū, certissimæ necis subduxit, & in regno suo unà cum Pylade educavit. Postea quū Orestes, gratia vindictæ de paterna mortis, matrū peremisset, eamq; ob rem in furorē convertus esset, Pylades perpetuā omnium suarū profectionū comitem habuit, & socium periculorū: ita ut ea fide mutuus amoris vehementia sunt prosecuti, ut alter pro altero mori non recusaret. Cæcilius Amicit. Qui clamores hora saeva nuper in hospitis & amici mei Pacuvi fuerunt nova fabula: quum ignorarent Regis astantium esse Orestes, Pylades Orestem se esse diceret ut pro illo necaretur: Orestes autem, ita ut erat, Orestem se esse perseveraret. Reliqua vide suprà in dictione ORESTES.

Pylæmenēs, πυλαιμενης, Dux Paphlagonū, qui in bello Trojano Priamo suppetias ferens, à Menelao est interfectus.

Pylartes, πυλαρτης, Vir Trojanus fuit, ab Ajace occisus, ut scribit Homer. 11. Iliad.

Pylene, πυλενη, Actoliæ oppidum, teste Homero in Catalog. Papinius scribit Icopolin Pylenē, Iteraq; cognatis avibus Meleagri Pleuron.

Pylus, πυλος, Agri Messeniaci oppidum est in tractu Occidentali Peloponnesi Nestore Alumno (qui inde Pylius cognominatus est) nobilitatum. Ovidius 2. Amorum: filius à facie Pylius juvenescere posset. Idem libro primo de Ponto: Creole mihi, Pylio Nestore major eris. ¶ Sunt præterea duæ aliæ ejusdem nominis urbes in Peloponneso: unde est illud apud Strabonem, libro 8: Ε πυλος, πυλος γενικὴ Ε 2 ιθος.

Pyracmōn, πυρακμων. Nomen est unius ex Vulcani ministris, quorum opera utitur ad fabricandum Jovi fulmē. Dictus Pyracmon, quòd ab incude, ferroq; ignito nō recedat. Nam πυρ Græci ignem, & ακμων incudem appellant. Virgil. Aen. 8. Ferrum exercebat vasto Cyclopes in antro, Brontesq; Steropesque, & nudus membra Pyracmon.

Pyrăsī, πυρασιοι, pars Thessaliæ, à Pyra nominata, Steph.

Pyræchmes, πυραιχμης. Actoli cujusdam nomen, qui cum Degmeno Epeo singulari certamine congressus, fundæ ictu cum interfecit: quo facto Oxylo cuidam ex Actoli posteris Eleum regnum stabilivit. Autor Strabo lib. 8.

Pyrămus, penult. com. [πυραμος. Ger. Ein Babylonischer Jüngling; welcher umb die Thisbe gebuhlet hat; von welchen in der Fabel Ovidii.] Adolescens fuit Babylonius, qui Thisbes vicinæ puellæ murum amore captus, amicæ persuasit ut decepto custodibus, in solitudinem quandam extra urbem ad se conveniret: quò quum puella prior venisset, conspecto leone, trepida profugit ad sylvas, relicto præ festinatione amiculo, quod invenium leo dilaceravit. Veniens deinde ad locum constitutum Pyramus, quum Thisbes amiculum a fera dilaceratum agnovisset, arbitratus ipsam à leone esse devoratam, doloris impatientia, eo quo accinctus erat gladio, ipsum interemit: Thisbe quoque quum posite timore ex sylva rediisset, Pyramumq; ex vulnere adhuc palpitantem agnovisset, exempto ex vulnere gladio, sua eum mortem exercivit. ¶ Hoc nomine etiam dictus est fluvius Aliæ, Nili modo hominem deferens, qui magnam Ciliciæ partem adjecit, utraque ostia lutulenta magnitudine congesta. De quo extat illud oraculum: Tunc erit, undisonus late cum Pyramus olim Littera perfundens, Cyprum labentia alnum. Vide Strabonem lib. 1.

Pyrander, πυρανδρος, Quæstor fuit Atheniensis, qui quum tempore belli frumentum parcè suppeditaret, à populo fame est oppressus.

Pyrănthus, πυρανθος, Oppidum, sive vicus Cretæ, non procul à Gortyne, Stephan.

Pyrasus, πυρασος, Viri Trojani nomen, ab Ajace in bello Trojano interfecti: ut placet Homero, lib. 12. Iliad. ¶ Pyrasus item Strepsiadis filius: ita dictus a ferulæ fistula, quod πυρασ Græci appellant.

Pyrēĭcus, πυρειϰος, Nobilis pictoris nomen, qui in humilibus potissimum argumentis pingendis exsilluit. Plin. libro 35. cap. 10: Subtexi par est minoris picturæ celebres in penicillo: e quibus fuit Pyreicus, arte paucis postferendus. Propositi nescio an destruxerit se: quoniā humilia quidem sectatus, humilitatis tamen summam adeptus est gloriam. Tonsitores, fartharios, pinxit, & aschos & opsonia, & similia: ob id cognominatus Rhyparographos. Propert. li. 3: Pyreicus parva vendicat arte locum.

Pyrenē, penult. prod. πυρηνη, Nomen puellæ Bebrycis filiæ, in Pyrenæo monte ab Hercule compressæ, atque à feris laniatæ, & ibi sepultæ. Quæ mons quoq; à Poëtis Pyrene nuncupatur. Silius libro tertio: Pyrene celsa nimbosi vertitis arce Divisos Celtis late prospectat Iberos. Tibul. libro primo: Non tibi me est tibi partus honos, tua bella Pyrene Tethys, & Oceani littora Santonici. Hic mons Galliam ab Hispania dividit, ab Eurto Æquinoctiali in Occasum brumalem porrectus

ita dictus

ta dictus ἀπὸ τοῦ πυρός hoc est, ab igne: sive quòd crebris fulminum ictibus feriatur: sive quod Pyrenæi montis sylva, ut auctor est Diodorus lib. 6.) injecto a pastoribus igne, olim universæ conflagraverint. Silius à Pyrene puella Pyrenæum saltum dici autumat. Dicitur autem mons ipse Pyrene, & Pyrenæus mons. [Ger. Der Rancevat.] ¶ Pyrene autem perennem fontem, sive Perene, περέννην Solinæ, est fontis nomen, ait inquit Probus in Helicone Musis consecrati. Strabo autem Pirenem fontem sub Acrocorintho nominavit. Cujus meminit & Persius, & Plautus in Aulul. Interbibere sola, si vena scatebat, Corinthiacum fontem Pirenen potest. Statius lib. 1. Sylvarum: nec conscia detur Pyrene largos potiùs mihi gurges in haustus. Qui manat de fonte tuo, &c. In posteriore hac significatione primam syllabam semper producit: quia apud Græcos semper habetur pro diphthongum. In priore autem eandem habet indifferentem: ut facilè ex testimoniis Catulli & Silii paulò antè citatis.

Pyrēnēs, pen. prod. Vide in APPELL.

Pyrenetis, per tres syllabas, πυρήνευς, Phocidis rex fuit, qui quum Musas ex Helicone in Parnassum proficisceutes hospitio suscepisset, vim is interim est conatus: quumq; illæ assumptis aliis effugissent, Pyrenæus conatus insequi, et genibus delapsus, fregit cervices. Vide Ovid. 5. Metamorph.

Pyrgō, πύργω, Nomen fuit nutricis natorum Priami, cujus meminit Virgil. lib. 5. Aeneid.

Pyrgotēlēs, pen. corr. [πυργοτέλης. Ger. Ein Kunstlicher Erhaltung eines Steines.] Proprium nomen gemmarum sculptoris nobilissimi, à quo tantùm Alexander Magnus se gemmis sculpi passus est. Plin. lib. 36. cap. 1. Hinc mirabilis ætatis multos post annos apparet sculpi etiam smaragdos solitos. Confirmat hanc eandem opinionem edictum Alexandri Magni, quo vetuit in gemma se ab alio sculpi, quàm à Pyrgotele, non dubiè clarissimo artis ejus. Et rursum lib. 7. cap. 37. Idem hic imperator edixit, ne quis ipsum alius quàm Apelles, pingeret: quàm Pyrgoteles, scalperet: quàm Lysippus, ex ære duceret. quæ artes plurimis inclaruêre exemplis.

Pyrgi, orum, πύργοι, Ptolemæo, Oppidum in ora Tusciæ, inter Antium & Graviscas. Virg. 10. Aen. Et Pyrgi veteres, intemperiæq; Graviscæ. Vulgò Civita vecchia.

Pyrodes, πυρώδης, Cilicis filius, qui primus è silice excussisse ignem dicitur, quemadmodum asservasse in ferula Promētheus. Plin. lib. 7. cap. 56.

Pyrpile, es, πυρπίλη, Matis Aegæi insula. Cycladum omnium clarissima, quæ nomine nomine Delos appellatur. Pyrpile dicta, eò quòd ibi primùm ignis repertus existimetur, teste Plin. lib. 4. cap. 12.

Pyrrhā, πύρρα, Deucalionis uxor, quæ post diluvium unà cum marito, jactis post terga lapidibus, humanum genus fertur reparasse: ut fabulatur Ovid. 1. Metamorphos. ¶ Est & hoc nomine Cariæ civitas, juxta Myrtoum pelagus: cujus meminit Plinius libro 5. capite 29. ¶ Est & alterum ejusdem nominis oppidum in Lycia, apud eundem lib. 5. capite 27. ¶ Item aliud in Eubœa insula apud eundem libro 4 capite 12. ¶ Aliud præterea in Magnesia, cujus meminit idem Plinius libro 4. capite 9. ¶ Rursus aliud in Phocide, apud eundem libro 4. capite 3. ¶ Item aliud ad Pontum Euxinum non procul à Maeotide, maris impetu hausttum, teste eodem Plinio libro 2. capite 92. Adhæc fuit & aliud in Lesbo insula, cujus meminit Ptolemæus, lib. 5. cap. 2. & Plin. lib. 5. cap. 31. ¶ Est item Pyrrha sive Pyrrhe, insula Cariæ adjacens, in sinu Ceramico: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Pyrrho, πύρρων, Philosophus fuit Eliensis, primò pictor, deinde Anaxarchi discipulus à quo philosophi Pyrrhonii dicti, quos Græco cognomento σκεπτικοὺς id est, considerantes appellant. Nihil enim decernunt, sed in quærendo semper, considerandoq; sunt: ac nec videre quidem planè quicquam, neque audire se putant: ajuntq; veritatem incomprehensibilem videri. Idem ἀφασίαν id est, ambigentes dicuntur. quoniam nihil affirmant, & de omnibus ambigunt. Vixit annis fermè nonaginta.

Pyrrhus, πύρρος, Achillis filius, ex Deidamia Lycomedis filia: ita dictus à fulvo colore capillorum, teste Servio. Hic & Neoptolemus appellatus est: propterea quòd admodum adolescentulus ad belli Trojani reliquias fuerit perductus. Erat enim in fatis, hoc illo Troja capi non posse. In illo autem expugnatione primùm Politem Priami filium, deinde & patrē ipsum interfecit. Polyxenam Achillis patris sui Manibus inferias misit: Andromachen verò quæ in prædam sibi cesserat, aliquandiu Andromachen uxoris loco habuit: quam deinde, Hermionem Menelai & Helenes filiam ducturus, Heleno uxorem tradidit. Erat autem Hermione multò antè Oresti desponsata: cujus etiam mutuo amore æstuebat. Argèque itaque ferens Orestes uxorem sibi ereptam, excidit Pyrrhum obtruncavit. ¶ Fuit & alter Pyrrhus, Epirotarum rex, materno genere ab Achille, patreno ab Hercule oriundus: qui quum à suis ob odium paternæ crudelitatis ad necem quæreretur, clàm à matre subductus est, & Illyriorum reginæ tradituus nutriendus: apud quam quum ad summam spem adolevisset, revocatus à suis, regni administrationem suscepit. Postea à Tarentinis accitus, adversus Romanos vario eventu pugnavit. Perit ictu reginæ pereuntis, quum Thebas cepisset. Vide vitam ejus latiùs apud Plutarchum.

Pythăgŏras, [πυθαγόρας. Ger. Ein Furtrefflicher Philosophus aus Grichen Lande so in Italia gelehret hat.] Philosophus fuit Samius, Mnesarchi annulorum sculptoris filius, & Italicæ philosophiæ princeps, de quo extat celebre illud elogium apud Ovidium 15. Metamorph. Mente deos adiit, & quæ natura negavit Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit. Auditor fuit Pherecydis Syri: post cujus mortem Hermodamanti jam seni Creophili nepoti se in disciplinam dedit. Sub quo quum satis profecisse videretur, in Aegyptum navigavit, ut iliorum Theologiam, ritus, moresq; cognosceret. Deinde altrologiæ, Chaldaicæq; disciplinæ cupidus Babylonem sese contulit: ubi sideruin cursus, eorumq; in genus hominum effectus, est edoctus. Spatiam quoq; adiit, & in Cretam navigavit, ut Minois, & Lycurgi legislatis eo tempore leges cognosceret. Post hæc in patriam rediens, quum eam à Polycrate tyranno occupatam vidisset, in eam partem Italiæ secessit, quæ magna Græcia dicta est: ibique docuit, sede apud Crotoniatas, magno auditorum affluxu Philosophiam professus est, quo tempore Romæ regnabat Servius Tullius: ut docet Livius lib. 1. ab Vrbe. Auditores ferunt habuisse non pauciores sexcentis, qui noctu ad eum audiendum confluebant: ex quibus clarissimi fuerunt Archytas Tarentinus, Alcmæon Crotoniata, Hippasus Metapontinus, & Philolaus Crotoniata. Primus è μετεμψυχώσεως hæc est, transfusionis animarum in alia corpora auctor fuit: ejusdiisq; persuaderi, primùm se Aethalidem Mercurii filium fuisse affirmabat, quumq; à patre optio sibi data esset petendi quicquid vellet, excepta immortalitate, se ab illo petisse, ut & vivens & vita functus omnium quæ contingerent, memoriam haberet. Eamque ob causam se omnium quæ in vita gessisset, meminisse, eandemq; memoriam post obitum reservasse. Post Aethalidæ mortem Euphorbum se fuisse aiebat, & deinde Hermotimum, postea Delium quendā piscatorem nomine Pyrrhum: mortuoq; Pyrrho, se factum esse Pythagoram. Crotoniatis & Metapontinis leges conscripsit, populosq; luxuria diffluentes autoritate & doctrina ad frugalem cultum revocavit, adeò ut & mulieres integritate ejus, vitaq; severitate adductæ, auratas vestes, ornamentaq; lasciviora in templo Junonis consecrarent. Postremò quum multos annos Crotone egisset, Metapontum commigravit: ubi & supremum diem obiit: quanquam aliis alia tradentibus, de mortis genere nec satis constat. Quanti autem illum vivum fecissent Metapontini, post obitum ejus declararunt, ædes ejus pro templo ei consecrantes, divinisq; honoribus mortuum prosequentes. Ab animalium carnibus, & à fabis religiosissimè abstinebat. Quod & tangit Juven. Satyr. 15: Vel quòd non fugeret, si nunc hæc monstra videret Pythagoras, cunctis animalibus abstinuit qui, Tanquam homine, & ventri indulsit non omne legumen.

Pythăgŏrēi, πυθαγόρειοι, Doctrinæ & præceptis Pythagoræ insistentes, qui & pythagorici dicuntur. Iuvenalis: Vive bidentis amans, & culti villicus horti: Unde epulas possis centum dare Pythagoræis. ¶ Tacitumior Pythagora: παπαίνιγε Πυθαγόρειε μηδέποτε, id est, Tacitumior ero quàm qui Pythagoræ sunt initiati. De vehementer taciturnis usurpari solet. Sumptum à Pythagoræ schola, in qua quinquennale silentium indictebatur auditoribus, quam ἐχεμυθίαν vocant, à cohibendo sermone. Suidas & Zenodorus referunt.

Pythēas, pen. corr. πύθεας, Rhetor Atheniensis, Demosthenis æqualis, supra modum arrogans, qui quum æris alieni fraude in carcere conjectus esset, fractis vinculis ad Macedones transfugit. Scripsit concionem aliquot, & orationes in genere judiciali, aliaq; nonnulla. Male audit nomine furti. Quare quum in Demosthenem cavillans, ei objecisset, orationes ejus lucernam olere: Novi, inquit ille, tibi invisos esse qui noctu lucernam habent.

Pythermus, πύθερμος, Princeps fuit ejus legationis, quâ Ioues, Aeolesq; ad petendum auxilium adversus Cyrum ad Lacedæmonios miserunt: qui quum Spartam appulisset, purpureà veste indutus, in Spartiatarum conventum processit, hortatusq; est Lacedæmonios multis verbis ad auxilii ferendi studium. Autor Herod. lib. 2.

Pythii, Pythiorum, πύθιοι, Ludi Apollinares, qui ad Apollinis honorem fuerant instituti ob eandem Pythonis serpentis nocentissimi: aut ut Strabo libro octavo scribit, hominis sceleratissimi, cognomento Draconis. [German. Schaumspil/ welche Apollini zu ehren gehalten worden/ darzu die Schlang Pyton vrsach gibt.]

rbus vibrabat hat.] Ovidius libro 1. Metamor. inſtituit ſacros celebrari certamine ludos Pythia pertomitæ ſerpentis nomine dictos, Victores hujus certaminis, teſte Luciano, lauro coronabantur, additis pomis ex Apollinis templo ſumptis.

Pythiadæ, pen. prod. Πυθιάδες, Pythiadæ victoriæ, ſicut Olympionices, Olympiorum.

Pythiȳ, Πυθία, Sacerdos Apollinis apud Delphos, quæ conſulentibus oracula reddebat: ita dicta παρὰ τὸ πυθέσθαι, hoc eſt, à conſulendi, interrogandi conſuetudine.

Pythĭus, Πύθιος, Apollinis cognomen, à Pythone ſerpente inſigne, quē jaculis ſuis adhuc puer ferunt interemiſſe. Vel ἀπὸ τοῦ πυθέσθαι: hoc eſt, à conſulendi & interrogandi uſu. Vide & Phœbades ipſæ, Pythiæ dicuntur, teſte Strabone lib. 9. Alii, Pythio cognomen ἀπὸ τοῦ πύθειν: hoc eſt, à putrefaciendo tractum exiſtimant, eò quòd nunquam ſine vi caloris fiat putrefactio. Pythii item dicebantur qui Delphos ad conſulendum oraculum publicè mittebantur, quibus à Regibus cibaria aſſignata habebant unaq; cum iis veſcebantur.

Pythodōrus, Πυθόδωρος, Sculptoris eximii proprium nomen apud Plin. lib. 36. cap. 5.

Pythōn, [Πύθων. Ger. Ein wilder Holtzgang ſo nach dem Gürtel ſtaht gibt gelt Demonium geweſen.] Serpentis nomen à πύθω, quod eſt putredo, eò quòd ex putredine terræ poſt diluvium Deucalionis natus dicitur. Hunc ab Apolline ſagittis interfectum fuiſſe fabulantur Poëtæ, eò quòd terræ putredo ſolis calore abſumatur. Claud. 7 Paneg. Cæruleus talis profluvies Apollinis Python. ¶ Pythones item dicuntur ſpiritus divinatores, qui ſe humanis corporibus inſinuantes, edunt miracula. [בַּעַל אוֹב.] Quia & homines ipſi, qui à dæmonib. hujuſcemodi poſſeſſi ſunt, Pythones appellantur ut non obſcure indicat Plutar. ea in opuſculo quo diſſimpſit, Cur oracula deſierint.

Pythonĭſſa, fœm. [בַּעֲלַת אוֹב בַּעֲלַת הָאוֹב, בַּעֲלַת הָאֹבוֹת.] Hoc eſt mulier ſcripturæ hujuſmodi correpta: quā eruam Tibullus Pythonia appellat: Delphica, Πυθικὴ, python: tanquā Pythonis vocabulum deabus generibus ſit commune.

Pythonĭſſo, [בַּעֲלַת אוֹב בַּעֲלַת הָאוֹב.] Homines pythonchoc eſt, divinatore ſpiritu correpti, qui & ἐγγαστρίμυθοι à Græcis appellantur.

Pythōn, Πύθων, Orator Byzantius eloquentiſſimus, apud Philippum Macedoniæ regem, cujus meminerunt Æſchines & Demoſthenes in orationibus.

Pythōnēs comæ, Πυθωνικὸς κόμης. Locus eſt in Aſia, quò primo adventus ſui tempore conveniunt ciconiæ, & eam quæ ultima advenit, lacerant univerſæ. Autor Plin. lib. 10. cap. 23.

Pythopŏlis, Πυθόπολις, Civitas eſt in Aſiæ minoris parte, quæ Myſia vocatur, teſte Plin. li. 5. cap. 32. ¶ Eſt & Pythopolis Cariæ, ſic dicta à Pythello divite, qui & Xerxem convivio excepit, & militibus ejus ſenos Daricos aureos in capita diſtribuit. Stephanus.

Pyxūs, Pyxuntis, Πύξους, Oppidum Lucaniæ à Latinis Buxentū appellatum. Plin. lib. 3. cap. 5.

Q

Vadi, Κουάδοι Dioni, Bohemorum olim gens, ſi cut & Marcomanni. Hieronym. Sarmatæ, Quadi, Vandali, & innumerabiles aliæ gentes, equorū & vulpium carnibus delectantur.

Quadratus, Apoſtolorum diſcipulus, Præſul Athenienſis, una cum Philippi filiabus, prophetico ſpiritu clarus perhibetur. Chriſtianos magis ex peſtilentia reſtorib. diſperſos, ſua prudentia redintegravit. Antonino principi Athenas veniens, librum pro noſtra religione cōpoſitum dicavit, valdè quidem probatū: in quo tum fidei rationem affignat: vidiſſeq; ſe plurimos in lucæa affici, qui variis præſtigiarum amicitiis, liberati ſunt: ſed & mortuos quoq; reſuſcitaſſe. Ex Hieronymo & Euſebio.

Quari, Galliæ Narbonēſis populi, inter Salyos & Vocontios, ut autor eſt Strabo, lib. 4. Plinius Quarienſes appellat, lib. 3. c. 4.

Querquetulana porta Romæ fuiſſe dicta à querceto quod intra muros juxta ſe habebat, teſtus. ¶ Querquetulanæq; nymphæ, querceto præſidentes.

Quintilĭānus, Rhetor, oriundus in Hiſpania, ex civitate Calagurrana, ut Euſebio placet: unde & Quinctilianus ipſe Hiſpanos provinciales ſuos vocat. Cum dicunt Romam cum Galba veniſſe, brevi q; tempore poſtea in familiaritatē Domitiani principis inſinuatum, cius nepotes erudiſſe. Ludum Romæ aperuit, primusq; è fiſco ſalariū tulit. Scripſit declamationes, quas quidem Quintiliani alterius declamatoris dicunt eſſe, cujus Seneca in 6 Declamationum libro meminit. Laurentius Valla eum in præceptis Ciceroni præfert: quām rectè, ipſe viderit, ob doctrinæ certè eius, ſtyliq; non immeritò plurimum tribuit. Meminit hujus aliquoties Martialis, item Iuvenalis, nonnunquam etiam Plinius in Epiſtolis.

Quirītis, cognomento Cincinnatus, Vir Romanus fuit inſigni fortitudine, amorisq; omnis privatus expers, qui à patre ad Dictaturam vocatus, Æquos prælio victos ſub jugum egit, decemq; decimo exto in Urbem reverſus, Dictaturā ſe abdicavit. ¶ T. Quinctius Flamininus adverſus Philippum Macedonum Regem Conſul miſſus, comminus ei prælio eum ſuperavit, victumq; eò neceſſitatis compulit, ut Demetrium filium obſidem daret, Græciæq; civitates, quas jugo ſuo ſubdiderat, libertati ſuæ permittere cogeretur.

Quirīnus, ni, pen. prod. Κυρῖνος, Romuli cognomen, ab haſta qua aſſidue utebatur, impoſitū. Haſtam enim, teſte Feſto, Sabini curim, ſive (ut alii legunt) quirim vocabant. Quanquam nō deſint qui à Curibus: hoc eſt, à Sabinis, quos in Urbis partem receptī, Quirinum potius cognominatum putent. Contrà Varro, lib. 4. de Lingua Latina, Quirinum à Quiritibus appellatum exiſtimat. Ovid. libro Faſtorum contro verſiam hanc in medio relinquit, cōtentus omnes quas jam adduximus opiniones, recenſuiſſe:

Proxima Romuleo lux vacua eſſet tertia dicta Quirino.
Quiritem hoc nomen, Romulus ante fuit.
Sive quòd haſta Quiris poſtea eſt dicta Sabinis:
Re bona à telo venit in arma Deus:
Sive ſuo Regi nomen poſuēre Quirites:
Seu quia Romanis junxerat ille Cures.

Quiritālis, nale, Quirinalis collis, Dictus eſt quòd in eo Quirini templum erat, five quòd in eum commigravēre Sabini à Curibus vehientes, κυρίτας. Hodie Romanorum vulgus à duobus equis macilentis Pontem & Peaſtellis ejectis, in hunc colle fitis, monte cavallo vocant. Quirinalis porta Romæ dicta, quòd in eo colle Quirinalem fecerit. Quod proximè eam eſſet Quirini ſacellum. Quirinale jugum, Ovid. 3. Faſt. Linquat Quirinalis, qualē Quirinus habuit, Virg. 7. Aen.

Quirītālĭa, orum, Romani vocabant diem quo ſacra Quirino fiebant, κυρίτεια. Cic. ad Quintum Fratrem: Comitalibus diebus qui Quirinalia dicuntur. Appius, &c.

Quirītes, ium, vel quirium, κυρίτης, Romanorum nomen, à Curibus & Sabinorū urbe impoſitum. Romulus enim, initò fœdere cum T. Tatio Sabinorum Rege, eoq; in partē regni, Sabinisq; in urbis portionem receptis, ut novarum incolarum benevolentiam aliqua ſibi ratione conciliaret, nūdum Romanorum, Sabinorumq; gentem uno nomine Quirites appellavit. Liv. 1. ab Urbe: Movet res tum multitudinem, tum duces, ſilentium, & repentina ſiti quies. Ipſe ad fœdus faciendum duces producunt: nec pacem modò, ſed & civitatem unā ex duabus faciunt, regnum conficiant, imperium omne conferunt Romam ita genitam Urbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites à Curibus appellati. Hactenus Livius. ¶ Legitur & accuſativus ſingularis Quiritem, à nominativo ſut videatur Quiris. Perſius Sat. 5. Hercule ſi vera, quibus una Quiritem Vertigo facit. Ovid. 1. Amor. An ſi pulchrum eſt numerum deplere Quiritem, Plectere, &c.

R

RAbbāth, [רַבַּת עַמּוֹן רַבַּת בְּנֵי עַמּוֹן, רַבַּת.] Metropolis eſt filiorum Ammon, quæ hodie à rege Aegypti Ptolemæo cognominato Philadelpho, qui Arabiam tenuit & Judæa, Philadelphia nominatur.

Rābĭlis, ῥάβιλος, Arabiæ Rex qui Antigonum Macedonem in vito, cui nomen deinde factum eſt Motho, interfecit. Autor Stephanus in dictione ῥάβιλος.

Rābĭrĭus, Eques Romanus fuit, qui perduellionis accuſatus, quòd à Saturnino pernicioſum civem, multaq; ſeditioſe in Reipub. molientē occidiſſet, à Cicerone defenſus eſt pulcherrima de oratione, quæ pro C. Rabirio perduellionis reo inſcribitur. ¶ Et alius Rabirius appellatus Poſthumus, quē Cicero quoq; defendit ea oratione, quæ pro Rabirio Poſthumo inſcribitur. ¶ Rabirius etiam Poeta quidam fuit Ovidii temporibus, ut ipſe teſtatur, de Ponto: Quum foret & Marſus, magnoq; Rabirius oris.

Rutĭlius, Tribunus Plebis, qui de Clodianis facinoribus eſt queſtus in Senatu, ut ſcribit Cic. in Epiſt. ad Q. Fratrem.

Radagaſius, Gothorum rex, qui ſortem Arcadii & Honorii Cæſarum temporibus. Dicitur habuiſſe ſub ſigna ſupra ducenta bellatorum millia. Autor Paulus Diaconus.

Raphia, Vrbs Idumeæ Paleſtinæ propè Iordanem fluvium, à Judæis Rafa appellatur.

Rătĭsmenă, Auriga fuit, qui quum in ludis Circenſibus exculſus fuiſſet, equi ejus cum corona, & palma in Capitolium perveneruut, ſed emque cur ſuſtinuere. Ex quo factum eſt ut porta per quam intraverant, Ratumena diceretur. Autor Plin. l. 3.

Raudŭſcŭlă, Porta Romæ appellata eſt, à raudo: id eſt ære, quòd ærata eſſet. Varro 4. de Ling. Lat.

Rāvennă, [ῥάβεννα. Ger. Ein Stat in Italien am Adriatiſchen Meer gelegen.] Vrbs in octava regione Italiæ Sabinorum colonia, teſte

ctis, teste Plin. lib. 3. cap. 15. in ora Latoris Adriatici, 81 M. distans ab Ancone, olim totâ aligneis compacta ædificiis, aquis dulcibus ponticulisq; ac lembis peragrata. Hæc quidam à Thessalis conditam perhibent. Alii post excisam Troiam, alii post confusas hominum linguas in Babylone, constructam fabulantur. Hæc quum à mari fiunt inundationes, non mediocrē accipit partem cœni paludis. Silius libro 8: Lenta paludosæ
Proleuerunt stagna Ravennæ. Hinc ortus est Cassiodorus Senator, qui multa eruditissimè scripsit. Esse autem urbem vetustam, res ab Oltrogothis gestæ commemorant, qui in regiam potuere. Livius autor est, ab Augusto muris cinctam fuisse, quos Valentinianus Imperator postea amplavit, ejusq; Archiepiscopo duodecim civitatum episcopos subjecit, Arimini, Cæsenæ, Furi Livii, Fori Cornelii, Faventiæ, Brixelli, Bononiæ, Mutinæ, Regii, Parmæ, & Placentiæ. Hodie cum aliis plerisque ejusdem tractus urbibus Venetis paret: à quibus tam egregiè est munita, tam splendidè instaurata, ut cum amplissimis, munitissimisq; Italiæ urbibus jure possit conferri. Hæc fuit patria beati Apollinaris, primi ejus episcopi, & Virilis, & Gervasii, & Procasii. Hinc ortus est Petrus ille Ravennas, Illustris Fori Cornelii episcopus, qui multa in Theologia diligenter scripsit.

Raurici. [Ger. Die Völcker ob Basel gegen dem Rhein/ bey Brig/ vñ dem Closter Bärberg. Schaffhausen. Hauwenstein vnd Wasserfall gesessen/ verbrüdert.] Gallia Belgicæ populi non procul à Rheno, Treveris, Helvetiis & Sequanis finitimi: quorū caput fuit Rauracum: sive (ut apud Ptolemæum legitur) Augusta Rauracorum, cujus etiam hodie ruinæ quædam ostendūtur non procul à Basilea. Vide Aldamerum in Tacitum.

R ante E.

Reate Rentis, ἡ Ῥέατη Stephano, Civitas in Umbria Italiæ umbilicus teste Plinio libro 3. capite 12. ex qua Vespasianus originem duxit.

Rēātīnus ἐθνικὸς, Gentile Varr. de Re rust. cap. 6. Ego, inquit, de agris potissimùm dicam, qui sum Reatinus, ubi optimi & maximi sunt.

Redīciŭla, Fanum, Romæ erat extra portam Capenam, ideirò dictum: quia accedens ad urbem Annibal, ex eo loco rediit, vitæ quibusdam perterritus. Festus.

Rēgillēnsis, Imperator Romanus fuit, misera fortunæ ludibrio ad tantæ dignitatis fastigium evectus. Nam quum forte bubulcus aliquot apud ipsum cœnarent, exortaq; esset quæstio undè Regilliani nomen deductum foret: quibusdam ad Regillum Lacum: aliis à jocosa originem ejus referentibus: Grammaticus, qui forte adesset, deducere hoc nomen à rege exorsus est: Rex, βασιλεὺς, regis, regi, inde Regillianus. Qua voce, veluti omine quodam excepta, succlamatum est protinùs à militibus, hoc genus hominum ad ea quæcunq; in mentem venirent, præpropere, Mecti à itaq; rex eris, utpote cui divino quodam præsagio id nominis sit impositum. Quid multa? quum postridie in publicū prodisset, ab universis Imperator est consalutatus.

Regillus ἡ Ῥηγίλλη. Lacus est in Algidæ sylvæ ingressu, ad quem Aulus Postumius Dictator propter adversum Tarquinium Superbum patria electum, & Latinos bellum inferentes pugnavit. Vide Liv. 2. ab Vrbe.

Regium [ἡ Ῥήγιον Ital. Reggio di Lombardia. Ger. Ein Statt in Lombardien/ bey Mutin.] Oppidum Cisalpinæ Galliæ, à Lepido ædificatum: unde & Regium Lepidum vocatur. Regium, propter celebritatem, & amœnitatem, ἡ ἐπίσημος & aliud Rhegium, in finibus agri Bruttii, ubi olim Sicilia impetu maris abrupta creditur esse divulsa. Vulgò Reggio. Sed hoc in prima syllaba aspirationē recipit: quum dictum putetur ἀπὸ τοῦ ῥήγνυμι, quod est abrumpere. Ab hoc Rhegini, teste Servio: ab illo, Regienses dicti sunt.

Regulus Atilius, vir Consularis, de quo ita scribit Plin. in libello de Viris illust. M. Atilius Regulus Consul, filius Salentinis triumphavit, primusq; Romanorum ducum in Africam classem trajecit: quadraginta duce Amilcare naves longas tres & sexaginta accepit oppida ducenta, & hominum ducenta millia cepit. Absente eo conjugi & liberis ob paupertatē sumptus publicè dati. Maxarte Xanthippe Lacedæmonii mercenarii ducis captus, & in carcerem missus est. Legatus deinde de permutandis captivis Romam missus: dato jurejurando, ut si non impetrasset, ita demùm rediret in Senatu conditionem disturbaturus: rejectoq; à se conjuge & liberis, Carthaginem regressus: ubi in arcam ligneam conjectus, clavis introrsum adactis, vigiliæ ad dolorē excruciatus est. De ejus morte sic Cicero in Philippica: Marcus Regulus, quem Carthaginienses refectis palpebris vigilando necavērunt.

Rēmoriā, aut (ut aliquando malunt) Remurias, Locus in finibus Avernorum, ubi Remus de urbe condenda fuerat auspicatus. Festus.

Rēmus, priore corr. [ὁ Ῥῶμος. Ger. Ein Bruder Romuli, von dem er auch in der Benennung der Statt Roma ist erschlagen worden.] Frater Romuli primi Romanorū regis, qui quòd nova urbis Romæ mœnia per ludibrium transiliisset, à fratre est interfectus, ut placet Livio lib. 1. ab Vrbe cond. aut certè (ut Ovidius mavult, lib. 5 Fast.) à Celere quodā Tribuno. Post cujus mortem oborta pestilentia, cōsulto oracolo respōsum est, placandos esse manes Remi: ob quā rem sella curulis cum sceptro & diademate, & cæteris regni insignibus semper juxta Romulum quidvis sanctentem ponebatur, ut mortuus etiam Remus pariter impetare videretur. Huc respexit Virg. 1. Aeneid. quum ait: Remo cum fratre Quirinus
Jura dabant.

Rētrŭcēs, cum, plurali tantùm numero, Aquæ nomē supra viā Ardeatinā, inter secundū & tertiū lapidem, qua irrigabantur hortus infra viam Ardeatinam, & Asinariam usq; ad Latinam. Hæc festus, citans Catonem de Censura Fulvii Nobilioris.

R ante H.

Rhā ἡ, Volgò Wolga. Fluvius est Sarmatiæ Europeæ, supra Pontum & Bolphorum Cimmerium, nō procul à Tanaide fluvio, teste Ptolemæo libro 5. alio nomine Volga, & à Tartaris Edel nuncupatus, in cujus ripis nascitur nobilis illa radix, quam à nomine fluvii hujus rha Ponticū vocant Romani: Arabes rhabarbarum: Plinius rhacoma: Celsus radicem Ponticam appellat. Vide Ruellium lib. 3. cap. 2.

Rhaba, ἡ Ῥάβα, Oppidum est ad finem Jordanis: quo decurritur penes le Rhabbens. Stephan.

Rhabarbacoma, ἡ Ῥαβαρβάκωμα, Tertia Palæstinæ urbs, alio nomine Areopolis dicta. Steph.

Rhabbatammena [ἡ Ῥαββὰθ Ἀμμὼν רבת עמון rabbath ammon. ἡ Ῥαββὰθ Ἀμμανῖτις.] Montanæ Arabiæ oppidum, apud Steph.

Rhabilus ὁ Ῥάβειλος. Arabum rex qui Antigonum Macedonum regem interemit in vico cui ἀπὸ ipsa Motho nomen indiderunt, quod mortis locum Arabum lingua significat. Vide Stephanum in dictione ΜΟΤΘΟ.

Rhadamanthus, [ὁ Ῥαδάμανθυς. Ger. Ein Sohn Jovis von der Europa, ein strenger/ und Gerechtfertiger Richter in Lycia.] Jovis ex Europa filius, & Rex Lyciæ, qui quòd severus fuerit justitiæ executor, fingitur à Poetis apud inferos nocentium explorare culpas. De quo Virg. lib. 6. Acn. Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna, Castigatq; audítq; dolos, subigitq; fateri, Quæ quis apud superos furto lætatus inani, Distulit in seram commissa piacula mortem.

Rhadata, ἡ Ῥάδατα, Oppidum Syenitarum in Aethiopia, in quo felis aurea pro Deo colebatur. Autor Plinius libro 6. capite 29.

Rhæti. [ὁ Ῥαιτὸς Stephano. Ger. Die Grawenpündtner.] Populi à Trojanis oriundi, qui à Gallis sedibus suis pulsi, loca utrinq; Alpibus vicina occupārūt, & à nomine Rhæti ducis sui Rhætiam nominārūt. Hinc Rhæticæ vites, & Rhæticum vinum, inter generosa Italiæ vina non postremū locum obtinens. Nascitur autem hoc in Rhætiæ parte quæ ab Alpium radicibus Veronam Comumq; pertingunt.

Rhætia ἡ Ῥαιτία Stephano, Europæ regio est, quæ (ut lib. 2. Ptolemæus refert) ab Occasu limites habet montem Adulam, & fontes Danubii & Rheni: ab ortu Lycum fluvium, qui in Danubium exit, & Rhætiam à Vindelicia dividit: à Septentrione Danubium: à Meridie Alpibus terminatur supra Galliam Cisalpinam. Post Rhætiam, versus Orientem sequitur Vindelicia, cui Noricum adhæret, Aeno tantùm flavio disjuncta. [Ger. Das Lengäw.] Dividitur hodie Rhætia in duas partes, superiorem & inferiorem. Superior Rhætia appellatur totus ille tractus, qui ab Helvetiorum finibus initium sumens, bona Galliæ Cisalpinæ parte ad Larium usq; lacum occupat. Hujus tractus incolæ Vulgò Grisons appellantur. [Ger. Die Grawenpündtner oder Casenaßrer.] Inferior à Leco amne, qui hanc à superiore dividit, fontis principium, & usq; ad Aenum fluvium pertingitur, qui Rhætiæ & Norici terminus est. Hanc hodie incolunt Boiuarii. [Ger. Das Brettaw.]

Rhætico, onis, Mons est in Rhætia, ut est autor Pomponius Mela, lib. 2.

Rhaga, gæ, sive Rhagæ, arum, ἡ Ῥάγη, ῶν. Mediæ urbs à Nicatore condita, & ab ipso quidem Europus: à Persis verò Arsacia appellata. Autor Strabo lib. 11.

Rhamnēs. sive Rhamnenses, equites Romani erant, vel unus ex Romanis tribubus. Acron. Rhamnes, Luceres, Tatienses, Romanæ tribus erant, vel ut verius, equites. Varr. lib. 4. de lingua Lat. Ager Romanes primùm divisus in partes tres à quarum appellatae, Tabetalium, Rhamnium, Lucerum nominatæ, ut ait Ennius. Tatienses à Tatio: Rhamnenses à Romulo: Luceres (ut ait Junius?) à Lucumone Hercule.

Rhamnēs, etis, pen genitivi prod ἡ Ῥάμνης. Regis & augoris nomen, qui Turni partes sequitur, nocte dominica, à Nisi est interemptus. Virg. lib. 8. Aeneid. simul ecce super duum Rhamnetē aggreditur, qui forte rapertibus alnis Extructus, toto proflabat pectore somnos.

Rhamnūs, ἡ Ῥάμνους, Genitivum facit Rhamnūntis: sicut Amathus

thus Amathûntis: Trapezus, Trapezûntis. Erat autem Rhamnus, Atticæ regionis vicus, Amphiarai templo, & Nemesis Rhamnusiæ simulacro insignis. Vide Pomponium Melam, libro 2.

Rhamnūsĭus, a, um, Quod est ex Rhamnûte, ῥαμνούσιος &c. Terent. in Andr. Hæc cerâ ferto, Rhamnûsium se ajebat esse.

Rhamnūsĭs, ĭdis, ἡ ῥαμνουσία, Indignationis dea, quam Græci Νέμεσιν vocant: quæ ab iis pœnas repetere existimabatur, qui præsentibus bonis se indignos præbuissent. Idcircò autem Rhamnusia dicta est, quòd ejus simulacrum pulcherrimum in Rhamnunte (is Atticæ vicus est) coleretur, ab Agoracrito Pario, Phidiæ discipulo celatum. De hac Ovid. lib. 5. de Trist. Exiget ac dignas ultrix Rhamnusia pœnas.

Rhampsinītus, ὁ ῥαμψίνιτος, Rex Aegypti, Protei successor, qui filiam suam prostituit, ut aurum sui furem deprehenderet. Vide Herodot. lib. 2.

Rhaphea, pen. prod. ἡ ῥαφέα, apud Ptolemæum, lib. 5. cap. 16, Vibs Palæstinæ Iudææ, ad Iordanem fluvium, quæ hodie Rama appellatur.

Rhĕa, ἡ ῥέα. Ger. Die Frawe Saturni, sunst Cybele genannt.] Cœli & terræ filia, quæ alio nomine Cybele, κυβέλη, dicitur. Vide CYBELE.

Rhea Sylvĭa, ἡ ῥέα σιλουία, Filia fuit Numitoris, Remi & Romuli mater, quæ alio nomine Ilia dicitur. Vide Livium lib. 1. ab Vrbe, & ea quæ supra annotavimus in dictione ILIA.

Rhebas, ὁ ῥέβας, Orpheo in Argonautis fluvius est in finibus Bosphori Thracii. Plin. lib. 6. cap. 1: Ergo à fauces Bosphori est amnis Rhebas, quem aliqui Rhœbum dixerunt.

Rhedones, Galliæ populi in ducatu Britanniæ, de quibus Cæsar in Commentariis. Vulgò Rennes.

Rhegma, τὸ ῥῆγμα, Civitas quædam. Est sinus juxta Petilium flumen, Steph.

Rhegyum, τὸ ῥήγιον Stephano. Ger. Ein Statt in Sitterie in Italien gegen Sicilien / heisset jetzt Reggio.] Extremum agri Bruttii oppidum est, ut Græci nomen dedere, à fractura dictum, quòd ibi Sicilia ab Italia credatur edita avulsa: ῥῆγμα enim Græcis rumpere est, & ῥῆγμα ruptura. Hujus oppidi incolæ dicti sunt Rhegini, Ῥήγινοι Stephano. ¶ Regium sine aspiratione, Cisalpinæ Galliæ oppidum est, non longè à Parma & Mutina, à Lepido instauratum, unde & Regium Lepidi ad differentiam alterius dicitur, à quo Regienses. Vulgò Reggio.

Rhēmi, ῥῆμοι, Populi Galliæ Belgicæ, Mediomatricibus, & Leucis finitimi, ut scribit Cæsar in Commentariis: unde præstantissimum telæ genus Rhemense, communicata aliis quoq; Galliarum populis textrinæ gloria. Meminit horum Plin. lib. 4. cap. 17. Vulgò Reims.

Rhĕnĕa, pen. prod. ἡ ῥήνεια, Exigua est insula Delo usque adeò vicina, ut à Polycrate Samiorum tyranno duæ hæ insulæ catenis aliquando fuerint connexæ. In hanc defunctos suos Delii inferebant: eò quòd in Delo nec parere liceret, nec mortuos sepelire, nec cantus alere. Autor Thucydides lib. 1. & 3. Belli Pelop.

Rhēnus, ὁ ῥῆνος. Ger. Der Rhein.] & Rhenum, utroque modo dicitur pro fluvio insigni Germaniam à Gallia dirimente, qui de jugo Rhæticarum Alpium defluens, circa Batavorum fines in tria cornua dividitur, totidemq; ostiis in Oceanum influit. Tria Rheni cornua, teste Altamero in Tacitum, & Glareano in Cæsarē, à Germanis hodie nominantur, Lecca, Vahalis, & Issela: quorum postremum olim non erat: sed à Druso adversus Germanos bellum gerente, ducta fossa à Rheno ad mare, effectum est ut munimento esset adversus incursus barbarorum. Quare mirū nō est si tertium hoc ostium Virgilio fuerit ignotum, qui Rhenū vocat *bicornem*, quasi duo ostia habentem. Horatius de Arte poëtica, Rhenū protulit in neutro genere, quum ait: Aut flumen Rhenō, aut pluvius describitur arcus. Vulgò Rein. ¶ Est item Italiæ fluvius apud Bononiā, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 16.

Rhēsus, ὁ ῥῆσος, Thraciæ rex, qui quum Trojanis adversus Græcos auxilio venisset, nocturno hostium castra vellet explorare, ab Vlysse & Diomede interceptus est & interfectus, ut latiùs describit Homerus lib. 10. Iliad. ¶ Est & Rhesus Troadis fluvius, non procul ab Ilio fluens, teste Strabone lib. 13.

Rhetia, æ, Rhetus, ci, Rhetico, conis, Vide RAETIA.

Rhexēnōr, ὁ ῥεξήνωρ, Nautithoi filius, & frater Alcinoi Phæacū Regis, & patet Aretes, ab Apolline sagittæ ictu interfectus, teste Homero circa initium lib. 7. Odyss.

Rhiphæi mōtes, ὄρη Ῥιπαῖα. Ger. Mitnächtische Gebirge gegen Scythien.] Montes Septentrionales Scythiæ: quorum meminit Plin. libro 4. capite 12, Græci hoc nomen in secunda syllaba non aspirant, quòd ἀπὸ ῥιπῆς: hoc est, à flatuum vi deductum putent: quòd ibi vehementissimi esse dicantur Boreæ flatus. Latini tamen tenuem mutantia aspiratam, ad differentiam Rhipæorum montium, teste Scylio, quæ in Arcadia collocantur.

Rhipæus, a, um, ῥιπαῖος, Virgil. 3. Georg. Gens effræna virûm Riphæo tunditur Euro.

Rhiphēus, Rhipheus, ὁ ῥιπεύς, Vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius: cujus meminit Ovid. lib. 12. Metam. ¶ Fuit & Riphēus Trojanus, justitiæ nomine Trojanis omnibus prælatus: ut placet Virgil. lib. 2. Aeneid.

Rhistŏmnă, ἡ ῥιστόμνα, Vrbs in latere Septentrionali Cretæ insulæ Ptolemæus lib. 3. cap. 17.

Rhĭtum, τὸ ῥίτον, Promontorium est Achaiæ propriè dictæ, ad ipsum ostium sinus Corinthiaci. ¶ Est & alterum Rhium, Acoliæ promontorium, quod à Thucydide Rhium Molycricum, τὸ ῥίον τὸ μολυκρικόν, à Molycria vicina urbe appellatur. Plin. lib. 4. cap. 2. Antirhium vocat. Duo hæc promontoria angusto freto dirimuntur, septem circiter stadiorū latitudine: idq; est ostium sinus Corinthiaci, quem Thucyd. libro 2. Crissæum sinum appellat.

Rhŏdănus, pen. corr. ὁ Ῥόδανος. Gall. Rosne. Ger. Der Rhodan das schiffreich wasser / so sonst Rosne sol genennt sein.] Fluvius Galliæ rapidissimus, à Rhoda Rhodiorum oppido ut ait Plin. lib. 3. cap. 4. Hier. in Comment. Epistolæ ad Galat. Rhodam Rhodiorum coloni locaverunt: unde amnis Rhodanus nomen accepit. Nascitur in Alpibus, quæ Italiam à Gallia dividunt, non longè à fontibus Rheni, & Danubii. Fertur per Lemanum lacū, & versus Occidentem, per Galliam fluens, Arare sinu apud Lugdunum suscipit. Inde ad Meridiem conversus, & Iterum, Durentiamq; tuscipiens, apud Heraclēā uno ostio, & paulò ulteriùs duobus aliis in mare Tyrrhenum irrumpit. Vulgò Rosne.

Rhŏdē, ἡ Ῥόδη, Nymphe marinæ nomen, Oceani, & Tethyos filiæ: unde, ut videtur, genitum colore impositum. Hesiod. in Theog. Ἠλέκτρη, Ῥόδεια, Πλουτώ, Καλυψώ. ¶ Est & vitis, uvæq; genus, è Rhodo insula primùm in Italiam advectū. Virgil. 2. Georg. Nonnego te mensis, & dis accepta secundis Transierim Rhodia.

Rhŏdŏgūne, ἡ Ῥοδογύνη, Fuit filia Darii, quæ post mortem viri, nutricem quæ illi secundas nuptias suadebat, occidit.

Rhŏdŏpe, ἡ Ῥοδόπη. Ital. Montagna de l'argento. Ger. Ein Gebirg in Thracien / so jetzt die Italiæner nennen / Montagna de l'argento.] Mons Thraciæ à Rhodope Thracū regina in hunc montem (ut Ovidius fabulatur) conversa: vel (ut alios placet) ibi repulsa. Vel à Rhodope Strymonis amnis filia, ex qua Neptunus Athon gigante genuit; qui & ipse monti nomen dedit. Corripit autem Rhodope in hac significatione penul. syllabā. Virg. 8. Argiletum in cornibus illi finitimus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes. ¶ De Rhodope meretricula, vide in proxima dictione RHODOPIS. A Rhodope pro monte Thraciæ fit adjectivum Rhodopeius, a, um, ut Rhodopeius Orpheus, apud Ovid. 10. Metam.

Rhŏdŭphūne, ἡ Ῥοδούφουνα, Syriæ dicta est in ea parte, qua transit Taurum mons.

Rhodŭpis, pen. prod. genitivo Rhodopĭdis, ἡ Ῥοδῶπις Suidæ: vel ut apud Plinium legitur, Rhodope, meretrix nobilissima fuit ex Thracia, Æsopi fabulatoris aliquādiu conserva, & postea à Charaxo Sapphus poëtriæ fratre, qui ejus amore tenebatur, magnā pecuniā redempta. Hæc teste Plin. lib. 36. cap. 12, tantas opes meretricio quæstu corrasit, ut pyramidem insignē suis sumptibus exactam reliquerit.

Rhŏdŏs, ἡ Ῥόδος. Ger. Die Insel Rhodis.] Insula est nobilissimā in mari Carpathio, Cariæ adjacens ambitu CXXX M pass. urbem habens ejusdem nominis, quæ toti insulæ nomen fecit: quū antea Ophiusa, Asteria, Aetherea, aliisq; plurimis nominibus fuerit appellata. Vrbē autē ipsam Rhodū dictam volunt, sive à Rhodia puella, ab Apolline adamata, ut fabulatur Diodor. lib. 6: sive ab eo quòd capulo rosæ illic invento sit ædificata. Ea portubus olim & vijs, & mœnibus, & reliquis ornamentis tanto pere cæteras superavit, ut nulla putaretur æqualis. Legum præstantia, & navalis rei peritia adeò valuit, ut annis multis maris imperio potiretur, & piratarū latrocinia sustulerit. Hæc insula inter Asiaticas insulas tertia numeratur. Nam Lesbus, & Cyprus majores habentur. Ab Horatio Clara Rhodos vocatur. Nam ut Solinus autor est, nūquam dies ita nubibus est ut sol in hac insula non conspiciatur. Autum Rhodi pluisse, ob fœlicitatē insulæ cecinit Pindarus. In ea fuit admirandæ magnitudinis colossus, à quo postea Rhodii appellati sunt Colossenses, ad quos Apollonius Epistolam scripsit. Habet & Camirum urbem, & Lindum, ex qua fuit Cares statuarius, qui Colossum extruxit. ¶ A Rhodus fiunt adjectiva, Rhodius, ῥόδιος, & Rhodiensis, & Rhodiacus. Vulgò Rodi.

Rhœbēus, ῥοίβειος, Equus fuit Mezentii apud Virgil. lib. 10 Aen.

Rhœbe dies, res aliqua diu mortalibus ulla est, Vivimus, &c.

Rhœtĕus, ὁ Ῥοίτειος, Marrubiorum rex fuit in Italia, pater Anchemoli, qui viciata noverca sua, Rhœti patris furorem metuens, confugit ad Turnum. Vide Servium in decimū Aeneid. ¶ Est autem Rhœtus apud Poëtas nomen gigantis, qui quū Jovem

de cœli possessione dejicere conaretur, à Dionysio in leonem transmutato interemptus est. Horat. lib. 2. Carm. ad Bacchum: Tu quum parentis regna per arduum Cohors gigantũ scandere impia, Rhœtum retorsisti leonis Vngibus, horribilique mala.

Rhœtēum, pen. pro. Promontorium & oppidum Troadis, Ajacis sepulcro celebratũ, quem admodum sigeum sepulcro Achillis. Inde Rhœteus Ajax à Virgilio dicitur lib. 6. Aeneid.

Rhoxalani, Populi Scythici ultra Borysthenem, in extremis Europæ finibus quorum meminit Strabo. Lib. 2, & Plin. lib. 4. cap. 12.

Rhoxānē, Oxyartis filia, & uxor Alexandri Magni, quæ ille jam vita functo posthumum peperit: de qua multa apud Q. Curtium, & Arrianum.

Rhoxani, Populi Septentrionales, inter Borysthenen & Tanaim amnes, campestria incolentes. Strab. lib. 7.

Rhyndacus, Mysiæ fluvius, juxta Aziacum fluens, & per Mygdonium campum in Rhyndacũ influens. Vide Strab. lib. 12.

Rhymnicī, Scythiæ populi à Rhymno vicino amne, ut quidam volunt, dicti. Meminit horum Plin. lib. 6. cap. 17.

Rhyteni, Populi Galliæ Aquitanicæ, (ut inquit Plinius) contermini Narbonensi provinciæ: de quibus Luca. lib. 1. Solvuntur Rhyteni fundâ gentes. Rhutenī, Virgò Rodez.

Rhyndacus, penult. prod. Mysiæ fluvius in Tenno mõte nascens, & in Propontidem se effundens: circa quæ serpentes in tantam magnitudinem adolescunt, ut in summo aëre volantes, holcades aves haustu devorent. Vide Plin. lib. 8. cap. 14. Hoc Rhyndacus, à nom. Ῥύνδακος.

Rhynstacus, Virsus Tarentus, cujus exemplo, teste Plutarcho in vita Romuli, Cæsar jam è diverso cõsuevit Amare quidem se prædicationem, sed proditores magnopere abhorrere.

Rhynton, Tarentinus negator vilissimus, in agendis præcipuè fabulis: à quo Rhyntonicæ fabulæ dictæ sunt. Ad quem alludunt tam Varro quam Columella, apud quos modò Mython, modò Rhynton legitur.

R ante I.

Ricina, Vna ex tribubus quæ Hyberniã adjacent, autore Ptolem. lib. 2. cap. 2. Plinio Ricnea dicitur.

Rigiorum, autore Ptolemæo, lib. 2. cap. 3, Atrebatum civitas.

Ripæa, ὀρη ἱπερέων, Oppidum in Orientali parte Britanniæ, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 3.

Ripheī, montes, vide suprà, inter ea quæ ab Rh, usq; ad finem principium fluunt.

Riphæus, Vide HIPHEVS.

R ante O.

Robigo, [Ger. Die Göttin / welche die Rost ehrtem sol die Getreide.] Dea quædam apud Romanos, quæ averrendæ rubiginis causa colebatur. Ovid. 4. Fast. Flamen in antiquam lucum Robiginis ibat.

Robigus, penult. prod. Deus, qui averrendæ rubiginis causa colebatur: de quo vide plura paulò ante in dictione RVBIGALIA.

Rōmā, [Ger. Die Stat Rom in Italia, welche etliche gantz gewaltig beruhmt.] Pol. Rom. Vrbs Italiæ, regina urbiũ, & totius propè modũ orbis olim caput: de cujus origine, & nominis ratione non satis conveniunt tum veteres tum recentiores. Vulgatissima tamen est opinio, à juventute Aeneæ condità fuisse, ducibus Romulo & Remo, regnantibus Numitoris: atq; à Romuli nomine Romã fuisse appellatã, non autem Romula, ne nominis dimidio urbis majestati quippiã detraheret. Alii multis antea Romulum seculis conditam volunt, primumq; Valentiam appellatam: Romam autem dici cœpisse post Evandri & Aeneæ adventum, qui Latina vocem in Græcã ejusdem significationis translata, ῥώμη, appellarunt. Sunt præterea qui existimant Aeneæ uxorem fuisse, & Ascanii filiam, nomine ῥώμη, à cujus nomine ubi hujus nomẽ fuerit impositum. Nec desunt, qui Troja capta Achivos quosdam ea tum loca versus asciscant, quumq; in Palatino monte oppidum condidissent, à nostris captivæ nomine ῥώμη appellatũ. Sunt & aliæ non paucæ hac de re scriptorum opiniones, quas hic brevitatis causa omittimus. Si quis tamen nosse vult, adeat Pompeium Festum, de Antiqua vocum significat. lib. 16. Id certè constat, à tenuissimis ortam fuisse principiis: permultis, in Palatino monte conditã fuisse: septumq; certo pomœrio ejus fuisse prolata. Scribit enim Plin. lib. 3. cap. 5: Vespasiani temporibus ambitum urbis fuisse XLIIII CC passuum: Vopiscus autem tradit, Aurelium Imperatorem in ambitum ejus adjecisse mille passuum amplius. A Roma fit gentile Romanus, ῥωμαῖος: ut, Romanæ terram domui, apud Virg. 1 Aeneid.

Rōmā, Civium Romanorum tria genera fuisse video, senatores, equites, de plebe qui tres ordines dicebantur, & ex duplici genere constabant, patricio & plebeio: duplex enim est civium Romanorũ discrimen, quorum alterum ad alterum nullo pertinet: prior hic, Vel patricii sunt cives Romani, vel plebeii. posterior hæc, vel Senatores sunt cives Romani, vel equites, vel de plebe, ita vel à genere, vel ab ordine distinguebantur. Civis Romanus genere patricio natus: equestris tamen ordinis, si nondum in senatum lectus esset, dicebatur: sin senator esset factus, ordinis senatorii, quod si patricius non modò in senatum allectus non esset, verùm nec inter equites locum haberet: quia scilicet equestri censu non esset: hoc est, sestertiorum quadringenta millia non possideret: (minus enim qui habebat, eques esse non poterat: sed, ut Horatio verbis utar: plebeia erat) aut quia, cum quadringenta millia possideret, annulo tamen aureo & equo publico nõ uteretur, quæ illi, equestris ordinis insignia, censor ob aliquod flagitium ademisset: aut denique, quia nec majores ejus, neq; pater, neq; ipse, quum quadringenta millia, vel amplius haberet, de equestri dignitate laborassent, equestrisq; ordinis indicia, annulum scilicet aureum, & equum publicum, neq; in militia à duce, neq; domi à censoribus, cùm censerentur, postulassent: quod tamen vix est credi possit: quis enim contemnit honestatem? quis, cùm ab infimo ordine plebejo ad equestrem possit ascendere, aut ab equestri ad senatorium, recusaverit? quis igitur patriciæ gentis neq; senator esset, neq; eques, is patricius quidem & erat, & dicebatur, idemtamen de plebe & erat, & dicebatur, quandoquidem, civis Romanus quicunq; erat, is de tribus ordinibus unum haberet, senatorium, aut equestrem, aut plebejum, necesse erat: senator non est ergo eques, aut de plebe: neq; senator neq; eques: ergo de plebe: ordò enim præterea nullus superest: at quadringenta millia, qui est equestris census, aut octingenta millia, qui senatorius, possideo: sequitur ergo, ut eques ob quadringenta millia sim, aut senator ob octingenta millia: falsum: census enim dat, non ut eques aut senator necessariò sis, sed ut esse possis: neq; propterea opes honor datur, sed ob inopiam negatur: cur enim, & in decorum, senator egens, malaq; re non omninò malis moribus quandoque perfundetur inopia. Erant ergo patricius ima gentis patricii, senatores, patricii equestris ordinis, patricii de plebe. Sed oritur consideratio. Civis Romanus, ex equite senator factus amittit ne ordinis equestris insignia, annulum aureum, & equum? minimè: nullus enim dignitate, tantùm abest ut de pristino aliquo quicquã amittat, ut contra aliquid præterea consequatur: nam præter annulum, & equum, quæ equitum erãt, habebant senatores tunicam purpuream cum ab equestri ordine aliqua omninò specie distinguerentur, sicuti equester ordo à plebe annulo aureo, & equo distinguebatur. Ex contrariis observationibus: Duos populos feminarum gentium Romanarum fuisse reperio, Aborigines & Trojanos, qui utrique ab Aenea, ut Livius, & Dionysius tradunt, communi nomine Latini sunt appellati. Aborigines autem, qui ante adventum Aeneæ, Latium, regente Latino, tenebant, donec Dionysius ex Græcis in Italiam venientibus esse confictos. Græcos autem hos nominat, Oenotrum ex Arcadia, Pelasgos ex Thessalia, Evandrũ item ex Arcadia, Herculem ex Peloponneso profectum, atque etiam idem fuisse aiunt, Romulum, ipsorum Latinorum, Albanorumq; multitudine, urbem in Palatio condidisse, quæ cùm ita sint, jamdiù debuisse esse non potest, quin ad hos populos alii etiam plurimi accesserint, qui Romanam urbem gentibus sepelierint: siquidem accepimus, Romulum Caeninenses, Antemnates, Camerinos, Vejentes, Fidenates, quos bello devicerat, Sabinos verò etiã quibuscũ equo Marte pugnaverat, in lœtitiam novæ urbis vocasse, quin etiã multas Etruscorũ urbes ad eum recepisse, inter à Medullia facto, ruderum est. Hoc autem Romuli institutum reliqui deinceps reges studiosissimè tibi conservandum esse duxerunt, ut finitimas civitates aut vi, aut benevolentia sibi adjungerent, Romamq; transferrent: itaq; Tullus Hostilius, eversa Alba, familias ejus urbis Romam traduxit, Ancus Lucumonem Etruscũ in senatũ adscivit, Priscus Ser. Tullium Cornicalanum liberũ generem adjunxit, idemq; post quoq; factum est, liberata regio dominatu Reipubl. neq; enim unquam dubium est, civitatem victis populis, & gentibus dari, Italiamq; ipsam municipiis devinciri, quodq; bello Marsico universa fere civitate donata est. Ex libro Caroli Sigonii de nominibus Romanorum.

Romānūs, ā, um, pertinens, ut, Arces Romanæ, apud Virgilium Georg.

Romānicolæ, qua voce propriè significatur is qui alibi ortus, Romæ versatur: unde etiam Cato de Re rustica, Romanenses talem appellat, non Romæ factum, sed qui Romæ vendebatur.

Rōmānēnsis, e, um, adjectivum, ῥωμαϊκός, denominativum à Roma deductum est. Aratra Romanica id est, Romæ facta. Cato capite 135: Aratra in terram validam Romanica bona erunt, in terram pullam Campanica, juga Romanica optima erunt.

Romanā, porta, In infimo clivo Victoriæ fuit, à Romulo primùm

primùm instituta, gradibusque quibusdam in quatuor fora formata. Appellata est autem Romana à Sabinis præcipuè, quibus ea proximus aditus erat Romam. Hæc Festus. Vulgò tamen, eodem Festo referente, Romana porta dicta est, ubi ex epistylio aqua defluebat: qui locus ab antiquis dictus est Ad statuas Cincas, quòd ibi olim fuerit sepulchrum ejus familiæ.

Rōmānālĭă, porta, teste Varrone, libro 4. de ling. Latina, in Palatino monte fuit, gradus habens in navalia, ad Voluptæ sacellum.

Rōmānĭlĭă, lex cavit, ne alii, præter patres, & magistratus, sacra inirent, peragerentve, postea plebi quoq; aditus ad sacra fuit: nam rogationibus tribunitiis, primùm Sextia Licinia sancitū est, ut X. viri sacrorum, nō, ut antè, omnes patricii, sed ex parte dimidia de plebe crearentur: deinde secuta est Ogulnia lex, cùm quatuor pōntifices essent, sacerdotum numerum augeri, quatuor præterea pōntifices, quinq; augures, de plebe omnes, allegerentur. ut omnibus adeò pontificum, novem augurum numerus fieret.

Rōmŭlŭs, (ἑλληνικῶς. Ger. Ein Sohn Martis vnd ein Brudet Remi, welche jhne mit Hirten die Stadt Rom erbauet, vnd seinen Nahmen gaben. Martis (ut Romani credi voluerunt) ex Ilia filius, & nepos Numitoris, & frater Remi, eodem cum illo partu editus. Erat enim Numitori frater nomine Amulius, præferoci ingenio: qui non contentus fratri auctu majori imperium præripuisse, ut posteritati quoq; suæ tyrannidem confirmaret, ptolemæi illius more filiolam interemit. Iam quoque, ut ipsum omnem nepotum stirpem interimeret, sub specie honoris virginem Vestalem legit: eoq; modo perpetuæ virginitate damnavit. Earamen postea gravida deprehensa, gemellos peperit: quos Amulius in Tyberim mitti jussit: matrem autem arctissima custodia asservavit. Verùm quum ad tempus Tyberis extra ripas restagnasset, nec aditu usquam ad jussi amnis cursum pateret: qui mergendorum puerorum negotium susceperat, in proximam eos aluvie, ubi postea tumulatis fluctibus fuit, expositos reliquit. Vbi à Faustulo regio pecoris magistro inventi sunt, & Laurentiæ uxori educandi traditi: quæ quòd vulgato corpore quæstum faceret, ideoq; lupa inter pastores vocaretur, hinc est locus fabulæ, Romulum & Remum a lupa educatos fuisse. Hi postea quum adolevissent, de genere suo a Faustulo edocti, Amulium trucidant: avumq; Numitorem in regnum restituunt. Necita multò post collecta magna pastorum manu, urbem novam in Palatino monte, ubi convicti fuerant, ædificant. Et quoniam fratres gemini erant, nec ætatis verecundia differentiam facere posset, orta inter eos contentione, uter novæ urbi nomen daret, & conditum imperio regeret, placuit rem avium judicio permittere. Quumq; Remo in Aventino vultures sex priores, Romulo autem Palatino duodecim, sed posteriores apparuissent: illo, tempore hos, numero se pronunciante esse asserente: exorta inter pastores primùm altercatio est, quæ deinde ad manus pervenit. Ibi Remus in turba ictus cecidit. Vulgatior fama est, ludibrio fratris Remum novos muros transiluisse: inde à Romulo, sive a Celere quodam, Romuli jussu hausse interfectum. Solus ita; regno potitus Romulus, ut urbem incolis frequentiorem redderet, Asylum aperuit. Senatores centū, quos ab honore Patres appellavit, cooptavit. Vicinis connubia negantibus, virgines quæ ad Consualium spectaculum convenerant, rapuit. Cumq; infensi bellum inferentes prælio vicit, Regeq; obtruncato, Iovi Feretrio opima spolia obtulit. Antemnates deinde, & Sabinos gravi prælio superatos in civitatem recepit. Fidenates acie fudit, & ad oppidum fugientes insecutus, urbem eodem impetu cepit. Vejentibus post adversam pugnam pacem petentibus, centum annorum induciis compositis. Hisce rebus gestis, quum ad Capreæ paludem concionem haberet, ingens coorta tempestate repentè nusquā comparuit. Patrum (ut creditur) manibus discerptus. ¶ Fuit & Romulus quidam Grammaticus, qui Græcis scriptoribus qui in scholis docebantur, fabularia, Latina induxit. Hic ad centesimū usq; annum vixisse traditur: interrogatusq; quanam ratione vitam tandiu propagasset: lotio (inquit) vino, foris oleo.

Rōmŭlĕŭs, lea, leum, adjectivū: ut Vrbs Romulea, apud Ovid. 15. Metamorph.

Rōmŭlĭŭs, a, um: ut Tellus Romula Virg. 6 Aen. nec Romula quondam Vilo serantum tellus jactavit alumno.

Romŭlĭēnsis, a, um, ut: Tribus Romulia. Cic. de Leg agra. Respondit se à Tribu Romilia initium facturum.

Rōmŭlĭdes, dæ, ου, Idē quod Romanus, à Romulo, primo urbis conditore. Persius Sat. 1: ecce inter pocula queruntur Romulidæ saturi, quid dia poëmata narrent.

Roscĭŭs, Histrio insignis fuit Ciceronis ætate in arte sua: ut quæadeò absolutus, ut si quem significare velimus cæteris sui generis hominibus præcellere, Roscium κατ' ἐξοχὴν appellemus. Roscii (inquit Festus) dicebantur in omnib. perfecti artibus: propterea quòd Roscius quidā perfectus unus in arte sua: id est, Comœdia judicatus est. Cicero de Oratore: Roscius hoc jamdiu est assecutus, ut in quo quisq; artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. Horat. 2. Epistol. 1: Quæ gravis Æsopus, quæ doctus Roscius egit. Hunc primū in scena personā usum ferūt, quòd & strabo esset, & aspectu fœdus. Tantum tamen pronunciandi suavitate valuit, ut populo sine personā gratior esset: quod & Cicer. testatur lib. 2. de Orator. Gratia verò apud summos etiā viros tantùm valuit, ut à Fannio de societatis cujusdā rationibus in judicium vocatus, Ciceronis patrocinium mercatus sit: qua de re etiam hodie extat Oratio, quæ pro Qu. Rosc. Comœdo inscribitur. Quin & librum conscripsit, in quo hilum notæ cum eloquentia comparare conatur. Cū Cicerone quoq; aliquando certasse dicitur, num ille eandē rem sæpius orationē, an ipse gestu variaret. ¶ Fuit & alter Roscius, prænomine Sextus, ex Municipio Amerino, cujus quum pater noctu à cœna rediens, Romæ occisus esset, filius ab iis, qui bona ejus à Sylla emerant (curaverant enim ut mortuus inter proscriptos referretur) parricidii accusatus, defensus est à Cicerone vigesimum tertium, (ut Cornelio Nepoti credimus) aut certè (ut alius placere vult) vigesimum septimum annum agente: quæ oratio etiam hodie omnium manibus teritur. Meminit hujus orationis Cicero ipse in Bruto: Prima (inquit) causa publica, pro Sexto Roscio dicta, tantum commendationis habuit, ut nō ulla esset, quæ non nostra digna patrocinio videretur. ¶ Tait & Roscius quidam Orbo Tribun. plebis, qui legē tulerat Equitibus Romanis in Theatro XIIII. gradus proximi assignarētur, qui vēsum C.C.C. II-S. haberet: auctor Livius.

Roscă, Campus in agro Reatino, quòd in eo arva rore humida semper serantur. Varro 1. de Re rust. cap. 7: Cæsar Vopiscus Aedilitius causam quum ageret apud Censores, campos Roscæ Italiæ dixit esse fumendos, in qua relicta pertica posset die non apparere propter herbam.

Rostra, Vide in APPELL.

Rŏthŏmăgŭs, sive Rhothomagus, ἡ Ῥοθομαγος. Vbi Velicassiorum, in Gallia Lugdunensi, ad Sequanā Fluvium, teste Ptolem. lib. 2. cap. 8. Vulgò Rouen.

Rŏxŏlănī, sive potius Rhoxolani, vide suprà, inter ea quæ ab Rh, aspirato initium sumunt.

Rŏxŏcŭrĭ, Apud Ptolemæum lib. 3. civitas est Corsicæ insulæ: nunc vulgò Regola dicta.

R a o re V.

Rŭbi, orum, Tantùm pluraliter, oppidum Campaniæ, à rubo-rum frequentia, sive à rubore dictum. Horatius Serm. Inde Rubos fessi pervenimus, unde profecti corruptius imbri.

Rŭbĕŭs, a, um: ut, Vimen Rubeum, Virgæ Rubeæ, quæ Rubis adhærentibus, flexibus texendis utiles. Virg. 1. Georg. Nunc facili Rubea texatur vitilia virga.

Rŭbĭcōn, pen. corr. genitivo rubiconis, pen. prod. ἡ Ῥουβίκων, Ger. Ein Fluß in Italien, heißt jetzt Pisatello.] Fluvius differminans Italiam a Gallia cisalpina. Originem duxit ex Apennino monte, fluitq; inter Ariminum & Ravennam, in mare Adriaticum. Lucanus libro 1: Vetitum est parvi Rubiconis ad undas, &c. Ejus mira mendacia est apud Plutarchum in vita Pompeii & Cæsaris. Plinius eum in octava regione Italiæ collocat. Sueton. in Cæsar. Confestimque cohortes ad Rubiconem flumen, qui provinciæ ejus finis erat, paulum constitit. Vulgò Pisatello.

Rŭbrĭcātīs, Ptolemæo, Rubricatum Plinio, Florius est Tartaciensis Hispaniæ. Lalætanos & Indigetes diremēs ab Iberis ponit. Vide Ptolemæum lib. 2. cap. 6, & Plin. lib. 3. cap. 3.

Rubrum mare, Pars Oceani, Arabiam à Meridie alluens, ad Occidentem Arabico, ab Ortu Persico sinu terminatur. (ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα. Germ. Das Rot Meer. Polon. Czerwone morze. Vngar. Vörös tenger.] Rubrum autem mare dictum est imitatione Græcorum, qui ἐρυθρὴν θάλασσαν vocaverunt, sive quòd ejus colorem aquam esse crediderint, quod tamen falsum esse constat: sive quòd ob rubras arenas aqua rubra esse appareat, sive ab Erythra Rege Persei & Andromedæ filio, qui proxima tenuit hujus loca tenuit. Plinius lib. 5. cap. 23: Irrumpit deinde, & in has partes geminum mare in terras, quòd Rubrum dixere nostri, Græci Erythræum, a Rege Erythra: aut (ut alii) Solis repercussu talem reddi colorem existimantes: alii ab arena, terraq; alii à tali aquæ ipsius natura.

Rŭdĭæ, arum, ἡ Ῥουδίαι Ptolemæo, ἡ Ῥοδία Stephano, sive Rhudia, æ, Plinio: sive, ut apud Strabonem legitur, Rhudiæ, arum, oppidum Pediculorum, sive Salentinorum, non procul à Brundusio, à Græcis conditum, patria Ennii Poëtæ. Post Barium (inquit Mela libro 2.) Egnatia & Ennio sive nobiles Rudiæ. Item Silius: Miscerunt Calabri, Rudiæ genuêre veteres.

Rŭdĭŭs, a, um, Cicero pro Archia Poëta, de Ennio loquens: Er-

R a go illum.

pro illum, qui hęc fecerat, Rudium hominem majoris nostri in civitatem acceperunt.

Rufræ, Oppidum Campaniæ, cujus meminit Mart. lib. 3: Quisq; Rufræ, Marulamq; tenuit, &c.

Rufinus, Vir Cossi satus à Fabricio Censore damnatus, quòd decem pondo argenti apud eum inventa essent. ¶ Rufinus autem, cum in Stilichonæ & Gothorum fidem relictus à Theodosio seniore imperii administrator, quo turbata Arcadii & Honorii bona, Gildonem in Africa, Stilichonem in Occidente: Rufinus vero in Oriente: omnes sanè cupiditate regni incensi, in suos principes arma converterunt: ex quo diversis modis oppressi periêre. Extant in hunc Rufinum Claudiani poëtæ invectivæ.

Rufrimicĕriæ, pluralis numeri, Oppidum Campaniæ. Cato capite 21: Venduntur ad Rufrimicerias nummis centum octoginta, &c.

Rufus Purpurio, Legatus Romanorum in concilio Aetolorum, apud Liv. lib. 32. ¶ Rufus, Centurio sub Scipione Africano, cujus & res gestas, & belli apparatum descripsit Autor Appianus. ¶ Virginius Rufus, Orator egregius, interfectus à Nerone, de quo Tacitus: Virginium (inquit) Rufum claritudo nominis exulit. Et paulò inferius: Nam Virginius Rufus studia juvenum eloquentia, Musonius præceptis sapientiæ fovebat. ¶ Rufus Poëta Bononiensis, cujus meminit Martialis: Tunde nucla nimias orata Bononia Rufo, Et celocer tota planctus in Arimina. ¶ Rufus, medicus insignis, qui sub Trajano imperatore floruit, multaq; composuit, quorum nihil ad nos pervenit, ut pleraque ab aliis scripta citantur. ¶ Rufus, Corinthius sophista, quamquam divinis & generis nobilitate pollebat, ipse tamen ad ejus laudem dicendi gloria, linguæq; gratia contulit. Autor Philostratus.

Rŭfus, Tribunus plebis fuit, Agrariæ legis promulgator, quâ Cicero in Consulatu suo everrit. Hic, teste Plinio, libro 8, capite 51, fuit dum aprum Romanorum primus in epulis apposuit.

Rumia, sive Rumina, ut alii malunt, dicta est dea quę rumis id est, mammis: hoc est, pueris lactentibus præsidebat: [Ger. Doc. Gödt der saugenden Kinderen.] cujus meminit & Augustinus lib. 4, de Civitate Dei, Varro lib. 2, de Re rust. capite 11: Nõ negarim, inquam, ideò apud deam Rumiam ficetum à passeribus fatam fieri. Ibi enim solent sacrificare lactè pro ove, & protollentibus: Caro de Liberis educandis, ut ait Nonius: Hisce lacte fit non vino. Cumæ propter cunas, Rumiæ propter rumam: sic prisco vocabulo mammam appellabant, à quo Subrumi etiam nunc dicuntur agoli.

Ruminalis ficus, Vide in APPELL.

Runcinā, item à Romanis Dea credita est, quæ runcationi præesset: cujus meminit & Augustinus lib. 4, de Civ. Quòd runcabantur segetes id est, à terra herbæ auferuntur, deam Runcinā præfecerunt.

Rurā veteres incultos agros dicebant: id est, sylvas, & pascua. Ex auctoribus variorum autorum de Limitibus.

Ruscino, onis, Oppidum in extremis Galliæ finibus, nõ procul à montibus Pyrenæis: cujus meminit Plin. lib. 3, cap. 4. Vulgus Rossilionem hodie appellat.

Ruspīnā, Oppidum Africæ propriè dictæ, non procul ab Adrumeto: de quo Plin. lib. 5, cap. 4.

Ruthēni, Populi Galliæ Aquitanicæ, Narbonensi provinciæ & Cadurcis contermini. Vulgò Rhodez. ¶ Alii sunt Rutheni in Sarmatia Europæa, non procul à Tanai flavio: hodie Russi dicti, & eorum regio Russia.

Rŭtĭlĭus, Gemmus, Junii consulatus fuit suæ ætate insignis: & Pontificalium librorum autor: Orator quoq; utilis ferebant tempora, non contemnendus: cujus tamen orationes posteritati horridæ visæ sunt & jejunæ. De hoc Cicer. in Bruto: Rutilius in quodam tristi & severo dicendi genere versatus, magnum munus de jure respondendi insumebat. Sunt ejus orationes jejunæ, multa præclara de jure, doctus vir, & Græcis literis eruditus, Panætii auditor, propè perfectus in Stoica. Hęc ille. ¶ P. Rutilius Cn. Manlio in Consulatu collega fuit, qui primus accitus in castra gladiatoribus, vitandorum, inferendorumq; ictuum rationem militibus tradendam curavit. Armorum (inquit Valerius) tractandorum meditatio, à P. Rutilio Censore Cn. Manlii collega militibus est tradita. Is enim nullos ante se imperatoris exemplum secutus, exludo Cn. Aurelii Scauri doctoribus gladiatorum accersitis, vitandi atq; inferendi ictus suam horum rationem legibus ingeneravit. Hic actus in exilium à partibus Sylanis, & à Sylla deinde revocandi potestate facta, respondit illud quod à Seneca, lib. 6, de Benefic. refertur: Malo ut patria me exulem erubescat, quàm reditu mœreat. ¶ Mar. Rutilius Censorinus, teste Valerio cap. de Moderatione, iteram Censor creatus, in concione populũ compulit, quòd eum potestatem his sibi detulissent, cujus majores, qui summa in magna vidissent, tempus coarctandæ judicassent. ¶ Rutilius Lupus, Rhetor insignis fuit, ipse etiã Quintiliano commemoratus, cujus etiam hodie opus extat de Rhetorum Figuris.

Rutuba, Ligurię fluvius, ex Apennino fluens. Plinius libro 3, capite 5.

Rŭtŭli, pen. corr. ῥουτοῦλοι, Antiquissimi Italiæ populi, qui Latii partem tenuerunt. Ardea proximam, Duce Turno adversus Aeneam bella gessit: ut latè describit Virg. 6. posterioribus Aeneidos suæ libris. Plin. lib. 3, cap. 5: Tam tenues (inquit) principio imperii fuêre radices. Colonis sæpè mutatis tenuêre alii alias sæpe urbes, Aborigines, Pelasgi, Arcades, Siculi, Aruncі, Rutuli.

Rutupiæ, Britanniæ insulæ portus, apud Ptolemæum lib. 2, cap. 3. Vulgò Sandwich, aut Rochester.

Rutupīnum, pen. prod. Promontorium Britanniæ. Lucan. libro 6:

Autvaga quum Tethys, Rutupinâve littora fervent,
Unda Caledonius salit turbata Britannes.

S



Saba, [סבא, sabá, seu סבה, sabé. Stephano Ger. Die Stadt des Fleisches, von סבא, Mensch gemacht.] Civitas regia Aethiopiæ, inquit Solinus, quam posita Cambyses à soror is suæ nomine, Meroen denominavit. Hanc Nilus circundans, insulam efficit. Dicta Saba, ἀπὸ τοῦ σέβειν, quod ab colere & venerari: quia thus mittit, quo in sacrificiis utuntur. Sunt qui dicant Saba, Arabum lingua myrrham significare: Hieronymus verò conversionem loquentium.

Sabæus, bæa, bæum, σαβαῖος: ut Sabæus odor apud Colum. lib. 10. Thus Sabæum, ex Saba, Virg. lib. 1. Aen.

Sabaeus, Aethiopum rex. Qui Austrum Aegyptiregem fugavit, & illius regnum quinquaginta annis obtinuit, teste Herodoto lib. 2.

Sabæi, [שבא, Sheba, σαβαῖοι.] Populi fœlicis Arabiæ, ditissimi sylvarum fertilitate odorifera: quorum metropolis est Saba, quam Strabo lib. 16, Mariabam vocat. His proxima est (inquit) fœlicissima Sabæorũ terra, quæ maxima natio est. Apud hos thus & myrrha, & cinnamomum nascitur, in ora etiam balsamum, & alia quædam herba valdè odorata, cujus quasi ejus odor citò deperit. Habent præterea palmas odoratas & calamum. Serpentes quoq; palmares, colore punico, usq; ad alas albidentes, quarum mortus insanabilis est. Homines propter maximam fructuum copiam, ut olei, segnesq; vivunt. In arundicibus arborum cubant, & ex eis incolunt, quæ proximi fuêre sapientes protinus alter alteri consequenti tradunt, ut ait Syriam usq; Mesopotamiam. Ab odoribus autem nuper effluentibus bituminis tussitu, & hirci barba stuporem tollunt. Meriaba, Sabæorum urbs, in monte jacet arboribus plena. Sub rege suo, qui judiciorum ac cæterarũ rerum potestatem habet. Hodie nus Strabo lib. 16. Hos Joseph. lib. 1, à Saba Chusi filio, quo à Cham ortus fuit, dictos affirmat. Sabæos dictos putat Servius ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, quod est venerari, quòd deos ipsorum Thure venerarentur. Virg. 1. Georg. India mittit ebur, molles sua thura Sabæi. Idem 2. Georg. Solis est thurea virga Sabæis.

Sabaoth. Vide SEBAOTH.

Sabatia, Pomponio, sive (ut apud Plinium legitur) Vadum Sabatum, oppidum Ligurię maritimum, olim nobilis portus insigne. Hodie Savona.

Sabatra, Sabæorum oppidum in littore Maris rubri. Plin. lib. 16 cap. 29.

Sabazius, σαβάζιος, Bacchi cognomen, ἀπὸ τοῦ σαβάζειν, quod verbum Phrygibus, aliisq; nõnullis barbaris idem valet quod bacchari; sive bacchantium more saltare. Vide Cælium Rhodig. lib. 5, cap. 15.

Sabe, Sycorum lingua mensis Februarius dicitur.

Sabelli, Populi à Sabinis orti, qui incolunt montes qui sunt inter Sabinos & Marsos: olim etiam Samnites dicti, teste Plin. lib. 3 cap. 12.

Sabellus, a, um, Virg. 2. Georg. Hæc genus acre virûm Marsos, pubemq; Sabellam.

Sabellĭcus, ca, cum, Idem. Virg. 3. Georg. dentesq; Sabellicus exacuit sus.

Sabidius, Vir Romanus gulæ deditus, plus vorabat quàm posset conficere: quocirca ita fertur ejus anima, ut nemo posset cum eo loqui: quem Martialis in Epigrammate insectatur: Non amo te Sabidi, nec possum dicere quare: Hoc tantum possum dicere, non amo te.

Sabis, Arabum deus, cui decimas mensurę non pondere persolvunt.

Sabīnā Poppæa, T. Ollii filia, & Poppæi Sabini neptis, quam Nero Othoni uxorem, à viro abduxit, illo per speciem honoris in Lusitaniam relegato: deinde & matrimonio ibi conjũxit, repu-

xit, repudiata, relegataq; in Pandatariam insulã Octavia. Périt idẽ calcis à Nerone, quũ gravida esset, percussa. Vide Tacitum lib. 13. Annal.

Sabini, [Ger. Beide Bölcker in Italia nahe bey Rom gelegen.] Populi sunt in quarta Italiæ regione, non procul à Roma, à religione, & cultu deorum cognominati, quasi Sabini. Σαβῖνοι ἀπὸ σέβου. Solus verò à Sabo autore genus, Sabinos dicit putat, qui primo octavo ante pars laudes ore ferebant Sabellas, qui cepatrio cognomine primus Dexilli populos magna dictione Sabinos. Hos Plinius Apennini jugis vallatos utrinque scribit. Strabo Sabinos ait angustũ incolere agrum in longitudinem protensum, à Tyberi usq; Nomentum oppidum, latus mille usq; ad Vestinos. Horum suas rapuerunt Romani olim in spectaculo, quum uxoribus carerent. Romulus enim quum affinitatem vicinorum bona pace impetrare non posset propter urbis novitatem, consilium cepit de rapiendis virginibus. Indictis itaq; ludis Neptuno peragendis, quum multi hospites accolæ convenissent cum conjugibus & liberis: ultimo die dato signo quum ad rapinam discurreretur, raptæ sunt virgines 683, autore Dionysio in Antiquitatibus: propter quam rapinam consequutum postea est bellum inter Romanos & Sabinos: cujus exitus talis fuit, ut victi Sabini, in partẽ urbis sint recepti. Virg. 8. Aen. & raptas sine more Sabinas Consessa cavea, &c.

Sabinus, Declamator tempore Senecæ, lepido vir ingenio: cujus meminit Seneca in Declamationibus. ¶ Sabinus Vespasiani frater interfectus à Vitellio, qui Vespasiano res contra Iudæos gerente, post Othonis mortem Capitolium cum arce Iovis occupasset. ¶ Sabinus, sophista, sub Adriano principe scripsit Hagogen ad materias & hypotheses, declamationum libros quatuor: præterea in Thucydidem enarrationem. Suidas. ¶ Sabinus Masurius scripsit Fastorum & memorabilium rerum libros. ¶ Sabinus Syrus, memoranda fortitudinis, qui tempore Titi, primus Hierosolymæ murus ascendit: autor Iosephus lib. 7. cap. 1. ¶ Sabinus Tyro, qui ἀπομνημονεύματα scripsit, id est, de re hortensi libros aliquot conscripsit, teste Plinio, lib. 19. cap. 19.

Sabis, bis, fluvius est Germaniæ, in sinum Perticũ illabens. Autores Ptolemæus, Tab. 6. Asiæ, & Plin. lib. 6. cap. 23.

Sabrinã, pen. prod. Fluvius Britanniæ insulæ, versus Occidentem, in mare labens: cujus meminit Tacitus Annal. lib. 12.

Sabyllus, Vir Gelous, Cleandri tyranni interfector. Autor Herodot. lib. 6.

Sacæ, carum, Scythæ Asiatici populi, Iaxarti fluvio vicini, à Sogdianis Comedorũ montibus divisi, nullas habentes domos, sed nemora & speluncas inhabitantes. Autor Ptolemæus Tabula Asiæ septima. Persæ Scythas omnes uno nomine Sacas appellant: propterea quòd Sacarum gens ex omni Scytharum genere illis proxima sit, illosq; penè solos noverunt. Plin. lib. 6. cap. 17: Ultrà sunt Scytharum populi, Persæ illos Sacas universos appellavere à proxima gente, &c. Olim Bactrianam provinciam occupavêre, & optimam Armeniæ regionem adepti sunt, ut lib. 11. Strabo refert, atq; usq; ad Cappadocas processerunt. Sed quum ex sponsalitia celebrarent, Persarum imperatores eos noctu adorti, funditus delevêre. Hos quidam Sacasenos, σακασηνοὺς, vocant.

Sacciazã, σακκιάζα, Oppidum Africæ propriè dictæ, non procul à Syrtim magnam: cujus meminit Ptolem. lib. 4. cap. 3.

Sacer mons, Trans Anienem fluvium ultra tertium millium appellatur, quem plebs Romana postquam expulsos Reges, quum nexu potentiorum premeretur, secessione facta à Patribus, urbeq; relicta occupavisset, nisi imperatis sua sacra sanctis magistratibus, maximè ad hortante Menenio Agrippa, cum Patribus rediit in gratiam. Ingens, ἱερὸν. Vide Livium libro 2, ab Vrbe.

Sacra via, In urbe Romana vocitata est, quòd in ea fœdus sit inter Romulũ & Tatiũ: sive quòd cõtinuò ea uterẽtur sacerdotes Idulium sacrorum conficiendorũ causã. Ἱερὰ ὁδὸς. Extenditur autem à como regis sacrificuli usq; ad sacellum Syreniæ, & rursus à regia usq; in arcem. Cicero pro Plancio: Eundem augur, si quando (ut fit) actor in turba nõ illum accusa, qui est in summa Sacra via, quum ego ad Fabium Fornicem impellor, sed eum qui in meipsum incurrit atq; incidit. Hanc Horatius Sacrum clivum nuncupavit.

Sacra certamina Græcæ quatuor erant, quæ à Tacito lucra vocantur, ἱεροὶ ἀγῶνες. Olympia, Isthmia, Pythia, & Nemea: de quorum institutione & præmiis abundè multa annotavimus in Adagione CERTAMEN.

Sacrum promontorium, à Ptolemæo appellatur extremum Lusitaniæ promontorium inter Anam & Chalybem fluvios, quod nunc appellant Caput sancti Vincentii, ἱερὸν ἀκρωτήριον.

Sacrani, Populi Italiæ fuerunt Romæ vicini, qui à Corybante quodam Magnæ matris sacerdote ea loca tenente, initium duxerũt. A sacrificando dicti. Corybantium enim erat, Matti dein sacra facere. Servius tamen Ardeates intelligi putat, propter verfactum quod apud eos immolationis genus erat, quo gravibus periculis adducti, vovebant quæcunque proximo vere apud ic animantia nata essent, ic immolaturos. Vide Servium in illud Virg. 7. Aeneid. Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici.

Sadalis, σαδάλις, Vrbs Aegypti. Gentile Sadalites, Steph.

Sadducæi, σαδδουκαῖοι, Iudæorũ factio, qui Sadducæũ quendam magistrum Legis sequentes, neq; resurrectionem credebant, neq; Angelos, neq; spiritus esse.

Sadyates, σαδυάτης, filius Ardyos, filii Gygis, & avus Crœsi, teste Herod. lib. historiar. 1. post patrem regnavit in Lydia.

Sæpinum, pen. prod. σαιπῖνον Ptolemæo oppidum Samnitii, cujus incolæ dicuntur Sæpinates: quos Plinius collocat in quarta regione Italiæ.

Sagæ, Scythæ populi, iidem qui Sacæ, de quibus jam diximus. Autor Pomponius Mela, lib. 3.

Sagãris, σαγάρις, Ptolemæo fluvius est Asiæ, qui ex Dydimõ Galatiæ more nascens, & per Phrygiam, Bithyniamq; flexuoso cursu delatus, tandem influit in Pontum Euxinum. Vide Ptolem. Tab. 1. Asiæ. Ovidius Sagarim effert per tertiam declinationem, libro 4. de Ponto: Huc Lycus, huc Sygaris, Peneusq;, Hypanisq;, Cratesq;. influit, & crebro vortice turbus Halys.

Sagrã, Fluvius est in ora Magnæ Græciæ, non procul à Crotone urbe, apud quẽ Crotoniatæ à Locris maximo prælio fuerunt victi. Cic. 3. de Nat. deor. De Sagrâ Græcorum est vulgare proverbium, qui quæ aliunde, certiora esse dicunt, quam quæ apud Sagram. Vulgò Sagrano in Calabria.

Sagrus, gri, Italiæ fluvius, Pelignos dividens à Ferentanis, & inter Amiternum & Orthium in mare influens. Autor Strabo lib. 5. ¶ Et Sagrus, Aliæ mons, ex Armenia ad Medos, & Adiabenos pertingens, supra Patætacenen & Perthem. Autor Plin. lib. 6. cap. 27.

Saguntus, [Ger. Ein Stadt in Hispanien / heißt jetzt Murviedro, etliche Meylen von Valentz.] Hispaniæ civitas ultra Iberum fluvium, à Zacynthiis condita. Strab. lib. 3: Saguntus (inquit) oecupavit à Zacynthiis condita, quam Annibal cõtra populi Romani fœdera diruens, belli Punici secundi fuit exitus & incendium. Hujus urbis finem cognatæ describit lib. 1. Silius. Meminit cladis Liv. lib. 1. Decad. 3.

Saguntinus, na, num, σαγουντῖνος, ut Vasa Saguntina, quæ maximè commendantur. Martialis: Sume Saguntino pocula facta luto.

Sais, σάϊς, Vrbs est Aegypti, juxta unum ex ostiis Nili, quod ab ea Saiticum dictum est.

Saïtes, vel Saita, σάϊτης, gentile. Cic. 3. de Nat. deor. Secũda Minerva orta Nilo, quam Aegyptii Saïtæ colunt.

Sălă, σάλα, Nomen fluvii in Germania, ut Strab. lib. 7, scribit: inter quem & Rhenum Drusus Augusti privignus domitis jam hostibus victor oppetit. ¶ Et item Sala Mauritaniæ oppidum, ad Occidentem, impositum fluvio ejusdem nominis. Autor Plin. lib. 5. cap. 1.

Salaciam. [Ger. Die Wassergöttin und Frawe Neptuni.] (inquit Festus) antiqui dicebant Deam aquæ, quam putabant salum ciere: hoc est, mare movere. Quo vocabulo Poëtæ pro aquâ usi sunt. Pacuvius: Hinc tæ vitiam salaciæ fugimus. Hæc Festus.

Salambriæ, σαλαμβρίαι, Civitas est Cappadociæ, in Gardauciorũ præfectura, Ptolem. lib. 5. cap. 6.

Sălămis, sive Salamon, pen. corr. genitivo Salaminis, pen. prod. vel Salamina, Salaminæ, Σαλαμίς. Ger. Ein Insel im Egeischen Meer gegen Athen gelegen / heißt jetzt Colonel.] Insula est in sinu Saronico, contra Atticam, urbem habens ejusdem nominis, in qua Telamon regnavit, Aiacis & Teucri pater. Verùm quum Teucer capta jam Troja, in patriã rediret, indignatus Telamon, quòd Ajacis mortem (qui inimicorũ injuriis exagitatus, & in furorẽ conversus, ibi necem intulerat) non vindicasset, eum Salamine expulit. Exclusus itaq; è patria Teucer, in Cyprum navigavit, ubi novam urbem condidit, quã & ipsam relictæ urbis desiderio, Salaminem appellavit. Haec hodie Constantia appellant.

Sălămĭnĭăcus, σαλαμινιακός, Nomen gentile, à Salamine urbe deductum. Cic. pro Archia: Homerũ Colophonii civem esse dicunt suum: Chii suum vendicant: Salaminii repetunt: Smyrnæi verò suum esse confirmant.

Sălămĭnĭus, a, um, pro Salaminiũ trophæum, apud Cic. 1. Tusc. ¶ Salaminiacus, aliud possessivum. Lucan. lib. 5: Vt Salaminiacum meminit mare.

Salanga, σαλάγγα, Mons altissimus, mari imminens, inter Britanniam & Hyperboreum: à Salanga, Ramulani primi habitatoris Hyperboræ sic dictus. Hodie Mons D. Dominici appellatur, à monasterio ibi extructo à Divo Dominico.

Salapia, Vrbs est Apuliæ Daunorum, meretricio Annibalis amore nobilitata, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 11.

Sālāriā vīa, Sa dicta est quæ ex Vrbe per Anienis pontem ducebat in Sabinos, Nam per eam Sabini sal à mari deferebant. Plin. lib 31. cap. 7. Sicut apparet ex nomine Salariæ viæ: quoniam illâ sal in Sabinos portari consueverat. Varr. lib. 5. de Re rust. cap. 2. Nostri maiores per meæ fundum in Sabinis, qui est ad quartum & vigesimum lapidem via Salaria à Roma.

Sālāssi, apud Ptolemæum lib. 3. Populi sunt sub Insubribus: hodie Marchesi Saluzzo.

Sālde, colonia, Mauritaniæ Cæsariensis urbs, apud Plin. lib. 5. cap. 2. & Ptol. lib. 4. cap. 2. Creditur esse ea, quā vulgò Algieri vocant, regnō Ariadeni Barbarossæ, Turcicæ classis præfecti.

Sālentīni, Populi sunt in finibus Italiæ, proximam Apuliæ peninsulam incolentes, quæ est inter Tarentinum sinum, & lauces Adriaticæ protensa, circa Brundusium, & Rudias, in latum stadia circiter trecenta. Salentini autem dicti putantur à Salentino promontorio, in extremis ejus peninsulæ finibus situ: quod & Ἀκρωτήριον appellant. Festus tamen à solo dictos mavult, fortassis ob id, quod penè circumquaq; mari ambiantur, tenui tantum istmo continenti annexi. Ortos autem putat à Cretensibus, & Illyricis, qui societate cum Locrensibus iuncta, in his locis consederunt.

Sālentīnum, pen. prod. Ptolemæo, Promontorium est extremum totius Italiæ, quo illa quàm longissimè in mare excurrit: quod alio nomine Ἀκρωτήριον Græci dicunt. Vide Plin. lib. 3 cap. 11.

Sāle, Stagnum est Mœoniæ, eodem in loco in quo olim Sipylum, totius regionis caput, terræ hiatu defecit. Autor Plin. lib. 5 cap. 29.

Sālernum, Picentinorum oppidum in Italia, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Salia, Fluvius est Hispaniæ ad oram Britannici maris, à quo Salenī accolæ dicti, quos Salinos Ptolem. lib. 2. cap. 6. nominat. Is exist. mat Hermolaus.

Sālii, orum, Germaniæ populi, qui & Franci dicuntur, ejus regionis accolæ, quæ vulgò Francovia vocatur. Ammianus Marcellinus lib. 17. de Constantino loquens: Quibus, inquit, parata, pene primos omnium Francos, eos videntes, quos consuetudo Salios appellavit. Andreas Althamerus in Tacitum suspicatur ita fuisse nuncupatos ab Sala fluvio. Francia enim ista Orientalis irrigatur flumnibus Mœno, Radantia, Acelo, Sala, Sinna, & Tubero. Hi Gallis expulsis, eorum sedes occupavere, Franciamq; de suo nomine appellarunt. ¶ Abbas Salisburgensis putat Alcuinus legem Salicam nomen duxisse, quasi dicat Franciam.

Sālii, [Ger. die Hüpffen Mars so umb die Stadt tantzeten.] Sacerdotes Martis sic dicti, quòd in portandis Ancilibus saltare eos mos esset. Virg. 8. Aeneid. Hic exultantes Salios, nudosq; Lupercos, Lanigerosq; apices, & lapsa Ancilia cœlo Extuderat. Liv. lib. 1. ab Vrbe: Numa item Salios duodecim Martio Gradivo legit, tunicaq; picta insigne dedit, & tuperes tunicam æneū pectori tegmen, cœlestiaq; arma, quæ Ancilia appellantur, ferre, ac per urbem ire, canēsque carmina cum tripudiis, solenniq; saltatu iussit. Cic. 3. de Oratore: Non neglecta, ut mihi videntur, à Numa rege doctissimo, maioribusq; nostris, ut epularum jocundarum fides, ac tibiæ, Saliorumq; versus indicant. ¶ Vocātur etiam Salisubsuli à Catullo Epigr. 17. ad Colonīā: Sed tibi bonus ex tua pons libidine fiat, In quo vel Salisubsuli sacra suscipiunto.

Sālīāris, Salare, [Pol. Cygni ἀποκλαγμός.] Quod ad Salios pertinet: Vnde Salares cœnæ appellatæ sunt, quas Salii faciebant amplissimo apparatu. Ex quo opiparæ, ac copiosæ cœnæ Saliares dicuntur. Dapes saliares, Horat. 1. Carm. Ode 37. nūc Saliaribus Ornate pulvinar deorum tempus erat dapibus sodales. Carmen saliare Numæ, Horat. 2. Epist. 1.

Salicippium, Sic dictus Calvus orator, qui cùm vidisset (inquit Senecā 4. Controversiarum) à clientibus Catonis rei sui Pollionem Asinium circumventum in foro, imposuit suprā cippum jussit: erat enim parvulus statura, propter quod etiam Catullus in Hendecasyllabis vocat illū Salicippum disertum. Catullus:

Risi nescio quem modo in corona,
Qui cum mirificè, Vatiniana
Meus crimina Calvus explicaret,
Admirans ait hæc manus quæ tollens
Dii magni Salicippium disertum.

Salinæ, arum, Vrbs Siciliæ, juxta Lilybæum, palmis abundās. Sunt & aliæ non paucæ ejusdem nominis urbes à talibus fontibus nomen sortitæ, inter quas minimè convenit præterire quę apud Sequanos visuntur, & structuræ genere, & salis proventu adeò admirandæ, ut nō immeritò octavum hi locum inter orbis miracula pollicentur vendicare.

Sālinātor, ōris, Dictus est M. Livius Claudii Neronis in Consulatu collega, propter vectigal, quod novū ex falsa nonnos commentus etiam Censura.

Salisii, Populi Alpini, Baiis, Helvetiisq; finitimi, quos Cato Taurisci gentis esse arbitratur.

Sāluncantus portus, Maritimum Galliæ Celticæ oppidum ea in parte qua Britanniam insulam spectat. Autor Ptolemæus lib. 2. cap. 8.

Sallustius Crispus, Nobilis historicus, atq; adeò, Marte ipse, totius Historiæ princeps fuit, Ciceronis contaurus, cujus acerrimus fuit inimicus, at ex utriusq; invectivis constat. Vide CRISPVS.

Salmantica, Ptolem. li. 2. cap. 5 oppidum est in Orientali tractu Lusitaniæ, in Hispania Vettonum. Vulgò Salamanca.

Sālmācis. [Ger. Ein Brunnen in Sancte Caria.] Fons in Caria, juxta Halicarnassum, quo veteres credidērunt lavantiū corpora effeminari. Ovid. 15. Metam. Cui non audita est obscœnæ Salmacis undæ? Strabo lib. 14: Salmacis fons nescio quam ob rem calumniatus, tanquam emolliens eos qui inde bibant. Hominum enim mollities non videtur ab aere, vel ab aqua proficisci, quam ea minimè de causa mollitiei, sed divitiæ, & victus incontinentia.

Sālmācīdēs, da, dum, denominativum à nomine Salmacis: ut Salmacida spolia apud Cic. ex Ennio. Plin. lib. 31. cap. 5: Nam nitrosas, atq; Salmacidas & fœculentas in desertis, Rubrum mare perennes, addita polenta, utiles intra duas horas faciūt: quo tamen in loco nonnulli negant Salmacidas, putantq; Salmacidas aquas dici, quæ salis saporem referunt.

Sālmonēus, Aeoli filius fuit, & rex Elidis, qui quū divinos sibi honores petulantiùs quæreret, tovemq; fracto æreo ponte, tonando, & jaculandis fulminibus imitaretur, ab eo tuiminatus, ad inferos detrusus est. Vide Servium in illud Virgilii Aen. Vidi & crudelis dantem Salmonea pœnas, Dum flammas Iovis, & sonitus imitatur Olympi.

Sālmōnīs, Salmonidos, Filia Salmonei: id est, Tyro. Propertius lib. 1: Nun sic Aemonio Salmonida mixtus Enipeo Thracius, &c.

Sālo, Salonis, Fluvius est apud Celtiberos, non procul à Bilbili oppido, optima terri temperatura nobili. Martial. lib. 10. Autiferumq; lagum Salonis pratumq; Salonem.

Sālomon, live ut alii malunt, Solomon, Nomen sapientis illius Iudæorum Regis: quod si interpreteris, Pacificus sonat. Filius fuit Davidis ex Bersabea, qui patri in regno successit, Deoq; optimo maximo templum primus ædificavit.

Sālōmonīus, Salomonis, Salomonē, potissimum: ut templum Salomonium apud Lactantium.

Salon, Regio Bithyniæ, pascendis bobus idonea. Vide & Saloncnsis taleus, Ἀλωνικὸς Strabonī lib. 12. Vulgò Xalon.

Salonæ, Salonarum, Stephano, Vrbs Dalmatiæ, olim capta ab Asinio Pollione, à qua & sibi suum Saloninū appellavit. Lucanus: Quà maris Adriatici longas ferit ora Salonas.

Saloninus, pen. prod. Pollionis filius, sic dictus à captis à patre Salonis Dalmatiæ civitate, autore Servio. Asinius Pollio, eo quòd, ductor Germanici exercitus, quum post captas Salonas Dalmatiæ civitate, primò meruisset lauream, post etiam Consulatum adeptus fuisset, eodem anno suscepit filium quem à capta civitate, Saloninum vocavit: cui nunc Virgilius Genethliacon dicit. Hunc coelat natum rīdēre sīatim: quod parentibus vinē fuit infœlicitatis: nam ipsum puerum inter ipsa primordia perisse manifestum est.

Sālpiæ, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Apulorum urbs in lonio pelago. Salapia Plinio.

Salpinā, Palus in Apulia, juxta Salpiam civitatem meretricio amore Annibalis insignem. Lucanus lib. 5: Quos recepit Salpina palus.

Sālsūlæ pen. prod. Fons in finibus Narbonensis Galliæ, aquis salsis fluens, circa arcem Hispanorū munitissimam, quæ vulgò Sauſe dicitur.

Sālsīnæ, Populi sunt juxta Pontum Euxinum, postea Σαυρομάται a tenuitate victus appellati.

Sāltuāres insulæ. In Nymphæo sitæ sunt: ita dictæ quòd ad ictus saltantium moventur. Plin. lib. 2. cap. 95. Sunt & in Nymphæo parvæ insulæ, Saltuares dictæ: quoniam in symphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum moveantur.

Salvia mater Apuleii. ¶ Vti & Salvia, Thracensium oppidū, in quinta regione Italiæ: de quo Plin. lib. 3. cap. 23.

Salyes, Salyum, [Strabonī & Ptolemæo. Ger. Die Völcker Ligurier Volkhumbs in der Provintz.] Populi sunt Narbonensis Galliæ, Liguribus finitimi. Plinius tamen Salyos vocat, Ligures eos adscribens, Ligurum celeberrimi ultra Alpes Salyi.

Samaria, [שמרון Shomeron, Στρατοπεδεία Stephano. Ger. Die Hauptstatt der zehen Stammen Israelis.] Palestinæ regio est, Galilææ & Iudææ conterminа: oppida habens Neapolim, Antea Mamortham, Sebasten, & Gamalam. Vide Plin. lib. 5. cap. 14. Stephano item Samaria, regionis hujus urbs est, eadem cum ea quæ postea Neapolis est appellata. ¶ Gentilia sunt, Samaritica, & Samaritanus, Σαμαρείτης, Σαμαρίτις.

Samarobrivā,

Samarobrini, Hæc gens populi in Gallia inter Belgas, apud quos Cæsar Gallorum concilium indixit. Horum civitas est Samarobrina, à Samara amne nomē habens. Hanc Camaracēsem esse urbem nōnulli autumant, quā Scaldis fluvius interfluit. Vulgò Cambray. Constantior tamen opinio est, urbem esse Noviodunō vicinam, quam vulgò Sancti Quintini dicunt. Hanc enim præterfluit Samara fluvius.

Sambicus, Famosi facti cognomen, qui cum Dianæ Ephesiæ templum aliquoties expilasset, tandem deprehensus, annum perpetuū in quæstione, tormentis q; habitus, miserrimo mortis genere excarnificatus, facile gr. pœnas fuit. ¶ Hinc factus est locus proverbio, ut Sambico graviora pati dicamus, quem figuratiore volumus exquisitissimo tormentī genere excruciari.

Same, es, Insula ante sinum Ambracium, quæ & Samos, & Cephalenia dicitur. Item oppidum ejusdem insulæ, à Romanis diruta. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Samnites, pen. prod. Vulgò Abruzzo, Populi in Samnio, quod nunc Apulorum vacamus quæ regio est habita inter Picenum, Campaniam, & Apuliam. Urbes in ea sunt, Adria, Aquala, Amiternum, Sulmo, Ottona, Arpinum, Aquinum, Arina, Beneventum, Cortinium. Idem & Sabelli nuncupantur, nomine per diminutionem à Sabinis deducto, teste Strabone lib. 5. Ferunt enim, Sabinos, quum adversus Umbros bellum gererent, Marti votum fecisse, si victoria patrarent, se illi consecraturos quicquid eo anno apud ipsos nasceretur. Quare quum res bene gesta in patriam redissent, cùm reliquum anni tonus proventum, tum etiam filios eo anno natos Marti consecrasse. Quos deinde, qui adolevissent, duce Tauro in Campaniam ad sedes novas quærendas emiserunt: ubi nullo propemodum negotio ejectis Opicis, sedes suas collocarūt: originisq; suæ memores, Sabellos sese, quasi Sabinorum sobolem appellarunt. Hi gravissima olim bella cum Romanis vario eventu gesserunt. Sp. Posthumium Consulem, cum collegæ, totoq; exercitu ad Furcas Caudinas loco angusto circumventus, ex fœdere sub jugum misisset: quam tamen ignominiam Romani nō ita multo pòst magna illorum clade delevērunt. Samnitibus vicissim sub jugum missis. Postea quum sæpius rebellassent, tandem à L. Sylla Dictatore multis præliis fracti, quum ne sic quidem jugum ferre pătiens, funditùs sunt eversi.

Samonium, Cretæ insulæ promontorium, Rhodo adversum, sicut contrario littore Cycenas versus ἀφ' ἑσπέρου promunt. Autor Pomp. Mela, lib. 2.

Samos, ου, ὁ: Vulgò Samo. Nomen duarum insularum: quarum altera longè jacet ab egregiæ Ephesi, ambitu LXXXVII. M passuum. Junoni dicatissima, quòd in ea nata fuerit, & educata, & Jovi nupta. Scribit Varro, Samon priùs Parthenian nominatam, idq; antiquissimum fuisse Junonis templum, & simulacrum in habitu nubentis figuratum: ubi & sacra ejus anniversaria singulorum more celebrabantur. In ea Pythagoras quoque philosophus ortum habuit, necnon & una ex sibyllis, quæ inde Samia dicta est, quam ferunt de Christo prædixisse: Τὸ σὸν ἔσται ΙΥΔΑΙΕ Δ Deum tuum non agnoscentes, Judæi, lapidem mortalium manibus: sed & ipsum cernentes, horridumque sē mactantes. Fiebant etiam in ea vasa fictilia egregiè ex terra ethica, quæ Samia vocabantur. ¶ Altera ejus est regione Æpitis, non procul à sinu Ambracio, quæ & Cephalenia dicitur. De hac intelligendum est illud Suetonii in Augusto: Ab Actio quum in Samum insulam se in hyberna recepisset. Est enim hæc insula brevissimo maris spatio ab Actio diremta. Eodem spectat & illud Homeri, Odyss. lib. 14. Ἠ ὑπὲρ ἠπείρου Ἰθάκης, Σάμης τε διὰ Ζακύνθου. Virg. 3. Æneid. Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos, Dulichiúsq; Same, & Neritos arduus saxis. ¶ Fuit & Samos, sive Same, oppidi nomen in eadē insula à Romanis diruta. Strab. lib. 10. Quoniam quum Insula sit tetrapolis id est, quatuor habeat urbes, ex iis una est quæ Samus, sive Same dicitur, unoq; usitato vocabulo, ipsi etiam insulæ communi. Et paulò pòst: De Cephalenia verò quæ est tetrapolis id est, civitates habet quaternas, neq; hujus temporis nomine dixi, neq; ulla de civitate, una tantùm excepta sive Same, sive Samo: quod oppidum hodie delectum prorsus est. Plin. lib. 4. cap. 12. Cephalenia quondā Melœna dicta, XI. M pass. abest circuitu patet XLIIII. Same diruta à Romanis, adhuc tamē oppidatim habet. Ex his satis constat variam eorū esse differentiā, qui insulam Samon urbē vergi, Samo dicendam contendunt. ¶ Ab hac Same deducitur gentile Samæus, σαμαῖος, quam à Samo Ioniæ insula, Samius deducatur. ¶ Est & Samus, cognomēto Thracia, quæ & Samothracia dicitur de qua vide paulò pòst suo loco.

Samius, a, um, σάμιος, Quod est ex Samo insula: ut Pythagoras Samius. Vas Samium. Plautus Captivis: Samia vasis utitur. Cicero pro Murena: Atq; ille gravi lectulos expostit vasa Samia. Ausonius de Agathocle: Fictilibus cœnasse ferunt Agathoclea Regem, Atq; abacum Samio sæpè onerasse luto. Pro eodem dicimus & Samium absolutè. Cic. 6. de Repub. ut citat Nonius: Munera Pontificum dius immortalibus grata sine Samio. Autor ad Herennium, lib. 4. Nus Samis delectabimur.

Samsilos, a, um, diminutivum: ut Samiolum poterium. Plautus Sticho: Iste locus Bubustinos nostro samiolo poterio, tremens vivimus.

Samosata, famosiæ, σαμόσατα, Vrbs Comagenes ad Euphratem, Luciani Sophistæ patria, stagnū habens unum quendam gignens, quam mahlam illi appellant: cujus tam admirabilis est natura, ut aqua accendatur, nec nisi terra restinguatur. Hoc limo Samosatæ urbem suam Lucullo oppugnante defenderunt, hostes undā cum armis exurentes, ut est autor Plin. lib. 2. cap. 107.

Samothracia, sive Samothrace, σαμοθρᾴκη Stephano, Samothracide, Insula est maris Ægæi, Thraciæ adjacens, ea in parte qua Hebrus in mare influit. Olim Dardania dicta, à Dardano quodam Trajano, qui Palladium secum ferens: eō tradītur confugisse. ¶ Gentilia sunt Samothrax, & Samothracius. Virgil. 3. Aeneid. Threiciamq; Samum quæ nunc Samothracia fertur.

Sanates, Dicti sunt qui infra, supraq; Romam habitaverunt: quod nomen illi antiquitus quum defecissent à Romanis, brevi pòst redierunt in amicitiam, quasi pòst sanata mente. Itaque in XII. Tabulis cautum est: ut iidem juris esset Sanatibus quod fortibus: eā, bonis, & qui nunquā defecerant à pop. Roma. Hæc Festus.

Sanaus, Phrygiæ oppidum Apolloniæ metropolis, teste Strabone lib. 12. Ptolemæus Σανία appellat.

Sancus, Dei nomen quoddam, cujus meminit Ovid. Quæreham notas Sanco: Fabiumne referam, An tibi Semo pater. Intelligo autem Varronem de ling. Lat. hunc deum idem esse, qui alio vocabulo dicitur Dius fidius à Latinis & à Græcis Hercules. Putabant, inquit, Sanctum à Sabina lingua, & Herculem à Græca.

Sandaliotis, σανδαλιῶτις, Sardinia insula denominata est, ab effigie sandalii: hoc est, solæ: unde & nōnulli Ichnusam, ἰχνοῦσσαν vocant, à similitudine vestigii, quod Græci ἴχνος dicunt. Plin. lib. 3. cap. 7. Sardiniam ipsam Timæus Sandaliotin appellavit ab effigie solæ, Mythius Ichnusam à similitudine vestigii. Vulgò Sardegna.

Sandanis, Virtutis quidam Lydus, qui frustra Crœso suadere conatus est ne bellum Persis inferret. Herod. lib. 1.

Sanea, σανία, Vrbs Indiæ gentile, Saneus, Steph.

Sangā, σάγγα, Castrorum flavius, in Hispania citeriore. Plin. lib. 3. cap. 20. ¶ Sanga præterea est fœminino apud Tercentum in Ferouch.

Sangarius, σαγγάριος: Vulgò Zagari. Fluvius est Asiæ, alio nomine Cotaius dictus in Dindymo monte nascens, & per Phrygiam, Bithyniamq; in Pontum illabens. Vide Plin. lib. 6. cap. 1. Ptolemæus Sagarium appellat, Ovidius Sagarim. Vide supra suo loco.

Sannius, Quod hic pro Asiæ quodam lacu corruptè legebatur, vide SINNAVS.

Santones, & Santoni, pen. corr. [σάντονες. Ger. Völcker in Sangestram: ligt Xaintonge.] Populi quidam Galliæ Aquitanicæ, non longè à Tolosatium finibus, quæ civitas est in provincia Romanorum, ut Cæsar lib. 1. Commentariorum scribit. Lucanus lib. 1: gaudetq; immoto Santonus hoste.

Santonicus, a, um, adject. Juven. Satyr. 6: Tempora Santonicā velas adoperta cucullo. Sunt qui scribant Xantonica cum x in prima syllaba, non cum s.

Santonum portus, Galliæ urbs est ad Oceanum, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 7. [Vulgò la Rochelle. Ger. Ein Meerhafen in Gascogen.]

Sapæi, σάπαιοι, Thraciæ populi sunt ad Nestum amnem, quorū meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Sapires, pen. prod. σάπειρες Steph. Populi in Ponti mediterraneis, qui & Sabires, σάβειρες dicuntur. Meminit Livius & Orpheus in Argonauticis.

Sapis, Fluvius Italiæ in Flaminia prope Cesenam urbem, autor est Plin. lib. 3. cap. 15. ¶ Est & Sapis Galliæ Cisalpinæ fluvius Senogalliam urbem subterlabens, juxta quam & Isaurus fluit. Lucan. lib. 2: Crustuminumq; rapax, & pinifer Sapis Isauro. Vulgò Alla in marca de Ancona.

Sappho, σαπφώ, Insignis poëtria fuit carminis invētrix, quod ab ea Sapphicum appellatur. Ferunt nonnulli fuisse duas hoc nomine: quarum una Eresia, quæ & antiquior, Lyrica, qua tempestate Alcæus claruit, Terpichorus, & Pittacus, tempore Tarquinii Prisci. Ea plectrum primā invenit. Scripsit Lyricos modulos, Epigrammata, Elegidia, Iambos, & Monades. Altera Mityle-

ta Milesiaca, longè junior, cujus pulcherrimum opus ad amicum Phaonem est. Scripsit & alia multa apud Græcos, ut merito nona inter Lyricos poëtas annumeretur. Antipater autem Sidonius sic de ea scribit: Μουσομάκαρ τὸ γένος, &c. Id est, Musarum semper Sapphonem matrem Musarum cupit Jupiter, quando audit virginis cælonam. Sappho: Nunquid decimam Musam habent mortales?

Sarices, Ptolemæo lib. 6. cap. 2. Oppidum in Mediterraneis Medicæ. & Geo. lib. 5. cap. 10 Sarace civitas in Colchide.

Sarisses, Popul. Vide SARASYTES.

Sardanapălus, pen. prod. [σαρδαναπάλου. Ger. Der letzte König der Assyrer. Sardanapalus mancipiorum regem.] Vitimus Assyriarum rex, à Nino, omnis libidinis, mollitiæq; genere effœminatus, simulacrò se non erubuit inter feminarum greges sedere, & mulieben habitu feminas omnes lasciviæ antire. Quamobrè indignati Assyrii tali fœminæ parere, duce Arbace defecerunt, bellū Sardanapalo intulerunt. Qui victus in regiam se recepit, & exuvias, & atque divitias in incendium misit. Ovid. in Ibin: Inq; parem secum, charissima corpora rerum, Quam finem vitæ Sardanapalus habet. Ejus epitaphium refert Cic. lib. 5. Tusc. quæst. Quomodo igitur (quæsit) secunda vita potest esse, à qua abest prudentia, abest moderatio? Ex quo Sardanapali opulentissimi Syriæ regis error agnoscitur, qui incidi jussit in busto: Hæc habeo quæ edi, quæque exercitatus libido Hausit: at illa jacent multa & præclara relicta. Quid aliud sinquit Aristoteles) in bonis, non in regis sepulcro imbibere? Hæc ille sæpe mortuum dicit quæ ne vivus quidem diutiùs habebat, quàm fruebatur. Suidas refert in Nino monumentum habuisse, cui hæc fuerint inscripta: Σαρδανάπαλος Ἀνακυνδαράξεω παῖς ἀγχίαλον, &c. Id est, Sardanapalus Anacyndaraxis filius Anchialen & Tarson uno die extruxit: Tu autem ô hospes, ede, bibe, lude, cum cætera mortalium omnia non sint cōferenda. Vide plura de hoc apud Justinum lib. 9. & Diodorum Siculum Bibliothecæ lib. 8.

Sardemilos. Tum mons promontorii est quod inter Lycium & Pamphylium in pelagus immittit. Meminit ejus cap. 27. libri 5. Plinius.

Sardĭānus, adj. privum. Vide SARDUS.

Sardinia, [σαρδὼ Stephano: Vulgo *Sardigna*. Ger. Ein grosse und berümete Insel im Mittelmeer: heisst jetzt Sardigna.] Insula est, teste Sallustio, in mari Libyco: ita dicta à Sardo Herculis filio (Ticer. Silius lib. 12. & Solinus scribunt) qui è Libya veniens, cum multitudine colonorum insulam occupavit: qui antea Sandaliotis appellabatur, ab effigie soleæ, quem Græci σανδάλιον vocant: & Ichnusa, à similitudine vestigii: quòd Græcè dicitur ἴχνος. Hujus latitudo est millium passuū nongentorum octo, longitudo ducentorum viginti: quanquam alii stadia multa adjiciant. Habet hæc insula à Septentrione montes editissimos, qui prohibent quo minus à Borea possit perflari, quò fit ut aëris pestilentia maximè sit obnoxia. Quo nomine etiam olim tam male audivit, ut M. Cicer. Quintū fratrem moneat, etiam tum cum optimè valeret, memenisse eum debere in Sardinia ipsum esse. & alibi: Tigellam quendam Sardum hominem esse ait parsimonia sua pestilentiorem Marrucinis quoq; Sardiniam Tyrum, tanquam in uberrimo loco pestilentiam opponit. Nullo (inquit) fato loco possis excludere, quò mors Veneris in medio Tyrrheno Sardiniæ cū. Murem in ea natura nequaquam pinguem, neq; serpentē reperiri. Habet civitates multas, seu oppida: præclarissima Calaris est, ubi coralliorū pisciatio est. In qua divi Augusti ossa grandia cōquirēte, quod ab Hellene rege Poetam nata fuisse fama fert, Heleniam appellabant: ab Iolensibus, quā Hercules perditissimè amans in hanc insulam Pœni occupavere, tum à Romanis expulsi primo bello Punico, tandem amisere. ¶ Est & Sardinia pistes genus, ad condimenta & fulmuras aptæ, apud Italos plurimus. [σαρδὼ ἡ νῆσος. Gall. *Sardoë, sardine.* Ital. *Pesce sardella.* Hisp. *Sardina.*] Col. lib. 8. cap. 17: Tabentes halculas, & cibum exitum chalcidem, putrem q; lardiant.

Sardi, fardarum, σαρδόνιοι, Sardiniæ incolæ, qui ob insignē vilitatem, pro utraq; in proverbium abierunt. Cicer. lib. 4. Epist. Habet Sardos vænales, alium alio nequiorem.

Sardoforenses, σαρδοφόροι. Qui alimentè ergo negotiationis gratia, animi ve ob cansam in Sardinia vectantur.

Sarcofar, fardos, fardorum, σαρδόνυξ, Pellis fissilium à Sardinia. Ovid. lib. 4. Fast. Sardoaq; regna Libyes Respicit à remis. Herbæ Sardoæ. Virg. 7. Aeneid. Imò ego Sardoas videar tibi amarus herbas.

Sardis, [σάρδεις Stephano Ger. Die Statt in Lydia am Berg Tmolo.] tantùm plurali. Vibs Lydiæ magnæ, ad latus Tmoli montis sita, olim Cræsi regia. Horat. 1. Epist. Quid concinna Samos, quid Cressa ferax, Sardisve Tenebit augustè nominatīvum & accusativum in is producit, quomodo Trallis, & Syracusis. Ex Sardibus fuere duo Dionysii oratores, quorum junior Strabonis amicus fuit, & historias scripsit, & poëmata. In Sardibus ecclesia fuit una ex septem Asiæ, quarum in hanc memoriam in Apocalypsi.

Sardĭānus, a, um, adjectivum, Sardianæ balanis à Græcis dictæ fuere castaneæ, quòd circa Sardis primùm fuerint inventæ. Vide Plin. lib. 15. cap. 25.

Sardonici, Montes Libyæ, Ptolem. lib. 2. cap. 17.

Sardus, σαρδὼς, Herculis filius, qui adhuc puer ab Iolao cōstitutus tutelæ, fratribus aliquot in Sardiniam insulam pervenit: eamq; quæ antea Sandaliotis, seu Ichnusa vocabatur, à nomine suo Sardiniam credidit appellasse.

Sarepta [צָרְפַת. Ἱερὰ, ἡ νῦν Σάρεπτα. Ex Stephano.] Vibs Phœnices, in qua divinus vates Elias resuscitantem viduam miraculo pavit: scribitur in libris Regum. Meminit ejus & Plin. libro 5. capite 20.

Sărĕptă, ānus, Sareptana, Sareptanum, σαρεπτηνὸς. Sidonius: Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna, Quæq; Sareptano palmine mella bibas.

Sargapises, leges PARGAPISES.

Sarichia, Vibs Cappadociæ, gentile Sarichenus aut Saricheus.

Sarmătæ, [σαυρομάται Stephano. Ger. Die Völcker so jenseit der Donau und der Enzischen und Meotischen Meerbusen in das Mittnächtische gegen / auch weiter über den Fluß Tanais wohnen.] Populi Scythiæ juxta Danubium, in Mæotidem paludem vergentes, qui & Sauromatæ σαυρομάται, dicuntur, & regio eorum Sarmatia, σαυροματία dicitur. Plin. lib. 3: Sauromatas gentes Scythārum Græci vocant, quas *Asmatas* Romani dicunt. Dicti Sauromatæ, ab oculis lacertārum: σαῦρος enim lacerta est, ὤψ oculus. ¶ Nomina diversa habent Sarmatæ, habitant montes & saltus, utuntur plaustris pro domibus pēsentur q; lacte equino. unde quidam eos ἀμολγοὺς hoc est, equarum mulctores alii γαλακτοφάγους: hoc est, lacte vescentes appellant. Sunt etiam quidam intimi habitantes, qui sanguinem equinum lacte mistum potant, quos vocāt Geloonos. Virgilius libro 1. Georgic. Bisaltæ quo more solent, acrisque Gelonus, Quum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum: Et lac concretum cum sanguine potat equino. Item: Sarmatæ alii sunt, qui equino sanguine è cruribus detracto, fatuoq; commisto alantur. Alii etiam qui pro victimis homines immolant. Alii bellorum & cædis amatores: quibus bellantibus nōn est cruoris ejus, quem primùm intercemerint, ex ipsius vulneribus bibere: & ut quisque plures interemerit ita apud eos eximius habetur. ¶ Sunt & in Scythiæ extremis Sarmatæ, qui carne equina vescuntur: alii qui humanæ carnis alimento vitam ducunt, propter quod vocantur Anthropophagi, ἀνθρωποφάγοι: hoc est, ab hominibus edendis. Idem ab usu plaustrorum, Hamaxobitæ Pomponio. Hamaxobii Ptolemæo vocantur. Aur. & argenti, maximarum pellium, ignar., permutatione rerum commercia exercent: atque ob levitatem hyemis demersis in humum sedibus, specus aut subsilia habitant, totum stratchati corpus, & nisi qua vident, etiam ora vestiti. Horum meminerunt Plinius libro 4. capite 12, & Strabo libro 11. ¶ Sunt autem duæ Sarmatiæ secundùm Ptolemæum, quarum una est in Europa, quæ sub libro 3. scribit, à Septentrione Oceano terminatur: ab Occasu parte Germaniæ: à Meridie Hercynio Metanastis. In ea est Olbia, quam nunc Russiam & Tartariam essē credunt. Altera Sarmatia est in Asia (ut idem libro 5 refert) quæ à Septentrione terrā incognita terminatur: ab Occasu Sarmatia Europæ, & Tanai fluvio. In ea sunt Caucasi montes.

Sarmătĭcus, sarmatidis, Patronymicū. Ovidius: Terreat haud manes Sarmatis umbra meos.

Sarmentātus, Nomen proprium Equitis Romani, qui scurrilitate claruit sub Augusto. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. nunc mihi paucis Sarmentī scurræ pugnam, Messiq; Cretæ Musa velim memores.

Sarnus, [σάρνος. Ger. Ein fluß in Campanien der landschaft Italiæ heisset Sarnus.] Fluvius Campaniæ, ortus à Sarno monte, inter Pompejanum agrum, & Salernum, juxta oppidum in Sarni montis radicibus positum. Plinius lib. 3. cap 5: Littore autem hunc Neapolis Chalcidensium, & ipsa Parthenope à tumulo Sirenis appellata. Herculanium, Pompeii, haud procul aspectante monte Vesuvio, alluente verò Sarno amne, ager Nucerinus est. Virg. 7. Aeneid. Sarrastis populos, & quę rigat æquora Sarnus.

Sarōnĭcus sinus, σαρωνικὸς κόλπος, Qui Corinthiacum ilthmū ab Ortu alluit: nam qui eundem alluit ab Occasu, Crissæus, sive Corinthiacus dicitur. Plutarchus 4. cap. 5: Scinis Saronicus olim quorundam memoriter redimitus: unde nomen, ita Græcia antiqua appellante quercum. Multi à Sarone deo marino. Nam

Saronem

Saronem fuiſſe regem, qui illic Argiuæ matinæ regioni imperarit, in Corinthiacis Ioniis Pauſanias.

Sarpedŏn, penultima producta. Sarpedonis, penultima correpta, κατὰ ἀποκοπὴν, teſtè Homero, lib. Iliad. 16. Iouis Filius ex Laodamia Bellerophontis filia: aut, ut Herodotus tradit in Polymnæa, ejuſdem Iouis filius ex Europa, & frater Minois. Hic quum Lyciæ rex eſſet, & in armis strenuus, Priamo suppetias tulit adversus Græcos: cùi quum multa cecidiſſet virtutis ſuæ documenta, tandem à Patroclo eſt interfectus. Corpus autem ejus Iouis juſſu ab Apolline è medio pugnantium ſublatum eſt, & flumine ablutum, ambroſioque reſperſum liquatur, ac regiâ indutum veſte, ad exequendum funus ſuis reſtitutum. Virgil. lib. 1. Aeneid. Sævus ubi Aeacidæ telo jacet Hector, & ingens Sarpedon, ubi tot Simois, &c. ¶ Eſt & Sarpedon, Ciliciæ promontorium, finis aliquando regni Sarpedonis, & quod Ciliciam à Pamphylia diſtinguit. Pomponius Mela lib. 1. in deſcriptione Ciliciæ.

Sarrā. [צֹר, ſor. ſuſſa. German. Die geweyhte Stat Tyrus in Phœnicia gelegen. Volgō Tyrus de Sur.] Nomen civitatis, quæ poſtea Tyrus dicta eſt: à qua Sarranum oſtrum eſt nominatum. Sed id quoq; nomen à piſce quodam accepit, qui illic abundat, & ſarilia lingua vocatur, ex cujus ſanguine tericum in purpuram tingebatur.

Sarranus, Sarrana, Sarranum, σαρρανὸς. Tyrius: unde Sarranæ vestes dictæ ſunt, quæ & oſtrinæ, purpureæ, quòd Sarranæ eſt, Tyri optimè tingerentur. Virg. lib. 2. Georg. & Sarrano dormiat oſtro. Iuvenal. aut picta Sarrana ferentem Ex humeris aulæa togæ.

Sarrucā, σάρρακα, Nomen eſt duarum urbium, quarum una eſt in Media, altera in ſolici Arabia. Vide Ptolem. libro ſexto, capite 2. & 7.

Sarraceni, σαρρακηνοὶ, Populi poſt Nabathæos à Sarraca (ut Stephanus inquit) quæ eſt pars Arabiæ. Plin. lib. 5. cap. 23: Nabathæis Thimaneos junxerunt veteres: nūc ſunt Taveni, Sueleni, Sarraceni, Aracani.

Sarrāles. Populi Campaniæ, Sarno amni vicini: à quo & nomen accepiſſe putantur. Virg. 7. Aeneid. Sarraſtis populos, & quæ rigat æquora Sarnus.

Sarsīnā, pecudis cornua, σαρσίνη. Venus civitas in Aemilia, ex qua Plautus poëta Comicus ortus eſt: unde & Sarſinas appellatus eſt: quamquam à doctis quibuſdam Varchinas nō Sarcinas vocetur. Lactantius abundat, ut teſtatur Silius lib. 8. his Sarſina dives Lactis, &c.

Sāsōn, σάσων. Inſula eſt inter Epirum & Brundūſium, quinque ab utroque millia paſſuum diſtans, ut ait Strab. lib. 6. ¶ Eſt & Fluvius in mare Adriaticum influens: de quo Silius: Adriaci fugit ter inſultas Salonis arenas. Et alibi: Expavit fontius tremefacto littore Saſōn.

Sataguta, σαταγύται, Populi in Scythia Aſiatica, ut lib. 4. teſtatur Herodotus.

Sātarchæ, σατάρχαι, Populi in Scythia Europæa, juxta Meotidem, qui (ut Solinus refert) damnato auri & argenti uſu, ſe à publica avaritia abdicarunt. Horum oppidum fuit Myrmecion, Panticapæum, Theodoſia, Hermiſium, aliaq; nonnulla, quæ vide apud Melam, lib. 2. in deſcriptione Scythiæ Europeæ. Flaccus lib. 6 Argon. Flavictines Satarchæ.

Sātāſpēs, σατάσπης. Vir Achæmenius fuit, Thaſpis filius, qui quum Zopyri filiā violaſſet, & ob eam rem à Xerxe crudeliter mactatus eſſet interceſſione matris, quæ ſibi erat ſoror, impetravit ut in exilium ageretur, donec Aſiam universam ſubtraſſet. Quumq; jam aliquot mentes illa in peregrinatione conſumpſiſſet, navigationis tædio adductus, in Perſidem rediit. Regia; reſalit, ſeſe reliquum itinera confiteere non poſſe, quòd naves à magnetibus retinerētur. Quod quum Xerxes fabuloſum videretur, hortatur, ut antrà ceſſinarat, cruci affixit. Vide Herod. lib. 4.

Sātīcŭli, Populi Campaniæ montibus aſperi, de quibus Virg. 7. Aen. - amoiſque vadoſi Accola Vulturni, pariterque aſperi Sāticulus aſper.

Satræ, Populi Graecorum in Iſtrorum Thraciæ, ut oſtendit Herodotus ſuæ hiſtoriæ lib. 7.

Sāturĭo, ſaturionis, Nomen eſt parāſiti apud Plautum in Perſa, capiendi jocī gratia à cōtrario impoſitum. Solet enim hoc hominum genus perpetuò eſurire, & nunquam ſaturum eſſe. Vnde quum Toxilus ſervus cum Saturionem ſalutaſſet: reſpondet parāſitus: Mendacium æ depoſitum, atq; haud te decet. Nam Eſurio venio, non advenio Saturio.

Sātŭræ paluſq; & Pontina, juxta Circeios fuit, XXIII. olim urbium locus, ut ex Mutiani ſententia tradit Plin. lib. 3. cap. 5: Hac ad viam, utque Appium pertinebat, ubi & navibus trajiciebatur, inter Appi Forum & Anxurem. Virg. 7. Aen. quem Iupiter Anxurus arvis Præſidet, & viridi gaudens Feronia luco. Quo Saturæ jacet atra palus, gelidiſq; per imas Quæritur valles, atq; in mare conditur Vfens.

Sāturnum, ſive Saturcium, σατούρνιον, Vrbs Calabriæ fuit, non longè à Tarento. ¶ Stephanus quoque autor eſt, regionem Tarento vicinam Saturum, ſive (ut alii ſcribit) σατόργιον nominārī. Sunt tamen qui Saturum legant: de quo aliquid ſupra in dictione SATVR.

Sātūrnālis, Saturniana, Saturniānus, poſſeſſivum. Horat. lib. 1. Serm. Sorte Saturnali quo veſtari rura caballo.

Sāturnĭa, σατόρνια, Iani oppidum, à Saturno conditum. Virg. 8. Aen. Hunc Janus pater, hanc Saturnus condidit urbem.

Saturnĭāna colonia, Tuſcorū urbs mediterranea Ptolemæo lib. 3 cap. 1.

Sāturnĭāni. Hæretici à Saturnino quodā nominati, qui mundum ſolos angelos ſeptem, inficio Deo, feciſſe dicebant.

Sāturnīnus, Tribunus plebis fuit ſeditioſus, qui quum permotos ſegib. Rempublicam perturbaret, ſublatis ex Senatus conſulto armis, in Capitolio occiſus eſt à Sicva quodā Quintio, Creatoris ſervo, cui fides & libertas prēmii loco data eſt. Fuerūt multis poſt annis, q à C. Rabirio occiſum dicerit quo nomine ille à T. Labieno in judicio vocatus, & Perduellionis reus factus, à Cicerone defenſus eſt pulcherrima illa oratione, quæ pro Caio Rabirio Poſthumo perduellionis reo inſcribitur.

Sāturnĭus, Mons quondam dicebatur, qui poſtea Tarpeius, deinde & Capitolinus appellatus eſt.

Saturnus. [κρόνος. Ger. Ein Gott Coelum vnd Vesta, ein Vater aller vnd Iouis.] A poëtis fingitur fuiſſe antiquiſſimus deorū, qui ex Ope conjuge genuit Iovem, à quo poſtea cœlo pulſus eſt. A Græcis dicitur κρόνος, quaſi χρόνος: hoc eſt, tempus. A Latinis ante Saturnus, quòd annis ſaturetur, ut ait Cicero de Nat. deor. vel quia ſatio decorandis filiis ſaturavit. Vel ſe enim natos comediſſe fingitur: quia conſumerentur ſatietate temporū ſpatio, antiquiq; priores ſuis ſuccederent. Ovid. Tempus edax rerum, tuque invidioſa vetuſtas, Omnia deſtruitis, vitiataq; dentibus ævi Paulatim lenta conſumitis omnia morte. Sunt qui Saturnū à ſatu deducant: quoniam peritiam rerū, & ſatorum omnium primus edocuiſſe fertur. Quidam ab eo quod Græci σάθιον, membrū virile nominant: propterea quòd patrem pudenda abſcidiſſe, atq; in mare projeciſſe dicitur: unde Venerem procreatā ferunt, quę à ſpuma unde volant Aphrodites nomē acceperit. ¶ Fratrem habuit Titanem majorem natu, qui quū parenti ſuccedere vellet, tam ē animadverteos in utrū, ſorores q; Saturno magis favere, regnū ipſi conceſſit ea tamē lege, ne Saturnus prolem maſculam tolleret, ut regnū ad ſuā proles redīret. Saturnus igitur quū plures liberos devoraſſet, natus eſt gemini Iupiter & Iuno: tum mater Iunonē Saturno oſtendit, Iovem verò cùm nutriendum ablegavit. adhuc infantem Corybantibus, qui cymbalorum, tympanorumque pulſu obſtrepebant, ne pueri vagitus audiretur. Saturno autē, quum ille puerum depoſceret ut eum devoraret, Ops lapidem circumdedit pannis involutum, eumq; partu illo à recēdito ſimulabat: quem ille acceptum ſine mora devoravit. Neptunum quoq; clàm Saturno Ops peperit, quem ſimiliter clàm educari curavit. Terrā rurſus gemmis cincta eſt. Plutonem & Glaucam: ubi natus Glaucæ Saturno oſtendit, Plutonem abſcondit. Verūm detecta tandem fraude, quòd Titan retuliſſet, fratri prolem maſculam, ſuosque ex ea nepotes regni ſucceſſione poſſeſſos eſſe cum filiis, qui Titanes à patre cognominabantur, ſeſe tum adverſus Saturnum ſuſcepiſſe, Iunonēque & Opem ſororem captos, non modò non læſiſſe, à Jove filio devictis Titanibus liberatoſque. Porrò Saturnus ex oraculo edoctus, fore ut à filiis regno pelleretur, quum ab hoc Iove inſidiaſſe ſibi ſentiret, ab eo regno pulſus, in Italiam profugit, ubi à Janum regē Italiæ adiſſe ea pars Italiæ Latium dicta eſt. Hoc regnante aureum fuiſſe fabulantur, rerumque ſua ſponte expertem vomeris & aratri peperiſſe frugis communes, & nullis delignatas finibus agrorum poſſeſſiones fuiſſe.

Sāturnus, a, um, ut pater Saturnius: Deus, Jupiter Saturni filius: Iuno Saturnia dicit. Filia Saturni, σατορνίς. Versus quoq; quos olim Fauni, vatesque canebant, Saturnios antiqui nuncupabant, ut ait Varro.

Saturnālĭa, orum. [κρόνια. Ger. Die Bättag Saturni, ſo man zu Rom gehalten. Wolfhartus. Pol. Neujahrsfeſt.] Feſta ſeptem, ſeu quinq; dierum, mēſe Decembri Saturnio dicata, quibus Romani ſyntheſi veſtē ſumebant, ſervisq; diſcumbentibus inſervichant, muneraq; utro, citroq; mitti, venitique ſalebant. Sueton. in Augu. Saturnalibus, & ſi quando aliàs libuiſſet, modò munera dividebat, modò numos omnis notæ.

Sāturnālĭtĭus, ſaturnalitia, ſaturnalitium. Quod ad Saturnalia pertinet. κρονικός. Martial. lib. 5: Saturnalitiæ Lycidam mihi miſſe ſcribæ. Saturnalitiæ uncēs, apud eundem, lib. 6.

Satyri. Vide in APELL.

Sātyrorum inſulæ, σατύρων νῆσοι. Sunt cōtra tres Indiam extra Gangem ſitę, ſicut Ptol. lib. 7. ſimilesque quas qui habitāt, caudas habere dicuntur, quales Satyris pinguntur.

Sātyrus, Fluvii nomen in Aquitania, cujus meminit Lucanus

lib. 11. tunc ruta Nemetis Qui cenet, & ripas Satyri qua littore curvo. &c.

Savo, onis. Fluvius etiam finibus Campaniæ. Plin. lib. 3. cap. 5.

Savona. Ptolem. lib. 3. cap. 1. Sabbatium, Plin. Sabbatia Pompon. Vrbs Ligusticæ nocissima: Vulgò Savone.

Sauromatæ, penult. cor. [Greek], Populi Septentrionales, qui & Sarmatæ dicuntur: quorum alii Asiani sunt, alii Europæi, Tanai de fluvio diferendi: quibus vide plura supra in dictione SARMATA.

Saxtris. Nobilis statuarius, cujus opera commemorat Plinius lib. 36. cap. 5.

Saus, [Greek] Ptolemæo. German. Die Gaun in Bngeten.] Fluvius est apud Carnos ortum habens, & circa Liburniæ montes, non procul à Tzurono oppido (hodie Adiam Graecam vocant) in Danubium prolabens.

Saxones, [Greek] Illustres Alemaniæ populi, qui Angelę Reginæ suspirio Angliam devicerunt. Hos Ptolemæus non longè à Cimbris in Oceani Septentrionalis littoribus, & paludibus in viis constituit, lib. 2. cap. 11.

Saxum ferratum, & Saxo ferratum, telle Volaterrano. Oppidum in Piceno, ab [illegible] Vmbriæ finibus situm ita appellatum à Ferro, propter fodinas ferrarias, quas eo in loco multas fuisse earum reliquiæ ostendunt. Sentinum, [Greek], à veteribus dicebatur, à Senrino amne juxta mœnia labente, quem nunc quoq; incolæ Sentrino vocant.

S ante C.

Scææ porta, [Greek], Vrbis Trojanæ porta fuit, Fatal. Laomedontis sepulcro nobilitata: ita dicta (ut Grammaticis placet) quòd ad sinistrum: hoc est, Occidentale urbis latus sita esset. In Augurum enim disciplina quæ Ortum ipsi dextra: quæ Occasum sinistra dicuntur. Strabo tamen libro 13. videtur sentire Scææ portæ nomen à Scæis Thraciæ populis sumptum fuisse, cum quibus Trojanos multa nomina communia habuisse ostendit Virgil. 3 Aeneid. & arentem Xanthi cognominat rivum Agnosco, Scææque amplector limina portæ.

Scævõla, [Greek], Quinti Mutii cognomen fuit inde tractum, quòd ex quo in Porsenæ castris dextram exussisset, ejus loco sinistra fuerit usus. [Greek] Graeci enim sinistram vocant. Vnde Scævæ, & per diminutionem Scævolæ dicti sunt, qui sinistra dextræ loco utebantur. [German. Die Sinckhandt.] Aliam hujus nominis causam adducit Varro lib. 6. de lingua Lat. Pueris, inquit, turpicula quædam res in collo suspenditur, ne quid obsit bonæ scævæ, unde Scævola appellatus.

Scalabis, [Greek], Lusitaniæ oppidum, alio nomine Præsidium Julium appellatum, teste Plin. lib. 4. cap. 22. Vulgò Tregillo.

Scaldis. [German. Die Schelde offt Rasin Brabant.] Insignis fluvius est in extimo Germaniæ & Galliæ Belgicæ: quas regiones suo alveo ad Septentrionem disterminat, Antuerpiam, latissimum orbis Christiani emporium alluens, marisque æstum recipiens, & bissenis quotidie horis versus caput recurrens. Plin. lib. 4. cap. 17: A Scalde ad Sequanam Belgica. Ibidem capite decimotertio: Toto autem hoc mari ad Scaldim usque fluvium, Germaniæ accolunt gentes, haud explicabili mentura.

Scamander, [Greek], Fluvius Troiæ, ex Ida monte descendens, quem Hellodus [illegible], id est, divinum Scamandrum appellavit. Antea Xanthus dicebatur: quod & Homerus indicat, qui eum ab hominibus quidem Scamandrum, à diis verò Xanthum vocari ait, suo more vetustiorem appellationem diis, recentiorem hominibus assignans. In hoc fluvio sponsæ jam nuptura lese abluebant, Scamandrum nominatum his verbis invocantes: [Greek]. Qua occasione olim Cimon quidam Atheniensis, cum Calubocs gentis esset puellæ amore teneretur, quæ jam vito desponsata erat, in Scamandri virgultis sese occultavit, caputq; arundine coronavit: quumq; illa exmore averteret, carmenq; solicune caneret, Scamandrum, ut virginitatem suam acciperet, invocans, Cimon è virgultis prosiliens: Ego verò (inquit) accipio lubens, virg; eumque in ripam sustulit ubi & vitium ei obtulit. Vide hac de re plura in Epistol. Aeschinis. ¶ Fuit & Scamander nomen filii Hectoris & Andromaches: quem tamen Trojani Astyanacta: hoc est, civitatis principem vocare meluerunt, Hectoris id honoris monentes, cujus virtute Ilium novem perpetuos annos fortissime erat defensum. Vide Homerum quinto Iliad.

Scamandrii, [Greek], Vrbs parva à portu Ilienſi parum remota. Plin. lib. 4. cap. 19.

Scandinavia. Insula est Oceani Septentrionalis, quam Plin. lib. 4. cap. 13. incomperta magnitudinis esse scribit. Quidam alterum terrarum orbem appellavere: nonnulli etiam Officinam gentium, vel quòd incredibilem mortalium vim, identidem effudisset, quasi quærendas novas sedes orbem peregrantes, cuncta cladibus & vastitate implerunt. Hodie satis constat insulam non esse, sed ad arcum supra Livoniam continenti adhærere. Tenent eam Suedi, Nortvegi, Gothi, innumeræque aliæ barbaræ gentes.

Scipiensili. Inquit Festus, Locus in Macedonia, ubi argentū fodi solebat, à [Greek] fodio. [Polon. Gruben.] Lucret. lib. 6: Qualis expirat Scipensula tussis odores. Rectiùs tamen videtur Scapicula legi posse, Græc. Apud Stephanum enim scribitur [Greek], quanquàm ille in Thracia, nō in Macedonia, eam collocet. Quod discrimen nō est magni momenti: quippe quum ne inter celeberrimos quidem Geographos satis conveniat de Macedoniæ, Thraciæq; terminis, aliis Strymone amne, aliis Nesto eas terminantibus.

Scāptiā. Latī oppidum fuit, teste Plin. lib. 3. cap. 5, à quo Scaptia tribus.

Scardūna, [Greek]. Insula in mari Adriatico, adjacēs Illyrico, teste Ptolemæo, lib. 2. cap. ult. In ea sunt duæ urbes, Collentum & Arba. Vulgò Scardo.

Scārphiē, sive Scarphia, penult. prod. [Greek]. Insula Helladi adjacens, in mari Aegeo, non procul ab Atticis, de qua Plinius lib. 4. cap. 12. Et Scarphia urbs Locrorum Epicnemidiorum, decem stadiis distans à mari, teste Strabone lib. 9. à Stephano Phocidi falsò assignata.

Scaurorum familia Romæ in primis illustris fuit ex qua fuit Marcus Aemylius Scaurus, princeps Senatus, cujus patrem adeò inopem traduntfuisse, ut carbonariam vitæ sustinendæ causa exercere cogeretur. Quumetiam Marcus ipse primum addubitasse ferunt, num ad argentariam sese, an potiùs ad forum & curiam conferret. Verum quum eloquentiæ semper studiosissimus fuisset, foro magis idoneus sibi visus, brevi magnam sibi gloriam peperit. Et cæteros quidem magistratus exordine adeptus, ita eos gessit, ut Consulatu dignissimus videretur. Magnoque; nobilitatis studio Consul factus, Ligures & Carnicos domuit, & de iis triumphavit. Censor deinde creatus, Aemyliam struxit, pontemque Aemylium extruxit. Illum suum, quòd in saltu Tridentino hostibus loco cesserat, in conspectum suum venire vetuit, quòd ram agrè tulit adolescens, ut sibi sponte necem consciscret. Idem in Africam legatus missus, ut Jugurtham ab oppugnatione Cirthę, & obsidione Adherbalis avocaret, quū re infecta redisset, Senatui auctor fuit belli adversus Jugurtham suscipiendi. Quo tamen in bello, quum L. Calpurnii Bestiæ legatus esset, avaritiæ quoq; ejus & rapinarum particeps creditus extitisse: quæres, vitæ antea acta splendori haud exiguam offudit labem. ¶ Scaurus alter, superioris filius, & Syllæ privignus fuit: de cujus Aedilitate sic scribit Plin. libro 36. capite 15. Non patiemur duos Cajos, vel duos Neriones ne hac quidem gloria famæ fruī: coccbimusque etiam insaniam eorum vicissim privatis operibus M. Scauri, cujus aedilis an Aedilitas maximè prostraverit mores civiles, majusque sit Syllæ malum tanta privigni potentia, quàm proscriptio totmillium. Hic fecit in Aedilitate sua opus maximum omnium quæ unquam fuerunt humana manu facta, nō sempiterna mole, verumetiam æternitatis destinatione: Theatrum hoc fuit. Scena ei triplex altitudine [illegible] columnarum, in ea civitate quę sex Hymettias non tulerat sine probro civis amplissimi. Ima pars scenæ è marmore fuit, media è vitro, inaudito etiam postea genere luxurię. Summæ tabulis inauratis columnæ, ut diximus: imæ duodequadragenūm pedum. Signa ærea inter columnas, tria millia numero. Cavea ipsa capit hominum octoginta millia, quum Pompeii amphitheatrum, toties multiplicata urbe, tantoque majore populo, sufficiat largè XL. M. Sed & reliquus apparatus tantus Attalica veste, tabulis pictis, cæteroque choragio fuit, ut in Tusculanam villam repertatis quæ superflebant, quotidiani usus echeia, arenta vitia ab aratis levys concremarentur ad sestertium millies. Hæc Plinius. ¶ Fuit præter hos & Aurelius Scaurus, qui quum legatus adversus Cimbros infeliciter pugnasset, fusa exercitu vivus in hostium manus pervenit. Quumque ab iisdem in consilium adductus, de ratione belli adversus Romanos gerendi interrogaretur, magnoperecis dissuadine Alpes transirent, populum Romanum bello insuperabilem esse affirmavit: quod eius responsum tanta indignatione excepit Boius, hostium copiarum rex, ut protinùs impetu in eum facto, multis vulneribus eum confoderit.

Scenitæ, [Greek]. German. Beide des gluckhafftigen Landes Arabiæ, so under Numa wohnen.] Cognominatæ fuere quidam Arabiæ populi, [Greek], hoc est, à tabernaculis, sive tentoriis in quibus habitant (ut inquit Solinus) ex caprarum pilis contextis. Hi à carnis suillę esu abstinent: totum quidille Arabiæ tractus subus adeò ubertim fert, ut eō abunde invectæ ferum morianture. Plin. lib. 6. cap. 28. Nomades, infelicatoresq; Chaldæorum Scenitæ, vagi & ipsi, sed à tabernaculis cognominatæ, quæ ubicunq; metantur ubilibet.

Scepsis, [Greek]. Stephano, Duorum oppidorum nomen est in Troade, quorum alterū ultra Gebrenem situm erat, ad excelsiorem

fiorem Idæ montis partem, prope Polychnam. Hæc postea, recentiore condita, Palæscepsis dicta est: hoc est, aut quo Scepsis. Altera Scepsis, infra superiorem sita erat stadiis circiter sexaginta, in quam veteris urbis incolæ immigraverunt cultibus & Scamandrio, Hebrone, & Alcanio Æneæ filiis. Hanc non nulli putant Æneæ regiam fuisse, medumque ibi obtinuisse inter regionem Ilii subditam & Lyrnessum. Vide Strabonem libro decimo tertio. Quin ipsa etiam regiuncula urbibus his circumsita, Scepsis appellata est. Plinius libro undecimo, capite 37: Asiæ regio Scepsis appellatur, in qua minimos (repete ex superioribus, Pygmæos) pectori esse tradunt, & inde ad Grues inventa remedia. Ex Scepsi recentiore artium transvectum Demetrius Grammaticus Homericæ Iliadis interpres: & Metrodorus philosophus, & orator de quo nonnulla diximus suo loco.

Schœnus, ἡ, Insula est ex adverso Thesprotiæ, quæ aliis nominibus Phæacia & Corcyra dicitur, Alcinoi hortis celeberrima, olim etiam Drepane appellata. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Schinis, ἡ, Isthmi latronis nomen est, qui circa Isthmi iter, teste Pausania, atrio crudelitatis genere sæviebat. Appreherso enim pedes inter ima flectebat, & quos pugna vicisset, hos alligatos sinebat in aërem effertis: quocirca quum utraque arbori alligata ad se traheret, vinculis, nodus in neutram laxatum partem, sed utrinque pariter convelleret, eveniebat, ut qui alligatus esset, lacerarentur. Eodem pacto ipsum quoque Schinin Theseus delanavit, viamque ex Trœzene Athenas duxit, latronibus infestam, tutam reddidit. Ovid. lib. 7: Occidit ille Schinis, magnis male vinbus usus.

Schistusa, ἡ, Insula una ex Sporadibus. Plinius libro 4. capite 12.

Schœneus, ἡ, Qui & Iasius, rex Arcadiæ fuit, filius Athamantis, & pater Atalantæ, quæ ab ipso Schœneis dicitur. Ovid. Fast. 2: Et tulit Hippomenes Schœneida præmia cursus.

Schœnus, ἡ, Peloponnesi portus est ad finem Sacronici sinus, in ipsis Othryadæ angustiis situs, distans à Cenchreis Corinthiorum navali stadia XLV. ut est autor Strabo libro octavo.

Schœnus, ὁ, [σχοῖνος. Germ. Ein ſtuck rohr bey Athen.] Fluvius est Bœotiæ, per eiusdem nominis oppidum labens, quinquaginta stadiis à Thebis. Autor Strabo, lib. 9.

Sciăpŏdes, sive Sciopodes [σκιαποδες, ἀνεμοποδες. Germ. Ein ſolche leute in Indien, welche ſo groſſe füß haben, daß ſie ſich mit denſelbigen vberſchatten können.] Populi sunt Troglodytis finitimi, (ut ex Ctesiæ traditione tradit Plinius libro septimo, capite secundo,) qui & Monocœli à singulis cruribus sunt appellati, miræ pernicitatis ad saltum. Sciapodes inde dicti, quòd in majore æstu humi jacentes resupini, umbra se pedum protegant.

Scione, Plinius libro 4. cap. 10, Oppidum Macedoniæ in sinu Thermaico.

Sciŏpŏdes, penultima correpta, σκιοπόδες. Monstrosum hominum genus, non procul à Troglodytis, singulis cruribus, miræ pernicitatis ad saltum sic dicti, quòd in majore æstu humi jacentes, σκιὰν μετὰ hoc est, umbra pedis se protegant. August. lib. 16. de Civit. Ferunt esse gentem ubi singula crura in pedibus habent, ne poplite flectum, & sunt mirabilis celeritatis, quos Sciopodas vocant, quòd per æstum in terra jacentes reflexa umbra se pedum protegant.

Scipensula, σκιπενσουλα. Locus est in Macedonia, teste Festo, dictus à σκιπίων id est, effodio. Nam argentum ibi fodi solebat, unde Lucan. Qualis expirat Scipensula fodere duces.

Scipia, Latii oppidum fuit, teste Plin. lib. 3. cap. 5, à quo Scipia tribus.

Sciporia, σκιπορια, Insula in mari Adriatico, adjacens Elyneo, teste Ptolemæo, lib. 2. cap. ult. In ea sunt duæ urbes, Collentum & Arba. Vulgò Sarda.

Sciphea, sive Scaphea, pen. prod. σκιφέα. Insula Helladi adjacens, in mari Ægæo, non procul ab Attica, de qua Plin. lib. 4. cap. 12. Est & Sciphea, urbs Locrorum Epicnemidiorum decem stadiis distans à mari, teste Strabone lib. 9. à Stephano Phocidi falsò assignata.

Scipabis, σκιπαβις, Ptolem. libro 2. capite 5. Lusitaniæ civitas, antè Talum Præsidium, sive Turris Talæ, hodie Torres Vedras: Vulgò Tagus.

Scipiode, [Germ. Die Schelde, iſt ein fluß in Brabant.] Fluvius Galliæ Belgicæ. Plin. lib. 4. cap. 17.

Scipio, cognomen fuit Corneliorum, cui P. Cornelius initium dedit, qui quòd patrem omnibus orbum vice scipionis regeret, primus id cognomen est sortitus, & deinceps ad posteros suos transmisit. ¶ Hujus filius fuit P. Cornelius Scipio, quo cum Imperatore Annibal primùm in Italia ad Trebiam duvum signa contulit: quo in prælio quum ab hostibus circumventus esset, & gravi vulnere fractus: filii virtute periculo est ereptus. Hic postea in Hispaniam missus, quum incautius se periculis offerret, rebus jam multis præclarissimè gestis, cæsum fuisse in acie accubuit. ¶ P. Cornelius Scipio, qui postea Africanus major dictus est, superioris filius fuit, qui ab ipsa fere puerilis ætatis primordio quiddam humano fastigio majus præ se tulit. Quo factum est ut à plerisque divino semine creditus sit adeò provectus. Hic adhuc prætextatus, patrem suscipiens, & ab hostibus ad Trebiam circumventum periculo liberavit, ut jam dictum est. Post Carthaginem autem captam, quum plerique de civitate quæsita urbe cogitarent, strictâ gladio omnes adegit ut jurarent se patriæ defensionem non deserturos. Missus deinde in Africam, tantum terroris Carthaginensibus incussit, ut Annibalem ex Italia ad patriæ defectionem revocarent: cum quo apud Zamam congressus Scipio, ingenti eum clade superavit. Qua clade fractos Pœnos, pacemque petentes, Romano populo tributarios fecit. Cum L. deinde fratre, qui postea dictus est Asiaticus, adversus Antiochum profectus legatus, cura, prudentia, rei militaris industria effecit, ut speciosissimum ille ex Asia triumphum deportaret. Antiocho regionibus omnibus, quæ cis Taurum erat, multato. Provecta deinde ætate, ipsorum æmulorum invidiæ cedens, Linternum se contulit: ubi & sepultus creditur. ¶ Scipio, Suario cognominatus: à simultudine fratris ejusdam negotiatoris, qui ei Romanæ in Tribunatu claritudinis fuit, dignusque prorsus Scipionum familia: verùm adeò pauper, ut funeri impensa deesset. Quapropter populus ultrò contulit, ac funus elocavit: & quæcunque ferebantur, flores è prospectu omni sparsit. Hæc Plin. l. 21. cap. 3. ¶ Scipio Æmylianus, qui & Africanus minor, ab Africani majoris filio adoptatus: filius enim erat Pauli Æmylii. Numantiâ everti, in qua expeditione militiæ corruptum disciplinam profligatis scortis restituit. Mutata regum, quæ clàm ab imperatore recipi mos erat, pro tribunali accepit, in tabulasque publicas nomine populi Romani referri jussit, ea fortibus viris pro meritis posse distributurus. Oppidanis pauculis ejectis peperci, quòd citius fugibus consumptis in deditionem venturi essent. Capto oppido, Numantini sese per vias invicem trucidavêre. Factus deinde Consul ante legitimam ætatem, ac Carthaginem missus, eam penitùs fatalibus ideò extermina Catonis qui in senatu prænuntiabat, ostentans ficus, ait: Eo Patres Conscripti, proximo retro triduo Carthagine decerptæ sunt, tam prope domum hostem habemus. ¶ Scipio Nasica, Scipionis, qui unà cum fratre in Hispania cecidit, filius, à Senatu vir optimus judicatus, omniumque dignissimus habitus, qui Matrem deûm tunc primùm advectam hospitio exciperet. Hic quum adversus auspicia Consulem se à Græcino nominatum cognovisset, magistratu se abdicavit, Censorque factus, quas sibi consul quisque in foro per ambitionem posuerat, sustulit. Consul Delminium, Dalmatiæ urbem expugnavit: Imperatoris nomen à militibus, & à Senatu oblatum munificus recusavit. Eloquentia primus, juris consultissimus, ingenio sapientissimus fuit: unde vulgò Corculum dictus. ¶ Scipio, Africani majoris filius, ponitur inter eos apud Valerium, qui à parentibus claris degenerave runt: inter eruditos tamen à Cicerone in Brato his verbis describitur. Scipio Africani, filium habuit illum, qui majorem Scipionem à Paulo adoptavit: qui si corpore valuisset, in primis esset habitus: dicitur tum orationculas, tum historia quædam Græca scripta de Catina. Hæc ille. Plutarchus in Africano, nihil fermè de eo se compertum habere dicit, nisi eum Prætorem getisse, & in ea constequenda à Cincio patris scriba adjutum fuisse.

Scipio, Pompeii Magni socer, post bellum Pharsalicum inter Pompeianos bellum renovantes in Africam se recepit cum reliquis exercitus & Catone duce etiam rege dicito. Qui primò feliciter adversus Cæsarianos quum pugnasset, victus tandem cum exercitu occubuit. Quo tempore Scipionem quendam cognomento Salutionem, è Cornificiorum familia, alioquin virum perfectissimum exercitui quali duci Cæsar præposuit: quòd cognovisset adversarios vetusto quodam cõfidere vaticinio, semper in Africa vincere, fatale Scipionum genti esse. Plutarchus in Cæsare.

Scipiades. Patronymicum pro Scipionibus. Virg. lib. 1. Georg. Scipiadas duros bello, & vs. 10 lem 6 Aeneid. -duo fulmina belli Scipiadas.

Scīron, σκίρων, Latro fuit insignis, qui proximos Megaris scopulos insidens, in viatores prætereuntes nullo non crudelitatis genere sæviebat. Hunc tandem Theseus dicitur occidisse, & ossa ejus in mari sparsisse: quæ Poetæ tabulatum in saxa quædam vomuisse, quæ à nomine ejus Scironia dicuntur. Sunt autem in Attica regione simul cum oppido ejusdem nominis non longè à Megaris juxta mare ita sita, ut transitu non relinquant. Hinc Atheniensis ventū procellosum ab his locis flantem, Scironem appellarunt: quoniam spirat à saxis, quæ Sciron latro tenuit. Hic paulò ab Ægeste deflexus esse dicitur, cui & Olympias vocatur, & à nonnullis Hellespontius. Seneca libro 3.

bro 3. Natur. quæst. Atabulus Apuliam infestat, Calabriam lapix, Athenas Sciron, Galliam Circius.

Scirónĭa saxa, σκιρωνίδες πέτραι. In Attica sunt post Crommyonem, ad eam viam, quæ ab Isthmo Megara ducit: de quibus vide plura in dictione præcedenti.

Scirondria, σκιρωνδρία, Urbs parva à portu Ilensi parùm remota. Plin. lib. 5. cap. 28.

Scirondrinavia, insula est Oceani Septentrionalis, quã Plin. lib. 4. cap. 13. incomperta magnitudinis esse scribit. Quidam alterum terrarũ orbem appellavere, nõnulli etiam Officinam gentium, eò quòd incredibilem mortalium vim idemtidem effuderint, qui ad quærendas novas sedes orbem peragrantes, cuncta cladibus & vastitate implerunt. Hodie satis constat insulam non esse, sed ad ortum supra Livoniam continentia adhærere. Tenent eam Suedi, Norvegi, Gothi, in quorum cruce alix barbaræ gentes. Hodie Scondinavia.

Scodrã, Ptolemæo, lib. 2 cap. 17. Urbs Liburniæ, hodie Scodram vocant suo Venetorum domino. Vulgò Scutari.

Scolus σκῶλος, Pagus est Bœotiæ, non longè à Cithærone, injucundam habens sedem, atq; asperam: unde natum est proverbium. Ad Scolum neq; ipse accedes, neq; alterum comitaberis. Autor Strabo lib. 9.

Scopãs, σκόπας, Nomen insignis statuarii, unius ex iis qui Mausoleum celavit, ut refert Plin. lib. 35. ca. 5. Horat. 4. Carm. Ode 8. Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas.

Scopie, insula est in mari Lycio, apud Plin. lib. 5. cap. 21.

Scopélus, σκόπελος, Insula Aliæ, Troadi adjacens, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 30. & 32.

Scordisci, σκορδίσκοι, Pannoniæ populi, in Montisclaudi fronte, quo monte dividuntur à Tauriscis. Autor Plin. lib. 3. cap. 25.

Scoti. [Germ Die Schoten lateit.] Britanniæ insulæ populi, ab Anglis ad ortum Tueda, ad Occasum Solveo flumine discriminat. Horum olim tanta fuit feritas, ut humanis carnibus vescerentur: quod & ipsum testatur Hieronymus lib. 2. contra Jovinianũ. Quidquid (inquit) loquor de cæteris nationibus, quã ipse adolescentulus in Gallia vidctim Scotos, gentẽ Britannicam, humanis vesci carnibus: Et quã per sylvas porcorum greges, & armentorũ, pecudumq; reperiant, pastorũ nates & fœminarũ papillas solere abscindere, & has solas cborum delicias arbitrari.

Scótĭnã σκοτίνα, Locus est apud Lacedæmonios, densis quercubus umbrosus, in quo Jupiter colebatur cognomento Scotinatis: est autor Pausanias lib. 10.

Scótussa, σκοτοῦσσα, Oppidum est in confinio Macedoniæ, ad Nestum amnem locum habens, quem κυνὸς κεφαλὰς: hoc est, canis capita appellant, in quo Romani & Aetoli T. Quintio duce, Philippum Demetrii filium, Macedoniæ regem in gentis prælio superarunt. Strab. lib. 9.

Scribónĭus Aphrodisæus, Orbilii servus atq; discipulus, mox à Scribonia Libonis filia, quæ priùs Augusti uxor fuerat, redemptus & manumissus. Hujus meminit Tranquillus.

Scrophã Tremellius, Vir Prætorius fuit, Varronis æqualis, quem de familiæ hujus cognominibus inducit loquentem lib. 3. cap. 9. Rei rust. Avus (inquit) meus primò appellatus est Scropha: qui Quæstor quum esset à Licinio Nerva Pretore in Macedoniæ provincia relictus, qui præesset exercitui, dum Prætor reduret: hostes arbitrati occasionẽ se habere victoriæ, impressionem facere cœperunt in castra. Avus quum hortaretur milites ut caperent arma, ac exirent contrà: dixit celeriter se illos, ut scropha porcos, dissecturum: idq; fecit. Nam eo prælio hostes ita fusit, ac fugavit, ut eo Nerva Prætor Imperator sit appellatus: & avus cognomen invenerit ut diceretur Scropha. Itaq; proavus & superiores, ne Tremellius nemo appellatus Scropha. Necminus septimus fuit deinceps Prætorius in gente nostra. Hactenus Varro.

Scurgum, [Germ Vulgò Schurben] Germaniæ urbs, in climate Septentrionali, Ptolemæo autore lib. 2. cap. 11.

Scyathos, Insula est cum oppido in Ægæo mari prope Thraciam, ut scribit Pomponius Mela lib. 2. Vulgò Scato, σκιάθος.

Scylace, σκυλάκη. Urbs citra Cyaneũ, ut inquit Hecataeus Pomponius: Placia & Scylace parvæ Pelasgorum coloniæ.

Scyllã, σκύλλα, Filia fuit Nisi regis Megarensiũ, quæ Minois, patrem hostis amore capta, ut illũ ubi beneficio aliquo demeretur, patrem purpureo capillo, in quo situ erat regni totius fatum, spoliavit, eumq; hosti obtulit, tanquã futuri cõjugii dotem. Verùm quã se ab eo spretam videret, doloris impatientia in Cirim avem commutata est. Nisus aũt in aliã avem sui nominis, quæ veluti tantæ adhuc impietatis pœnas à filia repetens, etiã nunc eam ubiq; infestatur. Videlatius hanc fabulã apud Ovid. lib. 8. Metamorph. Fuit & altera Scylla, Phorci filia, quæ quum marino Deo amaretur neglecta, indignata Circe, quæ Picum miserè deperibat, Scyllam ubi ab illo præsensit, fontem in quo illa lavare solita fuit, noxiis herbis, venenisq; infecit. Cujus rei illa ignara quã lavandi gratia fontẽ ingressa esset, videt inferiorem corporis partem in caninos rictus esse commutatam: quam deformitatem tantoperè exhorruit, ut sese statim in vicinum præcipitaverit freturn: ubi & in saxum mutata fingitur Charybdi exadverso objectum, præternavigantibus vehementer periculosum. [Ger. Ein sorgliche Person der Schiffenten im Sicilischen Meer.] Vide latius hanc fabulam apud Ovid. 14. Metam. 4 Alterum Scylla, genus piscis, quo maximè abundat Liris Campaniæ amnis. Horat. Asserturq; Scylas inter muræna natantes. Martialis: Cæruleus nos Liris amat, quem sylva Maricæ Protegit: hinc scyllæ maximæ turba fumus.

Scyllæum, σκυλλαῖον, Oppidũ fuit in finibus Calabriæ, cujus meminit Strabo lib. 6. Georg. Virg. 3. Aen. abjecto altero l, primam syllabam corripit, quũ ait: Caulonisq; arces, & navifragum Scylaceum. Vulgò Capo de Squillace in Calabria.

Scyllæum, σκύλλαιον, Promontorium Peloponneti, ut Strabo lib. 8. testatur, in sinu Argolico juxta Hermionem, quo Scylla Nisi filia fluctibus ejecta creditur. Vulgò Capro Scilio.

Scyllĭas, σκυλλίας, Herod. lib. 8. vir quidam Scionæus, omnium ea tempestate hominum optimus urinator, qui etiam in naufragio ad Pelium facto, multã pecuniã Persis servavit, multa & sibi lucratus est. Hunc Pausanias Scyllin vocat, qui de eo sic scribit: Scyllis Scionæus homo cum Cyanę filia Clatidis Perficæ, quæ Xerxes Græciæ bellum intulerat, anchoras natando, urinandoq; præcidit ad Pelium montem, & Sepiada Magnesiæq; signum in Apollinis templo positum ab Amphictyonibus (quod erat cõmune Græciæ consilium) à Nerone primo Romanorum tantum latum.

Scyllus, urbs, σκύλλος, Oppidũ Achaiæ, (ut Strabo scribit) quo Xenophon donatus est à Lacedæmoniis.

Scyllúrus, sive potius Scilurus, per i nostrum, penult. prod. σκύλλουρος, Nomen viri proprium, qui (ut Plutarchus autor est) quum relictis moribus filiis obrogata, diem esset obiturus, hastilium falcem cuique obtendens, ut illum confringeret, jubebat. Id autem singulis se posse negantibus, ipse sigillatim edocta hastilia omnia facilè confregit. Ita docens illos, ubi una esse perseverarent, firmos ac potentes fore: imbecillos autem si separarentur, ac dissiderent.

Scyritæ, σκυρῖται. Gentes sunt inter Nomadas Indos, quæ nanum loco foraminatum habent. Plin. lib. 7. cap. 2.

Scyrõs, [σκῦρος. German. Ein Insel im Egeischen Meer eine auß den Cycladibus.] Insula est contra Magnetiam, in mari Ægæo, una ex Cycladibus, Lycomedis Regis patria: ubi Achilles puellari habitu educatur, Deidamiam ejus Regis filiam vitiavit, & ex ea Pyrrhum suscepit, qui ab hac insula, & ipsa Scyrias est appellata. Ovid. lib. 1. de Arte amandi: Scyrias Aemonio victa puella viro. In ea est urbs ejusdem nominis. Patet hæc insula, Plinio teste, longitudine viginti quinque millium passuum, ex qua lapidem integrum fluctuare tradunt, eundẽ comminutum mergi.

Scýrĭus, a, um, prima syllaba prod. σκῦρος, Ovid. Epist. 3: Sæpè malis stupeo rerumque obscura, locique, Ignara tectis Scyria membra manu.

Scythes, σκύθης. Plin. lib. 7. cap. 56. Jovis fuit filius, qui primus arcus, sagittarumq; usum reperisse dicitur.

Scýthĭa, [σκυθία. Ger Ein grosse Landschafft, welche sonsten auch Tartaria genennet wird.] Regio Septentrionalis latissima, in duas divisa partes, Europæam, & Asiaticam: quarum Europæa à Tanaidis ripis per Mæotidis & Ponti Euxini littora, usq; ad Istri ostia expanditur. Asiatica à limitibus oppositorum littorum in Orientem procurrit, Oceano à Septentrione, à Meridie Tauro terminata. Vastusque variæ ac propè innumeræ sunt gentes ad bella magis quam ad ullum humanitatis gradum idoneæ. Hominibus inter se fines nullique neque enim agrum exercent, nec domus illis ulla, ut tectum aut sedes est, armenta, & pecora semper pascentibus, & per incultas solitudines errare solitis. Vxores, liberosque secum in plaustris vehunt, quibus curiis, imbrium, hyemisque cassa tectis, pro domibus utuntur. Justitia gentis ingenita cultu, non legibus. Nullum scelus apud eos facto gravius, quippe sine teste & monumento pecora, & armenta habentibus, quid falsum effect. Si furari liceret? Aurum, & argentum perinde aspernantur, ac reliqui mortales appetunt. Lacte & melle vescuntur. Lanæ usus, ac vestium ignotus. Fe quanquam continuis frigoribus urantur, pellibus tamen ferinis, aut murinis vestiuntur. Hæc continent: illis mores quoque justitiam dedit, nec alienorum concupiscentibus: quippe divitiarum cupido ibi est, ubi & usus. Atque utinam reliquis mortalibus similis moderatio, & abstinentia alieni foret: profectò non bellorum tantum per omnia secula terris omnibus continuatorum nec plus hominum ferrum, & arma, quam naturalis fatorum conditio raperet. Scythæ ab alieno imperio aut intacti, aut invicti manserunt. Darium regem Persarum turpi à Scythia submovere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri Magni ducem cũ copiis universis deleverunt. Romanorum au-

dacis-

divéte, non sensêre arma. Gens & laboribus, & bellis aspera. Vires corporum immensæ. Nostra verò hac ætate coadunato exercitu numerosissimo, & ex bellicosissimo sese ac fortissimis latronem, in vicinum illis Poloniæ regnum excursiones perpetuas faciunt, quos tot annis resistendo & pene quotannis cædendo Polonus bellatisfacere à conspectu suo longè removet: & in vastissimis solitudinibus quasi obligat, nec in Germaniam, quam veluti murus, totamque Christianitatem ab excursione Turcarum, Moscorum, Tartarorum, & cæterorum gentilium, perrumpere patitur. Dicta est autem Scythia, (ut placet Herodoto lib. 4.) à Scytha quodam Herculis ex mulierse semivipera filio, fratre Geloni, & Agathyrsi.

Scythĭcus, a, um, adjectivum. σκυθικὸς, ut arcus Scythicus. Sagittæ Scythicæ. Mores Scythici, Scythicum regimen, Cicer. 5. Tusculan.

Scythă, æ, vel Scythes. [σκύθης. Pol. Tartarus.] Qui ex Scythia est: ut Anacharsis Scythes, apud Cic. 3. Tusc. Sunt autem Scythæ rum alii Europæi: alii Asiatici: de quibus vide suprà latiùs in dictione SCYTHIA.

Scythĭcus, tica, thicum, aliud adjectivum, σκυθικὸς. Virgil. lib. 3. Georg. At non qui Scythicæ gentes, Mæoticaque unda.

Scython, onis, σκύθων, Nomen proprium viri nescio cujus, quem Poëtæ fabulantur pro suo arbitrio modò in fœminam sese commutasse, modò rursus in virilem formam redisse. Ovid. lib 4. Metam.

Quid loquar, quondam naturæ jure novato,
Ambiguus fuerit modò vir, modò fœmina Scython?

Scythŏpŏlis, σκυθόπολις, Vibs est in Decapolitana Syriæ regione, nomen habens a Scythis in eam deductis, quem antea à Liberi patris nutrice ibi sepulta, Nysa diceretur. Autor Plinius libro 5. capite 18. ¶ Scythopolis autem sine aspiratione, Libyæ oppidum est, ut ex Polyhistoris sententia tradit Steph. σκυθόπολις.

Scythŏtaurī, σκυθόταυροι, Populi Scythiæ, Tauricæ regionis juga incolentes, quibus Solinus refert pro hostibus advenas cædere consuevisse. Meminit horum & Plin. lib. 4. cap. 12.

S aure E.

Sebastē, es. [שֹׁמְרוֹן, Shomeron, σεβαστὴ.] Samariæ oppidum, ab Herode instauratum, & in honorem Augusti Cæsaris ita appellatum, quòd antea quemadmodum & regio ipsa Samaria diceretur: σεβαστὸς enim Græci dicunt, quod nos Augustum. Vide Strabonem lib. 16. & Plin. lib. 5. Stephanus etiam alterâ Sebasten in Armenia collocat.

Sebastīa, σεβάστεια, Oppidum in Colopena, Cappadociæ regione: de qua Plin. lib. 6. cap. 3.

Sebastŏpŏlis, σεβαστόπολις, Ponti Cappadocii urbs Ptolemæo, lib. 5. cap. 6. Virgò sebastē.

Sebennўtis, σεβεννύτης. Stephano, Vrbs in Ægypto, ubi & palus, & amnis sunt cognomines. Vade præfectura quoque Sebennytica, σεβεννυτικὸς νόμος: & Sebennyticum Nili ostium, σεβεννυτικὸν στόμα, vocari constat, quod in duo alia dividitur, scilicet in Saiticum, & Mendesium, teste Herodot. lib. 2.

Sebethis, penult. prod. σέβηθος, Fons apud Neapolim, cujus aqua vicatim decurrens, amnis fere ritum Neapolitanis præstat. Papin. libro 1. Sylvar. & pulchra tumet Sebethos alumna. Huius Virgilius, Statius, Columella meminerunt: quod quidem nomen sine litera procul dubiò scribendum est, ut sciam esse qui sabethos, per s, legant. Tcùm est, ut alia omittam, tabella marmorea vetustissima Neapoli in muro tûi fundamentis reperta, quæ habet: P. Meyius Eutychus ædiculam restituit Sebetho.

Sebinus, pen. prod. [σέβινος. Germ. Ein See in Italien, heißt jetzt Lago di Iseo.] Lacus Circumpadanæ regionis, è quo Lolius amnis nascitur, teste Plin. lib. 3. cap. 19.

Sebritæ, arum, σεβρῖται. Populi Ægyptii, Nili insulam incolentes, non procul à Meroë Sebritæ dicti, quasi advenæ, eò quòd Psammitichum regem fugientes, in Æthiopiam commigrarint. Vide Strab. lib. 17.

Secundus, Philosophus fuit Athenicnsis, quem aliqui Epitherum vocant, quòd architecti filius fuerit multæ quidem doctrinæ, mediocris eloquentiæ, æqualis, æmulusque Herodis Attici: qui (sui Hesiodi elegantì mutatione in eum cavillatus est) Tegulus æqualem exigeat, ut rhetora tectum. Nihilominus tamen senem postea mortuum, & epicedio & lacrymis honoravit. Ex Philostrato. ¶ Secundus alter Tridentinus, vir sanctus, Agnulphi regis Longobardorum tempore, scripsit breviter Longobardorum historiam. Autor Paulus Foroiulensis. ¶ Fuit etiam hoc illustris Veronensis familiæ cognomen, ex qua fuit Plinius Secundus Naturalis historiæ scriptor.

Sedigitus, ti. [σεδιγίτος. Ger. Der sechsfinger an einer Hand hat.] Senos habens in manu digitos, Vacce & Volratius poëtæ, Sedigitus, & C. Horatii filiæ Sedigitæ sunt cognominatæ. Plin. lib. 11. cap. 43. Digiti quibusdam in manibus seni, C. Horatii ex patritia gente filias duas ob id Sedigitas appellatas accepi. Volcatium Sedigitum illustrem in poëtica.

Sĕgĕsta, æ. σεγέστη. Ptolemæo, Oppidum est pervetus (inquit Cic. 6. Verr.) in Sicilia, quod ab Aenea fugiente à Troja, atque in Italiam veniente, conditum fuit, præposito ibi Egesto, qui eam Egestam nominat. Sed deinde præpotita est etymologia, ne obscœno appellaretur nomine. Plinius Egestam vocat libro 31. cap. 6. ¶ Est & Segesta altera in Liguria, Tigullorum caput, teste Plin. lib. 3. cap. 5. Vu gō Segesta. ¶ Fuit & alia in Venetia, non procul à Timavo fluvio, cujus meminit locus Plin. lib. 3. cap. 11. ¶ Fuit & Segesta quædam in citeriore Hispania, à qua Segestani populi, qui Carthaginensi conventui attribuuntur à Plin. lib. 2. cap. 3.

Sĕgĕstă, ut apud Plinium legitur: sive, ut aliis placet, Segetia deæ nomen a segetibus, quibus præesse putabatur, dictum. Plin. lib. 18. cap. 2. Sejam à serendo, Segestam à segetibus appellabant: quarum simulacra in Circo videmus.

Sĕgŏbrĭgă, σεγόβριγα, Oppidum Hispaniæ citeriorie, Celtiberiæ totius caput, circa quod Sertorius & Metellus prælium commisêre. Strabo lib. 2.

Sĕgŏr, σήγωρ, Fatè quoque civitas post Sodomam & Seboim, quæ ad preces Loth servata est.

Segusium, Vibs est Segusianorum in Gallis Alpibus. Ptolem. lib. 3.

Sĕĭă. [Ger. Die Göttin Seia.] Dea habita fuit Romæ, quæ sationi præesse putabatur: quemadmodum Segesta, sive Segetia, quæ segetes lætas facere existimabatur. Plin. lib. 18. cap. 2. Seiam à serendo. Segestam à segetibus appellabant: quarum simulacra in Circo videmus.

Sēīr, σηείρ, Mons in terra Edom, in quo habitavit Esau, in regione Gabalena: quæ ex eo quòd Esau pilosus esset, & hispidus, Seir id est, pilosi, nomen accepit.

Sejus, Prænominis Cneus, equi præstantissimi quidem, sed infelicissimi dominus: quo ab ipso Sejanus cognominatus est: de quo Gell. lib. 9. cap. 9. & Erasmus in Adagiis, & mox.

Sejānŭs equus, Vide in APELLES.

Selenus, Vide SELINVS.

Sĕlĕucĭă, σελεύκεια, Syriæ Antiochenę oppidum est, ab Antiocho Seleuci filio conditum: de quo Plin. lib. 5. cap. 21. ¶ Est & Seleucia alia ad Euphratem: tertia ad Belum amnem: quarum meminit idem Plin. lib. 5. cap. 23. Rursus alia Ciliciæ, Trachiotis cognominata, ad Calycadnum amnem, teste eodem Plin. lib. 5. cap. 27.

Sĕlĕucus, σέλευκος, Fuit unus ex principibus Alexandri, qui primus post Alexandri mortem regnavit in Syria annos quadraginta. Fuerunt & alii Seleuci.

Sĕlīnis, pen. prod. σελῖνις, Vrbis nomen juxta Lilybæum à selino, quòd ibi plurimum nascatur. Autor Servius in illud Virgilii 3. Æn. Teq; datis linquo ventis palmosa Selinis.

Sĕlīnŭs, pen. prod. σελῖνος, Duorum fluviorum nomen in Asia, qui in mare influentes, Dianæ Ephesiæ templum utrinque complectuntur. Vide Plin. lib. 5. cap. 29. ¶ Est & Selinus alius in Aegialæ agro, quæ est in Achaia propriè dicta. ¶ Item alius in Elide. ¶ Rursus alius in Sicilia juxta Megara & Hyblam montem: quorum omnium meminit Strabo lib. 8.

Sĕlīnŭs, untis, σέλινους, Oppidum est Siciliæ palmis abundans.

Sĕlĭnūsĭus, a, um, adjectivum. σελινούσιος, ut, Terra Selinusia, quæ à Galeno libro 9. simpl. inter medicamenta opthalmica ponitur.

Sillæ, Oppidum est Epiri, cujus Incolæ Sellani dicuntur. Lucan. lib. 5. -quercusque ilicetes Chaonio veteres ligeriunt vertice Sellæ, etc.

Sĕlўmbrĭă, σηλυμβρία, Civitas Thraciæ ad Propontidem propinqua Byzantio, teste Herodoto lib. 6.

Sĕmĕle, pen. corr. [σεμέλη. Ger. Ein Tochter Cadmi des Thebanischen Königs, ein Mutter Bacchi.] Cadmi Thebarum regis filia, ex qua Jupiter Bacchum genuit, teste Horat. 3. Car. Ode 19. Mater saeva cupidinum. Thebanæque jubet me Semeles puer. Et lasciva licentia. Finitis animum reddere amoribus. Propertius: Narrabis Semele quàm sit formosa. Sĕmĕlēĭus, a, um, adjectivum. Ovid. 3. Metam. Bacchus in cornu, proles Semeleia, capro, etc.

Sĕmĭrămis, mis, vel midis. [σεμίραμις. Ger. Ein gewise Königin der Assyrer, so zuvor ein Frauw Nino gewesen war.] Fuit nomen Assyriorum regine, Ninj regis uxoris, mulierum omnium, quarum memoria ad nos pervenit, clarissimæ, quæ post viri obitum, quum intelligeret Assyrios gravatè mulieris imperium pati, dissimulato illius obitu, personam ejus assumpsit, donec Ninus filius adolesceret, regnoque administrando idoneus fieret. Hæc Babylonem muro latere cocto cinxisse dicitur, & subactis vicinis regni fines ternicos fortissimè propagasse. Verùm eadem tam portentosæ libidinis fuisse traditur, ut & filii concubitum expetierit, & equum usque ad coitum adamasse dicatur. De hac Plutarchus in Apophthegmatis sic scribit: Semiramis sepulcro,

pulvere, quod ibi construxerat, hanc addidit inscriptionem: Quicunque res pecuniis indigueris, patefacto monumento, quod volueris accipito. Quæ spe adductus Darius, fublato fide, pecuniarum nihil invenit, sed alias reperit literas, in hāc sententiam: Ni malus vir esses, ac numis inhiares, cadaverum loculos non moveres. ¶ Semiramis, lingua Syriaca, avem significat. Namque ab avibus, adhuc infans nutrita dicitur. Scribit Valer. Maximus, lib. 9. cap. 8. aliquando quum circa cultum corporis occupata esset, & nuntiatum ei Babylonem defecisse, soluta adhuc altera parte crinium, protinus ad eam expugnandam cucurrisse, nec prius de ornatu capitis quam de hoste constituisse. Exercitum ipsius Ctesias describit: Solidas: [illegible] Pedestrium centum millia, equitum septuaginta millia, falcatorum autem currium decem millia. Virorum in cataphractis centum decies decem millia. Virorum in camelis pugnantium paulo minus: aliorum vero camelorum (ad quodcunque usum gerebat opus) viries denæ millia. Tergavero horum exornatorum tricies denæ millia. Naves verò in Indo fabricatæ ter mille. Et multa alia, quæ prosequitur admiranda.

Sempronius Gracchus. Pater fuit Tiberii, & Caii Gracchorum. Vide Plutarch. in vita Gracchorum.

Senæ Insula in Britannico mari, adversa Britonibus Galliæ. Autor Pomponius lib. 3. ¶ Est & nomen civitatis inclytæ in Tuscia, octingentis à Româ stadiis distans, quam Brennus Gallorum dux pro senibus, valetudinarisq; Senonensis exercitus, anno ante Christi adventum 362. Vulgo Siena.

Sĕnĕcă, æ, Natione Hispanus fuit, patria Cordubensis. Academicus Philosophus & Neronis præceptor: à quo divitiis ingentibus auctus, quum in Pisonianæ conjurationis suspicionem venisset, ejusdem jussu incisis venis mortem ebibit. ¶ Fuit & alter Seneca, Tragicus poëta, cujus fabulæ decem ad nos pervenerunt. Utriusque meminit Sidonius Apollinaris ad Pelagium:

Non quod Corduba præpotens alumnis,
Fœcundum ciet hic patres legendum.
Quorum unus solet hispidum Platona,
Incallumq; suum movet Neronem
Orchestram canit alter Euripidis,
Fictum fœcibus Aeschylum equestri,
Aut plaustris solitum jocare Thespim,
Qui post pulpita tanta sub cothurno
Docebant olidæ patres capellæ.

Sennaar, ἀδυσσός, Campus Babylonius, in quo à Nimrod gigante extructa est turris illa celsissima, divortio linguarum nominata.

Sēnŏgallĭă, ἐπαρχία, Civitas est agri Gallici, infra Picenum, teste Plin. lib. 3. cap. 14. dicta à Senonibus Gallis, qui eam condiderunt. De hac Silius lib. 8: Et Clanis & Rubico, & Senonū de nomine Sena. Pomp. Mela lib. 2: Senogallia amœna ad Æsim fluminis ostia.

Sĕnŏnĕs, ὁνες, Populi Galliæ, finitimi Belgis, qui olim urbē Romam invaserunt, & Capitolium obsederunt. Hos Furius Camillus aggressus adeò cecidit, ut inter eorū vestigia Gallica sanguinis inundatione deleret. Scribit Verrius, referente Festo ideò Senones appellati, quia novi venerunt ex Transalpina Gallia, quasi Cænones, littera immutata. κανός enim Græce, Latinè novus dicitur.

Sentĭă, Deæ nomen apud Romanos, quam & Bonam deam vocabant: veteres Faunam, & Fatuam dixerunt. Hanc Varro scribit tantæ pudicitiæ fuisse, ut nemo illam, dum vixit, præter virum suum, masculorum, nec nomen ejus audierit. Propter quod illi in operto mulieres sacrificabant, & Bonam deam nominabant.

Sentĭcĕ, Hispaniæ Urbs. Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Sentinum, ἐθνος, Oppidū in confinibus Umbriæ, & Piceni, quod olim Sentum ferarum appellatum: à quo Sentinates populi dicti sunt. Plinius lib. 3. cap. 14. tradit vocatum Sentinum ab amne qui Sentinus dicitur.

Sēpĭās, adis ἀκρωτήριον, Magnesiæ promontorium est, Herod. lib. 6. & Plin. lib. 4. cap. 9.

Sepinates, vel potius Sæpinates, οἱ Σαπῖνατες. Populi sunt inter Samnites in quarta Italiæ regione à Plinio collocati. Horum oppidum Sæpinum, Σαπῖνον, commemoratur à Ptolemæo, libro 3. cap. 1.

Sēpĭūs, untis, πόλις Σιπόεις, hodie Manfredonia. Oppidum Apulorum Dauniorum, ad radicem Gargani montis à Diomede conditum à multitudine sepiarum, quæ ejus fluctibus ejiciuntur, impositio nomine. Hoc postea aliquot literarū immutatione Sipius, Σιπιοῦς, & Siponum appellatum est.

Septasia. [German. Ein Marckt zu Capua, auff welchem die Combentzmet aber Wurtzkrämer feyl haben.] Fuit forum Capuæ, in quo unguentarii negotiabantur: cujus deliciis fractam fuisse Punicam ferociam inflatur Valerius Maximus. lib. 9. Cic. contra Rull. Is verò qui metus erat tunicatorum illorum? & in Albano, & Septasia.

Sequănă, penult. corr. [ποταμός. Vulgò tamen Germ. Die Seine, ist das Wasser so in Franckreich durch Paris laufft.] Fluvius Galliæ, Belgas à Celtis dividens, qui Sequanis populis, apud quos oritur, nomen creditur fecisse. Plin. lib. 4. cap. 17. A Scalde ad Sequanam Belgica.

Sequănĭ, penult. corr. [ἔθνος. Stephano. German. Die Burgundier vnd Burgundier.] Populi sunt Galliæ, Rhodano, Lingonibus, & Helvetiis finitimi: à Sequana fluvio, qui apud eos oritur, nomen sortiti. Horum loca hodie tenent Burgundiones, gens origine Germanica, quæ mado nondum & Franci, qui trajecto Rheno in Galliam irruperunt, pulsisq; prioribus incolis, sedes eorum invaserunt.

Sequănĭs, a, um. adjectivum. Lucan. lib. 1: Optima genu flexis in gyrum Sequana frænis.

Sequănĭcŭs, a, um, aliud adjectivum. Mart. lib. 13. Hanc tibi Sequanicæ pinguem texticis alumnam, etc.

Sĕrānŭs, (ut alii scribunt) Serranus, duplicato r, Attili cujusdam nobilissimi Senatoris cognomen: à serendo impositum: quòd quo tempore adversus Samnites dictus est dictator, à victoria revertus fecerit in agro suo manu frumentum serens. Plinius lib. 18. cap. 3: Serentem invenerunt dati honores Serranumque inde cognomen.

Serapion, Actianus dictus, orator Alexandrinus, scripsit ad Adrianum principem Panegyricum, & orationes in genere deliberativo, item: Virum Plato jure removerit Homerum à sua Republica: præterea artem rhetoricam. Autor Suidas. ¶ Serapion, pictor, cognominatus Rhyparographus, quòd humilia quædam & sordida pingeret. Autor Plin. lib. 35. cap. 10. ¶ Serapion, præfat. Antiochenus sub Commodo principe cujus memini Hieron. ¶ Serapion item alius, qui ob elegantiam ingenii, Scholasticus meruit cognominari, charus Antonio monacho: scripsit contra Manichæos egregium volumen, & quædam alia: laudatus etiam ob fidei constantiam sub Constantio principe, ut idem Hieron. autor est.

Sĕrāpĭs, is, vel Serapidis, secunda syllaba indifferente. [ὄνομα. Ger. Ein genant Osiris der Egyptier Gott.] Deus Aegyptiorum, qui & Apis & Osiris dicitur. Mart. lib. 9: Vinctabant, nec quę turba Serapin amat. Idem ibidem Serapin Nilus ventritut Osirin. Vide de hoc plura in distinctionibus APIS & OSIRIS.

Sĕrāpēum, pen. prod. ἱερόν, Serapidis templum Alexandriæ, artis, & columnis amplissimis signisq; quibusdam, omnique opum varietate, ita exornatum ut toto orbe terrarū, uno Capitolio excepto, nihil unquam visum sit ambitiosius. Autor Am. Marcellinus in Alexandro.

Sĕrbōnĭs, ἐπαρχία, Palus juxta montem Casium, mille circiter stadiorum ambitum habens. Vide Strabon. lib. 17. Herodotus lib. 3. Sirbonitidem vocat.

Sĕrēnă, Vxor Stilichonis, ex qua Mariam suscepit: quæ Honorio Imperatori nupsit. Hujus Serenę laudes eleganti Panegyrico celebravit Claudianus poëta.

Seres, Σῆρες. German. Völcker in Asia gegen Scythia/ beym mehrern theil Sachsen gewohnt ist.] Populi Scythiæ Asiaticæ, à Sera urbe sic dicti, apud quos arbores sunt, quæ non solum folia, sed lanam quoque proferunt tenuissimam. Nam ex earum frondibus canitiem depectant aquæ perfusam, ex quo vellere vestimenta conficiunt, quæ serica nuncupantur. Virg. 2. Georg. Vellera quæ mitis depectant tenuia Seres. De his Marcellinus libro 23. historiæ: Agunt, ἔθνος, pli quietius Seres, armorum semper & præliorum experte: utique hominibus sedatis & placidis est otium voluptabile: nulli finitimorum molesti, emunt apud eos jucunda, salubresque temperies, aëris facies munda, ventorumque commodissimus flatus, & abundè sylvæ fissilium, à quibus arborum fœtus aquarum aspergines crebræ velut quædam vellera molientes, ex lanugine & liquore mistam subtilitatem tenuissimam pectunt, nentesque subtegmina, conficiunt sericum ad usus antehac nobilium, nunc etiam infimorum sine ulla differentia proficiens. Ipsi præterea alios frugalissimi, parationis vitæ cultores vitant reliquorum mortalium cœtus. Quumq; ad confinia fluminum venerint, quæ ab his ad alios mundanos fluunt, vel quædam alia transeunt flumen advenæ, nulla fere horum visa, propositarum rerum pretia solis oculis æstimantur: & ita sunt abstinentes, ut apud se mutantes genitia, nihil ipsi comparent advenitium. Hæc Ammianus Marcellinus. ¶ Hujus nominis nominativus singularis est Serus. Sedonius: Assyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabæus. Aurunculam Pelago vobitat mercator, vestibus Ser. ¶ Quin & vermiculus quidam sericum texens (ut autor est Paulanias) Ser appellatur, ὁ σής.

Sergestus.

Sergestus. Vnus ex comitibus Aeneæ. Virg. 1. Aen. Mactabea, Sergestum nq; vocat.

Seria. Hispaniæ ulterioris urbs, in tractu Celtico, alio nomine Fama Iulia dicta. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

Seriphos. Insula, in quam relegabantur nocentes, ut in Gyaro. Iuvenal. Satyr. 10. Vt Gyaro clausus scopulis, parvaque Serpho.

Seriphius. phi, penultima producta, Σεριφίος. Insula est in mari Aegæo, una Cycladum, viginti mira amplius passuum millia distans à Delo, ut refert Plinius libro 4. capite 12. In hac insula ranæ prorsus mutæ esse traduntur: unde proverbialiter Seriphia rana dicitur, in homines mutos, ac dicendi, canendique prorsus imperitos, βατραχος εν σεριφῳ. Vide Plinium libro 8. cap. 58.

Seriphius, a, um, Σεριφικός. Adjectivū, ut est illud Themistoclis: Nec enim vel in Athenienſis esses, clarus existeres aut ego Seriphius essem, quibilis.

Serius. Fluvius Cisalpinæ Galliæ, per Bergomatem agrum, in Adduam lacum: quo vallis Seriana in eodem agro populosa, artificioſaq; nominata est. Hæc Calepinus. Nam veterum (quod quidem sciam) nemo est qui fluvii hujus meminerit.

Sermylia, sive Sermylis, Σερμυλία Stephano. Civitas est in finibus Macedoniæ, non procul ab Atho monte, ut scribit Herodotus lib. 7.

Serophi. Σεροφίς. Civitas Phœnices, apud quam nascebatur vinum laudatissimum, quod Serophium dicebatur Sidonius: Quæq; Serophæa palmite missa bibas.

Serranus. Vide SERANVS unico r.

Serrhium sive Serrium, pen. prod. σέρριον Stephano, mons Thraciæ, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Serrhi. σέρροι. Populi sunt Colchi vicini, inter Ceretas & Cephalonitas siti, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 5.

Sertorius. Civis Romanus fuit, è Nursia oriundus, rei militaris peritissimus, parum Marianarum fuit unà cū Cinna: moderatiùs tamen se gessit, quàm alii. Sylla rediens è bello Mithridatico, ubique potitus, ipse quoque in Hispaniam autoritate brevi tempore ob virtutem sibi gratiam eorum gentium conciliavit: traditurque per eum Hispanos disciplinam rei militaris Romanam didicisse, ac ferociores deinde fuisse. Nam præter artem rei militaris abstinentissimos etiam voluptatum, tàm religiosos est habitos, quòd cervam quandam fœtus in expeditionibus haberet sequentem, qua Dianæ numen dicebat esse, ex eaque responsa accipere, resq; gerendas auspicari. Quare dux Lusitanorum delectus, parvis copiis multas urbes subegit. Sed & quatuor Romanorum duces contra se missos variis cladibus adfecit. Primum Cottam navali prœlio superavit, Fufidium Hispaniæ Prætorem cum duobus millibus civium Romanorum interfecit, Domitium Proconsulem contrivit, Toranium quoq; à Metello missum cum toto exercitu delevit. Denique à Pompejo victus est. & à M. Perpenna ejusdem factionis socio per proditionem in cœna interfectus est. Ex Plutarcho.

Servilii. Familia fuit Romæ illustris: ex qua ortum trahit Publius Servilius, vir triumphalis, qui à devictis Isauris Asiæ populis, Isaurici cognomen accepit: de quo vide Strab. libro 14. Item P. Servilius Rullus, qui primus Romæ solidum aprum in convivio apposuit, teste Plinio libro 8. cap. 51. Hujus filius fuit Servilius ille Rullus, legis Agrariæ promulgator, quam Cicero in consulatu suo subvertit: cujus meminit idem Plin. loco jam citato.

Servius Tullius. Sextus Romanorum Rex, ex serva natus, Tanaquilis alto post Tarquinii Prisci necem ad imperium provectus, Hetruscos ingenti prælio fudit. Primus ultrum concidit, populumque omnem ex censu quinque classes distinxit. Vrbis pomœria protulit, Quirinali & Viminali colle lib. muro inclusit. Tandem jam ætate provectior, à Tarquinio genero occisus est, & insepultus in viam abjectus: dq; ipsius cū Tullia filiæ suæ, quæ etiam corpori patris calluerit, aurigam ejus reverentia loris retorquentem, compulit, ut per medium patris corpus carpentum ageret: à quo tàm immani scelere ei vico in quo hæc gesta sunt, Sceleratæ nomen mansit. Vide plura de hoc apud Livium libro 1. ab Vibe. & Servius Sulpitius, Iurisconsultus insignis fuit Ciceronis temporibus, qui à Senatu legatus missus ad Antonium, Reipublicæ bellum inferentem ea in legatione periit. Quo nomine illi statua, & monumentum publicum in campo Martio est decretum. Vide Cic. 9. Philip.

Sesamum, mi, σήσαμον Stephano. Vibs Paphlagoniæ, postea Amastris appellata, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 1.

Sesarethius, thi, pen. prod. σεσαρήθιος. Oppidum est Taulantiorum, qui sunt in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari imminet. Stephanus ex Hecatæo.

Sesostris. Aegyptiorum rex. Meridis successor, qui subactis Asiæ & Europæ populis, navigabilem conatus est ducere ex Nilo in mare rubrum. Idem & Colchos & Getas creditur subegisse, regionesq; omnes à se tubadas tropæis insignivisse, quorum aliquot se vidisse testatur Herodotus multebri pudendo insculpta. Valer. Flacc. 5. Arg. Quam prima Sesostris Intulerit rex bella Getis.

Sestiæ, sive Sextiæ aquæ, Σέξτιαι ὕδατα Ptolemæo, Galliæ Narbonensis oppidum, aquis calidis celebratum à dictum à Sestio quodam Romanorum duce, qui subactis Salyis, oppidum hoc creditur condidisse. Vide Strabonem libro quarto. Vulgò Aix en Provence.

Sestius. prænomine Publius. Civis Romanus fuit magni animi, qui Ciceroni adversus Clodium contra vis armis auxilio fuit, quo nomine in judicium vocatus, defensus est à Cicerone elegantissima illa oratione, quæ pro P. Sestio inscribitur. Eruditi tamen non Sestium, sed Sextium scribendum contendunt. ¶ Fuit & alter Sestius, Aquarii Sestianum in agro Salyum conditor, de quo vide Strab. lib. 4. [Aix en provence. Grey. Die Xqueyse in der Provinz.]

Sestiana mala, à Sestio cognominata, apud Columellam libro 12. cap. 45. ita possint alia genera malorum, sicuti orbiculata, Sestiana, melimela, Mariana, hoc liquore custodiri. Sestiana pyra, apud Colum. lib. 5. cap. 10.

Sestos. [Sestos. Germ. Sest Stadt am Hellespont in Thracia gegen Abydo über gelegen.] Vrbs cratis littore Thracio, ad Hellespontum sita, objacens Abydo, Leandri & Erus amore pernobilis. Strabo lib. 13. & Musæus de amoribus Leandri & Erus.

Sestius, adis, σήστιος, patronymicum à Sestio Helleponti urbe deductum, Statius 6. Thebaid. Contà autem fruitrà fedet anxia turre, Suprema Sestias in cœpula: id est, Ero puella Sestia.

Setabis, bis σήτα βις. Fluvius est citerioris Hispaniæ, in conventu Carthaginensi: à quo vicus populi, Setabia appellantur à Plin. lib. 3. cap. 3. Hinc Sedanis Setaba dixit Catullus, quæ ex loco Setabitano conficiebantur.

Setia, σήτια. Vrbs Campaniæ non procul à Tarracina: à qua, Setinum vinum. Martialis libro 13. Pendula Pontinos, quæ spectat Setia rupes, Exigua vetulos in sitab urbe cados. Vulgò Sezze.

Setubia, σητούβια, Arvernum oppidum, in Hispania Tarraconensi: cujus meminit Ptolemæus, lib. 2. cap. 6.

Severiani, σεβηριανοί. Hæretici quidā fuerunt à Tatiano primùm propagati: deinde & a Severo auctī, qui matrimonio permissa abstinendum prædicabant. Meminerunt horum Hieronymus & Sophronius.

Severus Septimius, Romanorum Imperator, qui Albinum præter Lugdunum Galliæ urbem ingenti prælio superavit. Reliqua ejus gesta, vide apud Herodianum 3. 4. & 4. ¶ Fuit & Severus, ut Servio placet, montis nomen proprium in Sabinis. Virg. lib. 7. Aen. Qui Tiburte homines ruper, montemq; Severum. Quo tamen in loco Nonius Severum, active positum arbitratur pro aspero.

Sevo. Mons Sugevonum, in litore Germaniæ, Riphæis jugis non minor, in mare ad Cimbrorum usque promontorium efficiens sinū, qui Codanus vocatur. Autor Plin. lib. 4. cap. 14.

Sextilis. Caballus, Scurra fuit insignis Martialis ætate, quà calumnia nomen accepit. Martial. lib. 1. Qui Galbam saltat ruis, & ipsum Pollis vivacem Sextum Caballum.

Sextus. σέξτος. Philosophus Chæronensis, Plutarchi nepos, qui doctor fuit M. Antonini Imperatoris, de quo Iulius Capitol. Audivit & Sextum Philosophum Cicero ejusdem.

Siamlis. σιάμλις. Insula est in Oceano Britannico. Autor Plin. lib. 4. cap. 16.

Sibde. σίβδη. Cariæ oppidum, Halicarnassum ab Alexandro Magno attributum. Plin. lib. 5. cap. 29.

Sibylla. Vide in APELL.

Sibyrtius. σίβυρτος. Oppidum Cretæ: ut ex Polybii sententia tradit Steph. Gentile est Sibyrtius. σιβύρτιος.

Sicambri. [Sicambrer. Germ. Die Weſtphaler etlicher heutiges Gebiets.] Populi Germaniæ, Menapiis finitimi, ad utramque Rheni ripam habitantes: quorum meminit Strabo libro 4. Hi crines natura flavos habent, quos crescere sinunt, & artificio quodam in torquent. Martial. lib. 1. Cæsibus in nodum tortis venere Sicambri. Fuit tribus ille judicatus, quos hodie Gelros vocamus: quamvis videantur olim latiores fuisse Sicambrorum, quam hodie sint Geldrensium termini.

Sicani. σίκανοι. Populi Hispaniæ, à Sicano Sicani, sive portùs Sicoris, dicti. De quo Lucretius: Hispanos inter Sicoris non ultimus amnis. Hi, duce Sicelo, exclusis Aborigenibus, Italiam tenuerunt: ipsique postea ab ipsis pulsi, quos ante depulerant, insulam vicinam Italiæ occupaverunt, de eam Sicaniam à suo nomine nuncupaverunt. Hujus dictionis syllaba, C A, indifferenter ponitur. Virg. l. 10. 3. Aen. Sicano prætenta sinu jacet insula contrà Siracusas. Silius libro 13. Sydera Eleis aderat gens Sicana vorsis.

Sicania. [Sicanien. Germ. Die Insul Sicilia.] Dicta est insulæ Sicilia

Siciliæ quædam pars, in finibus Agrigentinis, ut ex Apollodori sententia tradit Steph. qui & Sicanum amnem iisdem in locis collocat. Sed & insula quandoq; tota, Sicania dicta est, à Rhomo Cyclopis filio Sicano vel à Sicanis populis, qui primi eam insulam incoluisse feruntur, qui tamen non sunt indigenæ, sed Hispani.

Sicĭris, Fluvius Hispaniæ Tarraconensis, non procul ab Ilerda fluens, juxta quem Cæsar Afranii & Petreii exercitū sub ad deditionē compulit. Lucan. lib. 4. Hesperios inter Sicoris non ultimus amnes. Alii tamen hunc fluvium Sicorim malunt appellare, per quartam vocalem in media syllaba.

Sicci, Vibs Numidiæ, Romanorum colonia, apud Plinium libro 5 cap. 3.

Sicelis. Vide SICILIA.

Sicemis, σικημὶς Ciceron. Vibs Arabiæ Indè Sicemii, & Sicemæ, Stephan.

Sicendus, Lacus est Thessaliæ, mutas habens ranas: quę tamē ubi trans fluctiunt vocales. Autor Plin. lib. 8 cap. 58.

Sicenus, ni. pen. prod. σίκηνος, Insula est non procul à Creta, antea Oenoe appellata. Autor Strab. lib. 10.

Sichæus, σιχαῖος, Filius fuit Phœnithenis, sacerdos Herculis, & maritus Didonis, à Pygmalione juxta aras, incautus ob aurī cupiditatem interfectus: ut est apud Virg. lib. 1. Aen. Huic conjux Sichæus erat ditissimus agri, &c.

Sichem, σιχὲμ, Filius Chanaan, qui civitatem sui nominis ædificavit in Phœnice, quæ Sidon à Græcis appellata est.

Sicĭlia, æ, [σικελία. Germ. Die Insel Sicilien, Sicilien, Sicilien,

lanio Rege in vertice ejus sepulto dictus.

Silarus, pen. corr. Vulpò Σιλαρος βασιλικὸς, Lucaniæ amnis, Picentinos dividens à Lucanis, cujus ea est natura, ut & virgulta, & folia in ipsum decidentia lapidescant: ut refert Plin. lib. 2. cap. 103. Silarus ille. Fixúe Silarus quos nutrit aquis, quos gurgite madant Duritiem lapidum mersis inducere ramis. Virg. 3. Georg. Efflucos Silari juxta, illisque virentem Populus Alburnum volitans.

Silēnus, pen. pro d. Σειληνὸς. Germ. Ein Auffsetzlicher und Leichtfertiger Mensch.] Bacchi nutritius fuit, & pedagogus, semper asino vehi solitus: quum Aratus in gratiam alumni interpretatum dicit. Virg. 6 Eclog. - Chromis, & Mnasylus in antro Silenum pueri somno vidêre jacentem, Inflatum hesterno venas, ut semper Iaccho.

Siler, masc. gen. Fluvius est, Picentinos dividens à Lucanis, naturæ tam admirabilis, ut virgulta & frondes in ipsum decidentes statim lapidescant, teste Plin. lib. 2. cap. 103. quanvis illi, ut cæteris ferè omnibus, Silarus dicatur, nō Siler. Qua tamē terminatione effertur à Lucan. lib. 2: - rademque Salerni Tecta Siler. Vide plura de hoc suprà in dictione SILARVS.

Silia, Fluvius in montanis Indiæ esse dicitur, in quo nihil innatet: quanvis Democritus, Aristotelesq; id verū esse negent. Vide Strab. lib. 15.

Silis Amnis Venetiæ primus, ex montibus Tarvisanis fluens, & in lagnum cadens, ubi nunc habentur suburbanæ Venetiarum insulæ, Murianum, Torcellianumq;, Plinius. 3. cap. 18.

Silū, Vide SILA.

Silura, ας, Insula in Oceano Britannico (ut Solinus inquit) cujus incolæ pecunia ignari, permutationibus cōmercia exercent.

Silon, Insulam Indiæ docet esse Augustinus de Civitate Dei, lib. 21. quæ ex eo cæteris terris præferat, quòd omnis arbor, quæ in ea gignitur, nunquam tolli putetur.

Silphium Regio Libyæ, ab insula Plateæ usq; ad os Syrtium protenta, teste Herodoto lib. 4.

Silvani tres fuerunt, unus domesticus, possessioni consecratus: alter agrestis pastoribus: tertius orientalis, cui est in cōfinio lucus positus, a quo inter duo plureve fines oriūtur, alendi, inter duo, plúresve est & lites. Omnis autem possessio quare Silvano colitur? quia gromus interram lapidem finalem ponit. Ex libello variorum autorum de Limitibus.

Silys, Fluvius Europam ab Asia determinans, quem nostræ ætatis nomine Tanaim appellamus. Plin. lib. 6. cap. 8. Tanaim Scythæ Silyn vocant.

Simethus, sive Simethis, idis, Vide SIMAETHVS, & SIMAETHIS.

Simichidas, ου, ὁ, Σιμιχίδας. Nomen pastoris apud Theocritum, in Idill. quem ipsius enarratores patrem Theocriti fuisse existimant.

Simmias, ου, ὁ, Σιμμίας, Philosophus Thebanus, Socratis auditor: cujus scripta enumerantur à Suida.

Simois, entis, [σιμόεις Ger. Ein Auffgeblehter und Leichtfertiger Mensch.] Fluvius est Troadis, ex Ida monte nascens, labitur per campum Trojanū, qui ab eo dicitur Simoēsius, & mari appropinquans, commiscetur Xantho, & in paludem cogitur, deinde exit in Helicpontum juxta Sigæum promontorium. Virg. 1. Aeneid. Tunc ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygi genuit Simoëntis ad undam.

Simoēsius, a, um, adjectivum: ut, Campus Simoēsius, hoc est, Troadis campus, Simoënte irrigatus. Quo nomine etiam dictus fuit adolescens quidam Trojanus, quòd apud Simoëntem fluvium esset natus. Author Homer. 4. Iliad.

Simōnes, plures fuerunt nomine hoc, post Philippum Græcis, Latinis, Hebræisq; pariter communi facto. [שִׁמְעוֹן Simeōn.] Ex his antiquissimum legimus Atheniensem philosophū Socratis discipulū fuisse, qui scripsit dialogos xxxiiii. ¶Alius fuit, qui scripsit de Arte Rhetorica. Alius medicus. Alius sculptor: quorum omnium autor Diogenes Laertius. Et Simon Magnesius, musicus egregius, qui & ipse superiorum musicorum more corrupto Simodiam introduxit, quem admodum etiam & Lysis Tychiodam. Strabo libro 14. ¶Simon Constantinopolitanus, ludimagister, annos abhinc circiter ducentos compilavit Græcè Μεταφράσεις: id est, Sanctorum vitas, quæ habentur in bibliotheca Vaticana. ¶Ex Hebræis verò Simonem Magum legimus, caput & autorem totius hæreseos: de quo Eusebius lib. 2. satis superq; & lactinus in Apologia ad Antonicum principem, in hanc sententiam scribit. Simon quidā Samaritanus sub Claudio principe, artibus magicis & operæ dæmonum fretus urbe nostra, complurimas per pharmacopiam deceptis, deus est creditus, & honore simulacri donatus, à vobis inter duos pontes Tyberis colitur cū titulo sacris Latinis descripto: Simoni deo sancto. Quem omnes pene Samaritæ, & nonnulli alii tanquam deum adorant, ac fatentur. Sed & Selenen quendam circuris comitem, quæ prius in lupanari fuit apud Tyberiadem, cum ipso confessa fuerunt. Simile quoq; Irenæus in primo adversus hæreses libro. ¶Simon item ille, qui à Petro Spiritus sancti gratiā mercari volebat, unde vitio nomen indutum: aliique complures, præter Apostolum.

Simonides, ου, ὁ, Σιμωνίδης, Lyricus poëta fuit è Cea insula, Scelichoriæ qualis, quem Plin. lib. 8. cap. 56 quatuor harum literarum ζ, η, ξ, & ψ, inventorem fuisse tradit, octavam quoq; lyræ chordam invenisse. De hoc Cicero in Oratore: Simonides, inquit, Ceus primus artem memorandi invenisse fertur. Quum cecinisset in Thessalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem & nobilem, eccinisseq; id carmen, quod in eū scripsisset, in quo multa ornādi causa poëtarum more, in Castorem & Pollucem scripta fuissent, nimis illum sordidè Simonidi dixisse, te dimidium ejus esse quod pactus esset, pro illo carmine darurum: reliquum à suis Tyndaridis, quos æquè laudasset, peteret, si videretur. Paulò post esse ferunt nuntiatū Simonidi ut prodiret, juvenes stare ad januam duos quosdā, qui cum magnoperè evocarent: surrexisse illum ipsum, prodiisse, vidisse neminem. Hoc interim spatio conclave illud ubi epularetur Scopas, corcidisse, ea ruina ipsum oppressum cum suis interfecisse: quos quū humare vellent sui, nec possent obtritos internoscere ullo modo, Simonides dicitur ex eo quod meminisset quo eorum loco quisque cubuisset, demonstrator unius cujusque sepulcheri fuisse. Hac re tum admonitus, inventisse fertur, ordinem esse maximè qui memoriæ lumen afferret. Hactenus Cicer. ¶Fuit & Simonides alter, Cretici filius, ex Amorgo insula, lambicus poëta: de quo Quint. lib. 10. cap. 1: Simonides tenuis, aliàqui sermone proprio, & jucunditate quadam commendari potest: præcipua tamē ejus in commovenda miseratione virtus, ut quidam in hac eum parte omnibus ejusdē operis autoribus præferant. ¶Simonides item alius, Carthius, sive Erythræus poëta Epicus fuit, qui scripsit Græcorum apud Aulidem conventum, trimetrorum libros duos, & alia. ¶Præter hos alios duos ponit Suidas, unum neporem Simonidis Lyrici ex sorore, cognominatum Melicertam, qui ante bellum Peloponnesiacum fuit, scripsitq; genealogiam libris tribus. ¶Alterum Simonidem Magnetem poëtam Epicum Antiochi magni tempore, cujus res gestas scripsit, ac bellum adversus Galatas. Suidas.

Simonidius, a, um, adjectivum, à Simonides, ut Simonideæ lacrymæ. Catullus ad Cornificū: Maestius lacrymis Simonideis. Intelligit autē nō Simonidis, qui citantur à Stobæo & interprete Theocriti.

Sina, [סִינַי Josh. 19.] Vicus Mesopotamiæ, quo nomine etiam dictus est mons Petræ Arabiæ. Apostolus: Sina enim mons est Arabiæ, qui cōjunctus est ei, qui nunc est Hierusalē.

Sinada, (quod hic pro Cariæ urbe legebatur) Vide SYNNADA.

Sinæ, ārum, Populi sunt Indiæ, ad Septentrionem Seribus, ad Occasum India extra Gangem fluvium, terras incognitas defectasq; ad Orientem & Meridiem habentes. Horum caput est Thina Autor Ptolemæus lib. 7. cap. 3 Stephanus urbem quoque ipsam Sinas appellat.

Sinapodes (quod hic compilè legebatur) vide HYANTOPODES.

Sinda, æ, ἡ, Σίνδα, Oppidum Lycaoniæ, in confinio Galatiæ, atq; Cappadociæ, teste Plin. lib. 5. cap. 27. Stephanus Sindam aliam in India collocat ad Hiphasim magnum: à Sindis populis habitatum.

Singārā, æ, ἡ, Σιγγάρα, Arabiæ urbs Rhetanorum caput. Autor Plin. lib. 5. cap. 24.

Sinōn, ōnis, pen. genitiv. prod. Nomen est filii Sisyphi, nepotisq; Autolyci furis. Autolycus enim, teste Servio, duos habuit filios: Sisyphum unde natus est Sinon: & Anticleam unde Ulysses. Hinc est quod Virg. 2. Aeneid. Sinone astuti & fallacis perdomos tribuit personam. Hic namque cum Græcis Trojam profectus, post diuturnum bellum ab iisdem tubernatus, sua sponte se Trojanis capiendum obtulit, & ad Pranum deductus, illi & omnibus civibus Græcos absisse, æquumq; illum ingentem in urbem recipiendum esse fictionibus suis persuasit, sed maximo eorum detrimento. Virg. lib. 2. Aen. Talibus insidus perjurique arte Sinonis Credita res, &c. Sinonis hujus inventum e Religionem (speculatum, autor est Plin. lib. 7. cap. 56.

Sinonia, Insula Corticæ ultra Tybernia ostia in Antiano ut credit Plin. lib. 3. cap. 6.

Sinōpē, [Germ. Ein Tochter Asopi, welche Apollo in Pontum entführet hat / und von ihren wegen Sie Synope, von dem Sie Cretzer genennet seyn.] Asopi filia dicitur, quam Apollo rapiens in Pontum traduxit, & ex ea genuit Syrum: unde Syri postea appellati sunt: tametsi alii Martis & Aegyncæ filii Parnassi & Martis quidam autem non ab Apolline virginem, sed ab eo & Io reper-

veperpetuam virginitatem sortitam, cùm illi spe cœcubitus, quicquid postulasset, ei daturos promisissent.

Sinūpē, pen. prod. σινωπη, Vbs Ponti, quę olim frequenti gymnasio, & rubricæ gręcæ, quam Sinopicam vocant, clarissima fuit: Sinopem, (inquit Strabo lib. 12,) urbium quæ in Ponto sunt clarissimam Milesii condidere, quę classe comparata, mari, quod intra Cyaneas est, imperavit. Extra verò multorum certaminum particeps fuit cum Græcis: & quum libera fuisset, tandem amissa libertate, Pharnaci obtemperavit (fuit enim obsidione capta) posteaq; successoribus eius usque ad Eupatorem, & Romanos, quibus tributum intulerunt. Eupator ibi natus & educatus, etiamè illam coluit, & repentinò palim fecit. Munita est naturali providentia. Nam in colle peninsulæ cuiusdam sita, ex utraque illius parte portus & stationes habet, &c. Hinc Diogenes Cynicus, & Timotheus, Patricius, & Diphilus comicus orti fuere. Cicero in oratione pro Pompeio haud obscurè indicat in Sinope & Amisa Mithridatis olim domicilia fuisse, omnibus fere regibus ornatissima, refert Strabo.

Sinopēnsis, gentile, per tres syllabas, σινωπευς. Ovid. 1. de Ponto: Non dolunt patria Cynicus procul esse Sinopeus.

Sinties, & Sapæi, dicebantur Thraces, qui Lemnum olim incolucrant, Steph.

Sinuessa, σινουεσσα, Vulgò Sessa, Oppidum (ut inquit Plin. lib. 3. cap. 5.) novi Latii extremum, ab proculà Liri fluvio, quod quondam olim Sinopen appellatum voluerunt in eius agro gignit vinum copiosum, quod Faustis cubibus in quibus nascitur, Sinuessanum pertinax vocat Horatius. Delius Liv. lib. 10. In fabu Vesuvino Falernum contingente agrum, Sinope dicitur Græca urbs fuisse, Sinuessa deinde à Romanis colonia appellata. Strabo lib. 5: Sinuessa in Setano situ est sinu, a quo nomen vendicat. Et proximæ calidæ sunt balneæ ad ægritudines quasdam accommodatissimæ.

Sinus magnus, σινος μεγας, Indici Oceani sinus est jugo seu promontorio magno: & Sinæ flumina ostia intra ipsum describitur à Ptolomæo Tab. Asiæ undecima. Hispani qui rā orbis partem ultra erant, vocant Mare de Jun: traduntq; brevioribus remigio eò pervenirii, si Occidentem versus navigetur.

Siphnŏs, σιφνος, Insula est maris Ægæi, non procul à Scyro, & XVIII. M. pa. Taum amplitudine à Meropia & Acte appellata, ut tradit Plin. lib 4. cap. 12. Hæc insula locupletissima erat, telle Herod. lib 3, ratio quæ auraria & argentaria metalla effodiuntur: unde tārum pecuniæ fiebat, ut ex decima eius parte reponeretur apud Delphos thesaurus locupletissimo cuique par. Siphnius pecuniam, quæ quotannis conficiebatur, distribuebatur. ¶ Gentile est Siphnius, σιφνιος. Stephano.

Sipōntum, ti, five Sipus, untis, σιπους, vulgò Manfredonia, Vrbs Apuliæ juxta Garganum montem à Diomede ædificata, quæ primum ob multitudinem leporum, quæ ibi capiuntur, Sepius, Sepuntis, fuit appellata, teste Strab. lib 6 Lucanlia &: & subdita Sipus Mauribus. Hinc Sipontinus à Sipontio, ut Sepiuntinus à Sepiunte, σιπουντινος.

Sipўlus pen. corr. σιπυλος Stephano, Vrbs est Phrygiæ, quæ regnante Tantalo terræ motu contidit. Vide Strabonem lib. 1, & 12. Ovid. 6 Metam. Tunc quum Mæoniam virgo, Sipylumq; colebat.

Siraci orum, Populi sunt Scythici, Caucasi radicibus ad Septentrionem proximi, quorum meminit Strabo lib. 11.

Sirbōnis, onis, five Sirbonitis, idis: σιρβωνις, σιρβωνίτις Stephano, Palustrinæ aquæ, non procul à Casio monte, olim C. M. passuum circuitu: Plinio verò ætate in exiguæ paludis angustiam contractas. Herodotus Serbonidem vocat. Vide Plin. lib. 5. cap. 13. & Strab. lib. 16.

Sirēn, sirenis pen. genit. prod. [σειρην. Germ. Ein Meermenbet es maus ein Jungfraw / vnd maus ein Fisch.] Monstri marini genus poëtarū fabulis celebratum, superiori sui parte virginis formā referens, inferiore in pisces caudam desinens. Eas Poëtæ tres fuisse fabulantur Achelōi fluminis & Calliopes Nymphæ natas, quarum nomina fuerūt, Parthenope, Ligia & Leucosia. Hæ quum littus Siculum incolerent, nautas prætervagantes ita vi cantus in naufragium pelliciebant. Ulysses autem quum illāc libenter esset, sociorum aures cera obturavit, ne inde fos Sirenum cantus possent exaudire: ipsum verò malo navis pulli alligari: atq; ita periculum cantus evasit. Sirenes itaq; quum se cōtemni viderent, impatientia dolaris se præcipitavērūt in mare. Ovid. lib. 5. Metam. tradit has fuisse comites Proserpinæ, eamq; raptam diu quæsisse quam quum non invenissent, in manna monstra esse conversas serfum versum virgineæ formæ, postrema corporis parte pisces: voce, cithara & tibiis tam blandè canēres, ut cantus dulcedine nautas sopirent, sopitos demergerent, demersos etiā devorarent. Servius in illud Virg. 5. Aen. Iamq; adeò scopulos Sirenū advecta subibat. Difficiles quondam, multorumq; ossibus albos fuisse ait, Sirenes fecundùm fabulam partim virgines fuerunt, partim volucres, Achelōi fluminis & Calliopes Musæ filiæ. Harum una, voce altera tibiis, alia lyra canebat: & primò juxta Pelorum, post in Capreis insulis habitaverunt, ubi nautas dictos suo cantu in naufragia deducebant. Secundùm veritatem meretrices fuerunt, quæ quoniam transeuntes perducebant ad egestatem, fūtæ sunt inferre eis naufragia. Has Vlysses cōtemnendo deduxit ad mortem. Ovidius: Monstra maris Sirenes erāt, quæ voce canora. Quasi bene admissas demuūerat rates. Hæc Servius. Dictæ autem sunt Sirenes, non ἀπὸ τῆς σειρᾶς hoc est, à trahendo (ut quidam voluerunt) quā Græci per diphthongum scribunt, sed ἀπὸ τοῦ σειρὰν ἔχειν, quod interpretatur, vel vinculum significat propterea quòd advenas incautos amore sui, veluti vinculo quodam injecto, retinebant. Fuerunt qui & aves quasdam in India esse tradiderint, Sirenas appellatas, cantu homines mulcentes, ut deinde somno gravatos jacerent. Vide Plin. lib. 10. cap. 49. ¶ Sunt & Sirenes in furorum genere, quas in apibus nymphas appellamus: hoc est, fucrum pertæsi quòd iam formam capere cœperint, nymphæ vocantur. Fuci sirenes, atq; cephenes. Siquis alterutrius capita demat, priusquam pennas habeant, pro gratissimo fuit populo mirabus.

Sirēnĭus, a, um, adjectivum, σειρηνιος: ut Sirenii scopuli, Gell. lib. 16. cap. 8. Tu quoque in illis Dialectitæ gyris, atq; Meandris, cunctam apud Sirenis scopulos consenescas.

Sirenussæ, σειρηνουσσαι, Insulæ tres sunt Lucaniæ adjacentes, ex adverso ejus promontorii, à quo sinus Posthanus initiū sumit.

Sires, σειρες Thraciæ populi supra Byzantios. Autor Steph.

Sīris, σειρις, Fluvius Graciæ magnæ, cum oppido eiusdem nominis inter hunc fluvium & Acirin situ, à quo deducti à Tarentinis coloni Heracleam tenuerunt. Vide Strabonem lib. 6, & Plin. lib 3. cap 11. ¶ Siris quoq; ab Æthiopibus appellatur Nilus, donec infra Meroēn alveus tuos omnes in unum colligerit. Plin lib 5. cap. 9: Insulas ita innumeras spargit Nilus, nusquamq; tam vastæ magnitudinis, quanquam rapidæ eriam ætatis, ut tamen dierum quinq; cursu non ampliore transvolet. Circa dictissimam earum Meroēn Astuborcs lævo alveo dictus: hoc est, ramus aquæ venientis è tenebris dextro verò Astulopes, quod latentis significationis adjicit. Nec antè Nilus quàm se aquis concordibus totus junxit. Sic quoq; eramosum Siris, ut antè, nominatur per aliquot millia. Rursus ex Dionys. Hic quà ferè insulæ flexibus agro, Æthiopum lingua Siris fluit utrq; Syenem Cambeus accedens diri loca flamine inundat. Nomine se claro Nilum trahit. ¶ Dictus autem putatur Siris à Sirio, fidere æstivo: quoniam sub ortum Caniculæ, & intrante Solis in Leonem, quotannis augeatur. Vide Eustath. in Dionysium, & Hermolaum in Plinium.

Sirĭus, [σειριος. Germ. Der Hundsstern. Pol. ἡ σειριὰς.] Stella est in ore Canis, quæ à Latinis Canicula dicitur. Hyginus tamen in tractata de signis cœlestibus, Sirium, diversum facit à Canicula, neque in ore Canis, sed in capite eius collocat. Hæc in cœli centro cum Sole conjuncta, æstum ejus duplicat, mortalium q; corpora nimio calore languida reddit. Dictus Sirius, ut quidam volunt, ἀπὸ τῆς σειρᾶς hoc est, à siccādo propterea quòd & fluvios, & fontes nimio calore exsiccet. Alii, ἀπὸ τοῦ σειρεῖν hoc est, ab evacuādo, quòd corpora nostra sudoribus evacuet. Lucan. lib. 9. -rapidis spua Sirius ignes Exerit. Stat. lib. 1. Syl. -nec calidus latravit Sirius astris. Servius enarrans illud Virg. 10 Aen. Non secus ac liquidis liquādo nostræ commota Sanguine cinguare rubent, aut Sirius ardor sic inquit. Sirius stella est in ore Canis: quæ quantum in ipsa est, pestifera est: sed pro qualitate adjacentis aut vincitur, aut majoribus sternitur viribus. Hinc est quòd quū tempore certo oriatur, nō semper est nocua. Adhæc fit illam Solmense Iulio vicinus duplicat æstus, & præ nimio calore languentia mortalia corpora. Quin & Solem ipsum quidam Sirium, & astra omnia Siria appellarūt, ut annotavit Suidas: cujus verba sunt hæc: Σειριος ὁ κυων τοῦ Διὸς ὁ ἀστὴρ, ὁ ἥλιος δὲ καὶ πᾶν τὸ ἄστρον σείριον λέγεται. Hoc est, Sirium Canem, quidam Solem: hyeus autem omnia astra, Siria appellat. ¶ Est item Sirius, eodem Suida teste, amiculi genus præcenue, leviter contextum.

Sirītæ, pen. prod. σειρῖται, Magnæ Græciæ populi, Siridis urbis incolæ, ne ipsis quidem Sybaritis luxu cedētes. Vide Cælium Rhod. lib. 7. cap. 10.

Sirtēs, σειρτεις, Nomadis cujusdam nomen fuit in Libya, primus auleticæ inventor, qui & Mauros: hoc est, Magnæ matris sacra primus tibia fertur cecinisse. Vide Cælium lib. 9. cap. 7.

Sirmĭŏn, σειρμιον, Vrbs est Pannoniæ inferioris, longinquè à Danubio flumine distans. Autor Ptolem. lib. 2. cap. 16. Vulgò Simach.

Sirnĭdes, σειρνιδες, Insulæ aliquot ante Sammonium Cretæ promontorium jacentes. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Sirrhă, rhæ, σιρρα, Thraciæ oppidum est, apud Theopompum, referente Stephano à quo gentile Sirrhæus.

Sisapo,

Sisapo, onis, Oppidum Hispaniæ Bæticæ, miniarijs metallis in primis celebre, teste Plin. lib. 3. ca. 1. Ab hoc vicina regio Sisaponensis dicitur. Idē lib. 33. ca. 7: Celeberrimum ex Sisaponensi regione Bæticæ minium.

Sīscĭa, æ, Pannoniæ superioris urbs, Romanorū colonia: de qua Prol. lib. 2. cap. 15. & Plin. lib. 3. cap. 25.

Sisigambis, Vxor fuit Darii, quæ nulli suæ ætatis fœminæ pulchritudine cessit. Quam tamen victo Dario Alexander nō solum non violavit, sed & summam adhibuit curam, nequis captivo corpori illuderet.

Sīsyphus, pen. corr. [Σίσυφος.] Germ. Ein Sohn Aeoli, welcher von Theseo ist umbracht, und zur Hellen in ein ewigs Feintrain verdampt worden.] Aeoli filius fuit mortalium omnium suæ ætatis astutissimus, qui quum Atticā latrociniis infestaret, à Theseo occisus est. Hinc Poetæ fabulantur eo supplicii genere apud inferos plecti, ut saxum ingens in montis cujusdam vertices cogamur provolvere: quod quum ad summū pene extulerit, repentè deorsum relabitur. Ovid. lib. 13. Metam. Aut petis, aut urges rediturum Sisyphe saxum. Huc etiam respexit Virg. 6. Aen. Saxum ingens volvunt alii, radiisq; rotarum Districti pendent. ¶ Fuit & alius Sisyphus Corinthiorum rex, cui Merope Atlantis filia nupsit. Ovid. 4. Fast. Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit.

Sisyphĭus, adjectivum, Ovid. 13. Metam. - quid sanguine cretus Sisyphio, furtisque, & fraude simillimus illi Inferis Acridas alienæ nomen gentis?

Sithonia, æ, Pars Thraciæ est, teste Stephano. Plin. quoq; lib. 4. cap. 11. Sithonias collocat in ea parte Thraciæ, quæ ab Hæmo monte aversa, vergit in Pontum Euxinum. Herodotus verò lib. 7. Sithoniam regionem in ora maritima Macedoniæ collocat ad sinum Thermæum: ejusq; urbes fuit Torone, Sermylam, Mecybernam, & Olynthum. Poetæ autem Sithoniam pro tota Thracia ferè accipiunt: unde Sithonias nives frequenter legimus pro altissimis Thraciæ nivibus. Virg. 10. Aeglog. Sithoniasq; nives hyemis subeamus aquosæ.

Sitia, æ, Hispaniæ Bæticæ oppidum, in conventu Tarraconensi cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Sitacēnē, ēs, Regio Asiæ, Medis ad Meridiem proxima, alio nomine Arbelitis dicta: Sitacenen autem appellata à Sitace urbe, regionis totius capite. Vide Plinium lib. 6. cap. 26. & 27.

5 ante M.

Smērdis, Cambysæ Persarum regis frater, quem quum Cambyses per somnium vidisset regio throno insidentē, metuens ne regnum occuparet, occidi jussit. ¶ Fuit & alter Smerdis, Magus, qui post Cambysæ mortem, fratrem se illius esse astimulavit, eoq; astu in regni successionem irrepsit, regnavitq; aliquot mensibus, donec fraude per Phædimam Otanis filiam detecta, conspiratione ceptē optimatium est interfectus. Vide Herod. lib. 3.

Smilax, ăcis, Puellæ nomen, quæ amore Crocī pueri capta extabuit, mutatoq; est in truncum sui nominis, quæ similis est hederæ: dicitur in flores, ut ait Ovid. l. 4. Metam. Et Crocon in parvos verlam cum Smilace flores.

Smīnthēus, ĕi, Apollinis cognomen, qui apud Chrysam Aeolidis urbem colebatur: à muribus, quos Græcorum nonnulli σμίνθους appellat, impositi. Quæ de re duplex ab Homeri interprete affertur opinio, quarum prior est, fuisse in Chryse oppido Aeolidis, Crinim sacerdotem Apollinis: cui deus iratus, immisit in agros illius mures, qui fructus illius vastabant: posteaq; ejusdem sacrificiis placatus, quum pestem hāc tollere vellet, ad Crinem pastorem illius venit, à quo hospitio acceptus, pollicitusq; malī remedium, mures sagittis omnes interfecit: eoque facto jussit pastorem Crinim judicare, ipsum Apollinem humana specie apud se divertisse, & ab eo mures occisos: quod audiens Crinis, templum eo construxit, vocavitq; Apollinis Smintheī, quòd Aeolicæ linguæ dialecto mures σμίνθους vocantur. Altera talis est: Quum Cretenses aliquando coloniam deducturi essent, ab Apolline responsum acceperunt, ut ibi urbem conderent, ubi ex terra geniti obstitissent. Venientibus igitur ad Hellespontum, nostra mures clypeorum lora attroferunt: itaque manè quum id factum viderent, memores oraculi, urbem posuerunt, eamq; Sminthiam appellaverunt: templo etiam Apollini extructo, quem illi ab eventu Sminthea cognominarunt. Ovid. lib. 6. Fast. Cōsulitur Sminthius, lucoq; obscurus opaco.

Sminthium, ĭi, vel Sminthēum, pen. prod. σμινθεῖον, Apollinis delubrum, urbi Chrysæ urbem, quæ fuit in confinio Troadis & Aeolidis, teste Strabone lib. 13

Smyrna, æ, σμύρνα: Vulgò Le Smirne, Vrbs Ioniæ clarissima. Meletem amne irrigata, Homerum plurimi credunt patria. De hac Strabo lib. 14: Quum Lydi Smyrnam everterent, civitates annos quadringentos in vici modum mansit habitata. Postmodum Antigonus eam suscitavit, deinde Lysimachus: & nunc omnium pulcherrima est. Ejus pars in monte sita est, pars maxima in campo, præter portum, & gymnasium, & matronarum locum. Viæ sunt in rectum pro viribus distinctæ, & lapidibus substratæ, porticus imagine quadratæ, platex & altæ. Habet etiam bibliothecam & Homerum aureo: est, porticum quadratum cum Homeri templo & statua. Nam & hi maximè hunc poetam sibi vendicant unde & numinis quidam æneus apud eos Homerus vocatur. Vbis montis Meles amnis præterfluit ad cæteram structuram etiam portum clausum habet. Hactenus Strabo. Hanc Theseus Thessalus in memoriam uxoris suæ, quæ Smyrna vocabatur, extruxit. ¶ Smyrnam itē Græci vocant aromatis genus, quod alio nomine myrrham appellamus.

Smyrnæus, adjectivū, Plectra Smyrnæa, Homerica. Silius lib. 2.

5 ante O.

Soana, æ, teste Ptolemæo lib. 11. dicta sunt ostia fluvii cujusdam in Taprobana insula.

Soanes, ĕs, Populi Asiæ, Caucasi extrema obtinentes, qui ducenta hominum millia educunt in pugnam. Vide Strabonem lib. 11.

Sochis, Aegypti Rex, qui numini Solis apud Heliopolin obeliscos quatuor, 48. cubitorum longitudine, dedicavit. Autor Plin. lib. 36. cap. 8.

Socion, Philosophus Peripateticus, genere Hispanus, scripsit περὶ ἀφθονίας, id est, Cornu Copiæ, librum unum, variæque doctrinæ Autor Gellius.

Socrătes, pen. corr. [Σωκράτης.] Germ. Ein berümpter Philosophus und Weiser.] Philosophus Atheniensis. Apollinis oraculo omnium sapientissimus judicatus, qui Philosophiam naturalem primus in moralem transtulit. Hic æquabilitatem in omni vita servavit, adeò ut idem semper vultus, eademq; frons sive prosperis, sive adversis rebus extiterit usque ad extremum. Plin. lib. 7. Ferunt Socratem clarum sapientia, eodem semper vultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Habuit duas eodem tempore uxores, Xanthippen & Myrtonem Aristidis filii filiam. quæ quum crebrò inter se jurgarent, & ille eas derideret, quòd propter se fœdissimā hominem, simis naribus, recalva fronte, pilosis humeris, cruribus discrepantibus, novissimè verterunt in eum impetum, & male à male tractū fugientemq; diu persecutæ sunt. Interrogatus autem ab Alcibiade, cur molestē eam acerbam domi non exigeret? Quoniam, inquit, quum illam domi talem perpetior, insuesco & exerceor, quo foris petulantiorum injurias facilius feram. Iterum dicenti Alcibiadi, intolerandam esse Xanthippes maledicentiam: Tu, inquit, nonne toletas anseres clamore perstrepentes? eoq; respondente: Nec mirum, quum mihi ova & pullos pariant: ait Socrates, Xanthippe filios gignit. Pater Socratis fuit Sophroniscus statuarius, mater Phænarete obstetrix. Hic in paupertate beatissimus, amicis olim auditoribus dixit: Emissem pallium, si nummos haberem, neminem popposcit, omnes admonuit, à quo acciperet ambigous fuit. Auditor fuit Anaxagoræ & Damonis, postea ad Archelaum physicum se contulit. Postea animadvertens, naturalis speculationis fructum nullum esse, invenit primus Philosophiam, id est, moralem Philosophiam, ad quam tractandam, ferunt dixisse: Quæ supra nos, nihil ad nos. Autor est Xenophon: Socratem nunquam de natura rerum, neque de sublimioribus rebus disputasse, quum ea sint supra captum hominum. Quòd præter cæteros suo tempore mortales, & vita cultissimus, & moribus patientissimus fuerit, exempla utriusq; rei constant. Nam & patientiam Gellius pulchro commate refert: Quum uxorem Xanthippen contumaciùs ac clamosiùs è loco sublimiore in se agentem diu toleraret, & postremò aqua ab ea esset persusus, cepit identidem dicere: Sciebam Xanthippen, ubi detonuisset, quandoq; pluturum. Castigat illud ab Aeliano memoratum, quòd Zopyrus Physiognomus Socratē ex physiognomia judicarit, omnium libidinosissimum esse: civibus autem tanquam falsa loquutum eum ridentibus: Socrates minimè mentitus dixit, sed naturæ vim se animi virtute oppressisse. Cicero tamen de Fato non lascivum, sed barbarum ac ferente stupidum, & obtusum à Zopyro dici fuisse judicatum. Nil unquam scripsisse constat, sed ejus dissertationes à Platone commemorantur. Dæmonem se habere dicebat, qui sibi futura præciceret. Ea Socratis varia in omnem partem disseris disputationibus, plures fluxere discipuli: & quem alius aliud apprehenderet, per se nonnulæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se, quum tamen omnes se philosophos Socraticos & dici velint, & esse arbitrentur. Primum ab ipso Socrate Plato, à Platone Aristoteles & Xenocrates. Deinde ab Antisthene, qui patientiam & duritiam in Socratico sermone maximè admiratus, Cynicos: & ab Aristippo, quem maximè voluptarias disputationes delectarunt, Cyrenaica philosophia manavit. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, ut Eretricorum, Megaricorū, Pythoniorum, qui se Socraticos esse dicerent:

dicere: Vide meritò philosophorū fons Socrates appellatus est. Accusatus postremò ab Anyto quodam divite, & Melito poeta, & Lycone Oratore, vel quòd de diis male sentiret vel (ut aliis placet) ob flagitiosam in pueros libidinem, in carcerē cōjectus ac è vinculis causam dicere jussus, neglexit: & Lysiæ orationem elegantissimā respuit, ut scribit Cic. lib. 1. de Orat. Imitatus est (ἐικάζει) homo Romanus & Consularis veterem illum Socratem, qui quum omnium sapientissimus esset, sanctissimeq; vixisset: ita in judicio capitis pro se ipse dixit, ut nō supplex aut reus, sed ut magister, aut dominus videretur esse Iudicum: quinetiam quum ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam si ea videretur, edisceret, ut ea pro se in judicio uteretur, non invitus legit, & commode scripta esse dixit. Sed (ἐκεῖνο) ut dixi mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quum eos esse habiles & apti ad pedē, quia non essem vinctus: sic & jam orationem disertam tibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. Interrogatus deinde ex more à Iudicibus, quānam pœnā se dignum judicaret. Ut (ἐκεῖνο) in Pryranco alat ex publico. Qua ejus voce irritati Iudices, cum capitis damnaverunt, & ad bibendam cicutam compulerunt, qua ille intrepidē, & non alio vultu, quam quo vinum solebat exhausta decessit. Sed statim populus mortem ejus ita doluit, ut accusatores ejus partim morte, partim exilio puniret, & ipsi Socrati staruam æream dedicaret. ¶Socrates alter pictor fuit, inter cujus opera enumeratur Ocnus quidam nomine, funem torquens, asinæ juxta se pascenti: præterea quicquid ille cōfecit. cujus picturæ meminit Plin. lib. 35. cap. 11. quanquam Pausanias eam Polygnoto mavult attribuere. Ad hanc tabulam alludit Propertius, quum ait: Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno, Aſſiduusq; tuam pascat asella famem. ¶Alius Socrates Cōstantinopolitanus, qui historiā ecclesiasticam à tempore Apostolorum usq; ad Chrysostomū contexuit: cujus etiam ætate vigusse putatur.

Socus, ου, Per simplex. Fuit vir Trojanus, animo & corporis dignitate generosus. Hic, Homero teste, magno animo Ulyssem vulnerāvit, sed ab eo deinde ipse interfectus est.

Sŏdŏmă, æ. [Ορτο Σοδόμων σόδομα Stephano] Oppidū Palæstinæ, unum ex iis quæ Asphaltide lacu hausta esse Sacræ literæ testantur. Strab. lib. 16. autor est, Sodomam olim XIII. urbium caput fuisse, urbemq; magnam, quippe cujus etiam illa ætate fexagima stadiorum fuerit ambitus.

Sŏgdĭāna, æ, Sogdiorum regio in Asia, quæ (ut libro sexto, ait Ptolemæus) à Septentrione parte Scythiæ terminatur ab Oriente Saciis à Meridie & Occasu Bactriana. In ea sunt urbes, Oxiana, Maruca, & Alexandria, quam (ut Solinus ait) Alexander terrā cōdidit, ad cōtinendos finiendosq; sui terminos.

Sōlis fōns, τοῦ ἡλίου πηγή. Fons est apud Troglodytas aquæ dulcis, frigidi meridiē, maximè largidus, mox paulatim tepescens: ad medium autem noctis fervore & amaritudine infectus. Autor Plin. lib. 2. cap. 103. Herodotus lib. 4. ejusdem & nominis, & naturæ fontem apud Ammonios collocat: cujus meminit & Plinius, quamvis eum non Solis, sed Ammonis fontem appellet. Vide ea quæ supra annotavimus titulum post dictionem FONS.

Solis insula, ἡλίου νῆσος. Est in mari Indico semper ruhens, & (ut Solinus refert) omni animantium generi inaccessa: quoniam eō ingressos vis circunfusi æstus confestim exanimat. Plin. lib. 6. cap. 23. Insula quæ Solis appellatur, & eadem cubile Nympharum, rubens, in qua nullum animal non absumitur inverti caulis.

Solis mensa. [Germ. Der Sōnentiſch oder Tiſch.] Æthiopiæ locus, apparatis epulis semper refectus: & quia ut liber (inquit Pomponius) vesci volentibus licet, ἐλεύθερον ἐσθίειν: id est, Solis mensam appellant. & quæ passim adpolita sunt, adfirmāt nasci subinde divinitus. Ad quem locum Severus Imperator, referente Spartiano, quum Alexandriam venisset, ea fama permotus profectus est. Celius multæ virlectionis, lib. 16. Antiquarū lectionum scribit: Solis mensam adagio dici divitum, opulentorumq; hominum domos, omni rerū copia ubertim affluentes, expolitasq; inopum necessitatibus & alimentis.

Solis ostia, de quibus Pomponius in descriptione Indiæ, Loca sunt ob æstum intolerabilem, & à quarum longo tractu penitiam, sic dicta: quibus in locis periclitatum Alexandri exercitum, Diod. lib. 17. scribit.

Sōli, orum. οἱ Σόλοι. Vrbs in Cypro insula, metallorum copia nobilitata: cujus meminit Galenus lib. 9. Simpl. ¶Est præterea ejusdem nominis civitas in Cilicia, quæ postea Pompejopolis dicta est. Vide paulò pōst in dictione SOLOE.

Sōlæ, numero plurali, more Græcorum, οἱ Σόλοι, sicut Dioscuroe, pro Dioscuri, civitas est Ciliciæ ab Achivis & Rhodiis ædificata, postea Pompejopolis appellata à Pompeio, qui piratas in eam transtulit, quos dignos existimavit ut servarentur. Laërtius in vita Solonis autor est, urbem hanc à Solone Salaminio condicā fuisse, & ab eo nomē accepisse: ut latius do eo-

bimus in dictione SOLOECISMVS. Ex hac urbe ortā traxerunt viri memoratu digni, Chrysippus Stoicus, Philemon Comicus, & Aratus, qui de astris carmine scripsit. ¶Sōli & Solæ, sive Soli in Cypro insula, metallorum proventu nobilitati: quorum meminit Galen. lib. 9. Simpl.

Sōlōn. [Germ. Solon auß den ſieben weiſen in Griechenlandt/ ein Geſatzgeber der Athenienſern.] Fuit unus ex septem sapientibus Græciæ, patria Salaminius, qui (teste Gellio lib. 17. ca. 21.) Athenis claruit Tarquinio Prisco Romæ regnante. Hic Atheniensibus leges dedit, tanto temperamento cōpositas, ut parem gratiam à Senatu & plebe contraheret, quinquam plebs & Senatus in summa prius essent dissensione. Draconis autē leges (iis exceptis, quæ in homicidas pœnas statuebat) quòd justo atriociores viderentur, omnes abrogavit. Illis enim in omnia scelera æqualis pœna statuta erat, adeò ut etiam is, qui otii damnati essent, aut qui olera furripuissent, capite plecterentur. Ob quam causam Demades dicere solebat: Draconem non atramento, sed sanguine leges tempsisse. Florebat tunc in Republica Pisistratus adulescens Solonis, cui & genere propinquus erat. Illius igitur eloquētia plus potuit apud populum, quam hujus sapientia. Cessit sponte Solon tyrannō fugiens, primūm in Aegyptum: deinde in Cyprum: postremò ad Crœsum regem: cujus quum opes videret, ostentanti Crœso, atq; interroganti num quis se felicior esset? respondit: Tellum quēdam pauperē admodum, alioqui justū, Athenis agentē: qui in suo prædiolo solitarius contenuerat: simul affirmans nihil esse fœlix, quod temporum mutationi subjaceat: fœlicitatem tantum finem indicare. Cujus sententiæ Crœsus postea à Cyro captus meminisse dicitur. Solon inde in Ciliciam profectus, civitatem à suo nomine Solas dixit, in qua Atheniensis colonos statuit, qui mentā lo temporis ab Attica lingua deficientes, Soloecisare dicti sunt: unde verbum Soloecismus tractum. Decessit in Cypro annorum LXXX. mādavitq; ut Salaminem transferri, ibiq; per regiones propter ac dissipatine Athenas inferrentur: quorum discedens jurejurando cives adegerat, non antiquaturos leges suas donec rediret. Reliquit etiam conciones & epistolas quasdam. Epigramma sepulcro ejus inscriptum, Cic. in hanc sententiam commemorat, Tuis, quæso hic: Mors mea ne careat fletu. Inquiunt amicis Mœrorem, ut celebrent funera cum lacrymis. Ex Plutarcho & Diogene Laërtio.

Sōlŏphȳtus, σολοφύτου. Regius ex Scythicum genere juvenis fuit, qui unà cum fratre per optimatum factionem domo pulsus, juventutem secum traxit, & in Cappadociæ ora ad Thermodontem amnem cōsedit: subactisq; Themiscyris, unà cum fratre regnum occupavit. Verūm quū ex vicinis populis perpetuò prædas ageret, tandem illorum conspiratione per insidias unà cum fratre trucidatur. Horum uxores quum exilio orbitatem quoque adjunctam viderent, arma capessunt, finesq; suos, submoventes primūm, mox etiam inferentes bella, quam latissimè propagant: virisq; omnibus interfectis, finitimorum concubitus admittunt: mares natos trucidant, virgines nō lanificio & colu, sed equis, venationibusq; exercent, dextris mammillis, ne sagittarum jactus impediretur, inustis. Vnde & Amazones dictæ sunt quasi sine mammis.

Sŏlŏe, untis, σόλοι, Stephano Cypri insulæ oppidum, à Phaletro & Acamante Atheniensibus conditum, portū nobilem habens, cum flumine, item Veneris & Iridis delubra. Gentile est Solius. Autor Strab. lib. 14. ¶Est & Solus Siciliæ oppidum, non procul à Lilybæo promontorio: cujus meminit Plin. lib. 3. capite 8.

Sōlўmi, rum, σόλυμοι. Populi Asiæ, Lycis & Pisidis proximi, postea Milyes appellati, ut docet Strab. lib. 1. & 14. Plin. eosdē facit cum Pisidis, lib. 5. cap. 29. Intident (inquit) verticem Pisidæ quondam Solymi appellati. Alii Solymos eosdem fuisse cum Lycis asserunt: quorum tamen dextrema cum Homero non satis convenit qui Bellerophontem à Lycionum rege missum ait ad subjugandos Solymos.

Sōlўmă, æ, vel Solyma, æum. [ירושלם μητρόπολις αἰλίας.] Vrbs clarissima Iudææ, quæ postea addito templo, Hierosolyma dicta est.

Sōlўmĭus, a, um, Iuven. Satyr. 6: Interpres legum Solymarum.

Sōphēne, es, pen. prod. [ארם צובה ארם צובא σοφηνή.] Regio est Asiæ Armeniæ majori ab ea parte adjacens quæ vergit in Comagenem, juxta Antitaurum & Masium montes. Hujus regionis incolæ Sophēni à Plinio, ab aliis Sophenæ appellantur. Luc. lib. 2. Pharsaliæ: & dedita sacris Incerti Iudæa Dei, molesq; Sophenæ.

Sōphĭlus, σοφίλου, Sicyonius vel Thebanus Comicus, medię comœdiæ scriptor, cujus talibus nonnullæ commemorantur à Suida.

Sōphocles, σοφοκλῆς, Poëta Tragicus fuit patria Atheniensis, cāta orationis suavitate, ut vulgō μελίτταν: hoc est, apis cognomi-

nata: cum

minaretur: æqualis Euripidi, & Pericli, cujus etiam quādoque collega fuit in Prætura. Natus fuit Olympiade LXXIII. ante Socratē annos XVII. Primus tribus actoribus usus est, adjecto eo qui vocatur Tritagonista: hoc est, tertiarum & ultimarum partium histrio. Primus etiam choros ex juvenibus quindecim introduxit, quam antea duodecim tantum introducerentur. Primus quoq; tragicas contentiones ac compositiones instituit. Scripsit insuper Elegiam & Pæanas, atq; orationem prosam, quam de Choro advertus Thespim & Choerilum conscripserat. Obiit autē sexto anno post Euripidis mortem: cui stylo magnitudine præfertur, licet ejus sententiis inferior. Filios habuit Iophontem, Leosthenem, Aristonem, Stephanum, Menecleidem. Exhibuit fabulas centum viginti tres: quanquam alii dicant multò plures. Victorias autem viginti tres reportavit. Hunc Cicero divinū poëtam lib. 1. de Divin. vocavit: ejusq; in Catone Majore his meminit verbis: Sophocles ad summam senectutem Tragœdias fecit, quod propter studium quum rem familiarem negligere videretur, a filiis in judicium vocatus est, ut quemadmodum nostro more male rem gerentibus bonis interdici solet: sic illum quasi deliprem a re familiari removerēt judices. Tum senex dicitur eam fabulā, quam in manibus haberat, & proximè scripserat, Oedipum Coloneum recitasse judicibus, quæsisseque num illud carmen delirantis videretur: quo recitato, sententiis judicum est liberatus. Sophoclem ex inperato gaudio ob victoriā ex Tragœdia quadam repentè obiisse Valerius autor est. ¶ Sophocles superioris nepos, Poëta item Tragicus, qui docuit Tragœdias XL. vicit 8. commemoratur à Suida. ¶ Sophocles etiam Grammaticus, minor appellatus, enutrivit Lycophronem, Apollonium, aliosque poëtas, cujus opera habemus. ¶ Sophocles alius, dux Athenienſium. Sostratidæ filius, apud Thucydidem.

Sŏphŏclēus, a, um. pen. prod. σοφοκλεῖος. Cic. ad Ter. An pingis aliquid Sophocleū? Virg. 8. Aeglog. Sola Sophocleo tua carmina digna coturno.

Sŏphrōn, ονος, Syracusanus, Xerxis & Euripidis tempore scripsit mimos viriles, & mimos fœmineos lingua Dorica, & soluta oratione, cujus fragmenta erant admodum obscura. Statius lib. 5. Syl. v. Sophronaq; implicitum, tenuisq; arcana Corinnæ. Hujus scriptis tantopere delectatum ferunt Platonē, ut ea manens capiti subjecta habuerit. ¶ Fuit alter ejusdē nominis Comicus, cujus meminit Athenæus in Dipnosophistis.

Sophrŏnĭă, æ, Matrona Romana fuit, quam ob indigenam pudicitiam, Lucretiam Christianam vocant. Hæc quū se vim Decii principis videret non posse effugere, consentiente viro, arrepto gladio se ipsa transfixit, & in divorum numerum est relata. Autor Eusebius in Histor. Ecclesiastica.

Sŏphrŏnĭcum, ονος, Meretriculæ nomen apud Plautum, amatoria quadam adulatione per diminutionem prolatum, ἀπὸ τοῦ σωφρονεῖν, quod temperantiam, modestiam, sive castitatem significat.

Sŏrā, æ, ες. Oppidum Campaniæ, cujus meminit Plinius libro 3. cap. 5. Juven. Satyr. 2: optimi Soræ, Aut Phabraterīæ domus, aut Frusinone paratur. ¶ Stephanus Soram alteram collocat in Phœnice.

Sŏrăctē, is, vel Soractis, tis. Mons est Falliscorum Apollini sacer, circa quem fiebat sacrificium Annuum, in quo Hirpi familiæ super ambustam lignorum struem ambulantes, nō adurebantur: ut refert Plin. lib. 7. cap. 2. Virg. 11. Aeneid. Summe deus, sancti custos Soractis Apollo. Plin. lib. 31. cap. 2. Varro ad Soracten scripsit e Te fontem, cujus sit latitudo quatuor pedum, fole oriente cum exundare ferventi similem, avesque quæ gustaverint, juxta mortuas jacere. Neutro genere usus est Silius Italicus lib. 8: -& sacrum Phœbo Soracte sequentur. Vulgò *Monte di S. Silvestro.*

Sorani, inquit Servius, dicti sunt populi Hirpini. Nam lupi Sabinorum lingua *Hirpi* vocantur. Soranus verò, à Dite: Nam Ditis pater Soranus appellatur, quasi lupi Ditis patris.

Sorānus, Ditis seu Plutonis cognomentū à voce Græca σωρός, quæ tumulum sepulchralem significat: vel à Sora oppido, ad Soracten montem sito. Tradit enim Plin. lib. 2. cap. 92. eo in tractu tam pestiferos spiritus exhalari, ut avibus sint lethales. Unde videri potest Plato dictus esse Soranus, non dissimili ratione ab ea, qua Avernum pro inferis poëtæ acceperunt. ¶ Soranus, ονος, Ephesius medicus, Alexandriæ vixit. Deinde Romam venit, ubi artem exercuit Trajani & Adriani temporibus. Suidas.

Sorātæ, ων, Populi sunt Ichthyophagi, quos Arabis fluvius ab Indis distinguit, nullum alium cibum noscentes, quàm piscū, quos unguibus dissectos vorant tolo, panemq; ex eis conficiunt. Plin. lib. 7. cap. 2. Oritas vocat.

Sōsandră, æ, ας, Insula Græciæ adjacens; ita dicta, quòd incolas suos à vi Lyciorum servarit incolumes. Autor Steph.

Sōsĭănus, Apollinis cognomen, cujus Romæ erat statua ex ebeno, è Seleucia advecta, teste Plin. lib. 13. cap. 5.

Sōsĭas, sive Sodia, æ, Philosophus quidā impius, qui sublata penitùs providentia, omnia temere fieri asserebat: quo in errore & Euhemerum, & Diagoram, & Hipponem & ipsum etiam Epicurum, versatos accepimus. ¶ Est item hoc personæ prosaticæ nomen in Terentiana Andria.

Sosĭbĭus, ονος, Grammaticus Lacedæmonius, cujus meminit Suidas. ¶ Fuit & alter Solibius, homo astutus, qui falso tutoris nomine assumpto, Ptolemæi regnum invasit, & Lysimacho Arsinoes filio machinatus est necem.

Sosĭgĕnes, ους, Astrologus insignis fuit, cujus opera usus est Cæsar, quum annum ad Solis rationem rediget. Autor Plin. lib. 18. cap. 25.

Sōsĭcles, ους, Patria Syracusius, poëta Tragicus, circa novissima Philippi Amyntæ filii tempora; unus ex iis, quos à fideris nomine, quòd septem numero essent, Pleiadem appellarunt. Docuit fabulas LXXIII. victorias tulit septem. De hoc Suidas.

Sōsĭi, Bibliopolæ erāt celeberrimi Horatii temporibus, quorum meminit lib. 1. Epist. librum suum alloquens: Scilicet ut prostes Sosiorum pumice mundus.

Sōsĭpătĕr, τρος, Nobilis Grammatici nomen, è Carysto Euboeæ oppido: cujus meminit & Suidas.

Sōsĭpătrā, ας, Mulier è Libya, Aedesii sophistæ uxor, quæ ob insignem doctrinam, vaticinandiq; peritiam a numinibus quibusdam educata credebatur. Autor Eunapius.

Sosĭphănēs, ους, Poëta Tragicus, patria Syracusanus, ut alii Athenienſis (quanquam non desunt, qui ex Alexandria Troadis ortum malunt) unus ex iis, qui quòd septem essent numero, Pleiades dicebantur. Homeri Tragici æmulus. Vide Suidam.

Sōsĭpŏlis, ιδος, Jovis cognomē apud Magnetes, cujus meminit Strabo lib. 14. ¶ Solipolis alius apud Eleos celebratur: ita dictus quòd ab Arcadū impetu civitatem servasse crederetur. Ferunt enim Eleis advertus Arcades in prælium exeuntibus, apparuisse mulierem puerum in manibus gestantem, cujus sese & matrem esse dicebat, & in somnis monitam, ut illum Eleis ducem traderet. Quid multa? creditæ res. Acceptus à muliere puer, & in ipsa aciei fronte nudus hostibus objectus: qui in ipso ineundi prælii momento in draconis specie se transformavit, tantumque Arcadibus terroris incussit, ut se protinus in fugam converterent. Cujus beneficii memores Elei, eo in loco, quo draco se recipere visus erat, sacrum extruxerunt, quod Solipolidi deo dedicaverunt.

Sostrătus, ονος, Insignia architectus, qui in insula Pharo, jussu Ptolemæi Philadelphi turrim extruxit ad ostendendos nocturnos ignes, navigantium; cursus dirigendos, cum hujusmodi inscriptione: Sostratus Gnidius Dexiphanis filius, diis servatoribus pro navigantibus. Nam quum ora ex utraq; parte importuosa & humilis esset, & cautes, & brevia haberet, signum aliquod necessārium fuit, altum & clarū, quo navigantes ad portus ingressum dirigerentur. Hæc Strab. lib. 7. ¶ Sostratus alius fuit nobilis æreorum lignorum artifex, qui CXIIII. Olym. tade floruit, ut refert Plin. lib. 34. cap. 8. Alius item pugil, patria Sicyonius Acrocheirites cognominatus, quòd adversarium extremis manibus corriperet: nec unquam dimitteret quam deficientem sentiret. Autor Pausanias.

Sōrădes, ονος, Maronites poëta fuit, turpissimi carminis autor, in quo omnes insanarum libidinum refert species. Hoc carminis genus sumpto nomine ex argumento, Cinædos inscripsit Suidas.

Sosterichēus, ως, ες, Versificator fuit ex Asso Troadis, qui Diocletiani encomium scripsit, & Dionysiacorum libros duos, & alia nonnulla quæ commemorantur à Suida.

Sostrĭdās, dæ, ου, Epidaurius Grammaticus. Pamphilæ doctissimæ mulieris pater: cujus meminit Suidas.

Sōtīrā, ων, Vibs Antiochi Seleuci filio cōdita, Stephanus.

Sozūsā, ης, ων. Trium oppidorum nomen, quorum unum in Phœnice collocatur a Stephano: secūdum in Pisidia: tertium in Aethiopia.

S aure P.

Spaco, ους, Uxor fuit Mithridatis, bubulci Astyagis Medorum regis, & nutrix Cyri: unde vox, quòd Medorum lingua canem significat: adeò factum est ut Cyrus crederetur fuisse nutritus a cane. Autor Herodotus lib. 1.

Spalathra, ων, Magnetiæ oppidum apud Plinium lib. 9. cap. 9.

Spargapises, ους, fuit filius Tomyridis, Massagetarum reginæ: qui captus à Cyro seipsum interfecit. Autor Herodotus lib. 1.

Spārtĭ, æ, [ων, Germ. Die genatter, Stratt ou Pelopennesō gelegen / sonſt Lacedæmon genennt / Hauptſtatt Morea.] Peloponnesi civitas

civitas nobilissima fuit, Lycurgi legibus optimè olim instituta dicta à Sparto Phoronei filio aut alii malunt à Sparta Eurotæ filia: quum antea Lacedæmon diceretur. Virgil. 3. Georg. Veloces Spartæ catulos, acremq; Molossum Pascit equo pingui. Hujus cives dicuntur Spartiatæ, sive Spartani, Σπαρτιάται, qui & Lacedæmonii.

Spartānus, a, um, idē quod Lacedæmonius. Σπαρτιατικός. Virgil. 1 Æneidos: Virginis os habitumq; gerens & virginis arma Spartanæ.

Spartā. Lacus in Arropatia, in quo sales naſcuntur & congelantur.

Spartācus, Σπαρτάκος, Famosus gladiator fuit è Thracia oriundus, robore animi & corporis præditus, qui una cū Chryso & Oenomao, effracto Lentuli ludo gladiatorio, cū septuaginta gladiatoribus erupit Capua, manuq; servorum congregata, quasi justo exercitu comparato, Cervicium montem in Campania occuparit: ubi quum à Cludio Glabro obsideretur, ejus castra diripuit, & Campaniam populatus, raptis Prætorum fascibus appellatus est Imperator. Inde Lentulum exercitum in Apennino dissipavit apud Mutinam. Cassii castra delevit. Tandē quum de Vabris evadenda deliberaret à M. Crasso pulsus, fugatusque quum Brutium angulum occupasset, nec in Siciliam præ navium penuria trajicere potuisset, cum suis omnib. fortissimè dimicans quasi Imperator occisus est. Lucan. lib. 2: -Parthorū utinam post prælia lospes, Et Scythicis Crassus victor remeasset ab oris, Vt timidi causa caderes, qua Spartacus hostis.

Spartŏphŏrus, Σπαρτοφόρος, Persona erat historica in Tragœdia, à sparti vestitu dicta, vultu specie, nigra & subpallida: quem ad modum contrà polita, Μαλακὸς, facie mulebri, denso, cano q; capillitio, exercitus omnibus mulebribus personis, ut ætate, ita & dignitate præstans. Vide Iulium Pollucem Onomastici lib. 4. & Hermolaum in Plinium. ¶Est item Spartopolios gemma quedam à colore dicta, quem Sparti modo habet incanum. Vide Plin. lib. 37. cap. 11.

Spercheus, pen. prod. [Σπερχειός. Germ. Ein fluß in Thessalien] Fluvius Thessaliæ, qui Pelio monte effusus velocissimo cursu defluit in sinum Maliacum. Autor Strab. lib. 8 Luc. lib. 6: -fert amne citato Maliacas Spercheos aquas, &c.

Spermŏphăgi, Σπερμοφάγοι, Aethiopiæ populi, non procul à Meroe insulam olim dicti quod semine victitarent, quod Græci σπέρμα appellant. Autor Strab. lib. 16.

Speusippus, Σπεύσιππος, Philosophus Atheniensis, Platonis ex sorore nepos, qui octo annos Platonicæ Scholæ præfuit. Ferunt hunc cibo confectum, sibi mortē contivisse mœrore impulsum. Plutarchus verò scribit, illum pedis cujus effervescentivus internisse. Primus invenit quo pacto ex graci hordeis lignis fierent vasa capacia. Composuit dialogos à Diogene commentoratos. Hunc Plato quasi Philosophiæ hæredem reliquit, ut scribit Cic. lib 1 Academ quæst.

Sphacteriā, quæ & Sphagia. σφακτηρία, σφαγία. Insula est Messeniæ adjacens è regione Pylii, cujus meminit Strab. lib. 8.

Sphinx, vide in A PPEN.

Spinetĭcum. Vnum ex Padi ostiis: quo Claudius Cæsar è Britannia triumphans, prægrandi ratia domo vectus, quàm navi, intravit Adriam, à Spina urbe nomen habens, quàm conditā volunt à Diomede. Vide Plin. lib. 3. cap. 16.

Spinthārus, Σπίνθαρος, Nobilis architectus Corinthius, qui Delphicum templum ædificavit. Autor Pausanias.

Spio, Σπιώ, Nympha marina, Nerei & Doridis filia: sic appellata à speluncis maris, in quibus Nymphæ habitare dicuntur. Σπιὼ enim spelunca est. Virg. 4 Aen. Nereq;, Spioq;, Thaliaq;, Cymodoceq; &c.

Spŏlĕtium, ti. [Σπολήτιον. Ger. Die Stat Spoleto in Italia] Civitas in Umbria, etiam hodie nomen retinens.

Spŏlĕtīnus, a, um, pen. prod. Σπολητῖνος, Vrab Accio Actinus: in P. Comminus Spoletinus, apud Ciceronem de Clar. Orat. Matt lib. 23. De Spoletinis, quæ sunt cariosa lagenis, Maluerus, quàm si vina falerna bibas.

Spōrădes, Σποράδες, Insulæ quædā circa Cretam in mari Carpathio, ficut Strabo lib. 10 scribit. Dictæ quòd in mari sparsæ sint, non in orbem coarctatæ, quemadmodum & Cyclades. Sunt autem harum nomina. Helene, Phocusa, Phæacia, Scinusa, Pholegandros, Thera, Anaphe, Astypalæa, Lagusa, & Ios, in qua Homerus fertur esse sepultus.

Sporus, Spadō fuit à Nerone in delicijs habitus, quem etiam in mulierem conatus est transformare, cunctisq; dote interauspices comigrata, palām uxorem duxit. Post Neronis autem necem, jussus à Vitellio ut in area in conspectu populi, frēi theatro sisteret: nō ferens tantam ignominiam Sporus manus sibi intulit.

Spūrina, Dux regis Parthorum, qui Crassum interemit. qui & Mathematici ac vates, qui Cæsari prædixit ut Martias cave-

ret Idus: cujus Tranquillus in Cæsare & Valerius meminerunt. ¶Tertius hujus nominis adolescens fuit egregia forma, qui quum se fœminas, viros q; ad libidinem abjecta decoro videret invitare, oris pulchritudinem vulneribus sponte deformavit. Autor Valerius de Verecundia.

S ante T.

Străbĭæ, arum, Campaniæ oppidum bello sociali à Sylla deletum, Cn. Pompejo, & L. Caroune Coss. Autor Plin. lib. 3. capite 7.

Străbĭānus, a, um: ut Ager Strabianus. Plin. lib. 35. cap. 12. In Strabiano Campaniæ ad promontorium Herculis Melanum, in mari panem abjectum rapiunt: fidemq; ad nullum cibum, in quo hamus sit, accedunt.

Strȳgĭă. Στρύγιος. Oppidum in finibus Macedoniæ, ad fluvium Strymonicum, Aristotelis Peripatetici patria: qui inde Stagirites, Στάγειρος, cognominatur.

Strȳphȳlus, Στρύφιος, Sithonis filius, primus aquā vino miscere docuit. Plin. lib. 7. cap. 56.

Stratarterus, Rex Danorum, qui quum Lenum quendam pernetas occidisset, pœnitentia ductus, ejus filio Hatherio se prælium offerendum. Saxo lib. 8.

Strătĭcus, Στρατικός, Neapolitanus philosophus Platonicus, ut scribit Cic. de finibus bon. & mal.

Stătis, Στάτις, Vrbs est Persidis, edita in petra sita, quam tenuit Antiochus Seleuci filius. Gentile Statites. Στατίτης Stephano.

Stătĭus. [Ger. Der Rieder Gott mann sie erfunden haben sol.] Deus præsidium præsse credebatur animalis, in cujus tutela pueri esse putabantur, quum primùm fari atq; incedere incipierent: ut ex Varrone de Liberis educandis docet Nonius.

Stătīnæ, ārum, secunda syllaba corripitur. Insulæ sunt in sinu Campano, terræmotu enatæ, teste Plin. lib 2. cap. 88. Papinius in Sylvis: Aenariq; lacus meditos, Statinaq; renatas.

Stătĭus Cæcilius, Poeta Comicus fuit, cui Volcatius Sedigitus primas in Comœdia partes tribuit: quanquam à Cicerone nec inter quatuor aliis longè Latinæ autor, nonnunquam etiam ferreus scriptor appellatur. ¶Statius alius, cognomento Papinius illustris Poëta fuit Neapolitanus, Domitiani temporibus. Iuvenalis & Martialis æqualis: cujus omnia extant Poëmata Sylvarum libri quatuor: Thebaicos libri duodecim: præterea Achilleidos opus inchoatum, quod morte præventus absolvere nō potuit. Scripsit & Agaven Tragœdiam, quā ita copiosa coactus Paridi histrioni vendidit. Iuven. Sat. 7: Cantitat ad cœnam jucundam, & carmen amicæ Thebaidos, lætam facit cùm Statius urbem, Promittit diem, tanta dulcedine captos Adfixit animos, tantaque libidine vulgi Auditur: sed quum fregit subsellia versu, Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agaven. Fuisse autem horum utrunque servum, Statii nomen servile satis declarat.

Statones. Hetruriæ populi, apud Plin. lib. 3. cap. 5. quorū oppidum Statonia commemoratur à Strabone lib. 5. In horum agro vinum satis generosum nascebatur, quod Statonense vocabatur: cujus meminit Plin. lib. 14. cap. 6.

Statyelli, Statyellorum, Populi Ligutiæ, tribe Plin. lib. 3. cap. 5. quorum oppidum Aeux Statyellæ collocatum à Strabone in ea via, quæ à Genua Placentiam ducit.

Stellă Arcadius, poëta Patavinus lepidissimus, familia consulari ortus, Violantillam amavit, puellam Neapolitanam, quā tandem duxit uxorem. Hæc in delicijs habuit columbā, avem dicatam Veneri, quam Stella flevit defunctam pulcherrimo carmine: unde ipsi ipsum Columbā inscripsit. Mart. lib. 12. Laurigeros habitat facundus Stellă penates.

Stentŏr, Iacatius lib 10. cap. 10. una est Gorgonum, sed Stheno tenendum, ut ipse à Phorci ex monstro marino tuscepta, quæ debilitas interpretatur id est, timoris initio, quòd tantùm mentem debilitat. Vide GORGONES.

Stentor, Στέντωρ Cicero. Ein Griechischer Haußmann so ein grob gestalt vnder gemacht gehabt] Græcorū amantum vocalissimus, qui quinquaginta hominum clamorem vocis magnitudine æquabat, ut placet Homero 5. Iliad. Vnde proverbium: Stentore clamosior. Iuven. Satyr. 13: Tu miser exclamas, ut Stentora vincere possis.

Stercŭtĭus, Dictus est Saturnus, quòd primus stercorandi agri rationem invenit. Autor Macrobius.

Stĕrĕūnclum, Στερεοῦνκλον, Vrbs in inferiore climate Germaniæ, cujus meminit Ptol. lib. 2. cap. 12.

Stĕrŏpe, Asteropes, penult. corr. Στερόπη Suidæ. Atlantis filia una Pleiadum: quam nonnulli Asteropen vocant. Vide supra in dictione PLEIADES.

Stĕrŏpēs, Asteropis, pen. corr. Στερόπης, Vnus ex Vulcani ministris, à fulgure nomen habens. Virg. 8. Aen. Brontesq; Steropesq; & nudus membra Pyracmon.

Stesichŏrus, pen. corr. Στησίχορος, Nomen poëtæ Lyrici ex Himera Siciliæ urbe, à qua Himereus est dictus. Alii ex Metauria urbe natum dicunt. Alii ex Palantio Arcadiæ oppido. Fe-

runt

runt inde profugam Catanam venisse, coq; in loco defunctũ, & extra portam urbis sepultum fuisse, portamq; ab eo Stesichoream nuncupatam. Natus est trigesimaseptima Olympiade textaq; & quinquagesima obiit. Fertur lusciniam aliquando in ore Stesichori infantis cecinisse mirabili auspicio, summum cum Poëtam futurum, & cantus suavitate omnes, qui ante eum fuissent, superaturum. Fratrem habuit Mamertinũ, optimum geometram. Dicitur & scripsisse Helenæ vituperationem, ex quo exoculatũ fuisse, rursusq; ob palinodiam visum recuperasse. Quam fabulam tetigit & Horatius in Epod. ad Canidiam sic scribens: Infamis Helenæ Castor offensus vice, Fraterq; magni Castoris, victi prece. Adempta vati reddidêre lumina. Vocatusq; est Stesichorus: quoniam primus ei cithara cantu chorum instituerat nam prius Tisias vocabatur. Autor Suidas. Quintilianus verò libro decimo, capite primo, sic eum taxat: Stesichorus, quàm sit ingenio validus, materiæ quoq; ostendunt, maxima bella, & clarissimos canentem duces, & epici carminis onera lyra sustinentem. Reddit enim personis in agendo suum loquendoq; debitam dignitatem, ac si tenuisset modum, videtur æmulari proximus Homerum potuisse: sed redundat, atq; offenditur: quod ut est reprehendendum, ita copiæ vitium est.

Stesicles, Mulier fuit insigni forma, miraq; venustate prædita, quæ quum à Themistocle & Aristide adamaretur, causa fuit dissidii inter duos præstantissimos duces. Autor Plutarchus in Themistocle.

Stesimbrotus, pen. corr. Historicus fuit Thasensis, qui Cimonis Athenientium ducis res gestas scripsit, teste Plutarcho in vita Cimonis. Hic Stesimbrotus alius fuit ab Epaminundæ filius, à parte interfectus, quod cum Lacedæmoniis pro eo accumbebo manum conseruisset, cæsarii spectatissimam ex præsidio victoriam reportasset. Autor Plutarchus in Parallelis.

Sthĕnēlus, Capanei & Evadnes filius, unus ex Græcorum ducibus qui bello Trojano interfuerunt. Hunc Virgilius inter eos annumerat, qui ligneo equi alvo fuerunt inclusi. Thersandrus (inquit) Sthenelusque duces, & dirus Ulysses. Fuit & alter Sthenelus Perse filius ex Andromeda, cujus meminit Homerus 5 Iliad.

Sthĕnēbœa, Sthenelæ Sorica, Proëti Corinthiorum, aut (ut alii malunt) Argivorum Regis uxor, filia Iobatæ regis Lyciorum, quæ bellerophontis amore capta, quum repulsam tulisset, apud virum eum detulit, tanquam vim sibi afferre voluisset. Quam fabulam qui latius noscere cupit, videat suprà in dictione BELLEROPHONTES.

Sthenyo, Fuit una ex filiabus Phorci & belluæ matinæ, Medusæ soror. Vide latius suprà in dictione GORGONES.

Stilbōn, stilbontis, Mercurii stella, hoc est, à lucendo dicta. Cicero de Nat. deo. Infra autẽ hanc stellã Mercurii est, ea ἑρμαία appellatur à Græcis, quæ anno ferè vertente, signiferum lustrat orbem, neq; à sole longiùs unquam unius signi intervallo discedit, tùm antevertens, tùm subsequens.

Stilico, filiconis, Honorii Imperatoris socer, à Claudiano poëta mirifice laudibus celebratus. Hic quum res plurimas feliciter gessisset, eas dem ut Eucherium filium ad imperatorium fastigium eveheret, adversus principes conjuravit: quũ que Gothorum irruptioni resistere posset, ut imperatorum vires minueret, patias est Italiam ferro, flammisq; crudelissimè devastari. Vide Zosimum.

Stilpo, Megarensis philosophus fuit, tempore primi Ptolemæi, discipulus Pasicles Thebani: præfuit scholæ Megarensi: scripsit dialogos non minùs vigenti. Huic quum Ptolemæus Soter, patriã ejus potitus, splendidam conditionẽ offerret, si secum in regnum profecisci vellet, constantissimè recusavit. Demetrius quoque cognomento Poliorcetes, quum Megara cepisset, tantùm huic honoris detulit ut quicquid illi ablatum erat, jussit restitui. Ille contrà nihil se amisisse respondit: Philosophiam enim cum eloquentia neminem sibi adimere potuisse. Dehoc quoq; memoriæ prodidit Cicero in lib. de Fato, quod quum ei vinolentia, & luxuriæ vitia essent ingenita, sic vitiosam naturam edomuerit, ut nemo unquam vinolentum illum, nemo in re libidinis vestigium viderit.

Stĭphĕlus, Unus ex Centauris, Ixionis, & Nubis filius, à Cæneo interfectus ea in pugna, quæ in Pirithoi nuptiis commissa est inter Lapithas & Centauros. Ovid. 12 Metam. Quinque neci Cæneus dederat Stipheliumq;, Bromiumq; ferox.

Strophădes, Germ. Drey Insulen im aufgang des Xhoniſchen mehrs bey Morſitten. Vulgò Curzolari.] Insulæ Ionio mari enatantes, Massiliensibus historicis vicinæ: sic dictæ propter ordinem quo sitæ sunt. Plin. lib. 3. ca. 5. Strophades tres à vicinis Massiliensibus dictæ propter ordinem: quas item nominant singulis vocabulis, Proten, & Mesen, quæ & Pompeiana vocatur: tertia Hypæa. Lucan. lib. 3: Et jam ramigeram Bruti comitatã carinam Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite classis Strophadas Ætolicas tenens.

Stoici, Philosophi appellati sunt à στοὰ, quod significat porticum, quò convenire ad differendum solebãt. Erat enim porticus Athenis dicta Pœcile, ex varietate picturæ (Græci enim ποικίλον variũm dicunt) in qua Zenon, primus ejus sectæ autor, philosophiã profitebatur. Vide & lege Stoica, & Philosophi Stoici nuncupantur, qui autẽ à Zenone docebant, à Zenone doctore. Hæc est illa porticus Stoicorum memoratissima, quam Chrysippus dictus est fulcire, quam pinxit Polygnotus gratuitò. [Germ. Die Philoſophi/ der ſect Zenonis genennt/ welcher in dem ſtock zu Athen/ Pœcile genannt/ gelehret hat.]

Stoïcē, adverbium, Cicero in Parad. De diis immortalibus, de charitate patriæ, Stoicè scilicet, nullis oratoriis ornamentis adhibitis, dicere de Catone.

Străbo, Insignis geographi nomen, qui temporibus Augusti, & Tiberii claruit. Scripsit Commentarios geographicos, qui etiam hodie omnium manibus teruntur.

Stragona, Stragonæ, Vibs in ultimis interioris Germaniæ apud Ptol. lib. 2. cap. 11.

Strătĭus, Jovis cognomen, qui apud Catas colebatur: quod nos bellicosum interpretari possumus. Autor Herodot. lib. 5.

Străto, Nomen proprium Sidonis regis, qui (ut Hieronymus scribit) manu propria se volens confodere, ne imminentibus Persis ludibrio foret, quorum fœdus Aegyptii regis societate neglexerat, detinebatur formidine, & gladio, quẽ arripuerat, circumspectans, hostium pavidus expectabat adventum. Quem jam jamq; capiendum uxor intelligens extorsit actaceum de manu, & latus ejus transverberavit. Compositoq; ex more cadavere se monetam superjecit, ne posit virginalia fœdera, alterius coitum sustinere.

Strătōn, Scribit Suidas, Lampsacenus philosophus fuit Theophrasti familiaris, & successor, & præceptor Ptolemæi Philadelphi: qui ob insignẽ naturalis philosophiæ cognitionem Physicus est cognominatus. Stratones octo fuerunt: primus Isocratis auditor: secundus Lampsacenus, Theophrasti discipulus: tertius medicus, qui Erasistratum audivit: quartus historicus: quintus poëta, Epigrammatum scriptor: sextus antiquus medicus, ut ait Aristoteles: septimus Peripateticus: qui vixit Alexandriæ. Hæc Diogenes Laërtius. Octavum Plutarchus Stratonem ponit rethoricæ præceptorem, ac Bruti familiarem, qui una cum eo in bello Philippensi fuit: solusq; adhibitus, dum ille sibi mortem consivit. Constitutus postea Augusto per M. Messalam, qui comes ad bellum Actiacũ fuit. Lactiorum enim Messala: Hic est, (inquit Augusto) qui meo Bruto gratias extremas subministravit.

Stratonice, Stratonices, Antiochi Cappadocum Regis filia, uxor Eumenis, Pergami Regis: cui Attalum peperit, qui illi in regnum successit. Vide Strab. lib. 13.

Strĭdon, Vulgò Sdrigna, Oppidum in agro Iulii Carnorum Pannoniæ, ad confinia Dalmatiæ & Pannoniæ confinio, D. Hieronymi patria, à Gothis eversum.

Strongyle, es, Vulgò Stromboli, Insula est maris Tyrrheni, non procul à Sicilia, una Aeolidum: cujus incolæ triduo antè eruptionis prædicere solebant, quinam flaturi essent venti: unde factus est locus fabulæ, ut Aeolus qui in hac insula regnabat, ventorum rex crederetur. ¶ Dicta est autẽ Strongyle à rotunditate: nam Græci rotundum στρογγύλον appellant: à Silio Italico lib. 14. Strongylos appellatur: Mille Agathina dedit, perflatq; Strongylos Austris. ¶ Strongyle item dicta fuit Aegæi maris insula, una Cycladum, quæ potiore nomine Naxos appellatur. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Strophădes, [στροφάδες. Germ. Zwo Inſeln im Joniſchen Meere neben Zacynthen gegen Mitag gelegen. Vulgò Strivali.] Sunt duæ insulæ in mari Ionio, ad Occidentale latus Peloponneti, quæ antea Plotæ dicebantur. Strophades dictæ à conversione Celænæ & Zephiræ, quæ ad has usq; insulas Harpyias persecutæ, inde reversæ sunt. Nam στροφὴ inter cæteras conversionem significat. Virg. 3 Aen. Excipiunt Strophades Graio sunt nomine dictæ, Insulæ Ionio in magno.

Strophĭus, Proprium nomen Phocensis regis, patris Pyladis: cujus beneficio Orestes matris suæ crudelitatem effugit, & ubi cum Pylade ejus filio liberalissimè educatus.

Struma Nonii cujusdam Romani Senatoris nomen fuit, in quem vehementi se ira contra indignũ stomachatur Catullus poëta, Epigr. 49: Scilicet, inquit in carmine Struma Nonius sedet.

Struthŏpŏdes, Mulieres sunt in India tãta brevitatis, ut nemẽ acceperint à passerulorũ pedibus. Sipontinus.

Strymon, onis, pen. corr. Germ. Ein fluß in Thracia, entſpringt im Bergo Rhodope, vberſchuttet Thraciam von Macedonia.] Fluvius est Macedoniã à Thracia dividens, ut Plinio placet. Nam Ptolemæus Nesso fluvio eas discriminat. Oritur Strymon in Hæmo monte, septemq; effluit lacus: quibus

dendo in unum alveum colligis, juxta Amphipolim influit in maris Ægæi sinum, qui ab ipso Strymonicus appellatur. Virgilius 4. Georg. Ripæ suo adversa, defertæ ad Strymonis amnem.

Strymoniăcus, a, um: ut Graves Strymoniæ, Virg. 10. Aen. quales sint ex ibus aves Strymoniæ dant signa grues.

Stura, Tuvius est in Alpibus nascens, unus ex trigintà, qui à Pado in mare Adriaticum deferuntur. Autor Plin. lib. 3. cap. 16. Vulgo Stora.

Sturii, Populi ad Oceanum Gallicum, Rheni quasi insulas incolentes. Autor Plinius libro 4. cap. 15. Vulgo Les de Sceveren en Prusse.

Sturium, ii, Insula est Galliæ Narbonensi adjacens, non procul à Stœchadibus. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

Stўcĕlis, idis, Castellum Megaridis in Sicilia, cujus incolæ dicuntur Stycelini, Στυκελῖνοι Stephano.

Stўmphălus, Σταμφαλὸς, Lacus in Arcadia juxta Stymphalum oppidum, ex quo Erasinus fluvius erumpit: Ovid. lib. 2. Fastorum. Testis erit Pholoë, testes Stymphalides undæ. A' Stymphalo lacu Stymphalides aves appellatæ sunt, tantæ magnitudinis ut Solis radios obumbrare dicerentur, omnem Arcadiam devastantes, donec ab Hercule eorum erepti sæculi sontes perierunt. Virgilius de Herculis erumnis: Stymphalidas pepulit volucres dirimente quinto. ¶ A' Stymphalo oppido fit Stymphalius, phalia, phalium, Σταμφάλιος, & Stymphalis, idis. Hieronymus contra Jovinianum: Aristochides Orchomenius tyrannus adamavit virginem Stymphalidem, quæ quum ei tyrannus adamavit virginem Stymphalidem, quæ quum ei tyrannus adamavit virginem Stymphalidem, quæ quum ejus teneret, nec vi pellere audet, in eodem loco confossa est. O cujus necem tanto omnis Arcadia dolore commota est, ut bellum publicè susciperet, & necem virginis ulcisceretur.

Styra, æ, Euboeæ insulæ oppidum tutum, non procul à Carystia, à Piredro Atheniensium duce bello Mallaca eversum. Autor Strabo lib. 10.

Styx, [Στύξ] Germ. Ein hellischer fluß bey dem sie Göttet schwuren.] Fons est ad Nonacrin Arcadiæ è saxo profluens, exiziosus omnibus animalibus, tamq; frigidus, ut poculi istum exhauserit, ferrumq; æs crodat, solaq; mulæ ungula perfici contineri cætera vasa frigoris vehementia statim dirumpens. Hac veneno quidam Alexandri ab Antipatro non sine Aristotelis consilio, putant præmptum. Styx Græcis maledictum sonat, ἀπὸ τοῦ στυγεῖν, quod querulum, tristem, vel odiosum sonat. Hinc poëtæ occasionem arripuerunt, qui Stygem paludem esse apud inferos dixerunt: apud superos tanta in veneratione habitam, ut nefas duxerint quicquam eorum quæ per Stygem jurassent, non observare. Si quis deorum violasset, cœtum annis à nectare abstinebat, & numinis majestate erat privatus. Virg. 6. Aen. Stygiamq; paludem Di cujus jurare timent & fallere numen. De hac Servius sic scribit: Dicitur Victoria Stygis filia bello Gigantum Jovi favisse, pro cujus remuneratione Jupiter statuit, ut jurantes ei per ejus matrem non auderant fallere. Ratio autem hæc est: Styx mœrorem significat: unde καὶ τὸ στυγεῖν quid est, à tristitia Styx dicta est. Hi autem lenti sunt semper, unde & immortales ergo quia mœrorem non sentiunt, jurant per rem sibi naturæ contrariam: si est, tristitiam, quæ est æternitati contraria. Idem jusjurandum per execrationem habent. Hactenus Servius. Erat ara hunc locum habens Veneri cupidini sacra, ut ex Ovidio est, Bis Stygios inviæ lacus, bis nigra videre Tartara, &c. Fuit & alia palus in Ægypto juxta Memphim, quâ vectes Stygia vocantur, ambiens Abaton insulam.

Stygĭus, a, um, adjectivum, ἐπίθ. ut Jupiter Stygius, pro Plutone, apud Virg. lib. 4. Aen. Sacra Jovi Stygio, quæ rite incepta, paravi. Stygius canis, id est, Cerberus. Seneca: Hic sævus umbras territat Stygius canis.

S ante V.

Suădæ, æ, à Romanis dicta est quædã persuasionis dea, quã Græci vocant Πειθὼ. C. de Clar. Orat. Ilæa quam Græci vocant, cujus est Isocrates orator, hanc Suadam appellavit Ennius. Ejus autem Cethegum medullam fuisse voluit, ut quandam in Periclis labris triplex Lepidis fellitavisse, hujus hic medullam nostram oratorem fuisse dixerit. Et paulò post: Cethegum ib. homines florem populi esse dixerunt, Suadæque medullam dixit Ennius.

Subvĕtĕribus, Est loci nomen in urbe Roma, Ecut & Subnovis. Plaut. in Curc. Subveteribus hi sunt qui dãt, quiq; accipiunt sub tænore. Suetonius in August. hilariam laudatus est, pro æde deor. sub. à Tiberio: & pro Rostris Subveteribus. Varro: Subnovis dicta pars in foro ædificiorum, quod vocabulum est perveterum.

Subur, Est Hispaniæ Tarraconensis oppidum ad flumen Rubricatum, ut scribit Plinius lib. 3. capite 3. Vulgò Segre: alibi Sicoris.

Sŭburrã, Vicus Romæ, ut ex Junii sententia refert Varr. lib. 4. de lingua Lat. sic dictus ab eo, quòd situs est sub loco, quem Terrenum muri appellant. Verùm ego (inquit Varro) potius à pago Succusano puto dictã Succusanam, unde mutatis literis Subverã. Cujus rei indicium est, quòd antiquius, per c literã, non per b scribebatur. Festus verò Verrium sequutus, à succurrendo dictã existimat, quòd in ea statione soleat habere præsidium Nativii, ut Exquiliis succurrant. Gabinus eã partem infestãrunt. Cujus rei indicio præfert, quòd & hoc seculo, Succurrana tribus scribi soleat, per c literam, non suburrana per b.

Sŭburrānus, a, um, ut Regio Suburrana, in qua meretricum diversoria erãt: quæ ob id Suburranæ dicũtur à Poëtis. Mart. lib. 6. Fœmæ non nimium bonæ puellam Quales in media fere Suburra Vendebat modò præco Gellianus.

Sidĭcĭnum, Campaniæ oppidum, non procul à Lini ostio, ut autor est Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò Sessa.

Sĭdĭsiones, Gallia Belgicæ populi, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 17. in provincia Remensi. Hodie Soissons.

Sĭdĕvi, [Σιδεβοι Germ. Die Schwaben.] Bellicosissimi Germaniæ populi, olim Albis, hodie Danubii accolæ. Luc. lib. 2. Fundit ab extremo flavos Aquilone Sidevos.

Suevĭa, [Germ. Das Schwabenland.] dicitur eorum regio. Olim tota Albim habitaverant, ut ibi quam centum pagos habuerint. Gens valida & bellicosissima.

Sullæ, Ab antiquis dicti sunt, qui postea Sylla: propterea quòd priscis peregrinam literam nullam recipiebant immundæ scrofæ vocabant, quod nos Porcas dicimus. ¶ Hinc etiam Sullanum diem apud Ciceronem legimus, pro Sylla. ad Attic. lib. 10. Non fuisse & illa nox tam acerba Africano superstitioso viro, quam dies ille Sullanus fuit clarissimo viro C. Mario, si nihil utrumq; eorum fefellisset. Quo in loco Syllanum diem cum intelligas, quo L. Sylla Marianarum partium victor urbem ingressus, omnia cædibus & proscriptionibus vastavit. Unde autem primùm Syllæ, vel Sullæ dicti sint, vide infrà in SYLLA.

Sullātĭvus, à, um, derivativum à Sylla formatum, idem valens quod proscriptorius, vel Syllæ proscriptionem imitans. Cic. ad Attic. lib. 9. Sed medius fidius tempus nobis puto esse, de fuga cogitare. Hoc tempore Cn. noster bonam aut cogitavit, aut sullativis animus ejus, & proscriptus jam dux.

Sulmo, Σουλμὼ. Oppidum Pelignorum, in quarta regione Italiæ, nongentesimo ab urbe distans lapide, Ovidii poëtæ patria, ut ipse testatur 4. Trist. de seipso: Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis, Millia qui novies distat ab Urbe decem. Dictus Sulmo à Solymo Æneæ comite, cujus mortem ejus urbis ut refert idem Ovid. 4. Fast. Hujus erat Solymus Phrygia comes unus ab Ida. A' quo Sulmonis mœnia nomen habent.

Summānus, pen. prod. Pluto, deus infernorum ita dictus, quasi summus deorum Manium: ut in nuptiis Philologiæ docet Martianus Σουμμανὸς, ἀφ' ὑπερβολῆς. Hunc Romani nocturna fulmina assignabant, quemadmodum diurna Jovi, testè Plin. lib. 2. cap. 53.

Sunium, Σούνιον: Vulgò Cabo de Colonnes, Extremum Attices promontorium, Ortygiæ objectans, vicum habens ejusdem nominis, quem Leontidi tribuit assignat Stephanus. Vide Ptolemæum tertiam Europæ tab. & Strabonem sub initium lib. 9.

Sŭrrentum, ti, Σορρεντὸν Ptolemæo. Oppidum est Picentinorum, juxta Minervæ promontorium. Surrenum quendam fundum, teste Plin. lib. 3. cap. 5. ¶ Hinc Surrentina vina, & Surrentini colles, apud Colum. lib. 3. cap. 2.

Sūsa, orum, Σοῦσα, Ptolemæo, Urbs nobilissima, inter Persidẽ, & Babyloniam sita, Persarum olim regia, à Dario Hystaspis filio Persico exclusus, aut (ut Strabo placet) à Tithono Memnonis patre condita, trans Choaspen fluvium à cujus urbis nomine circumjecta regio dicta est Susiana. In hac urbe fuit nobilis illa Cyri regia, candido, varioq; marmore, columnis aureis magnaq; gemmarum copia exornata, cæli in lacunaribus habens simulacrum, stellis micantibus insignitum. Est autem hoc nomen pluralis sanctum numeri, & neutri generis. Propert. lib. 2. Non tot Achæmenias armantur Susa sagittas. Lucanus: Nõ tot Achæmenias deducant Medica Susis Agmina. Dicta autem putantur Susa à lilionum copia, quæ Elorum lingua susa dicuntur.

Susiānē, [Σουσιανὴ Stephano. Germ. Ein Landschafft offt Asiæ, itzt zwischen Assyria, Babylonia, Persia, und dem Meer.] Asiæ regio, Persicæ diœcesis, quæ à Septentrione terminatur Asperis ab Occidente Babylonia, ab Oriente habet Persidem: à Meridie partem Persicum sinum. Dicta Susiana à Susis urbe nobilissima Persarum regia, & totius regionis capite. Latorum ejus descriptionem repete ex Ptolemæo lib. 6. cap. 3.

Susiana, Vide SVSA.

Sutrium, ii, Σούτριον, Oppidum Tusciæ mediterraneum, apud Strabonem lib. 5.

Suttus, (ut ex Catonis sententia refert Plin. lib. 8. cap. 5.) Nomen fuit elephanti, qui in Punica acie fortissimè dimicaverat, altero dente mutilato.

S ante

Sȳgrĭ, Sygri, σύγρι, Regio Siciliæ prope Adum & Lætren, à suum venatione (ut ex nominis compositione apparet) appellata.

Sy-grŏs. [σύαγρος. Germ. Ein Beinbund.] Canis nomen est apud Sapphoclem, à suum venatione impositum. ¶ Græcis item Sygros, aprum, seu lucum sylvestrem significat.

Sȳagrŏn, σύαγρον. Extremum Arabiæ Felicis promontorium, ad ostium sinus, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 28. & 28. & Ptolomæus Tabula Asiæ sexta.

Sybăris, σύβαρις Stephano, Magnæ Græciæ oppidum, inter Crathin & Sybarin amnes, ab Achivis condium, qui post Trojæ excidium vi tempestatis eò fuerũt appulsi. Hujus olim tanta fuit potentia, ut quatuor proximas rexerit gentes, & quinque & viginti urbes suo subdiderit imperio, & contra Crotoniatarum centa hominum millia armârit. Autor Strabo libro 6. ¶ Est & Sybaris fluvius dictus. Fluvii nomen juxta urbem ejusdem nominis, à cujus aquæ colæ submovent gregem: sive quòd pecora iterum tamentis exagitet, ut visum est Strabonis: sive quòd vellera nigrore inficiat, quum Crathis vicinus amnis candorem ea inducat, ut tradit Plin. libr. 31. capit. 2. ¶ Est item Sybaris adolescentis nomen apud Horat. libro 1. Carm. Ode 8. Lydia dic, per omnes Te deos oro Sybarin cur properas amando Perdere.

Sybărītæ, σύβαριται, Populi fuerunt ingentissimi omnium voluptatum in hæredi, omniq; deliciarum genere adeo effœminati, ut Sybaritica mentio in proverbium abierit. Traditur hâc fuisse consuetudine, ut convivas in proximum annum invitarent, ne spatium interim decesset, aut convivatori conquisita cœna, manq; delicias epulas instruendi, aut convivis ipsis corpora cura, gemmisq; exornandi. Hi postea & adversus Crotoniatas bello lacessiti, quum trecenta hominum millia aciê educ sent, turpissimè tamen victi, unaq; cum urbe funditus deleti.

Sybăritis, -dis, σύβαρις, Patronymicum fœmininum à Sybaritis populis formatum. Ovid. de Trist. ad Augustum: Nec qui cõpositi nuper Sybaritida, fugit. Quo in loco Sybaritida vocat Ovidius, opus Hermotimi cujusdam cinædi de generibus voluptatum & obsoletarum deliciarum.

Sybŏta, æpen. corr. σύβοτα Stephano, Insula est ante Leucadiã, teste Plin. lib. 4 cap. 12.

Sycamĭnon, συκάμινον. Oppidum fuit in ora Phœnices, cujus huc usque in hunc quatermemoriã exstisse, autores sunt Plin. lib. 5. cap. 19, & Strabo lib. 16. ¶ Sycaminon item Græci morum appellant, arboremq; ipsam Sycaminum. συκάμινος.

Syce, συκὴ. Insula est Asiæ adjacens, non procul ab Epheso, cujus meminit Plin. lib. 5 cap. 31.

Sychæĭs. Vide supra SICHAEUS.

Sycŏris, Plin. lib. 3. cap. 1. fluvius Hispaniæ juxta Ilerdenses, Surdaonum gentes. Lucan. Hesperios inter Sycoris non ultimus amnes. Vide SICORIS.

Sycurĭa, συκοῦρια. Insula ex immani Argæo, ante Ephesum: de qua Plin. lib. 31. cap. 5.

Syderis, Fluvius in finibus Caspiorũ & Hyrcanorum, à cujus ostio Caspium mare nomine amisso, Hyrcanum, incipit appellari. Autor Plin. lib. 6 cap. 16.

Sydra, dræ, σύδρα, Oppidum est Isauriæ, quæ est regio Asiæ, mediterranea inter Cilicium & Pamphylium, Steph.

Syēnē, σοήνη Vulgò Sigueni. Gier. Ein Stadt Negotian under dem Kriche Siechi gelegen. Cæterũ] Urbs in cõfinio Æthiopiæ atq; Ægypti, non procul à Nilo, supra Alexandriã, versus Meridiem quinque millibus stadiorum, sub tropico Cancri directè locata: unde sole ex flente in Cancro, meridie saltim die supra verticem civitatis nullam prorsus in ea umbram jacit, ait Plin. libro 2. cap. 73. Lucan. lib. 2. - umbras nusquam flectente Syene.

Sygaros, σύγαρος. Insula est in sinu Arabico, in qua nulli sunt canes, atq; aliundè importati circa littora extinctes moriuntur. Autor Plin. lib. 6. cap. 28.

Sylă, per simplex l, Mons Lucaniæ, sylvam habẽs ejusdem nominis, latrocinijs crebris infamis. Vnde & nomen accepisse videtur, ἀπὸ τοῦ σύλαν, quod eũ prædas. Sallustius de fugitivis: In sylvas inque Sylæ saltus fugere. Virg. 12. Aen. Ac velut ingenti Sylæ, summove Lyæo. Quum duo, &c.

Syllă, duplicato l, σύλλας. Fuit Romanus nobilis, teste Salustio, qui antiquæ Scipionũ familiæ originẽ duxit. Hic in adolescentia omnia flagitia nominatam vitã egit, usq; ad Quæsturam, quã sub Mario adeptus est, ut qua vitã omnẽ penitus commutavit. Literis Græcis & Latinis bonè eruditus fuit, facundus acer, alitutus, gloriæ cupidus, sui fecundus, pecuniæ maximè largitor, animo grandis: adeòque dolo dubitam potuerit fortunã salutis. Fortunæ au fuit felicior. Missus à Mario ad Bocchi regis regnum, fugientibã victis, similis Deinde & Mithridatẽ Asiã undebellatũ vastantẽ compescuit: socium bellum luctus re-

pressit: Cinnæ dominationẽ fregit & Marii, qui olim se Quæstore fastidierat, ipsam illam provinciã profligatum & exulem coëgerunt. Dictator deinde effectus, ea Rempublicã oppressit, ut de Cicerone Verr. nemo dubitaverit, quin hominem patriã, nec vitã retinere posset. Potitus Reipub. & victa, Dictaturã deposuit, & privatus Puteolos Baiasq; & peculiari morbo petiit. Quapropter Cæsar Iulius dicere consuevit, illum literas nescivisse, quia dictaturã deposuisset. Ut habet Tranquillus. Sylla autem nomen ex Sybilla contractum putatur. Appellatus est enim Sybilla qui ex Sybillinis libris primò sacra fecit, cujus postea duabus sublatis dictis, Sylæ sunt appellati. Et quum is, qui primus Sylla appellatus est, flavo & compto capillo fuerit, similes Sylæ sunt appellati. Inde profectum ut effeminati in ludo, Sylæ dicerentur. Sotipater lib. 1.

Syllamĭŏn, σύλλαμον, Statuarius nullo doctore nobilis, de quo Plin. lib. 34. cap. 8.

Syloson, Ionice, σύλοσων, Polycratis Samiorũ tyranni frater, qui quã Dario Hystaspis filio vestis quã ferebat, aliquando largissima esset, an eo pro peculiari munere tyrannidẽ donec accepit: in qua administranda crudelissimè sese gessit, ut ejus civibus exhaurias. Vnde tractum est proverbium τυραννὶς ἐστὶ σύλοσων δῶρον. Hæc est, Sylosontis opera facta est loci amplitudo.

Sylvānŭs. [Ger. Der Wattgott Pan.] Sylvarum Deus, qui Cyparissum puerum in deliciis habuisse dicitur, eundemq; in arborem sui nominis hoc est, in cupressum transformasse. Fabulantur enim Poetæ, Cyparissum cervã habuisse mansuefactam, eamque unice adamasse: quam quum Sylvanus imprudens occidisset, puer doloris impatientia contabuit. Cujus mortem ægrè ferẽs Sylvanus, in arborem cupressum eum commutavit, quam amasii desiderio semper dicatur circumferre. Quidam Sylvanum eundem esse putarunt cum Pane. Virg. tertium lib. 1 Georg. manifestè eos distinguit. Nam quum dixisset, Pan ovium custos, &c. interjecta dominæ Minervæ, & Triptolemi mẽmone, subdit tandem: Et teneram ab radice ferens Sylvane cupressum. Quem locum explicans Servius: Publica (inquit) ceremoniarum opinio hoc habet, pecorum & agrorum Deum esse Sylvanum. Prudentiores tamen dicunt eum esse ἀπὸ τοῦ σύλλας, hoc est, Deum ἀγρῶν. Sylæ autem sit fere omnia crementorum id est, ignis sordidior, & aër, item & aqua, & terra, sordidiora unde cuncta procreantur. Quam ideo Latini materiam appellavere: nec incongruè, quum mater & sylvarum sint. Ergo quem Græci a toto, Latini à parte dixerunt. Hæc Ille. Plinius libro 12. capite 1: Quin & Sylvanos, Panasq; & deorum genera sylvis ac sua nomina tanquam è cœlo attributa credimus.

Sylvĭus, Æneæ & Iliæ Numitoris filia quæ à Marte compressa est, Romani credidere. Is fuerunt Romulũ peperit, & Remũ, urbis Romanæ conditores. Vide Liv. lib. 1. ab Vrbe. ¶ Et Sylvius apud Virg. 7. Aen. nomen fortita Tyrrhei patroris regi armẽta, cervus mãtutus à Trojanis vulneratus, intimè præbuit bella inter Latinos & Trojanos adversa.

Sylvĭus, Ascanii filius, Æneæ nepos. ita dictus quòd casu quodam in sylvis natus esset: à quo deinceps Albanorum Reges omnes Sylvii dicti sunt, sicut Romanorum Imperatores, Augusti: Aegyptiorum Reges, Ptolemæi: Parthorum, Arsaces. Vide Liv. lib. 1. ab Vrbe.

Symē, sive Syme, σύμη, Insula est Cariæ adjacens, portum habens, claustum triremibus aptum, & navale cavum viginti. Autor Strabo lib. 14.

Symæthĭus, σύμαιθος, Fluvius Siciliæ, non longè ab Aetna, qui (ut ait Strabo lib. 6.) agrum Catanæum irrigat.

Symălĭus, a, um, adj. divum. Virg. 9 Aen. Edusium Martis luco Symæthia circum Flumina.

Symbari, Populi fuere, inter Arabiæ montes & Nilum incolentes, ejusdem nominis, venatui vitã ducentes. Autor Plin. lib. 6 cap. 28.

Sȳmē, σύμη, Insula Cariæ adjacẽs, medio fere spatio inter Rhodum & Gnidum, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 31. Vide supra in dictione VYNA.

Symmăchĭus, pen. corr. σύμμαχος, Proprium nomen oratoris conjuncti Romani, qui missus fuerã Senatu Constantinopolim, ad Theodosii liberos, rogatum ut Vestales à Christianis dedi ni minimè paterẽtur. Cujus rei gratia putabant se adversa multa à diis esse passos. Ejus igitur orationem & Prudentius & Ambrosius, qui hanc mentionem fecerunt, acerrimè confutarunt. Erat & Symmachus, sacrorum librorum interpres, doctrinæ priscæ studiosus, cujus meminit Eusebius. ¶ Græcis item σύμμαχος, belli socium significat, quemadmodum & συμμαχία, belli societatem.

Symplēgădes, penult. corr. συμπληγάδες, quæ & Cyaneæ, insulæ duæ sunt, divo cursu scopulis trans Bosporum Thracium, inepto Perdi Euxini ostio, mille quingentis pasibus ab Europa distantes: tam modico autem interstitio se dirimentes interjecto, ut ex adverso quidem utrinque gemina cernantur, paulùm verò de lexa aceo, coeuntium speciem præbeant. Quæ

res occasionem præbuit Poëtarum fabulis, qui eas olim inter se concumisse tradunt. Vnde & nomen acceperunt Συμπληγάδες; hoc est, à concurrendo, seu confligendo. Ovidius: Comprimos utinã Symplegades elidissent. Nominativus singularis est Symplegas, συμπληγάς, pen. prod. Martia. lib. 12: Si continuingantur gemina Symplegade culi. Quo in loco per geminam Symplegadam rates ipsas intelligit.

Synesius, Συνέσιος, Pentapoli Africæ, philosophus Christianus, præfuit Ptolemaidis factus. Scripsit libros in Grammatica, Philosophia, Panegyricos, Epistolas, & alia. Autor Suidas.

Synnãda, Συνναδα, Civitas majoris Phrygiæ. De hac Strabo libro 12. sic scribit: Synnada urbs non magna, ante quam planities jacet oleis consita, fere 40 stadiorum. Viterius est Docima vicus, & Synnadici lapidis fodinæ. Ita enim cum Romani appellant indigenæ verò Docimeten, & Docimeam. Vena in initio parvas glebas emittebat, nunc propter maximos Romanorũ sumptus columnæ integræ & ingentes extrahuntur, & varietate alabastritæ lapidi proximæ. Dicitur & Synnas, adis, ut apud Sidonium.

Syphax, acis, penult. genitivi prod. Σύφαξ. Numidiæ rex fuit, qui quum Scipioni per Lælium fuisset conciliatus, bellique societatem cum consule, postea violata fide Annibali adhæsit. Tandem victus a Masinissa, vivus in Scipionis manus perductus est, à quo in triumpho circumductus, & deinde in carcerem missus, medio vitam finit, regno ejus Masinissæ concesso. Claud. de Bello Gildonico. Syphacem extulit medi sylla correptæ bacifer venena, Compulimus durum Syphacem fractumque Metelli. Alii tamen ferè omnes constanter producunt. Propert. libro 3: Annibalis spolia & duri monumenta Syphacis. Ovid. 6. Fast. Fossera aux melior vincit Masinissa Syphacem.

Syracusæ, pen. pro. [Συράκουσαι. Vulgò Saragoza. Ger. Die Statt in Sicilien vnd am vorgehen Parthey, so gegen Nidergang gelegen, belegert Saragosa.] Civitas Siciliæ amplissima, sub Pachyno monte sita, ubi fons Arethusa ab Alpheo (ut creditur) Elidis fluvio per subterraneos cuniculos meãs, magna aquarum ubertate erumpit. Cicer. 6. Verr. scribit Syracusas urbem esse maximam Græcarum urbium, pulcherrimamque, quæ ex quatuor quasi urbibus maximis contiare videantur, quarum una insula nominatur: altera Acradina: tertia Tyche, à nobili Fortunæ templo, in ea extructo: quarta Neapolis. Syracusani multos claros principes habuerũ, sed præcipuè clarissimum Dionysium tyrannum. Qui quum apud Elium Dionysium vidisset ingentem vasorum aureorum, argenteorumq; copiam, exclamasse, inquit: In re affectus regius non est, qui ex tanta poculorum vi amicum neminem tibi conciliarit. Ambo tamen Dionysii philosophi fuêre, amboque Platonem audierunt. Ex Syracusis fuit Archimedes mathematicus, & Theocritus poëta bucolici carminis scriptor, quem Virgilius imitatus est.

Syracusius, a, um, Συρακούσιος, Gentile, formatum à Syracusis, Saragossanus, di Saragoza.

Syracusius, a, um, Συρακούσιος, Vel abjecta vocali subjunctiva, Syracosius, ejusdem significationis est cum superiore. Virg. l. 6. Aeglog. Prima Syracosio dignata est ludere versu. Ovid. in Ibin. Vtque Syracosio, præstrictа fauce, poëtæ: Sic animæ laqueo fit via clausa tuæ.

Syria, אדם ארם aram. aegia. Germ. Ein grosse Landschafft in Asia, stosset an das Mittelmeer vnd Cilicia: item an den fluß Euphrat, Aegypten vnnd Arabiam. Vulgò Syria.] Regio Asiæ, quæ ab Oriente fluvio Euphrate: ab Occidente mari Mediterraneo, & Aegypto terminatur: à Septentrione habet Ciliciam, & partem Cappadociæ: à Meridie Arabiam: cujus insignes civitates (ut libr. 5. refert Ptolem.) sunt Laodicea, Hierapolis, Antiochia, Apamea, Palmyra, Heliopolis, Ptolemais, Sidon, Tyrus, Berytus, Botrys, Tripolis, Byblus, Seleucia, Cæsarea, & Damascus: montes clari, Carmelus, Casius, Libanus: fluvii, Euphrates, Chrysorrhoas, Singas: regiones, Phœnice, Palæstina, Judæa, Idumæa, Comagena, Samaria, & Syria Cœle. Hæc regio in medio orbis constituta est: quò si: utnec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur. Sunt qui quadripartitam faciunt divisionem, in Syros, Assyrios, Leucosyros, & Cœlesyros. Plin. lib. 5. ca. 12: Mesopotamiam quoq; & Babyloniam Syriæ attribuit: totiusq; Syriæ partem facit Assyrium. Male confundunt (ut Herodotus) qui Syros à Græcis dictos, Assyrios à Barbaris dici scribit, & illis Chaldæos adnumerat. Acron quoq, & Porphyrio, insignes Grammatici, apud Horatium eam, quæ nunc Syria dicitur, tertia syllaba olim Assyriam dictam scribunt. Ammianus Marcellinus lib. 23: Circa amnem [eundem] provincia est nobilis Assyria celebritate, & magnitudine, tum & multiformi feracitate dictissima: quæ per populos, pagosq; amplos diffusa, quondam & copiosa, ad unum concessit vocabulũ, & nunc omnis appellatur Syria. Dion in Tiriam vita Assyriam Barbaris dictã (littera in t mutata, quam Assyriam nos vocamus, indicat. Scriptores in eo ferè conveniunt omnes, ut Syria & Assyria nomina confusa esse credant.

Syri, Syrorum, [ארם ארמים aram. aramæi.] Sunt ejus regionis populi ludis, celebritatibusq; dediti. Perungũtur oleo pretioso, & linuntur unguenta. Maximam diei partem in commessationibus absumunt & potu. Masculi à XIIII. anno, fœminæ à XII. ubique ad LXV. tributo obligantur. Fortunã colũt. Prima autẽ dictionis hujus syllaba corripitur, quum in Syro insula eadem producatur. Juven. Sat. 6. Quam quæ longarũ vehitur cervice Syrorũ. Syri olim assyrii nomine malè audierũt, quemadmodũ & Pœni nunc. Vnde factus est locus proverbio: Σύρος πρὸς Φοίνικα: hoc est, Syrus adversus Phœnicem: quo utimur quoties significare volumus duos egregiè affatos hoc agere ut dolis se mutuò circumveniant. Hæc Suidas.

Syrissa, æ, [ארמית aramith. aegiæ.] Mulier è Syria: Nam quemadmodum à Libys fit Libyssa, ita à Syrus, Syrissa Virg. in Marcello: Cupa Syrissa caput Graia redimita mitella.

Syrius, a, ia, ium, denominativum: [ארמי aramæi. aegiæ.] ut quam Syria pyra. Columel. lib. 5. cap. 10: Datum Cretensium, regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur.

Syriacus, a, um, Poëticum: [ארמי aramæi. aegiæ. Gall. Syrien, de Syrie. Ital. Soriano, di Soria. Hisp. De Syria. Vti. Syrioboli.] ut Syriaci boves. Plin. lib. 8. ca. 45: Syriacis non sunt palearia. Syrica radix pro tilphio, quod Latini laserpitium vocãt quia (ut inquit Dioscorides) ex Syria & Media optima hujusmodi radix adferebatur. Colum. lib. 11. ca. 13: Necmunus si vernum & æstivum fructum voles habere. Syriacæ radicis, & rapi, παρὰ τὸ ἦρος, feminæ ohrates. ¶ Syriacus ros, cœli tudor, sive aëris sicte expurgatis succus, in tolus stipiũ concrescens, præcipuè in Syria, juxta Libanum montem unde & nomẽ accepit, ἀφ' οὗ ἔλαιον. Arabes Manna appellant: quo nomine utuntur & officinæ. Columell. lib. 9. cap. 13: Nam vel grana mali Punici tusta & vino amneo cõlecta vel uvæ passæ cum rore Syriaco cum pari mensura pistatæ. ¶ Syriacus raphanus, à Syria unde optimum advectus fuit, nomen retinuit. Illi autem cæteris raphani speciebus suavior & tenerior, & patientior hyemis. Vide Plin. lib. 19 cap. 5.

Syrianus, Συριανός, Alexandrinus Philosophus Platonicus, docuit Athenis, Scripsitq; in totum Homerum commentarios, libros septem in Platonis Rempublicam, & alia. Hujus discipulus & successor fuit Proclus. Suidas.

Syrtitæ, Σύρται, Populi sunt inter Nomadas Indiæ, narium loco foramina tantùm habentes, anguium modo lorpedes. Autor Plin. lib. 7. cap. 2. Dicti à fistulis & calamis avenarii quibus cibum capiunt. Solinus: Alii conserum os habẽt, modicum tantùm foramen, quo calamis avenarum cibos hauriũt: σύριγγας enim Græci fistulas appellant.

Syrtha, filia fuit Danorum regis Sylvaldi, tantæ pudicitiæ, ut quum ob elegantiam formæ magna procorum frequentia peteretur, spretis tamen omnibus, prætulerit cælibatum. Saxo libro 7.

Syrus, Σῦρος, Oppidum in Chersonesο Cariæ adhærenti, à Podalirio conditum, à nomine Syrnes uxoris ejus ita appellatũ. Ferunt enim Podalirium, quum in Caria esset ejectus, à capraria quodam tutiss. servatũ, & ad Damathũ regẽ deductũ: cujus filiam de recto delapsam quã detracto ex utroque brachio sanguine servasset, admiratus hominis ingenium Damæthas, filiam ejus beneficio servatam, ei uxorem tradidit, Chersonesο illi in dotem attributa: in qua Podalirius deas condidisse aras traditur, quarum alteri uxoris, alteri pastoris nomen indidit. Autor Steph.

Syrophœnices, pen. prod. Συροφοίνικες, Populi Asiæ, idem cũ Phœnicibus: ita dicti quòd maritima Syriæ incolant loca. Juven. Sat. 8: Obvias asperno Syrophœnix ludos amomo.

Syrsigabis, Darii mater, quæ audita morte Alexãdri, sese peperisse nocti dedit. Autor Curtius.

Syrtes, tium, [σύρτεις. Gall. Les Syrtes, bancs de sable mouvans en la mer de Libye. Ital. Secche. Ger. Zwey gefährliche Oerter im Meer nahe bey Africa darein wegen des Sands so das Wasser einfft die dann dört auffwirfft. Hispan. Bancos de arena. Pol. Miele płytkie zmiorza piaskowe. Vng. Az tengerbe vato ejtkek. Ang. Sandie places in the sea of Lybia.] Duo sunt sinus periculosissimi in mari Libyco, qua Africum propriè dictum alluit: quorum alter, qui Carthagini propinquior est (minorem Syrtim vocãt) CCCM. passuum ambitum habet. Alter, qui in Cyrenaïcã vergit, major: Syrtis dicitur: haberq; circuitum DCXXXV. M. passuum. Vtraque Syrtis navigantibus est periculosissima, quòd mare ibi vadosum sit, arenæ vehens cumulos, qui loci faciem vicissim immutant, dorsique & breria (in alia atque alia loca transferunt. Syrtium harum naturam sic describit Sallustius in Iugurth. Duo sunt sinus propè in extrema Africa, impares magnitudine, pares tamẽ natura, quorum proxima terræ pelata fuit: cæterum uti fors tulit, alta, alias cæpestate vadosa. Nam ubi mare magnum esse & ventis sævire cœpit, li-

rum, arenamq; & saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum vento simul mutatur. Hæc Solinus. ¶Sunt & in terra Syrtes in eadem Africa, vento Arenas excitante, & proxima quæq; operiente. Vade Solinus autor est, iis in locis, quà vis terra ire faciens, cursum sideribus regere. Nam arenarii cum ali vento agitati locorum faciem mutant: & quæ ad motum in mari, nunc egere tubili facturit, quæ prius delidebant, nunc vallibus profunda, quæ prius excelsa erant, deniq; procellarum ritu arenæ exagitantur, fyrtimq; faciunt terrestre, pares cum illis æquoreis periculi. Parum enim refert, ubi hanc an arena quis obruatur. Hæc Solinus.

Syrus, pro re producit. Σῦρος & Stephano, insula Ioniæ, Assyriæ regioni apposita, à qua Pherecides Syrius oriundus habuit, non à Syria regione. ¶Scyrus verò, Σκῦρος, Thraciæ abrepta est, ut Strabo & Plinius testantur. Vide suo loco.

Syrticus, a, um, denominativum: ut Mala Syrtica. Colum. libro 5. cap. 10. Præterea malorum genera exquirenda, maximè Scantiana, Syrtica.

T

TAbæ Tabarum, Τάβαι, Urbs Ciliciæ, ut ait Plin. libro 5. capit. 27. ¶Stephanus Tabas alias collocat in Lydia, item alias in Caria, & alias in Persia.

Tăbărenĭ, ut apud Pomponium legitur, sive potius Tibareni, Τιβαρηνοὶ Stephano quo pacto etiam apud Strabonem, & Plinium scribitur, populi sunt ad Pontum Cerasuntem proximi, adeò reipsa pessimi custodes, ut prius prælio non congrediantur, quam dem, locum & horam, ex fide hosti denunciarint. Quæ mulier parta liberum, virum lectulo tanquam puerperam decumbit, eamq; ut puerperam effera tanquam puerperam autor decumbit, eamq; ut puerperam effera tanquam puerperam autor decumbit, eamq; ut puerperam effera tanquam puerperam autor

Tālthȳbius, πολύφ. Homero Iliad. 1. Præco Agamemnonis in Græcorũ exercitu, qui unà cum Eurybate ab Agamemnone missus est ad Achillis castra ut Briseidem ab eo abduceret. Ovid. in Epist. Briseid.

Nam simul Eurybates me Talthybiusq; vocatus,
Eurybati data sum, Talthybioq; comes.

Tamara, πολίχνη, Vulgò Tawistock, Oppidum Dammoniorũ, in occidentali parte Britanniæ insulæ. Ptol. lib. 2. cap. 3.

Tamara Ptolemæo, Pomponio Tamaris, Fluvius Hispaniæ Tarraconensis, in Artabrorum finibus, in Oceanum fluens occidentalem: à quo vicini populi Tamarici dicũtur. Vide Ptol. lib. 2 cap. 6, & Melam lib. 3. in descriptione Hispaniæ.

Tamarithæ pen. prod. πολίχνιον, Populi Asiatici non longè à Caspio mari.

Tamarus, πολίχνη, Britanniæ fluvius, non procul ab Ocrio promontorio quod Meridiem spectat, in Britannicum Oceanum influens. Ptol. lib. 2. cap. 3. Vulgò Tow.

Tamia, πολίχνη, Oppidum in Orientali parte Britanniæ insulæ, sub Caledonia. Ptol. lib. 2 cap. 3.

Tamos, India promontorium est, quod Taurus attollit, in Meridiem sese convertens. Vide Pomponium in descriptione Indiæ.

Tanagra, πολίχνη. Oppidum Bœotiæ mediterraneæ, quam Homerus ab Homero appellari tradit Stephanus. Nobilitatũ fuit autem hoc oppidum præstantissimo genere gallinaceorum, ad pugnas & prælia nutritorum, teste Plin. lib 10. cap. 21.

Tānagrus, sive Tanager, πολίχνη, Fluvius est Lucaniæ, qui est regio Italiæ inter Picentinos & Brutios. Virg. 3. Georg. & ficci ripa Tanagri.

Tānāis, [πολίχνη. Germ. Ein fluß in Scythia: so ein vnderscheid ist zwischen Asia vnd Europa, helt sich der Don, Tana.] Fluvius Scythiæ, Asiam dividens ab Europa, Ferrarq; à Septentrione Nilo adversus, inquit Strabo lib. 11. Paulò tamen Orientalior, non solùm per Scythas in Mæotim defluens, sed & per Sauromatas. Originẽ ejus incertam aliqui putant. Ptolemæus ex montibus Riphæis prodire putat, qui magis Australes sunt, quàm Hyperborei. Alii, in quorum numero Herodotus est lib. 4. aiunt esse paludem non admodum magnam, ex qua Tanais nascitur, qui duobus ostiis Mæotim ingreditur, cujus fluctus intrasse circiter septuaginta dierum spatium ferunt. Alii ex Caucasi montibus oriri existimant. Scythæ Tanaim Silin vocant. ¶ Fuit & oppidum Tanais ad amnis hujus ostia, teste Plinio lib. 2. cap. 68, a Græcis qui Bosphorum tenuere, conditum. Vide Ptolemæum lib. 5. cap. 9. Dionysius in Periegesi:

Europam atq; Asiam Tanais discriminat amnis,
Hic Sarmatidis evolvens fontibus, alta
(Scythes Araxen prius æquore) jam tuus unda
Effluit in Scythiam, procul hinc Mæotida Techyn
Intrat, & inferto fretis pellit vasta fluento.

Lucanus lib. 3:

Qua Crœso fatalis Halys, qua vertice lapsus
Riphæo Tanais diversi nomina mundi
Impulit tripotes, Asiæq; & terminus idem,
Europæ mediæ civilem continet terræ, &c.

Tanaitæ pen. prod. πολίχνιον, Tanais fluvii accolæ, à Suitis, Anchetis & Satarneis deleti. Plin. lib 6. cap. 7.

Tānăquil, Tarquinii Prisci uxor fuit, magni animi mulier, & Herculæ disciplinæ peritissima. Vide Liv. lib. 1. ab Vrbe.

Tanarus, Fluvius ex Apennino nascens, & in Padum influẽs. Plin. lib. 2. cap. 16 Vulgò Tenaro.

Tanis, πολίχνη, Civitas Aegypti, a qua Tanicum, sive Taniticum Nili ostium dictum est. Herod. lib. 2 ab insignibus oppidis Nili ostiis imposita nomina scribit ea fuisse, Canopus, Bolbis, Sebennis, Pathmis, Mendes, Tanis: à qua Taniticum Ptolemæus, & Strabo derivant, Pomponius Tanitum.

Tantălis, idis, πολίχνιον, Oppidum fuit Magnesiæ, terræ hiatu ab iis perpetuum. Plin. lib 2. cap. 91.

Tantălus, πολίχνιον, Jovis ex Plote nympha filius fuit, Agamẽnonis & Menelai avus. Vnde & Tantalidæ dicti sunt. Hic quã deos convivio excepisset, ut eorum divinitatem experiretur, Pelopem filium membratim discerptũ coctumq; iis apposuit comedẽdũ. Illi verò à nefandis epulis abstinuêre omnes, una Cerere excepta, quæ puero humerum devoravit: pro quo illi dii eburneũ humerũ restituerunt, revocatoque puer Mercurius ab inferis animã, Pelopem ad vitã revocarunt. Patrem verò tanti sceleris autorem ad inferos detruserunt, ubi perpetua fame & siti torqueatur. Eridanus fluvii aquis, & pomis, quæ capiti ejus imminent, captationem ejus fugientibus. [Ger. Ein Sohn Jovis, welchen die Götter zur Hellen verdampt haben, daß er Aepffel vnnd das Wasser flohe als des Meers gahn solte, welches er doch nicht erschnappen kondte.] Quam fabulam mythologi de avaris interpretantur, quibonis partis frui nõ audent. Horat. lib. 1. Ser. Sat. 2. Tantalus à labris sitiẽs fugientia captat Flumina, quid rides? mutata nomine, de te Fabula narratur, congestis undiq; saxis

indormis innians, & tanquã patere sacris Cogeris, aut dictis tanquã gaudere tabellis. Plato in Cratyla scribit, Tantalũ dictum esse, quasi πανάτλητον: hoc est, infoelicissimũ. ¶ Alius fuit Tantalus Corinthiorum rex, ob pietatẽ deorũ mensis dignatus. ¶ Alius Thyestę ex Merope filius, interfectus & appositus ejus patri. Eusebius Tantalũ Phrygię regẽ cum Troę rege Dardaniæ, quòd Ganymedem rapuerit bellum gessisse scribit.

Tāntălĕus, a, um, adjectivum, Propertius: Tantalea potent trades poma manu.

Tāntălis item patronymicum fœmininũ est, quo Poetæ utuntur pro Niobe Tantali filia. Ovid. 6. Metamorph. -dicto convitia facto Tantalis adjecit.

Taphiæ, πόλις. Quædã insulæ in mari Ionio ante Leucadiã, prope Echinadas: quarum nomina fuerũt, Taphias, Arnoxia, & Prionessa, teste Plinio, lib. 4 capit. 12. Eædem & Teleboides dicuntur utroq; nomine ab incolis ducto: nã Taphii & Teleboæ vis communiter dicuntur imperasse. De quibus hujusce modi repetit originem enarrator Apollonii poeta: Perseus ex Andromede, ut narrat Herodotus quatuor fuere filii: Alæus, Sthenelus, Mestor, & Electrion, qui simul regnaverunt. Ex Hippothoe Mestoris filia, & Neptuno Pterelas genitus, ex Pterela Teleboas & Taphus, à quo Taphus insula, in qua Teleboæ ac Taphii communi nomine & imperio fuere. Igitur ii Hippothoes eorum aviæ pecuniam ab Electrione eorum necessitatio, qui pro ea spopondit, repetebant: qua negata, ad arma venere, armenta abegerunt, ipsum denique & filios fugavere. Alcmena Electrionis filia patrem ulturo, Amphitryonem Thebanum hominem potentissimum in matrimonium accepit, atq; hac pacto bello inter eos conflato, ab eodem Amphitryone delecti sunt, eorumq; regẽ Cephalo profecto Athenienibus, qui exercitui præerat, donatum quod ad Vlyssem è tuccessione pervenit. Hæc ille. Ex quo apparet Teleboas & Taphios omnibus iis insulis imperasse.

Taphias, ădis, πόλις, Insula est exigua in mari Ionio, ante Leucadium, una Taphiarum sive Teleboidum. Autor Plinius lib. 4. cap. 12.

Taphiassus, πόλις, Mons est Aetoliæ non procul à Chalcide. Plin. lib. 4 cap. 2.

Taphii, πόλις, Dicti sunt populi à Thapho Neptuni filio, qui Taphiis insulis imperarunt: quæ sunt in mari Ionio juxta Aechinadas. Vide supra in dictione TAPHIAE. Strabo lib. 7. Taphios alios collocat ad Pontum Euxinum nõ procul à Borysthene fluvio.

Taphiussa, πόλις. Oppidum Cephalenię insulę, è regione Leucadis, in qua Taphiussium marmor effodiebatur. Vide Stephanum, & Plin. lib. 36. cap. 22.

Taphos, πόλις, Stephano, Oppidum est Cephalleniæ insulæ, postea Taphiussa appellatum. ¶ Alioqui τάφος Græcis sepulcrum significat: undè Epitaphion, sepulchri inscriptio.

Taphosiris, πόλισμα, Vicus Aegypti, Osiridis sepulcro nobilitata: unde & nomen accepit. Strabo lib. 7. duas hujus nominis urbes in Aegypto collocat, alteram ad mare, in qua maxima Osiridis festa celebrabantur, alteram in mediterraneis.

Taphra Plinio, πόλις Ptolemæo, Oppidum est Africæ propriè dictæ inter duas Syrtes.

Taphræ, τάφρος. Oppidum est ad Sinum Carcinitem, in ipsis Tauricæ Chersoneli angustiis situm: ut refert Plin. libro 4. capite 12. Hanc locum quondam servi munisse dicuntur, quum absentib. dominis in diuturno illo bello quod adversus Tauricas Scythæ gesserunt, cum eorum uxoribus rem habuissent: ex sententia Callistrati refert Stephanus. Hujus urbis meminit & Florus, referiq; sua ætate Trajani auspiciis fuisse expugnatam.

Taposiris, Vide TAPHOSIRIS.

Taprobane, [πόλις. Ger. Ein vast grosse Insel im Indischen Meer, helffrig: Sumatra.] Insula est omnium quæ veteribus cognitæ fuerunt, maxima, à Colaico Indiæ promontorio in Austrum quatridui navigatione recedens, in qua Septentriones negant conspici potic. Lucet ibi Canopus sidus clarum & amplissimum. Homines corporum magnitudine alios antecellunt, cæruleis oculis, atroci visu, terribili sono vocis. Vivunt ultra annos centum. Nascuntur in ea beryllus & hyacinthus, ut vitra annos centum. Vide plura de hac insula apud Plinium lib. 6 cap. 22, & Vadianum in Melæ lib. 3.

Taphicum, Cirenaicę regionis oppidum, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 5. in descriptione Cirenaicæ regionis.

Tapsis, Vide THAPSVS.

Tapyri Plinio, πόλισμα Stephano, Populi sunt ad mare Caspium, inter Derbicas, & Hircanos quibus mos fuit ut uxores suas, quum duos, nésve filios ex iis suscepissent, alteri nuptui concederent. Autor Strabo lib. 11.

Taracina, Vide TARRACINA, duplicato r.

Taracon, Vide TARRACON, r littera geminata.

Tāranis, penult. correp. Dicebatur Jupiter à Gallis, cui humanarum

no sanguine lltabant. Lucan. lib. 1. Et Taranis Scythiæ nõ mitior ara Dianæ.

Tãras, antis, ντος. Fuit Neptuni filius, qui primus Tarentum condidisse creditur, & à nomine suo appellasse. Græce enim Tarentum ντος dicitur. Vide paulò post in dictione TARENTVM.

Tarbelli, ντοι, Populi Galliæ Aquitanicæ, in Pyrenæos rupes vergentes, quorum urbs Aquæ Augustæ commemorantur à Ptolemæo lib. 2. cap. 7.

Tarchetius, ντος, Nomen fuit impii Albanorum regis, de quo Plutarchus in vita Romuli: Quicam (inquit) etiã fuit, qui de Romuli ortu fabulosa quædam referre non dubitent. Nam dicunt Tarchetio Albanorum regi scelestissimo & crudelissimo hominis divinitùs spectrũ domi visum, cæpenisse nouo terrore sese attonitos, & admiratos dies multos. Fuisse etiam Thethyos in Hetruria fatidicum templum: à quo Albanum Tarchetio responsum ut ei admitteretur virgo. Nam genitum ex ea filium virtute, fortunæ ac viribus potentissimum, magnamque excellentia gloriam relaturum. Quod cum Tarchetius uni ex filiabus exposuisset, ut perasset ut cum monstro illo coiret. Illam, contempto patris imperio, ancillam in sui locum supposuisse. Id Tarchetium rex cognita re egrè tulisse, utramque in carcerem, ut morte multaret, conjecisse. Sed visum ei postea per quietem se Vestam videre, quæ puellas necari vetaret, sed telam illi texẽdam tradi juberet: nec prius viro locari, quàm illam absolvissent. Cui insomnio qui paruisset Tarchetius, commentus est rationem ut puellas perpetuò damnaret cælibatu. Nam quicquid illæ interdiu texuissent, nocte alias ancillas tradidit retexendum. Expleto deinde legitimo partus tempore, ancillam geminos ferũ peperisse, quos Tarchetius fatum Terratio cuidam tradidit exponẽdos. Atilium ferum secus fluvium infantes deposuisse: lupamq; quum cõvenisset, admotis uberibus lac præbuisse, avibus quoque varios cibum pueris comportãtibus: quod bubulcus ubi cognitus, admiratus, audusq; accedere, infantes sustulit. Hac illos ratione servatos, quum primùm per ætatem licuit, Tarchetio tetendisse insidias ac tandem oppressisse. Hæc à Promathione quodam qui Italicam scripsit historiam, memoria prodita scripsisse refert Plutarchus.

Tarchõ, ντος, Nomen proprium Hetruriæ ducis & Aruspicis, qui Aeneæ suppetias tulit adversus Turnum & Rutulos. Dicitur & Tarcho abjecta u littera. Virgil. Aen. 8. Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant Castra loci.

Tarentum. Vulgò Tarente, Magnæ Græciæ urbs clarissima, in intimo recessit finu, qui ab ea dicitur Tarentinus, ντος. Hæc à Tarãte Neptuni filio primùm condita fuit: à quo & nomen accepit: deinde à Lacedæmoniis aucta, qui duce Phalanto illuc adventantes, expulsis incolis (uti Iustinus libro 3. scribit) tam tenuerunt. Hujus incolæ dicuntur Tarentini, ντοι, qui cũ Romanis aliquandiu bellum gesserunt: quibus quum pares non essent, Pyrrhum Epirotarum regem sibi auxilio accivere. De hac Virgil. Aeneid. 3. Hîc finis Herculei (si vera est fama) Tarenti. Cernis montẽ, arcẽ illi se diva Lacinia contrà. Caulonisque arces, & navifragum Scylacæum. Sunt qui Tarẽtum non à Tarante Neptuni filio, sed à Saturni voce Tarentum dedicasse, quæ illa molle signi sit: propterea quòd in agro Tarentino & nuces, & lanæ mollissimæ proveniant. Ex hac urbe orium traxerunt cives illustres, Aristoxenes Musicus Aristoxenis familiaris: Rinthon tragicus, & comicus: Iccus medicus: & Architas summus mathematicus, qui Platonem, quũ mortem illi moliretur Dionysius tyrannus, per epistolam eripuit, ut scribit Laertius lib. 8.

Tarentinus, Quod ex Tarento est, vel in Tarentinis agris crescit, apud Columell. lib. 5. cap. 10. Tarentina pyra: cujus hæc sunt verba: Curandum est autem ut quàm generosissimas pyres pomaria conferamus: ea sunt Crustumina, Regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur: & quædam alia, quarum enumeratio nimis longa est. Venenum Tarentinum id est, pacpura Tarentina, quæ rubedinis pluriculum habebat. Horat. 2. Epistol. Lana Tarentino violas imitata veneno. ¶ Tarentina nux, è juglandiũ genere est, adeò fragili putamine, & tam molli, ut vix attrectata rumpatur, ντοι ντοι. Unde quida Tarentum appellarum putant, quòd juglandes nuces & pineas molles habeat, ac similiter oves. Tarentum autem Sabini vocant molle, sive jam id ita est ad quod alludens Horatius libro 2. Serm. Satyr. 4. Tarentum molle vocavit. Quo pacto autem Tarentina nux arte effici possit, docet Columel. libro 12. cap. 22.

Tarne, es, ντος, Fons est in Lydia in Tmolo mõte nascens: teste Plin. lib. 2. cap. 29. ¶ Fuit & oppidum ejusdem nominis, ad Tmoli radices situm, cujus meminit Hom. lib. 5. Iliad. Stephanus Tarnem aliam collocat in Achaia.

Tarpeia, ντος, Virgo Vestalis fuit, teste Varrone, quæ arcẽ (propinquam patriæ suæ Tarpeii custodiæ commisam, Sabinis prodidit: à quibus quum proditionis mercedem peteret (pacta enim erant, quicquid in sinistris brachiis gestarent, annulos intelligens, quos illi ante oculos, gemmatos, quo in brachio ferebant) scuta illorum obruta. Tarpeio monti nomen fecit, qui prius Saturnius dicebatur. Vide Livium lib. 1. ab Vrbe, & Plutarchum in vita Romuli.

Tarpeius mons ντος ντος, Capitolinus. Idem qui Capitolinus: ita dictus à Tarpeia virgine Vestali, quæ arcẽ prodidisset, eorundem scutis obruta, ea in monte sepulta est. Virg. 8. Aen. Idem Tarpeium appellat. Hinc ad Tarpeium tendẽ, & Capitolia ducit. Aurea nunc, olim sylvestribus horrida dumis.

Tarphara, ντος ντος, Vrbs fœlicis Arabiæ, cujus cives dicuntur Tarphareni, ντοι Stephano.

Tarphẽ, ντος Stephano, Vrbs Locrorum Epicnemidiorum, juxta Pharygas: cujus meminit Homer. in Catalogo ντος, Θηβη ντος, Θεσπεια ντος, &c. Nomen habet à Tarphe propria quo fonte, sive ab arborum densitate. ντος enim Græci densum appellant.

Tarquinii, orum, ντοι, Stephano, Oppidum fuit Tusciæ, à quo Tarquinius Priscus Romam cõmigravit. Hujus oppidi vicinus erat lacus, cujus aquæ horas habens innatãtia, & prioribus impulsu nunc triquetram, nunc rotundam figuram edentia: ut refert Plin. lib. 2. cap. 95.

Tarquiniensis, sc. ut Tarquinienses ager pro quo & Tarquiniensis legimus absolutè. Plin. lib. 8. cap. 52. Qui in Tarquiniensi feras pascere instituit.

Tarquinius Priscus, Demarati Corinthii filius, Tarquiniis urbe Tusciæ natus, primùm Lucumo dictus: qui ubi sciret patria nullo in honore esse virtutem, quòd peregrino patre esset progenitus, sustulit uxorem (mulier fatidica erat, nomine Tanaquil) Romam sese contulit ubi brevi propter opes, ingeniique dexteritatem in Anci Regis amicitiam insinuatus, ab eodem rectus est liberorum ejus tutor: quorum tamen commoda propriis rebus bonoris posthabuit. Brevi; perfecit ut magno plebis consensu rex crearetur. Quare ut regnũ paret, jubet partum habitare, centum patres in Senatu allegit, qui inde Centum dicti sunt. Hæc eos fecisse ferunt, cujus beneficio in Senatum venissent. Bellum primùm cum Latinis gessit, oppidumque Appiolas ex cepit. Circo maximo primus locum delegavit, loricaque Patribus, Equitibusque civilis, ex quibus spectacula spectarẽt. Sabinos victos Collatia, agroque Collatino mulctavit. Corniculum, Ficulneam veterem, Cameriam, Crustuminum, Amerinolam, Medullinum, & Nomentum, prisorum Latinorum oppida partim expugnavit, partim in deditionem accepit. Tandem quum annos duodequadraginta regnasset, dolo liberorum Anci ex Curia est obtruncatus. Vide hæc latiùs apud Livium libr. 1. ab Vrbe. ¶ Tarquinius Collatinus, Aegerii ex Tarquinia Superbi sorore filius fuit, & genere & p. Lucretii, qui Romæ præfectura urbis fuit gerebatur. Hic quum in Ardeæ obsidione cum regis juvenibus coenaret, exorta de moribus mẽtione, quum suam quisque cæteram laudaret, Collatinus negat verbis opus esse, paucis id (quidem licet) posse, quãtum cæteris præstet sua Lucretia. Quid multa? citatis pariter equis Romam advolant, regiasque nutus in convivis, luxuq; cum æqualibus deprehendunt. Deinde Collatiam petentes, Lucretiam nocte seria lanã deditam inter lucubrantes ancillas in medio ædium sedentem inveniunt. Quare multis certaminis laus penes Lucretiam fuit. Adventus vir, Tarquinique benignè acceptus, victor nactus comites invitat regios juvenes. Ibi Sextum Tarquinium mala libido (quæ unde per vim Lucretiæ capitis tam formæ, tum spectatæ castitas incitat. Dissimulata tamen in præsens cupiditate, tum quidẽ una cum cæteris in castra redit: sed paucis post interjectis diebus Ardeam revertus, & à muliere propinqua hospitio exceptus, nocte intempesta conceptum animo facinus, vimeniq; exequitur. Quum rem mulier castissima tam ægrè tulit, ut postricie viro, patrique per literas accersito, quam rem, uti gesta esset, exposuisset, necem sibi conscivit. Pulsis deinde ob facinus tam tetrum Tarquiniis, Collatinus Bruto in Consulatu datus est Collega: quo tamen non multò post coactus est se abdicare, nõ aliam ob causam, nisi quòd Tarquiniorum propinquus esset, eademq; cum illis nomine diceretur. Vide Livium lib. 1. & 2. ab Vrbe. ¶ Tarquinius Superbus, Septimus & ultimus Romanorũ rex, cognomen à moribus meruit. Occiso Servio Tullio, regnum sceleste occupavit: bello tamen strenuus Latinos, Sabinosque domuit. Suessam Pometios eripuit. Gabios per Sextum filium fraudato erasit. Egerio, in potestatem redegit. Fertas Tatinas primus tellurit. Quum Capitolium extruere inciperet, caput humanum invenit: ex quo conjectum eam urbem caput gentium futuram, ut scribit Terentius Varro de Lingua Latina, libro 4. Demum quum in Ardeæ obsidione filius ejus Lucretiæ stuprum intulisset, cum eo in exilium actus ad Portenam Hetruriæ regem se contulit, cujus opere regnum recipere tentavit.

Pulsus

Pulsus Cumas concessit, ubi per summam ignominiam reliquum vitæ tempus exegit Liv. lib. 1.

Tarrăĕus, Vrbs Lydiæ, Lucii Grammatici patria. Alia Cretæ in qua Apollo Tarrhæus colebatur. Tertia juxta Caucasum, Cretensium colonia. Stephanus.

Tarrăcīnă, Stephano, Tarrenes, Oppidū Volscorum in Italia, antè Trachina: est asperæ à loci asperitate. Alio nomine Anxur dicebatur, à Jove Anxuro, qui ibi colebatur barbatus, inconsusque. Vnde anxatum dictum putant, quasi ἀνξῆρον. Effertur & Tarracinæ, arum, pluraliter. Liv. 4. ab Vrbe. Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ sunt, urbs prona in paludes.

Tarrăcōn, sive Tarraco, cōnis, Vulgò Arragon. Germ. Die Grantz Hispaniæ Aragon jetzt genannt.] Hispaniæ citerioris urbs olim clarissima, Scipionum opus, à qua præcipua Hispaniæ pars Tarraconensis cognominatur: quæ (ut Pomponius scribit lib. 2. altero capite Galliæ, altero Baeticam, Lusitaniam quæ contingens, mari latera objicit, mediterraneo, quà meridiem spectat: qua Septentrionem, Oceano. Vrbium maritimarum opulentissima fuit Tarraco. Mediterraneārum autem fuerunt Pallantia & Numantia, nunc est Cæsaraugusta. Circa Tarraconem nobilis fuit natalis vinū, quod Tarraconēse dicebatur, de quo Martialis: Tarraco Cæcubo tantùm cessura Lyæo. Et Silius lib. 3: Dat Tarraco pubem Vitifera, & Latio tantùm cessura Lyæo.

Tarsis, Vulgò Tarso. Vrbs Ciliciæ præclarissima (ut auctor est Strabo lib. 15. & regionis totius caput, in campis sita, & Cydno amne irrigata: cujus conditorem volunt fuisse Perseum Danaës filiū Lucan. lib. 4: Delectat Tarsi; nemus Perseaq; Tarsus. Alii tamē urbis hujus originem ad Sardanapalū referunt, postremum Assyriorum regem: cujus etiam monumento inscisum erat, quod Tarsum, & Anchialon die uno condidisset. Ex Tarso viri illustres orti sunt, Antipater, Archelaus, & Nestor, & duo Athenodori, Philosophi Stoici, quorū qui Cordilion dictus est, cum M. Catone vixit, & apud eum mortuus est. Alter Barbata à vico quodā, Cæsaris præceptor.

Tarsensis, Tarsense, posse. Ivum ut Tarsense pelagus. Colum. lib. 8. cap. 16.

Tartărus, penul. correp. masc. gener. in plurali Tartara, neutri. [ἹΝΩ Sheol, τὸ μεσόγειον, τὸ κοῖλον, Germ. Die Hell. Polon. Piekłonek, ex gł. piekło. Vn. Perkło.] Locus profundissimus infernorum, in quo fontes plectuntur. A verbo Græco τρέμω, contubo: quia illic omnia perturbata dicuntur: vel, quod verisimilius est, ἀπὸ τοῦ τρόμος, id est, à tremore frigoris. Sole enim caret, inquit Serv. Virgil. 6. Aen. tum tartarus ipse Bis patet in præceps tantum, tenditq; sub umbras, Quantus ad æthereum cœli suspectus Olympum.

Tartăreus, a, um, adjectivum, pen. cor. τρομερός, Virgil. 7. Aen. cornuq; recurvo Tartaream intendit vocem id est, terribilem aut horrendam inquit Servius.

Tartări, Germ. Die Tartarer.] Populi sunt partis Sarmatiæ Europæ, moribus omnium crudelissimæ gentis efferatissimi, incertis vagantes sedibus, ex præda victitantes, impotentis in cursionibus maximè noxii, profundis & truculentis oculis, ac ferè cæsii, turbinato crinio, & circum tempora capite præcīso. Vide Vadianum in Melam. Nemo enim veterum hac usus est appellatione: cum sit vox novitia, & paucis abhinc seculis nata.

Tartessus. [Vulgò Tarifa. Ger. Die Stadt in Hispanien Tarifa genannt, vor zeiten hat sie Tartessus.] Hispaniæ Baeticæ oppidum, in littore Oceani situm, ea in parte quæ primùm ex angustiis freti faucibus panditur mare. Hæc eadem esse creditur cum ea, quam nostri Carteiam appellant: dicente Plin. lib. 3. cap. 1: Carteia, quam Graeci Tartessum appellant. Quod & ipsum confirmat Strabo, ita scribens lib. 3: Tartessum hujus temporis nonnulli Carteiam appellāt. Silius tamen lib. 3. Tartessum omninò aliam facit a Carteia: quām rectè, ipse videris. Livius certè lib. 28. Decad. 3. urbem Carteiæ describēs, omninò eandem fuisse ostendit: Dum hæc (inquit) ad Baetim fluvium geruntur, Lælius interim freto in Oceanum evectus, ad Carteiam classe accessit. Vrbs ea in Ora Oceani sita est, ubi primum è faucibus angustis panditur mare. Tartessus olim vivacissimis regibus celebrata fuit, ex quibus Argāthonius centum quinquaginta annos dicitur regnasse.

Tartessiăcus, ca, cum, possessivum: Tartessiaci thyrsi, apud Columellam lib. 10.

Tăruănnă, Vulgò Terouane, Morinorum urbs est in Gallia, hodie nomen retinens. Commemoratur à Ptolemæo lib. 2. cap. 9. Hodie a Carolo V. Imperatore solo æquata.

Taruedume, is, Vulgò Dongedes, Promontorium extremum in tractu Septentrionali Britanniæ insulæ, non procul ab Orcade, altero promontorio, & Narbati fluminis ostio. Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Tărūntĭus, Vir tuit rùm philosophiæ, tùm mathematicarum disciplinarum in primis studiosus: qui quum ad astrologiæ disciplinam se contulisset, contemplationis gratia: & in ea excellere putaretur, huic imposuit Varro, ut Romuli conceptionem in diem & horam deduceret, inspectisq; ejus vitæ institutis acribus gestis, ex illis consequentiam colligeret, veluti Geometricarum propositionum resolutiones præcipiunt. Autor Plutarchus in Romulo.

Tarus, ti, Cisalpinæ Galliæ fluvius, in Apennino nascens, & in Padum se exonerans. Plinius libro 3. capite decimosexto. Vulgò Taro.

Tarusium, Ptolemæo lib. 2. cap. 10. Saliorum urbs in Gallia, Vulgò Tarascon.

Talmenes, (quod hic pro Nestoris filii nomine corruptè legebatur) Vide THRASYMEDES.

Tătĭus, Sabinorum dux fuit, acerrimusque popul. Rom. hostis, qui proditione Tarpeiæ virginis Capitolio capto, ex superiore loco adversus Romanos in aciem descendentibus quū aliquandiu acerrimè, sed varia victoria pugnatum esset, tandem dirempto interventu Sabinorum prælio pax ita convenit, ut Sabini in urbem, Tatius in regni partem acciperetur. Verùm quum postea Tatii propinqui Laurentium legatos pulsassent, eamque injuriam Tatius inultam relinquisset, illorum pœnam in se convertit. Nam quum Lavinium ad solemne sacrificium venisset, concursu oppidanorum facto, est interfectus. Autor Liv. lib. 1. ab Vrbe, Virg. 8. Aeneid. subitoq; novum contingere bellum Romulidis, Tatioque seni, Curibusque severis.

Tătĭenses, Tertia pars populi Romani, sub Romulo, à T. Tatio Sabino, quem Romulus extorquere à regni portionem accepta denominata. Aget Romanus (inquit Varr. lib. 4. de ling. Lat.) primùm divisus fuit in partes tres unde Tribus appellatæ, quæ Tatienses fuerunt, Rammenses, & Luceres: ut ait Ennius, Tatienses à Tatio, Rammenses à Romulo, Luceres è Lucumone. Livius contrà lib. 1. ab Vrbe, non Tribus hasce fuisse, sed equitum centurias asserit.

Tătă, ædis, Lacus ultimæ Phrygiæ post Galatiam, Authū versus, juxta Mortinenos, fontes habens salis nativi, qui adeò facilè rebus immersis crustā glaciei, ut lapē quum finalem torquem dominæ ferunt, salis coronam educant. Quin ipsæ etiam volutes aquas contingentes facilè capiuntur, quum sale repentè concreto aliis constrictis, ipsarum manifesto ad volandum uti non possint. Autor Strabo lib. 12.

Tattăĭus, sal, ἅλς πικρός, qui & Phrygius, oculis præcipuè utilis. Autores Dioscorides lib. 5. & Plin. lib. 31. cap. 7.

Taucira, Herodoto lib. 4. Civitas Barcæorum, qui sunt Aphricæ populi, Cyrenaicis ad Occasum proximi.

Taulantĭi, Illyrici populi, teste Plin. lib. 3. ca. 22. qui postea mutatis sedibus, in eam Macedoniæ partem se contulerunt, quæ mari Adriatico incūbit, non procul a Dyrrhachio, ubi Amissam oppidum incoluerunt, teste Ptolemæo lib. 3 cap. 13. Horum meminit & Lucan. lib. 6: Quemque vocat collem Taulantius incola Petram, Iniecit castris.

Taurĕă, Iubellius, Vir fuit Campanus inligni corporis robore, in Annibalis castris militās: qui quum Claudium Asellam Romanum apud Nolam ad singulare certamen provocasset, post iuvenem gatulum, quum Asellum ad se accedere videret, pedibus magis quàm manibus ferus, intra oppidum se recepit: quem insequutus Asellus unà cum ipso urbem ingressus, inter tot hostium tela incolumis per alteram portam evasit. Hic postea capta à Fulvio Capua, manu propria conjuge, liberisque interfectis, se postremò ante pedes imperatoris gladio transfixit. Autor Livius 2. bel. Pun.

Taurĕus, Neptunus epicheton, sive quod ei tauri solēt immolari: vel, Virgilio teste, quòd mare (cui præesse putabatur) taurinum boatum imitetur.

Taŭri, orum, Vulgò. Sarmatæ Europæ populi, Bosphorum Cimmerium peninsulam inhabitantes, eidem Bosphoro, Byzantio & Carcinite sinu circumfusam, tenui tantùm Isthmo continenti adhærentem: quæ de incolarum nomine Taurica Chersonesus appellatur. Fuerunt autem Tauri omninò inhospitales, moribusque immanissimis, ut qui hospites omnes Dianæ solerēt immolare: cujus sacrificii primus author Thoas fuisse perhibetur: unde & Diana ipsa Thoantea dicitur à Silio lib. 4: Sacra Thoanteæ, ritusque imitatus Dianæ. Herodotus tamen lib. 4. autor est, non Dianam esse, sed Iphigeniam Agamemnonis filiam, cui Tauri humanas victimas soleant immolare, naufragos præsertim, & Græcos, quovis casu illuc delatos: quorum poſt preces peractas caput clava feriebant: truncum de supe detrudebant, caput cruci affigebant. Hostibus autem in bello captis, aut in prælio occisis, capita præcidebant, & pertica suffixa quam maximè sublimia supra fumarium statuebant, existimantes hoc ad totius domus tutelam, custodiamque pertinere.

Taurĭcus, a, um, Adjectivum est à Tauris Cimmerii Bosphori accolis dictum: ut Diana Taurica apud Ovid. lib. 4.

Tristium, & Scytha Tauricí, apud Plin. lib. 4. cap. 12.

Taurāniā, ae, Oppidum fuit Campaniæ non procul à Sethia, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5. inter ea oppida quæ in Italia interciderunt.

Taurīānium, Bruttiorum oppidum in Italia juxta Rhegium. Auctor Pomponius Mela libro 2. Plin. lib. 3. cap. 5. Taurianum appellat.

Taurī, numero plurali, & Tyrilia, [illegible] Germ. Die Rinder [illegible] Rinderspiel] Ludi in honorem deorum inventorum facti: quos & Bualia & Bupetria vocatos invenimus: quanquam duobus hisce nominibus potiùs sacrificia quædam significantur, quæ pro bonum salute fieri solent. De origine horum ludorum refert Festus Pompeius, quòd regnante Tarquinio Superbo, quum magna in urbe fuisset pestilentia in mulierem pravidas ex carne taurorum divendita, ob hoc ludi dies octo instituti sunt, qui Tauri sunt appellati.

Taurici Chersonesus, [illegible], Peninsula cilicia floribus Europæ, Bosphoro Cimmerio, Rycepalude, & Carcinite sinu propemodum circumfusa, angusto tantùm isthmo continenti adhærens, immani Dianæ ara, & nefanda hospitum immolatione infamis. Civitates multas habet, ex quibus præcipuæ fuerunt Eupatoria & Theodosia, hodie Capha. Legitur & Taurica absolute Juven. Sat. 15. Nefandi Taurica sacra laventrix, homines tantùm immolat.

Taurini, De Turin in Piemont, Populi Italiæ Transpadanæ, sub Alpium radicibus, à Liguribus oriundi, quorum urbs Augusta Taurinorum commemoratur à Plin. lib. 3. cap. 17.

Taurisci, Venetiæ populi, per quorum regionem Silis amnis in mare Adriaticum labitur. Plin. lib. 3. cap. 18.

Taurisci, Populi Germaniæ, Carnis, & Pannoniis finitimi, quos motus Cladius dicitur à Scordiscis, postea Norici appellati, teste Plin. lib. 3. cap. 20.

Tauromīnium, [illegible] Ptolemæo [illegible] Stephano Vulgo [illegible] Ger. Ein Statt Sicilien] Siciliæ oppidum, à Zanclæis conditum, non procul à Drepano promontorio situm. Plin. lib. 3. cap. 8. & Strabone lib. 6.

Taurominitanus, a, um. Silius lib. 14. Tauromenitana vernant à sede Charybdin.

Taurŏpŏlos, ae, Dianæ cognomen, apud Dionysium Alphium, impulsu abeo, quod apud Tauros Cimmerii Bosphori accolas coleretur, aut quòd gregibus præesset, ut ex parte rotundi circi gamus: aut certè quòd eadem sit vis Lunæ, quæ tauris vehitur. Vide Eustathium in Dionysium.

Taurŏpŏlium, ii, Dianæ templum in Icaria insula, teste Strabone lib. 14.

Tauroscythæ, Populi ex genere Scytharum, summa Taurica Chersonesi juga incolentes. Auctor Plin. lib. 24. c. 12.

Taurunum, Hodie Salpenium vocant, & Alium Gezeum. Vulgo Brodtsbergesserberg. Pannoniæ inferioris oppidum, ad Danubium situm, ea in parte, qua Sava, & Dravus Danubio immiscentur. Vide Ptolemæum lib. 2. cap. 16. Plinius Taurunum appellat, lib. 3. cap. 25.

Taurus, Berytius, philosophus Platonicus, A. Gellii familiaris, sub Antonino Pio floruit. Scripsit de differentia sectarum Platonis & Aristotelis: de corporeis, & incorporeis, & alia, ut est auctor Suidas.

Taurus, [illegible] Germ. Ein steinhafftig groß Gebirg: so sich von Cilicia an durch das ganz Asien hin in Indien hinein erstreckt.] Mons Asiæ totius longè maximus, qui ab Indico mari exurgens, vastè fusus attollitur: dein dextro latere ad Septentrionem, sinistro ad Meridiem versus it, in Occidentem rectus & perpetuo jugo, multarumque gentium, quà dorsum agit, terminus: sed pro gentium ac linguarum varietate diversa habet nomina. Primaturi parte Imaus dicitur, mox Edigis, Paropamisus, Circius, Cambades, Phopharianes, Choatras, Oreges, Orates, Niphates, Taurus: atque ubi se quoque exuperat, Caucasus: ubi in adria emittit tuo nde tendenti maria similis, Sarpedon Coracesius, Cragus inclumque Taurus: etiam ubi desinit, fréque populis aperit, portarum tamen nominis titulum sibi vendicans, quæ alibi Armeniacæ, alibi Caspiæ, alibi Ciliciæ vocantur. Quinetiam confractus effugiens quoque maria, plurimis se gentium nominibus hinc & inde implet: à dextra Hyrcanus, Caspius: à læva Paricedus, Moschius, Amazonicus Cimmerius, Scythicus appellatus: in universum verò Græcis Caucasius. Cætera vide apud Plinium lib. 5. cap. 27. ubi latissimè montis hujus descriptionem exequitur.

Taxila, [illegible] Stephano, Indiæ urbs amplissima, inter Indum, & Hedaspen fluvios sita: cujus incolæ Taxilæ appellantur à Plin. lib. 6. cap. 20. In hac urbe (ut scribit Philostratus) Apollonius invenit elephantem, cujus vires & mysteria rerum sibi geniæ ornabant. Eum autem regionis illius homines esse dicebant, qui pro rege Poro contra Alexandrum pugnaverat: quem idcirco Alexander Soli dicavit, torquis aureos circa cornua adaptans.

Taygĕte, ves Taygeta, æ, [illegible], Atlantis & Pleiones filia, teste Hygino, una Pleiadum, quas Jovi peperit Lacedæmonem, urbis ubi cognominis conditorem. Virgilius quarto Georg. Taygete timuit oculos terræ ostendit honestum Pleias, &c. Vide PLEIAS.

Taygĕtis, ĭdis, masculi generis, & Taygeta, orum neutri, [illegible], Mons est Laconiæ, teste Strabone: nō ille quidem admodum magnus, sed tamē excelsus & erectus, Spartæ & Amyclis imminens, quem Libero patri sacrum fabulantur. Servius in illud Virg. 2. Georg. O ubi campi, Sperchiosque & virgultis bacchata Lacænis Taygeta. Huius montis bona pars quum terræmotu corruisset, Spartanorum urbem oppressisse refertur à Cic. lib. 1. de Divinat. & à Plin. lib. 2. cap. 79. Fuit præterea hic mons Castori & Pollucī sacer, quem ejus radicibus nati circumtonsi: quod & Homerus asserit in Hymno:

Κάστορ ἠδὲ Πολυδεύκε' ἐυστέφανοι γεγαῶτε
Τυνδαρίδαι, οἳ ῥ' ἔναιον ἐυκτιμένην Λακεδαίμονα,
Ταΰγετόν τε καταβρῶθόν τε μεγαλωνυμίην τε
Δαΐφρονα τ' ἔναιον ἀνασσέμεν ἀγελείης.
Χαίρετε τυνδαρίδαι, πολυκτήμονες ἱππόται. Id est, Castora & Pollucem cãcaro multa stridula Tyndaridas, qui fovet Olympio proguati sunt, quos sub Taygeti verticibus peperit veneranda Leda, latenter commista nubes denigrans Saturnio. Salvete Tyndaridæ, celerum cultores equorum.

Tænarum, [illegible] Stephano, Duarū civitatum nomen est in Italia. ¶ Est enim Tænarum Sidicinum in Appia via, & Tænarum Apulum in finibus Apuliæ, distans a Larino XVIII. M. passū. Huius meminit aliquoties Cic. in Orat. pro Cluentio. Illius etiam mentionem facit Horat. lib. 1. Epistol. Ceras ferramenta Tænarum Tollentis fabri.

Tænarus, ri, [illegible], Æthiopiæ rex parens filius, qui bonam Europæ partem diutius subegisse, & ad Herculis usq; columnas esse progressus, referente Strabone lib. 15.

Tænarus, [illegible] Tartarea fluvius, duodequadragesta nascens fontibus, partim calidis, partim frigidis, & in Cocytæ lacum amnem influens, qui in Agrianem illabitur. Agrianes autem in Hebrum. Ad hoc flumen quum pervenisset Darius Hystaspis filius, aquis eius delectatus, triduo ibi commoratus est: cippumque ibidem erexit cum hac inscriptione: Transamnis ea pita optimam atque pulcherrimam cunctorum amnium aquam continet, & ad ea pervenit exercitum ducens adversus Scythas, vir optimus atque pulcherrimus cunctorum hominum. Darius Hystaspis filius, Persarum, cunctaque continentis rex. Auctor Herodo. lib. 4.

Tænus, pen. prod. [illegible] Ptolemæo, Oppidum Marrucinorum, in quarta regione Italiæ: cujus incolæ dicuntur Tæatini, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 12.

Tænŏlēgus, [illegible] Stephano. Germ. Die Völcker des Cimbrischen Volcks so in Gallien angesessen] Galliæ Narbonensis populi, quā maximè in Occidentem vergentes, Pyrenæis, & Cemenis montibus proximi: quorum oppida sunt, Tolosa, Carcasso, Sostino, & Narbo Martius, aliaque nonnulla, quæ vide apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 10. Hi olim Gallorum omnium fortissimi habiti sunt, qui quum domi multitudine abundarēt, relictis sedibus, per Græciam, tunc gentium victricem, in Asiam penetrarunt, & supra Phrygiam in ubertimos Cappadociæ campos consederunt.

Tedavium, Fluvius est in extremis finibus Lapidiæ, cujus meminerunt Plin. lib. 3. cap. 21. & Ptolem. lib. 2. cap. ult.

Tegēa, æ, [illegible], Oppidum Arcadiæ quo Tegæus, [illegible] vocatur a Nemea Nemeæus. Vide Pan Arcadiæ deus dictus Tegeæus. Virg. 1. Georg. Pan ovium custos tua si tibi Mænala curæ, Adsis ô Tegeæe favens. Propertius: Tibia Tegeæi calamique sub Pane canori. Ensis Tegeæus ad est, Arcadius. Virg. 8. Æn. Tunc latera atque humeris Tegeæum subjicit ensem. Hujus urbis incolæ civis Tegeates, [illegible], dicuntur. A quo rursum deductum aliud adjectivum, Tegeaticus, a, um: unde Mercurium Statius Tegeaticum appellat: & cum Mænalia volucer Tegeaticus umbra.

Tegŭlis, is, [illegible], Cypri oppidum: à quo fit gentile Tegulius, sive Tegulæus Steph.

Tegyra, æ, [illegible] Boeotiæ urbs, in qua Apollinem natum volūt, quamobrem Tegyræus cognominatur. Steph.

Tĕlium, quod hic pro Paphlagoniæ seu Ponti urbe legebatur Vide TIUM. Pro Ionica autem Vibe, Anacreontis Poëtæ patria, lege TEOS.

Tĕlămon, [illegible], Rex Salaminis insulæ, Aeacidæ filius, frater Pelei, & Patruus Achillis, qui ab eo Telamonius cognominatur. Ovid. 12. Metam. Nec mandate mihi: melius Telamonius ibit, [illegible] & Telamon Virgæ portus. Plin. lib. 5. cap. 5.

Telendros, [illegible], Urbs oppidum est apud Plinium lib. 5. cap. 27. Item insula in mari Lycio, cujus meminit idem Plin. lib. 5. cap. 31.

Telane,

Telane es, Vrbs antiquissima Phrygiæ, quam Ninus inhabitavit ante Ninum conditam. Autor Stephan.

Telchines, pen. prod. Filii Minervæ, & Solis vel ut alii malunt, Saturni & Iliopes, qui olim Rhodum insulam tenuerunt: unde etiã Rhodus ipsa dicta est Telchinis. Hos quidam malefacos homines fuisse prodiderunt, aspectu solo omnia effascinantes. Quorum sententiam secutus est Ovid. libro 7. Metamorph. sic scribens: Phorbeamque Rhodon, & Ialysius Telchinas, Quorum oculos ipso mutantes omnia visu Iuppeter exosus truncos subdidit undis. ¶ Alii eosdem fuerunt cum Curetibus & Dactylis Idæis, summosque artifices fuisse tradunt: veneficiorum autem infamiam ab aliorum æmulis fuisse dispersam. Vide Strab. lib. 10.

Telchinis, Caryatidi maris insula, quæ notiore nomine dicitur Rhodus: ita dicta à Telchinibus, qui olim eam insulam tenuerunt. Vide Strab. lib. 10.

Telchius, Alter ex Castoris & Pollucis auriga, qui unã cum Amphito Dioscuria eam urbem apud Colchos tradidisse condidisse, referente Plin. lib. 6. cap. 5.

Telebõæ, Accolæ populi furtorum latrocinio infamati. De quibus Aristoteles in Politicis: In Acarnaniam politos, quosdam Acarnanæ partem Curetes habitantes: eam vero in Occasum plagam Leleges tenuere: relictam inde Telebõæ. ¶ Alii dicunt fuisse Capreamm populos, quos Telon suo regebat imperio: quod & Servius annotavit in illud 7. Aen. Nectu camisiis nostris indictus abibis Orbale, quem generasse Telõ Sebethide nympha Fertur, Telebonum Capreas quum regna tenerat, iam senior.

Telebõas, Vnus ex Centauris, Ixionis ex nube Filius. Ovid. lib. 12. Metamorph. - Chthonius quoque Thelebosque Iuste iacent nostro.

Telegõnus, pen. corr. Filius fuit Vlyssis ex Circe, qui quum jam adolevisset, videndi patris cupidus, in Ithacam navigavit: quumq; à militibus paternis introgressus aditu prohiberetur, aliquot ex eis occidit. Ad quem tumultum exortus Vlysses, quum & ipse jam senior tutis opem ferret, à filio suo est occisus ense pisce cuiusdam, qui à Græcis Xiphias dicitur. Quod ubi cognovit Telegonus, relicta Ithaca, in Italiã venit, ubi Tusculum condidit. Ovid. Et jam Telegoni, jam mœnia Tyburis ardi Strabant agricolæ quæ paluere manus. Dictus est autem Telegonus, quasi serõ & in tenebris ortus genitus, & unicus post quem genitum non est aliud parere.

Telemachus, Vlyssis ex Penelope filius, quem ad Troiam puberem relinquens eumdemq; postea in ulciscendis protis habuit adjutorem. Ovid. in Epist. Penelopes: Tres fumus inhabiles numero sine viribus, uxor, Lærtesq; senex, Telemachusq; puer.

Telemus, Vates in Odyss. & Theocrito in Bucolicis Eurymi filius, & inter Cyclopas Vates egregius, qui Polyphemo prædixit quæcunque postea ab Vlysse passus est. Hujus meminit Ovid. lib. 13. Metamor. Telemus Eurymedes, quem nulla fefellerat ales, Terribilem Polyphemon adit: Iamenque quod unum Fronte gerit media rapiet tibi dixerat Vlysses.

Telephassa, Ad regnum Lydorum Cumis ex oraculo accersitus, qui antea cursus factitabat. ¶ Fuit & ejus nominis uxor Beli, cujus meminit Demosthenes in oratione contra Midiam.

Telephus, Mysiorum rex fuit, & Herculis filius, ex Auge nympha: qui quum avi jussu in silvis expositus esset, à cerva aliquandiu dicitur educatus. Quæ res tantam futuræ claritatis opinionem de eo præbuit, ut mox à Mysiæ rege adoptatus sit, & regni hæres institutus. Factus itaque Mysiorum rex, quum Græcos ad Troianam expeditionem proficiscentes prohibere conaretur ne per Mysiam iter facerent, ab Achille vulneratus est. Cujus plagæ quum nullum satis efficax inveniretur remedium, oraculo responsum est, Fore ut eadem hasta, qua vulneratus erat, sanaretur. Reconciliatus itaq; Achilli, ab eo impetravit ut ex hastæ, qua ictus erat, ramo ginc malagma conferretur, & vulneri suo imponeretur: quo facto, statim sanitatem est consecutus. ¶ Telephus alter, Pergamensis Grammaticus, qui multis editis voluminibus quæcunque Grammaticum scire convenit, pertractavit. Vide Suidam qui scripta eius nominatim enumerat.

Telesilla, Mulier fuit poëtria nobilis, cui etiam apud Argos ante Veneris templum statua posita est, ut scribit Pausanias.

Telesto ûs, Nomen Nymphæ, Oceani & Tethyos filiæ. Hesiodus in Theogonia: Μίνθη δ' ἐξεγένοντο καὶ Εὐκράντη τε, Τελεστώ τε καλλιπλοκάμῳ τε.

Tellen, Tibicen, & poëta ineptissimus, cujus meminit Diarchus Messenius apud Zenodotum. Hinc ortum est proverbium: Cane Tellenis cantilenas: quod quidam dici putant de dicacibus, seu mordacibus, quidam de ineptè loquacibus. Sunt enim qui tradant hunc jocos quosdam versibus lepidissimis descripsisse, non sine multo sale scommatum. Hæc Erasmus in Chiliad.

Tellias, Herodot. lib. 8. Vates fuit Eleus, qui Phocensibus cum Thessalis bellum gerentibus rem hujusmodi commentus est: sexcentos viros è Phocensibus præstantissimos, ipsa, tam ipsos quam arma illinit, eosque sub noctem in Thessalos dimisit, dato præcepto ut quoscunque albicantem non cernerent, eum abnunciarent. Hos primùm Thessalorum excubitores prodigium quoddam esse arbitrati, deinde ipsi exercitus adeò exhorruerunt, ut tribus millibus cæsorum atque scutorum Phocensis potiti sint.

Tellus, ris, Germ. Die Göttin der Erden.] Terræ dea est Cic. 3. de Natura deorum: tam si est Ceres à gerendo (ita enim dicebas) terra ipsa dea est, & ita habetur. Quæ est enim alia Tellus, nisi terra? Idem Quint. Fratr. lib. 3: Redeam etiam mihi est perversa epistola, sed istò allata, in qua de æde Telluris, & de porticu Catulli me admones. ¶ Non raro eamen Tellurem pro ipsa accipimus terra, quemadmodum Cererem pro ipsis frugibus. Plin. lib. 2. cap. 5. Vitalem hunc spiritum & per cuncta rerum meabilem, totumq; consertum: cujus vi suspensam, cum quarto aquarum elemento, librari medio spatio tellurem. Virg. 1. Aen. - ac magno telluris amore Egressi, optata potiuntur Troes arena. Vbi Servius, Tellurem pro terra posuit, quum Tellurem deam dicamus, terram elementum: ut plerunque Vulcanum ponimus pro igne.

Tellus, i, Athenientis quidam fuit, genere non admodum claro, qui vita integerrimè acta honestissimam pro patria fusis jam hostibus, mortem occubuit, liberis omnibus superstitibus, publicoque funere in rogum illatus. Quamobrem non dubitavit Solon, eum mortalium omnium felicissimum judicare. Vide Plutarch. in Solone, & Herod. lib. 1.

Telmessius, Ptolemæo, sive Telmissus, Strabonі, Stephano, & Suidæ, Oppidum Lyciæ: vel (ut Ciceroni placet) Cariæ, Auspicum disciplina in primis excellens: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 27.

Telos, Vulgò Episcopi, Insulæ nomen unius ex Sporadibus, in qua conficiebatur præstantissimum unguentum, quod ab ea Telinum dicebatur. Plin. lib. 4. cap. 12: Telos unguento nobilis, à Callimacho Agathusa apellata.

Telphusii, Vrbs in Arcadia, à Telphusa, Ladonis filia, nomen habens. ¶ Et & Telphusa, sive (ut alii malunt) Tilphosa, fons Bœotiæ gelidissimus, quem quum Tiresias jam senex potasset, statim exanimus est, calore nimium intenuata tanta frigoris vi oppressio.

Telus, Sybaritarum cognomen, teste Herodot. lib. 5.

Tembrius, Fluvius juxta Pontum, teste Orpheo in Argon.

Tĕmĕsa, æ, vel Temese, es, penult. corr. Strab. Vrbs est in agro Bruttio, ab Ausonis condita, olim metallifodina nobilisque deinde mutato nomine Tempta vocata est. Plin. lib. 3. cap. 5: Temsa, à Græcis Τεμέσα, dicta. Ovid. 15. Metam. Turinosque sinus, Temesenque & lapygis arva.

Temĕæus, a, um, adjectivum, Ovid. 7 Metam. - quanvis Temeæa laborem Astra tibi minuat. ¶ Et Temesius genius: de quo vide Erasmum in Adagiis.

Temnos, Stephano & Strabоni, Vrbs est Aeolidis. Hermogenes Rhetoris patria. Cic. pro Flacco: Temnitæque ad illam ætatem in Senatum venire non potuit: & qui se arcem dicebat tradidisse, etiam ceteris poliebatur, ipse omnibus indictis turpissimis convictus est.

Temnites, Temnitæ, Gentile. Cic. pro Flacco: Heraclides ille Temnites nunquam incautus & loquax.

Tempe, [Griech. Germ. Ein insicht ort oder gegent in Thessalien einer grossen Teutschen meil wegs lang und eine meyle breiter / mit schönen Wäsen vnnd Bäumen / durch welche der fluß Peneus fleußt.] neutro genere, & numero plurali, Proprie Thessaliæ loca, quinque millia passuum longitudine, & ferme sex latitudine, Peneo amne irrigua, cujus ripæ gramine virídi, amœnissimisque vestiantur arboribus. Ovid. 1 Metam. Est nemus Aemoniæ prænitens arboribus. Ovid. 1 Metam. Est nemus Aemoniæ prænitens arboribus, circumque claudit Sylva, vocant Tempe, per quæ rapta quod unda volvitur undis. Peneüs ab imo Effusus Pindo, spumosis volvitur undis. ¶ Sunt & Tempe in Bœotia, quæ Temesia dicuntur, à Temesso monte Bœotiæ, ab Ovidio Cygneia dicta. ¶ Sunt & alia in Sicilia, & nomine amoris Heloria. ¶ Denique quælibet loca amœna, nemora præsertim atq; aquas habentia. Tempe vocamus nomine communi. Virg. 2 Georg. Speluncæ, vivíq; lacus, ac frigida Tempe.

Tempsa, Fuit civitas Bruttiorum, alio nomine Temesa appellata, teste Plinio libro 3. cap. 5. unum. Vide supra in dictione TEMESA.

Temesis, Carmen est Tmoli montis, tam insigni actu tempestate, ut oracula supra 61. annos vivant. Autor Marianus, referente Plin. lib. 7. cap. 28.

Tĕnĕdos, pen. corr. Vulgò Tenedo. Germ. Ein Insel im Egeischen Meer gegen Mitylene vnnd dem Hellespont gelegen.]

Insula

Insula in mari Aegæo, inter Lesbum & Hellespontum, contra Troiam, à Sigeo litore XII. M. passuum distans, à Lesbo LVI. M. Hæc prius Leucophrys, λευκόφρυς appellatur, à nonnullis etiam Phœnice & Cyneton, teste Plin. lib. 5. cap. 31. In hanc ex Troade navigavit cum novis colonis Tenes Cycni filius: conditaque urbe, de nomine suo Tenedon eam vocavit, à qua & insula denominata est. Cicer. 3. Verr. Tenedo (præterea pecuniam quam eripuit) Tenem ipsum, quia apud Tenedios sanctissimus Deus habetur, qui illam urbem dicitur condidisse, cujus ex nomine Tenedus nominatur: hunc ipsum, inquam, Tenem pulcherrimè factum, quem quondam in comitio vidistis, abstulit magno cum gemitu civitatis. Insula hæc ante bellum Trojanum florentissima fuit: in qua Græci supremas illas, quibus Troja periit, insidias struentes, sese occultarunt: quod & Virgil. testatur lib. 2. Aen. sic scribens: Est in conspectu Tenedos notissima fama Insula, dives opum, Priami dum regna manebant, Nunc tantùm sinus, & statio malè fida carinis. Huc se provecti deserto in littore condunt.

Tĕnĕdĭus, a, um, Τενέδιος, adjectivum: ut Tenedius tibicen, pro calumniatore, & falso teste: proverbium tractum ab eo, quòd Philonome tibicinem suum dicatur ornasse, qui apud Cycnum tetinerat, ipsum à Tene de stupro fuisse interpellatum. ¶ Tenedia securis, Τενεδία πέλεκυς, pro Judice nimium severo: propterea quòd Tenedi olim rex securim gestans, causas soleret audire, nocentemque statim securi percutere. Vide Erasmum in Adagiis.

Tĕnes, nis, vis, Telus fuit Cycni, & Scamandrodices, Tenedi urbis conditor, ut refert Lycophronis Scholiastes. Cic. 5. Act. in Verrem: Tenem apud Tenedios in Sicilia putàr esse tantissimum Deum, ac eorum urbem condidisse.

Tĕnĭsæ, Credebantur esse tortium dex, quòd tenendi potestatem haberent. Festus.

Tĕnos, Τῆνος, Insula una ex Cycladibus, in qua est oppidum ejusdem nominis, quam propter aquarum abundantiam Aristoteles Hydrussam, ὑδροῦσσαν, appellatam dicit: alioqui Ophiussam, ὀφιοῦσσαν. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Tĕnȳrĭta, orum, penult. corr. sive Tenyris, idis, Τενῦρις Ptolemæo & Straboni, Τενυρίς Stephan. Urbs est Aegypti in ejusdem nominis insula, quam Nilus efficit: cujus incolæ Tenyritæ vocantur: de quibus vide in dictione sequente. Juvenal. Satyr. 15: Qui vicina colunt umbrosæ Tenyra palmæ.

Tentȳrĭtæ, penultima prod. Τενυρῖται, Populi sunt ex Tenyris Nili insula, qui tanto crocodilis terrori esse dicuntur, ut sola eos voce in fugam vertant. De his sic scribit Plinius libro 8. cap. 25: Quin & gens hominum est nato bello adversa in ipso Nilo Tenyrita, ab insula, in qua habitat, appellata. Mensura eorum parva, sed præsentia animi in hoc tantùm usu mira. Terribilis hæc contra fugaces bestia est, fugax contra insequentes. Sed adversum ire hi soli audent: quinetiam flumine innatant, dorsoque equitantium modò impositi, hiantibus resupino capite ad morsum, addita in os clava, dextera ac sinistra lacentes extrema ejus utrinque, ut frenis in terram agunt captivos, ac vecte etiam sola territos cogunt evomere recentia corpora ad sepulturam. Itaque eximiæ insulæ crocodilinô adnatant, effectuque ejus generis hominum, ut Psyllorum serpentes fugantur. Strabo quoque libro 17: Quum (inquit) crocodili Rupium allati essent ut viderentur, Tenyritæ eos sequebantur, facta eth abillis piscina quædam, & foramen in uno latere, ut ex aqua in apricum egredi possent: Tenyritæ aderant qui eos interdum teri educebant ad salem, ut à spectatoribus viderentur: inter dum in aquam intrantes, rursum eos in piscinam retrahebant. ¶ Nonnulli hos etiam Tenyras vocari putant: & ita vulgò legitur apud Plin. li. 28. cap. 3: Nam in insula Nili Tenyri nascentes tanto sunt crocodilis terrori, ut vocem quoque earum tupiant. Quo in loco aliter legunt ad hunc modum: Nam in insula Nili Tenyris nascentes: ut Tenyris ablativus sit à Tĕnyra, orum, quod insulam ipsam significat.

Tĕos, Τέως Stephano, Ioniæ civitas Anacreontis Poëtæ patria, qui ab ea Teïus est cognominatus. Horat. in Epod. Non aliter Samio dicunt ardere bipillo Anacreonta Teium. ¶ Bis & altera ejusdem nominis civitas in Scythia, ad paludem sita, piscibus referta, cui sereno tempore olcum innatat tanta copia, ut in vasa colligi possit, & necessariis usibus adhiberi. Autor Stephan.

Tĕrentĭa, Ciceronis uxor fuit, Epistolis ipsius notissima: quæ postea a viro repudiatum Sallustius uxorem duxit, ut inimici sui arcana certiùs posset discere ex ea, quæ omnium ejus consiliorum particeps fuerat & socia. Commeratur hæc à Plin. lib. 7. cap. 48. inter longissimæ vitæ exempla, ut quæ usque ad CXVII annum ducta perveniße.

Tĕrentĭus, Τερέντιος. German. Ein fürnemlicher teutscher Comedienschreiber von Carthago bürtig.] Poëta comicus, natione Afer, patria Carthaginensis, libertus fuit Romæ Terentii Lucani: à quo ob liberale ingenium optimis literis eruditus, in hominum notissimorum amicitiam pervenit, præcipuè Scipionis, & Lælii: quorum etiam opera adjutus creditur in scribendo, ob sermonis elegantiam. Cui opinioni adstipulatur etiam Varro: Non obscurum est, inquiens, adjutum Terentium in scriptis à Lælio & Scipione. Eandem ipse famam auxit. Nunquam enim, nisi leviter se tutari conatus est. Scripsit fabulas sex, quæ omnium manibus teruntur. Posthac videndarum Athenarum cupiditate ductus, ex quo navim conscendit, nusquam deinde conspectus est: quò fit, ut naufragio creditur periisse. Latiùs exequitur hujus vitam Donatus in Prolegomenis Andriæ. ¶ Terentius Scaurus, Grammaticus, quē Gellius dicit floruisse Adriani temporibus, ac librum de Cæsellii Vindicis Grammaticæ erroribus scripsisse. ¶ Terentius Culeo Senator Romanus, captus à Carthaginiensibus fuit, & redemptus ab Africano majore: unde & curulem ejus sequutus esse dicitur pileatus: ut refert Liv. 21. belli Pun. Hinc natus error apud indoctos, qui Terentium comicum à Pœnis captum fuisse, & à Scipione redemptum credidérunt. ¶ Terentius Varro, collega Pauli Aemilii post Cladem Cannensem cum reliquis exercitus, Canusium se recepit. Cui Romam redeunti gratulatus est populus Romanus, quòd de Republica non desperasset.

Tĕrĕnus, Locus in campo Martio, quòd in eo ara Ditis patris in terra occultaretur: quæ ludis tantùm secularibus effossa terra ostendebatur: isq. peractis rursus claudebatur. Martialis libro meo Romano spectata est vita Terento. Hoc est, binos spectavi ludos seculares. Idē lib. 4: Et quæ Romuleæ sacra Terentus habet.

Tĕrentīnus, tina, tinum, penultima producta, adjectivum. Unde Ludi Terentini dicti sunt, qui alio nomine seculares vocantur, qui centesimo quoque anno tribus diebus continuis, tribusque noctibus celebrabantur: ramen postea ambitione principum minore interjecto spatio aliquoties fuerint celebrati. Antonius in Ternario: Trina Terentino celebrata trinoctia ludo. De horum ludorum institutione, & ritu, vide Politianum cap. 88. Miscellaneorum, Centorinum cap. 6. Divum Augustinum de Civitate Dei libro 3. capite 18. Valerium Maximum lib. 2. cap. 1.

Tĕrēus, Τηρεύς, Rex Thracum, Martis ex Bistonide nympha filius, qui quum Prognem Pandionis Atheniarum regis filiam uxorem duxisset, ejus etiam sororem Philomelam per speciem videndæ sororis abductam vitiavit, vitiataque in quam præcidit. Quod factum quum illa indicare alioqui non posset, cruore suo depictum sorori suæ trādidit. Quare cognita Progne, ut sororē ulcisceretur, Itym filium patri epulādum apposuit. Priato deinde capite, quum pater se uxoris dolo filium in sua viscera condidisse agnosceret, & ad ultionem properaret, Progne mutata est in hirundinē: Philomela in avem, sui nominis Terum in upupam. Ityn in Phasianum. Hæc Servius enarrans illud Virgilii: Aut ut mutatos Terei narraverit artus. Lege fabulam hanc latiùs apud Ovid. lib. 6 Metam. Altercamen Aristarchi. Gorgiam sequutus, hanc fabulam tradit. Vide in dictione PROGNE.

Tergeste, Τεργέστη Ptolemæo, Colonia Venetorū ab Aquileia Italiæ remotissima distans, ut inquit Strabo, hodie Triestum vocatur. Vide Plin. lib. 3. cap. 18.

Tĕrĭna, næ, Τέρινα, Agri Brutii oppidum maritimum: à quo propinquus sinus Terinæus appellatur. Autor Plinius libro 3. capite 5.

Terias, Τερίας, Fluvius est Siciliæ, non procul à Catana, teste Plinio, libro 3. capite 8. ¶ Stephanus alium ejusdem nominis fluvium collocat in Phrygia, quem alio nomine Gallum ait appellari.

Termĕra, Τέρμερα, Oppidum Liberum Cariæ, teste Plin. lib. 5. cap. 29. Stephanus Lyciæ assignat.

Tĕrmĕrium, Promontorium est Myndiorum, Candariæ Coorum promontorio oppositum, & quadraginta non amplius stadiorum mari ab eo diremptum. Autor Strab. libro 14.

Termēssis, Τερμησσὶς Ptolemæo, Pisidiæ urbs est, teste Strab. lib. 13. Cibyræ, & Milyis proxima.

Termilæ, Τερμίλαι Herodoto, Populi sunt Lyciæ, è Creta oriundi, quos Sarpedon Minois, & Rhadamanthi frater volonos ex Creta duxit, ac Termilas nominavit, quum prius Minyæ & Solimi vocarentur, ut Herodotus refert. Postea Lycus Pandionis filius, eosdem a se Lycios appellavit. Quæ profectò ratio Lycios ac Solymos eosdem esse ostendit, quanquam Homerus eos videatur separare.

Terminalia, & terminos, Vide in APPELL.

Terpandĕr, dri, Τερπάνδρος, Poëta Lyricus, ex Antissa Lesbi civitate, qui primus quatuor lyræ chordis tres alias addidit, & lyrici carminis leges cōscripsit: quas nōnulli Philemoni cuidam adscribunt. Autor Suidas. Tanta autē in Terpandro artis

excellentia fuisse prohibebant, ut quem significare volebant insigniter quidem canere, primum tamen locum non mereri, cum μέσον ἄειδε ἄλλον hoc est, post Lesbium cantorem collocandum dicerent. Cujus proverbii ortum ad hujusmodi referunt historiam. Quum Lacedæmoniorum res seditionibus tumultuarentur, consulem oraculum jussit, ut Lesbium cantorem accerserent. Accersitus itaq; Terpander, populi animum sic delinivit, ut omissa omni seditione, in pristinam concordiam rediret. Qua ex re factum, ut Lacedæmonii Lesbius musicæ primas partes tribuerint, & si quem alium canentē audissent, protinus dicerent, μέσον ἄειδε ἄλλον id est, post Lesbium cantorē eum collocandum.

Terpnis. Citharœdus insignis Neronis temporibus floruit, cujus cantu supra modum Neronem delectatum fuisse scribit Suetonius in vita ejus: Scatim (inquit) ut imperium adeptus est, Terpnum citharœdum, vigentem tunc præter alios, accersiit, crebrisq; convivijs post cœnā canentem in multam noctem assidens, paulatim & ipse meditari, exercitarig; cœpit, nec eorum quicquam præermittere, quæ artifices ejus generis vel conferendæ vocis causa, vel augendæ fiduciæ faciebant.

Terpsichorē. [γερψίχορη. German. Eine auß den neun Musis.] Una novem Musarum fic dicta, quòd chorois, & tripudijs delectetur: vel, ut Plutarchus ait, quòd maxima vitæ pars ea delectetur & gaudeat. Huic quidam citharæ inventionem tribuunt. Virg. Decimam novem Musis: Terpsichore affectus citharæ movet, imperatq; augat. Vide in dictione MVSA.

Tertullianus, τερτυλλιανός, Scriptor ecclesiasticus, eloquens quidem, in nonnullis tamen ab orthodoxæ Ecclesiæ fide non nihil aberrans. Animam enim immortalem quidem esse fatetur, sed eam effigiatū corpus esse contendit, neq; hāc tantum, sed ipsum etiam Deum corporeum esse dicit, licet ad effigiatum mentem hinc hæreticus creditur esse factus.

Tethys, Tethyos, primæ fœm. prod. [τηθύς. Germ. Die Frawe Natura, so die Nymphen gebieret.] Cœli & Vestæ filia, soror Saturni, conjunx Neptuni, Amnium & Nympharum mater. Hesiodus e Thaumantia. At Ovid. lib. 5. Fastor. videtur secutus illum fuisse Titani filiam, qui fuit Saturni frater, natu major. Aiunt: Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn. Datum facit Tethyi. Catul. de coma Berenic. Lucet tamen cana Tethyi restituens.

Terrapolis, τετράπολις, Syriæ regio, à quatuor præcipuis urbibus denominata: quarum nomina sunt, Antiochia cognomine Epidaphne, Seleucia, Pieria, Apamea, & Laodicea, quæ propter concordiam sorores dictæ sunt. Author Strabo libro 14.

Tertulla Caballus. Viri proprium, qui sub Vespasiano & filijs claruit, & propter formositatem, à celeritate caballi nomē adeptus est.

Teuca, Illyriorum regina, quæ P. Junium, & T. Coruncanum legatos summa Romanorum injuria interemit, quibus ob statuas in rostris sunt erectæ. Author Plinius libro 34. capite 6.

Teucer, τεῦκρος, Scamandri Cretensis filius, in Troade una cum Dardano genere regnavit, unde Ilienium regnum fluxit origo. Ab hujus nomine Troja, Teucria dicta est, & Trojani ipsi Teucri. Hic & Salaminā Cypri condidit, ut refutatus Iustinus lib. 44. ¶ Fuit & Teucer alius, frater Ajacis Telamonii, sagittandi peritissimus, quem Homerus lib. 8. Iliad. inducit sub fratris clypeo latentem, multosq; Trojanorum occulte exinsidijs vulnerantem. ¶ Teucer præterea fuit sculptor quidam Cyzicenus, cujus opera enumerantur à Suida.

Teucri, τεῦκροι, Idem qui Trojani, ita dicti à Teucro Cretensi, qui una cum Dardano genero in Troade regnavit. Virgil. 3. Aen. Nereaq; & Teucri socia simul urbe fruuntur. ¶ Hinc & Troas ipsa Teucria dicta est. Virg. lib. 2. Aen. Ergo omnis longo solvit se Teucria luctu.

Teuchīra, pen. prod. τεύχειρα Ptolemæo, Lybiæ Cyrenaicæ urbs, una ex iis, quæ Pentapolin constituunt, alio nomine Arsinoë dicta, teste Plin. lib. 5. cap. 5.

Teucris, τεῦκρις Stephano, Vrbs & regio Troadis, Dardania postea dicta. Virgilius Teucriam appellat.

Teuderium, Ptol. lib. 1. cap. 11. Vrbs Germaniæ, hodie Paderborna. Vulgò Paderborn.

Teumessius, penult. prod. τευμήσσιος, Bœotiæ exiguus mons, in quo Hercules rebus penè puer leonem Teumessium occidit, eiq; pelle detracta quā semper postea pro pallio usus est. Leo autem à Jove in cœlum translatus dicitur, ut gloriæ Herculis consuleret, qui eum inermis occiderat.

Teumessius, a, um, adject. nomine Thyas Teumessia. Stat. lib. 3. Theb. - vetano velati Teumessia Thyas Rapta deo.

Teutātes, penultima prod. [German. Der Gott Mercurius bey den alten Gallischen Teutschen welchem sie Menschen opfferten.] Lingua Gallica dictus est Mercurius, qui ab illis humano sanguine placabatur. Hinc Plato inventorem fuisse geometriæ & astronomiæ atq; solorum scribit Lucan. lib. 1. Et quibus immitis placatur sanguine diro Teutates, horrensq; feris altaribus Hesus. Lactant. lib. 1. Gall. Hesum atq; Teutatem humano cruore placabant: deos qui sane feralis eorum disciplinæ apud Italos fuerit, qui Latialem Jovem & Saturnum humana placabant hostia.

Teuthā, τευθώ. Regina Illyriorum, quæ ob calliditatis mentem meruit ut longo tempore viris formidinis imperaret, & Romanos sæpè frangeret. Plinius libro 34. cap. 6. vocat Teucam. Vide supra.

Teuthrēdōnās, τευθρηδόνας. Nomen patris Pelasgi, ut inquit Homer. lib. 2. Iliad.

Teuthrās. Quidam ex Græcorum principibus, qui ad Trojam navigavit, in Aulidem convenerunt: qui quum forte ab Agamemnone dissideret, atq; ob id retrò se in patriam vellet recipere, Minerva dissuadentem, atq; adeò remorantem, hasta vulneravit.

Teuthrania, τευθρανία, Regio est supra Aeolidem, & partem Troadis in mediterraneo, quam Mysi antiquitùs tenuēre, unā cum urbe ejusdem nominis. Author Plinius libro 5. capite 30.

Teuthras, antis, τεύθρας, Cilicię & Mysiæ rex fuit, qui Augen Alæi filiam unà cum Telepho filio, partu jussu matris in positam & ad Caici fluvii ostia delatam, uxorem duxit, filiumq; ejus Telephum pro suo educavit, ut ex Euripide refert Strabo lib. 13. Ab hac Teuthrante regio supra Aeoliden, ad Caicum amnem, Teuthrania dicta. Quin & Caicus ipse ab illius nomine Teuthrantem cognominatus apud Ovid. 2. Metam.

Teuthrīā, τευθρία, Mons Adriatici insulæ, Apuliæ littori adjacens. Plin. lib. 4. cap. 26.

Teutŏnēs, sive Teutoni, pen. cor. [ΤΕΥΤΟΝΕΣ τεύτονες, τεύτωνες German. Die Teutschen.] Germaniæ populi, à gerronibus à Plinio annumerantur: dicti à Teutone ejusdem deo (quem Tacitus Tuiscōnem appellat) quem indigenam, & terra ortum ex fictis habebant.

Teutŏnĭcus, adject. τευτονικός, Possessivum à Teutonibus Germaniæ populis deductum: ut Teutonici capilli. Martialis libro 14.

Gaudia Teutonicos accendis, flamma, capillos:
Captivis potens cultior esse comes.

T ante H.

Thabis, Scythiæ mons est in Asia, ut scribit Pomp. Mela lib. 3. apud Plinium tamen lib. 6. cap. 19. Tabis legitur sine aspiratione.

Thaïs. [θαΐς. Germ. Eine verruffene und weltberuffte Hůr in Athen.] Nobilis meretrix fuit Alexandrina, quæ Atticam juventutem in sui amorem pellexit. Hanc suis carminibus celebravit Menander, Comicus Poeta Græcus inde & Menandrea epitheto à Poëtis insigniter. Propertius: Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim Tanta, in qua populus lusit Erichthonius. ¶ Fuit & Thais altera, à divo Paulo ad vitæ emendationem revocata, adeò ut relicto quæstu meretricio, sancta mulier evaserit. Nam ignotus ad eam ingressus, secretum petebat magis as magistella verò dicente, neminem nisi Deum ipsos posse conspicere: ille tum pia hac occasione, ad Dei metum se religionem eam est exhortatus, qui posset etiam occulta conspicari & punire. Volaterranus lib. 22.

Thalamiæ θαλαμίαι, Vrbs Messeniæ, teste Stephano, Pausaniæ templo, & oraculo nobilis: ut docet Hutaechus in Agesil. Hinc fit gentile Thalamata, θαλαμάτης.

Thalamegos, pen. prod. θαλαμηγός, Navis genus. Vide in APPELLAT.

Thalamia, θαλάμια, Vrbs Orchomeni in Arcadia, Steph. Gentile Thalamius.

Thalus, Vir fuit ex miræ velocitatis, quem Jupiter aereis pedibus flexisse dicitur, de quo vide Annot. Baptistæ Pii.

Thales, tis. & Thalā θαλῆς, ᾶ θαλοῦς, Vnus ex septem Græciæ sapientibus, qui eodem tempore in Græcia floruerunt. Natus est (ut ex Apollodori sententia tradit Laërtius) anno primo XXXV. Olympiadis. Vixit annos (ut Socrates tradit) nonaginta duos, septuaginta. Hic primus in Græciam Geometriam creditur invexisse, primusq; observasse temporum ambitus, ventorum flatus, stellarum motus, temporum spatia, & varietates, siderum obliqua convexa, & Solis annua revertícula. Interrogatus quid in rerum natura difficillimū existimaret: Seipsum, inquit, nosse. Rursumq; rogatus quomodo fieri posset, quæ mala optimè & justissimè vivere hæc: Si (inquit) quæ in aliis reprehendimus, ipsi non faciamus. Hoc tripus aureus à piscatoribus Miletis repertus, dum res in Ionia verteretur, ex oraculo Apollinis, judicantis eam sapientissimo dari oportere, delata est. Deinde per manus omnibus sapientibus tradita, ad Solonem pervenit, qui clam, Delphos remisit ad Themin, ut quæ dictum, hominumq; sapientissimus esset. A Thalete Ionica fluxit disciplina, sicuti Pythagoræ Italica. Ejus dicti sepultus fuit Anaximander, cujus auctor Anaximenes & Hecatæus historiæ.

eus. ¶ Thales item fuit Poëta Lyricus Cretensis, quem à Creta Solon Spartam misit, ut ejus odis ac poëti Spartam deliniti, animorum feritatem nimiam ex Lycurgi legibus imbuerum, caligarent. Autor Plutarchus in Solone

Thalēstris Curtio, Σμαραγδω, vel (ut apud Strabonem legitur) Thalestria Regina Amazonum, quam alii Minithecam vocant. Hæc audita fama rerū ab Alexandro gestarum, relicto regno, trecentis comitata mulieribus, in Hyrcania illi occurrit ut sobolem ex eo conciperet: utque primùm ibi visa est facta esse gravida, reversa est in regnum.

Thallŭa, penult. prod. [Θαλλω. German. Eine auffgrünende Muse.] Una ex novem Musis Θαλλω & Θαλλειν, quod inter cætera significat virere seu florere: propterea quòd Poëtarum fama nullo tempore marcescat. Virgil. 6 Eclog. Nostra nec erubuit sylvas habitare Thalia.

Thallȳsĭă, penult. prod. Θαλλυσια, Festa erant apud Athenienses, quibus fructibus omnibus in horrea convectis, diis primitias conferabant: dicta Θαλλω & Θαλλειν: propterea quòd idcirò præcipuè fierent, ut quæ fuccesa erant, pollent revirescere. Vide Caium Rhodig. lib. 22. cap. 17.

Thămănæi, Θαμαναιοι, Populi sunt Persis tributarii, Herod. libro 3.

Thămna Θαμνα, Urbs Palæstinæ, Steph. Gentile Thamnitæ.

Thamuda Θαμουδα Urbs, Steph. Gentile Thamudenus.

Thămȳrās sive Thamyris, Θαμυρις, Θαμυρας apud Suidam Poëta ante Homerum ex Thracia, qui quum omnes præ cæteris mortales præcelleret, ab incœpto marte desiit: deinde mutata consuetudine, Musas amavit, cum quibus de cantu certavit his conditionibus, ut si vinceret, earum complexu potiretur: sin succumberet, ab illis pateretur quæ quæ eis videretur. Itaque superatus & oculis, & lyra privatus est. Hinc manavit proverbium in eos, qui præter ingenium præmium aliquid agunt: Thamyras ustus. Θαμυρας καιομενος. Hæc Erasmus in proverbiis, & Suidas. Ovid. lib. 3. de Arte. Tu licet & Thamyram tibicines, & Orpheа cantu. Non ego gnaræ prima magna lyræ, &c.

Thānătŏs, Θανατος, Insula in Oceano Gallico, Britanniæ (ut Solinus refert) proxima, frumentariis campis in primis fœcunda: veneris autem adeò adversa, ut nemo ibi serpentem unquam educet, verumetiam aliunde importatum statim in eo crescit unde & à serpentum morte nomen creditur accepisse.

Thaneum, Θανεον, Metropolim fuisse Ægyptii tradunt. Vide TANIS.

Thăpsăcŭs penult. corr. Θαψακος, Urbs Syriæ amplissima, ad Euphratem fluvium cujus meminit Xenophon de Cyri expeditione lib. 1.

Thapsŭs, Θαψος, Insula decem stadiis à Sicilia distans, versus Syracusas, plana, & quàm minimum è mari eminens, adeò ut undis mersa videatur. Unde & Thapsus dicta est, Απο του θαπτεσθαι, quòd in mari quodammodo sepulta videatur. Virgil. 3. Aen. Thapsumq. jacentem.

Thapsippēnus, Θαψιππηνος, prope Chalcedonem est. Steph.

Thasĭus, Θασιος, Insula est maris Ægæi, Thraciæ adjacens, contra Neapolim hominis olim oppidum habens: quidem nominis à Phœnicibus, qui Europam terra marique investigarent, eo pervenerunt, condiumque est autor Herod. lib. 2. Hujus incolæ Thasii, Θασιοι dicuntur: genorosis vitibus, & insigni marmoris genere nobilitati. Virgil. 2. Georg. Sunt Thasiæ vites sunt & Marcotides albæ. ¶ Thasii marmoris meminit Plin. cum aliis plerisque in locis, tum lib. 36. cap. 6. Thasia nux, eadem quæ & Græca & amygdala dicitur, teste Macrob. Saturn. lib. 6.

Thaumacia, Θαυμακια. Magnæ oppidum, ita dictum à Thaumaco Pœantis patre cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 9. Stephanus Thaumaciam alteram collocat ad sinum Malæacum.

Thaumantĭăs, ădis, Θαυμαντιας. Thaumantis & Electræ filia. Virg. 9. Aen. Ad quē si forsan Thaumantias ore locuta est. Eadem etiam Thaumantis dicitur, imbrifera Thaumantis, apud Stat. 3. Sylv.

Thaumalion Θαυμαλιον. Mons Arcadiæ, in quo Saturnus lapidem devoravit incolis Thaumasii, Steph.

Thēă Θεια, Nympha Oceani & Tethyos filia. Autor Hesiodus in Theogonia.

Theagenes, Tres Athenis diversis temporibus Suidas fuisse recenset. Unum, qui de Homero scripsit. Alium qui Θεαγενης id est, famosus est cognominatus, quòd multa promittens, nihil præstaret: pauper enim erat, ac dives videri volebat. Tertium, virum potens ac dives Athenis, qui liberalitate ac beneficentia publicè ac privatim multa laude digna gessit. Quartum addit Pausanias athletam, patria Thasium, qui CXL. coronas è certaminibus retulit.

Theangĕlă, Θεαγγελα. Cariæ oppidum, unum ex iis quæ ab Alexandro Magno Halicarnasso fuerunt attributa. Autor Plinius lib. 5. cap. 29.

Thĕāno, Θεανω, Mulier fuit Cretensis, filia Pythonactis, & uxor Pythagoræ, quæ illi Telaugem filium peperit. Scripsit Commentarios quosdam Philosophicos, & Apophthegmata, & Poëma carmine heroico. Theano alia fuit Metapontina, aut (ut alii malunt) Thuria, Leophronis filia, & uxor Brotini: cujus scripta enumerantur à Suida. ¶ Alia fuit Theano, Antenoris uxor, & sacerdos Palladis, cujus frequens est mentio apud Homerum.

Theanum, Vide TEANVM.

Thebæi, Θηβαιοι, Qui sunt ex Thebis civitate Ægypti.

Thebāis, [Θηβαις. German. Ein gewisse Landschafft in Ægypten oder Arabien unterhalb an Aethiopien.] Ægyptiæ regio, Aethiopiæ contermina, à Thebis urbe potentissima totus ejus tractus illius capite nomen habens. Vide Plin. lib. 5. cap. 9. ¶ Est item Thebais, insigne Papinii Statii opus, bellum Thebanum continens, quod Argivi ad Thebas gessere, in quo Eteocles, & Polynices fratres mutuis vulneribus ceciderunt. ¶ Aliquando adjectivum habet, quemadmodum & cætera ejusdē terminationis patronymica sunt, Thebais nupta est, Andromache, Eetionis Thebani Cilicum regis filia. Ovid. 3. de Arte. quòd erat longissima, nunquam Thebais Hectoreo nupta refedit equo.

Thebē, es, & Thebæ, ārum Θηβη & Θηβαι, ῶν, Nomina sunt multarum urbium, quarum una fuit in Ægypto, à Rustride rege condita, ambitus centum quadraginta stadiorum, ut refert Herodotus, centum portis, aliisq; publicis, privatisq; ædificiis insignis, totaq; penitus, adeò ut reges vel maximos exercitus lolerent educere, nullo oppidanorum id sentiente. Hujus incolæ Thebæi dicuntur: & vicina regio Thebais, in Aethiopiam vergens. ¶ Alia Thebe fuit in Boeotia à Cadmo Agenoris filio condita, quam Amphionis munus ornavit, Bacchi & Herculis clarissima patria, ab Alexandro Magno postea eversa. Hæc & Dracongera dicitur, quia à Cadmo cum quinque viris, ex dentibus draconis ab ipso interfecti natis, constructa fuit. Varro tamen lib. 3. de Re rust. scribit hanc urbem ab Ogyge ædificatam. Ab hac Thebani dicti sunt. Hanc heptagonon vocat Apuleius, ab eo quòd septem portas habebat, inclytam duobus ducibus, Epaminonda & Pelopida. Rectè dicta sic & Dircæa, à Dirce fonte. Unde & à Statio Thebanus ager Dircæus vocatur. Hinc Pindarus poëta, Lyricorum princeps natus ortus. ¶ Futrum & Thebæ in Africa, à Libero patre condita. Unde Hieronymus in commentario epistolæ ad Galatas. Præterea Thebus Liberi, quas in Africa condidit quæ civitas nunc Thebesthe dicitur. ¶ Alia in Thessalia, à qua Thebani & Thebæi. ¶ Tertia & alia Thebe, Homero testē in Cilicia, Andromaches uxoris Hectoris patria. Unde Ovid. Nec crudelius minus, quàm quum Thebana truculentum Hectora Thessalica vidit ab axe rubi. ¶ Alia fuit in Lucania, ab Aonis colonis condita, quā meminisse autor est Cato in Originibus. ¶ Fuerunt & Thebæ Cariæ. ¶ Est & Thebæ nomen virginis, è cujus gremio geminæ columbæ (ut est in fabula) quum evolassent, altera ad Hammonis fanum tetendit, & ibidem responsa dedit: altera ad sylvam Dodonæam, ubi futura mortalibus oracula edit.

Thecli, Θεκλη, Nomen proprium mulieris sanctissimæ.

Thelthenatæ, Babyloniæ urbis juxta Euphratis fluvii partem. Ptolemæus lib. 5. cap. 20.

Thelesis, Argiva mulier, quæ patriam advertus Cleomenem Spartanorum regem, unà cum cæteris mulieribus, quum desertæ viri, tutata est.

Themis, Themis. vel Themidis, vel etiam Themisis. [Θεμις. Ger. Eine tapffere Frawen ſtandhafftig vnd weiſe, die Göttin der Gerechtigkeit.] Cœli & terræ filia fuit, quæ Jovis nuptias fugiens, ab eo in Macedonia compressa fuit. Hæc dea putabatur, quæ præciperet hominibus id petere quod fas est, ut ait Festus (nam Θεμις Græcè fas dicitur) habuitq; vetustissimum oraculum in Boeotia, ad Cephisum amnem. Ovid. 1. Metam. Fatidicamque Themin quæ tunc oracla tenebat. Claudianus. 1. Atropos urget, Sic decrevit longæva Themis. ¶ Fuit & alia Themis, quæ alio nomine Carmentis dicta est.

Themĭstă, Eadem est quę Themis. Cic. in Pison. Liber Themista sapientior. Themis accusativum facit themin, & themista: à quorum posteriore fit Themista, æ.

Themiscyra, Θεμισκυρα, Regio Ponti, finitima Cappadociæ: ut scribit Plin. lib. 6. cap. 1. & Mela lib. 1.

Themīsōn, Θεμισων, Medicus apud Herodotū, & Coreclum Ceium.

Themīsōnĭi, Θεμισωνιοι, sive Themisonii, Populi à Themisonio Paryetæ majoratu loco prope Lycium.

Themistĭus, Θεμιστιος, Philosophus fuit temporibus Juliani apostatæ, à quo etiam prætor Constantinopolitanus urbis promotus est. Scripsit paraphrasim in Aristotelis Physica, libris octo, in Analytica posteriora, libris duobus. Præterea edidit suas videlicet De interpretatione & inscriptione prædicamentorum, explanationes etiam quasdā. Hic Valentem imperatorem quotidie sævientem in orthodoxos, auctoritate sua & epistolis reddidit mitiorem. Suidas.

Thĕmistŏclēs. [Θεμιστοκλῆς. Ger. Der auch etwa Athenienſes ſo in ſeinet jugent frölich und kurtzweilig geweſen: hernach aber ju einem dapfferen Mann worden iſt.] Nomen viri Atheniensis clarissimi, Neoclis filii, qui prodigus ac lascivus prima juventute postea dux delectus, res in Cyprum gessit. Perçeum munivit. Bello maritimo Persas apud Salaminem vicit. Hic quo ab ingrata patria exul factus esset, & à Xerxe princeps exercitus adversus Athenienses magno cũ honore creatus, quum videret patriæ suæ ingentis cladis periculũ imminere, hausto tauri sanguine scriptum interemit, ne aut regi de se merito infidelis esset, nõ pugnando viriliter, aut patriæ suæ hostis atq; oppugnator videretur. Vide Plutarchum.

Thĕmistŏgĕnes. Θεμιστογένης, Syracusanus historicus, Cyri expeditionem & bella, quæ in historia Xenophontis continentur, compositis. Autor Suidas.

Thĕnæ, θῆναι, Urbs Cretæ vel Arcadiæ in monte dicunt, Steph. Idem ait Omphalium urbem esse scribit prope Thenas in Creta.

Thĕoclymĕnus Θεοκλύμενος, Homer. lib. Odyss. 15. Vates qui Penelopæ prædixit Ulyssis in Graciam reditum.

Thĕŏcrines. Θεοκρίνης, Nomẽ cujusdam Athenien sis, qui primum Tragœdiarum actor fuit: deinde calumniator & sycophanta. Vide & Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, Æschinem, tragicum Theocrinem vocat. Erasmus in Chiliad.

Thĕocritus Θεόκριτος, Poëta Syracusanus, Praxagoræ, sive (ut alii malunt) Semmachi & Philinæ filius, qui sub Ptolemæo Lagi filio floruit. Alii Coum fuisse volunt, sed admodum juvenem Syracusas commigrasse. Scripsit Idyllia in genere bucolico, quæ etiam hodie omnium manibus seruntur. ¶ Fuit & alter Theocritus, historicus Chius, Theopompi æqualis, & in administratione Reipub. æmulus. Scripsit historiam Libycam, & epistolas quasdam. Autor Suidas.

Thĕŏdămus, Θεόδαμος, Pater Hylæ fuit, qui ab ejus nomine Theodamantius dicitur à Propertio lib. 2. Eleg.

Thĕŏdectes, Θεοδέκτης, Orator, Calvi genere, discipulus Platonis, Isocratis & Aristotelis, qui tres de Rhetorica libros dedicavit. Conversus deinde ad Tragœdias, scripsit fabulas 2. Decessit Athenis natus annos 72. Scripsit & versibus artem Rhetoricam: laudavit & vitam Artemisiæ Mausolum, una cum claris eo tempore oratoribus. ¶ Theodectes orator, superiorum filius, scripsit Encomium Alexandri regis Epistolarum: commentarios historicos, artem rhetoricam libris VII. aliaq; complura. Autor ut utq; Suidas.

Thĕŏdōrus Θεόδωρος, Byzantius sophista, à Platone vocatus Λογοδαίδαλος Θ. Logodædalus. Scripsit contra Thrasymachum & Aristoclem, & alia quædam. Suidas. ¶ Theodorus & Teladæus fratres Samii, sculptores celeberrimi, quorum alterius Samo Pythii Apollinis signum facere cœpit: alter Ephesi eodem tempore, & alio saxo absolvit: quibus simul compositis ita convenit, ut unum corpus alumno artifici, & ex uno lapide sculptum videretur. Genus artis hujus est Græcis ignotũ, sed apud Ægyptios frequẽtatum. Nam soli hominum non ocujus tantùm totius statuæ compositionem metiebantur, sed dimensione, ut ex variis, multisq; lapidibus in unum corpus, in certam membrorum statua perficeretur. De hoc Theodoro Diogenes refertur, quòd non solùm sculptor, sed etiam architectus fuerit, quodq; Ephesiis autor extiterit, ut Dianæ templi fundamentis carbones subjicerent, ut locus alioqui humidus immobilem acciperet solidatem. Idemq; primus ferrũ fundere docuit, statuamq; ferream fecit. Autor Pausanias. ¶ Theodorus Gadarites, nobilis orator. Gadara autem, Syriæ civitas est, non longe ab Ascalone: verùm ipse dicit malue Rhodius, teste Strabone, cujus tempore fuit. Ejus discipuli Theodori sunt dicti inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica scripsit. Tiberius quoq; ob id cepit quum secessisset Rhodum, cum studiosè audivit, ut Quintil. lib. 3. tradit. ¶ Theodorus alius fuit, cognomento Atheos, Zenonis primùm, mox & Pyrrhonis auditor: de quo vide Laërtium & Suidam.

Thĕŏdŏsia Θεοδοσία, Tauricæ Chersonesi urbs. Ptolem. lib. 3. cap. 6. & Plin. lib. 4. cap. 12.

Thĕŏdŏsĭus Θεοδόσιος, Nomẽ proprium duorum Romanorum principum, quorũ vitam vide apud Eutropium. ¶ Theodosius alius fuit magnus Mathematicus: cujus scripta enumerantur à Suida.

Thĕŏdōtē, Θεοδότη, Meretrix Elea fuit: de qua in primis & festivat: cujus memorat Xenophon de dictis & factis Socratis: & Laërtius in Vita Aristippi.

Thĕŏdōtus, Θεόδοτος, Pavia Chius, ultimi Ptolemæi in Rhetoricis præceptor fuit, qui decertantibus in concilio Ægyptiorum tam Cæsare, an Pompejus, post prælium Pharsalicũ profugus, esset in Ægyptum recipiendus, pro sententia dixit recipiendum quidem esse, sed receptum occidendum, adjiciens tritum illud proverbium Mortuos nõ mordere. Hunc postea, Cæsare interfecto, Brutus in Asia repertum, & ad se adductum interfici jussit. Vide Plutarchum in vita Pompeii. ¶ Theodotum alium memorat Philostratus in Sophistis, qui tempore Herodis Attici præfuit Athenien sium scholæ.

Thĕognis, Θέογνις, Poëta fuit Siculus, Megaris natus, LXII. Olympiade, qui utiles quidẽ & lectu dignas parœnetes cõscripsit, nisi foedis amoribus passim ad pueros eas contaminasset.

Thĕombrōtus, pen. cor. Θεόμβροτος, Philosophus fuit, Metrocles auditor, & præceptor Demetrii Alexandrini cujus meminit Laërtius in Metrocle.

Thĕŏmnēstus, Θέομνηστος, Cous, ut autor est Strabo lib. 14. vir fuit clarus administrationis Reipub. & Nicię tyranni æmulus.

Thĕon, Θέων, Nomen pictoris Samii, de quo Quint. lib. 12. de Institut. Orat. Alter mathematicus, qui scripsit de ijs quæ ad Ptolemæum attrologum. Tertius grammaticus, interpres Apollonii Rhodii. ¶ Fuerunt & alii hac nomine, qui commemorantur à Suida: ex quibus celebrimus fuit Theon Alexandrinus, ejusdem patria, tempore & disciplinis, quibus Pappus, sub Theodosio Seniore. Scripsit de Astrologia, commentariosq; in Ptolemæum & Astrolabium parvum, & alia. ¶ Theon item alius & ipse Alexandrinus, Stoicus, tempore superiori: siquidem sub Augusto post Arrium Philosophum eminuit. Scripsit in Physicam, & in artem Rhetoricam, & alia. ¶ Alius item eius nominis Stoicus fuit Antiochenus, omnium antiquissimus, qui scripsit apologiam Socratis. ¶ Quartus Smyrnæus. ¶ Quintus etiam Alexandrinus Sophista, cognominatus Aelius, qui Progymnasmata quædam Rhetorica scripsit, & commentarios in Xenophontẽ, Isocratem & Demosthenem. Autor Suidas. ¶ Theon item Sidonius, Sophista, qui in patria ludum aperuit sub Constantino. Fuit & marmoris cælator hoc nomine, unus ex iis qui Mausolum exlaverunt: cujus meminit Plin. libro 35. cap. 11. ¶ Theon præterea poëta quidam fuit rabiosæ cujusdam loquacitatis petulantisq; maledicentiæ. Unde factum est, ut Theonimo dente odi cum dicamus, qui convitiis lacessitur. Vide Erasmi Adagia.

Thĕophănes Θεοφάνης, Mytilenæus historicus, scriptor rerum Pompeii Magni: cujus meminit Cic. in Orat. pro Archia.

Thĕophilus, Θεόφιλος. German. Ein Bischoff zu Cæsarea in Palestina. [Cæsareæ Palæstinæ præfuit, Severo imperante, cujus meminit Hieronymus. ¶ Theophilus alius Antiochenus præfuit, qui imperante M. Antonino librum in Marcionem edidit, & alia quædam, quæ ab Hieronymo cõmemorantur. ¶ Alius item ejusdem nominis præfuit Antiochenus, ad quem Lucas scribit acta Apostolorum. ¶ Alius quoq; præfuit Alexandrinus, qui scripsit adversus Origenem. ¶ Præter hos Theophilus Comicus antiquæ Comœdiæ: cujus fabulas nonnullas commemorat Suidas.

Thĕophrastus Θεόφραστος, Philosophus fuit ex Eresso Lesbi oppido, priùs Tyrtamus appellatus: deinde Euphrastus: & postremò Theophrastus, ob oris & eloquentiæ suavitatem propemodum divinam. Hic Peripateticorum eloquentissimus, doctissimusq; fuit, Aristotelis discipulus & in schola successor. Dicere solebat, doctum hominem ex omnibus solum rei; alienis locis peregrinum esse neq; inopem amicorum. Habuit discipulos ad duo millia. Opera ejus à Diogene commemorantur, inter quæ sunt libri ex epitomes in Aristotelem de animalibus. Extant hodie tantùm de plantis conversa à Theodoro Gaza, & parva quædam opuscula. Excessit admodũ senex. Ex Suida, Diogene, Strabone. ¶ Theophrastus alter fuit Ephesius, cujus meminit Aelianus De varia historia.

Thĕŏpŏlis, pen. cor. Θεόπολις, Maxima Syriæ civitas, sicà Justiniano nominata post terræmotum, quum priùs Antiochia diceretur. Autor Stephanus.

Thĕŏpŏmpus, Θεόπομπος, Chius orator & historicus post Thucydidem & Herodotũ, teste Quintiliano, quibus ut in historia minor, ita oratori magis similis est: qui antequã esset ad hoc opus solicitatus, diu fuerit orator. Filius fuit Damasistrati, teste Suida, & auditor Isocratis. Scripsit Epitomen Herodoti libris duobus, & rerũ Græcarum Historiam post bellum Peloponnesiacũ incipiens, ubi defiit Thucydides. ¶ Theopompus alius fuit Atheniensis, Theodectis filius, antiquæ Comœdiæ scriptor: cujus fabulas recenset Suidas. Præterhos Theopompus Gnidius, Cæsaris familiaris, qui Artemidori habuit filium, qui apud Cæsarem ipsum plurimùm poterat, ut scribit Strabo lib. 14. ¶ Theopompus item alius fuit, Rex Spartanorũ, qui quũ primus constituisset ut Ephori Lacedæmone crearentur, ita futuri regię potestati oppositi, quemadmodũ Romæ Consulari imperio Tribunitius pleo sunt objecti: atq; illi uxor dixisset, id egisse illum ut filio minorẽ potestatem relinqueret: Relinquam, inquit, sed diuturniorem. Optimè quidẽ. Ita enim demum tuta est potẽtia, quæ viribus suis modũ imponit. Igitur Theopompus legitimis regnum vinculis constringendo, quò longiùs à licentia retraxit, hoc ad benevolentiam civium propiùs admovit. Hæc Valerius Max. lib. 4. cap. 1. Quinct. tamẽ lib. 2. hanc modestiam parùm valuisse demonstrat, captum

dimum

démum fuisse ostendunt. Theopampus (ἐκφυὲς) Lacedæmonius, petitus ad cum uxore fabulo, è cubiculo evasit, ut mulier.

Thĕoræ, pen. prod. θεῶραι. Athenis dicebantur, qui quotannis publico nomine in Deli navigabant Apollini sacrum: quorum etiam navis, qua vehebātur, theoris dicebatur. Aemi Suidas.

Thĕoxĕnā, θεόξενα, A Philippi Macedonis mimis hās cinēdus, quem eorum manus effugere non pallet se præcipitem dedit in mare. Vide Livium lib. 4.

Thēra (Νῆσος Cæs. Der Insul eine im Aegeischen Meer/Cycladis genant.) Insula una ex Cycladibus in Aegæo, ex qua profecti sunt Theræi, qui Cyrenem in Africa condiderē. Hæc olim Calliste dicebat, teste Callimacho, cujus ea de re hoc extat distichon: Καλλίστη πρώτιστα θεὰ τέκε, τὴν δὲ μετ' ἄνδρα, Μοῦνος ἐὼν ἀθάνατος, Θήρα ἐπωνυμίην. hoc est, Nomine Calliste primum, sed postmodò Thera Dictata fuit tellus ubis origo mea. Hæc ex Strab. lib. 17. Distat autē ab Ia insula XXV. M. pass. Vrbes habet duas, Eleusinem, & Oeam. Vide Plin. lib. 4. cap. 12. & Ptol. lib. 3. cap. 15.

Therămēnes, pen. corr. Θηραμένης, Cives Athenienses, unus ex triginta tyrannis, qui quòd à collegis multos insontes supplicio affici videret, ea de re conquerens, cùm cæteros omnium rērum præcipuè Critiæ cuncta, q reliquis ut potentiania & immanitate antecederet odium in se concitavit: itaque mq; per calumniam circumvēnus, & innocens capitis damnatus, quīn etiam avide hausisset, quod reliquu erat è poculo ejiciens: Propino (ἔκπωμα) hoc pulchro Critiæ. De hoc sic scribit Cic. 2. Tusc quæst. Proh dii immortales, quàm illud erit irridendum esse deos, quo confecto, nulla reliqua cura, nulla religione fruendo sua sit? Quid? non me delectat Theramenes, quamq; clato animo est. Essi enim flamus quīi legimus, tamen non mediocriter eum clarum emoriturū qui quum corpus hoc in carcerem, triginta jussu tyrannorum vencnum non sciens obbibisset, reliquum hū è poculo ejecerit, utrū ne sciret. Quo soluto redito, ait dens: Propino (ἔκπωμα) hoc pulchro Critiæ, qui in eum fuerit severissimus. Græc. enim in convivis solent nominare cui poculum tradituri sunt.

Thĕrāmnē, es, Eve Theramnx, arum, Θήραμνα Stephano, Laconiæ oppidum est, non procul à Sparta, teste Plin. lib. 4. capite 5.

Therapnē, arum, Θήραπνα, Vicus est Laconiæ, teste Mela, in quo Ledæ Castorem & Pollucem, Helenam & Clytæmnestrā peperit. Strabo 8 Theocr. Tenarumq; cacumen, Apollinea q; Therapnas. q Dicta autem putantur Therapnæ, ἀπὸ τοῦ θεραπεύειν, quòd ibi Dioscuri religiosissimè colerentur.

Thĕrapnæus, a um, adject. Ovid. in Epist. Paridis: Da modò te facilem, nec dedignate maritum: Rutc Therapnæo nata puella Phrygem.

Thĕrasiā, Θηρασία, Insula est in mari Cretico, una Sporadum, ultra Cretæ partē, postea undarum impetu avulsa, ut refert Plin. lib. 4. cap. 12.

Thĕrĭcles, Θηρικλῆς, Sculptor insignis fuit, calicibus ex terebycho tornandis nobilitatus, teste Plin. lib. 16. cap. 40. q Suidas præterea Thericlis figuli cuiusdam meminit, qui primus poculā ex luto crediturinventione Tricliniorum, pro fictilibus quondam usurparunt.

Thĕrĭmăchus, Θηριμάχου, Nomen pictoris insignis, de quo Plin. lib. 35. cap. 10.

Therme, Θέρμη, Civitas in Thracia: unde Thermaicus sinus, Θερμαῖος κόλπος. q Thermæ præterea Siciliæ oppidum, autore Pomponio Mela lib. 2. q Idē Thermitani, Cic. 4 Verrina.

Thermessĭus, Θερμήσσιος, Insula est ante sinum Pegasicum, non procul à Scyro: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Thermŏdōn, ontis, vel Thermŏdōn, ontis, secunda syllaba producta, Θερμώδων Suidæ. Cic. Tus. 5 in Cappadocia ter tantum fluit (Iris) fluvius est Themiscyræ (quæ olim regnum sub Cassiopeiæ commercia) Amazonum sedibus nobilitatus. Virg. 11 Aen. Quales Threiciæ quum flumina Thermodontis Pulsant: & pictis bellantur Amazones armis. Quo in loco nonnulli legunt Thermodoontis impari syllabarum numero: sed perperam, quum secunda syllaba semper producatur.

Thermodōntēus, sive Thermodontius, adjectivum Θερμωδόντειος. Propert. lib. 3: Qualis Amazonidū nudatis bellica mammis Thermodonteis tuba lavatur aquis.

Thermŏpylæ, pen. corr. Θερμοπύλαι, Mons Græciæ longissimus, qui à Leucade incipiens, inde in orbē flexus, in Aegæum usque mare protenditur, mediamque Graciam ita dirimit, quemadmodum Isthmus Peloponnesum. Dictæ Thermopylæ, ab angustis faucibus, aquis calidis scaturibus. Montium enim angustias, ut Latini portas sic Græci πύλας appellāt. Thermas autem aquas calidas esse, nemo est qui ignoret. Montem autem hunc maximè illustrarunt Lacedæmoniorum cum Mardonio pugna, & Leonidæ regis interitus: de quo vide Herod lib. 7.

Thermĭus, Θέρμιος, Oppidum Aetoliæ. Gentile Thermĭus, pen. corr. Thermicus, Steph.

Thermydra, Θερμύδρα, Portus civitatis unius in Rhodo, Steph.

Therme, Θέρμη, Vicus Thraciæ, Steph.

Thēru, Vir proprium (inquit Servius) in Pindaro tantùm lectum. Virg. 10. Aen. Occido Therou: evasion qui maximus ultrò Aenean petit.

Therŏmăchus, Θηρόμαχος. Proprium nomen Satrapæ egregii, qui centesima septima Olympiade floruit, teste Plinio, lib. 34. cap. 8.

Thĕrōn, nis, Θήρων, Agrigentinorum tyrannus in Sicilia, qui & Tenillum Himeræ tyrannide dejecit, & secū cum Gelone Amilcarem Pœnorum ducem pugna superavit eodē die, quo Græci ad Salaminem Persas profligarunt. Vide Herod. lib. 7. Est item Theron, Tatii cujusdam nomē, ab Aenea occisi, apud Virg. 10. Aen. si avēq; Latinus, Occido Theron: virum qui maximus ultrò Aenean petit.

Therssandēr, sive Therssandros, Θερσάνδρος, Polynicis filius fuit ex Argia, teste Statio, qui unà cū cæteris Græcorum principibus ad Trojam navigavit. Hunc Virg. lib. 2. Aen. inter eos enumerat, qui eo tempore excidii Trojani in equo ligneo fuerūt occultati: Iamque, inquit, ferebare promnus Therssandrus, Sthenelusq; duces, & dirus Ulysses, q Fuit item hoc nomine tibicen nobilis, qui unà cum Thombrone Lacedæmoniorum duce subitò Tiribazi adventu fuit oppressus. Autor Xenophon lib. 7. Rerum Græcarum.

Thersĭlŏchus, Θερσίλοχος, Antenoris filius, in bello Trojano occisus, quem Virg. lib. 6. Aen. inter viros fortes enumerat, qui etiam apud inferos arma tractent, quos ille omnes longo ordine cernens ingemuit, Glaucumq;, Medontaq; Thersilochumq;, Tresq; Antenoridas, Cererisq; sacrum Polybetem.

Thersītes, pen. prod. Θερσίτης, Græcorum omnium facundissimus tam, quam Achilles sibi procacitate convitiandi pugnatibus interfuit. Hujus indignis dehortatibus ab Hom. lib. 2 Iliad. graphicè expressis, effecit ut quam hominem vehementer fœdū significare velimus, Θερσιτικὸν ἄνδρα dicamus, Thersitē facie eum habere dicimus. Iuvenal. Sat. 8: Male patet tibi Ci Thersites, dummodo tu sis Aeacidæ similis, &c.

Thĕseus, Θησεύς, German. Ein König zu Athen/vom Meer erfunden vnd erzogen Held.] Aegæi regis Atheniensium & Aethræ filius: quod dum esset adolescens, opera Medeæ noverca pene veneno periit. Sed post mortem patris ad regnum evectus, tam multa digna memoratu peregit, ut inter plures Hercules unus connumeretur. Debellavit Amazones, earumq; reginam Hippolytem rapuitque ex qua Hippolytum genuit. Creontē regem Thebarum Argivos in bello cæsos sepelire prohibentem interfecit. Oppressit & terribilem tauruin in Attica. Monstrum in labyrintho occidit. & Ariadnam, Phædramq; Minois filias clam secum abduxit: sed relicta Ariadna in Cretæ insula, Phædram sibi conjugio copulavit. Scironem, Procrustem, & Sciuim latrones Atticæ eripuit: debellavit Centauros Thebas dominum. Pirithoum præcipua coluit amicitia, quem ad defendendā ad inferos à rapiendam Proserpinam ire decreverat. Occiso Pirithoo, quem aliquamdiu in regia Plutonis fuit detentus, donec ab Hercule, qui tum forte Proserpinam persequebatur, hercs clementi, liberatretur. Postremo quam, sentio, tot tantisq; rebus gestis, patria, regnoq; pulsus in insulam Syrum navigavit, ubi perit, interemptus à Nicomede (ut quidā volunt) ex loco edito post cum deambulāde delapsus. Primus instituit Athenis Panathenæa: hoc est, commune celebritatem in honorem Minervæ, quæ Graecè Ἀθηνᾶ nominatur. Idem in Delphico fanc Sibyllam sedentem vidit. Reliqua vide apud Plutarchum.

Thĕsēĭs, ĭdis, Θησηΐς, Poema Theseī gesta complectens. Iuvenal. Satyr. 1: Vexatus toties raucī Theseidos Codro.

Thĕsēĭdēs, dæ, pen. prod. Θησείδης, Patronymicum masculinum: quo Poetæ utuntur pro Hippolyto Thesei filio. Ovid. Epist. 4: Thesides, Theseusq; duas rapuere sorores.

Thesmŏphŏrĭā, Θεσμοφορία, Cereris festa, quæ & Cereria à Latinis, & Initia dicuntur. Græci enim Cererem Θεσμοφόρον appellant, quasi legiferam: quo etiam epitheto nostri eam insigniverunt. Virg. 4. Aen. -mactant lectas de more bidentes Legiferæ Cereri. Prima enim Ceres mortalibus leges dedisse putatur: propterea quòd ex agrorum divisione primùm nata creditur jura. Ovid. 5 Metam. Prima dedit leges: Cereris sunt omnia munus.

Thespĭæ, Θεσπιαί, Oppidum liberum in Bœotia (ut Strabo inquit lib. 9.) Heliconi proximum, sed eo magis Austro, Crissæo immineus sinu. Thespias nobilitavit Praxiteles Cupidine à Glycerio meretrice ibi consecrato. q Hinc Thespiades, Θεσπιάδες, dictæ sunt Musæ, seu Nymphæ Thespias incolentes. q Sunt & aliæ Thespiæ in Magnesia Thessaliæ confinio, quarum meminit Plin. lib. 4. cap. 9.

Thespis, Θέσπις, Primus poëta Tragicus fuit apud Athenienses, Horat. in Arte. Ignotum Tragicæ genus invenisse Camœnæ Dicitur, & plaustris vexisse poëmata Thespis.

Thesprōtĭā, Θεσπρωτία, Regio Epiri Chaoniæ proxima, teste

Plinio in Procemio libri 4, cujus incolæ dicuntur Thesproti, Θεσπρωτοί Stephano. Lucan. lib. 3. Thesproti, Dryopesq; manent.

Thessalia, Θεσσαλία. Gertn. Ein Landtschafft zwischen Boeotia und Macedonien.] Regio Græciæ, ex una parte Boeotiam, ex altera Macedoniam habens: ad mare inter Penetum amnē, & Thermopylas extenſa. Priùs Aemonia, Αἱμονία ab Aemone Rege, & Pelasgicon Argos, & Hellas, Ἑλλάς, & Dryopis, Δρυοπίς, dicebatur. In hac genitus ex nomine Græcus, à quo Græcia: ibi natus est Hellen, à quo Hellenes. Homerus ejus incolas tribus nominibus appellat, Myrmidonas, Helenes, & Achæos. Olim etiam Pyrrhæa dicta est, teste Strab. lib. 10. à Pyrrha Deucalionis uxore: cujus tempore (ut inquit Aristoteles) ingens imbrium illuvies majorem partem populorum Thessaliæ ablumpsit, paucis, qui ad montium cacumina fese receperant, conservatis. Inter quos Deucalion Parnassum petierat, ratibusq; ad secō fugientes per summa Parnassi juga benignè fovebat. Propter quod dictus est genus hominum reparasse. In Thessalia sunt montes viginti quatuor, quorum nobilissimi Olympus, Pieria patens, domusq; Musarū, Pelion, & Ossa gigantum bello memorati. Item Pindus, & Othrys Lapithārum incolæ. Flumina (ut scribit Herodotus) sunt Apidanus, Enipeus, Onochonus, Pamisus, Peneus & Phœnix.

Thessălus, la, lum, penult. cor. & Thessalicus, a, um, adjectivum. Θεσσαλικός.

Thessalonica, Θεσσαλονίκη. Vulgò Salonique. Ger. Ein berümpte Statt in Macedonien am Meer gelegen. Vng. Tessalonica.] Vrbs clarissima Macedoniæ, ad sinum Thermaicum sita, non procul ab Echedoro flumine ostioque primùm à Cassandro condita dicitur, & Halia appellata. Thessalonicæ autem nomen à Philippo Amyntæ filio accepit, quū ille in quo agro Thessalos ingenti clade profligasset.

Thessalonicenses, Hujus incolæ dicuntur divi Pauli epistola notissimi, Θεσσαλονικεῖς. Ex hac urbe oriundus fuit Theodorus Cassander, vir superiori ætate utriusq; linguæ peritissimus.

Thestĭus, Θεστιος. Parthaonis filius, & patri Toxei, & Plexippi, & Althææ matri Meleagrū quos illi quidem Thestiadæ: hæc autem Thestias appellantur. Ovid. 8 Metam. Hinc titulos mutuo accipe fœmina nostros Thestiadæ clamant. Et paulò pòst: Thestias aliud alter dominis affectibus errat.

Thestĭădes, Θεστιάδης. Ethæ Thestii, qui Ericthei (aut sunt alii volunt) Teuthantis filius fuit, numero quinquaginta, ex diversis mulieribus nati: ex quibus Hercules adhuc adolescens, sed jam tum corporis robore præstans, totidem liberos masculos sustulit, qui & ipsi ab avi nomine Thestiadæ dicti sunt. Hi post mortem patris cum Iolao illius ex Iphicle sorore nepote, in Sardiniam profecti, multas in ea urbes condiderunt. Autor Diodorus lib. 5.

Thessidium, Θεσσίδιον, Vrbs Thessalonicæ. Hellanicus absque dicta, Thesticum vocat, à Thestide. ¶ Est & stagnum Thraciæ cum vicino adjacente agro Nylla, Steph.

Thestylis, Θεστυλὶς, Mulieris rusticæ nomen. apud Theocritum, & Virg. 2. Aegleg. Thestylis & rapido fessis messoribus æstu Allia serpillumq; herbas contundit olentes.

Thestŏr, Θέστωρ, Pater Calchantis peritissimi Græcorū auguris, qui à nomine patris Thestorides à poëtis appellatur. Ovid. li. 12. at veri providus augur Thestorides vim omnis, ait, &c.

Thĕtis, tĭdis, Θέτις, Peleï Thessaliæ regis uxor, Nerei marini Dorifilia, & Achillis mater: de cujus raptu extat elegantissimus Luciani dialogus. ¶ Accipitur nonnunquam pro mari: ut apud Virg. 4. Aeneid. Tentare Thetin ratibus.

Thessalŏnīca, Θεσσαλονίκη, Emporiū nobile fuit ad Bosphorū Thracium, ita dictū ab uxore Leucononis ejus regionis tyranni, qui primus hanc in urbe emporium instituit, Athenienſibusq; illine frumentum evehentibus multas immunitates concessit. Est videre apud Demosthenem in Oratione adversus Leptinem.

Thestor, Vide THEVTONES.

Thēra, Θήρα, Insula est mari Cretico, una Sporadum, non procul ab Hiera, quam sua primùm ætate emersisse, autor est Plinius lib. 2. cap. 88. & lib. 4. cap. 12.

Thimbrōn, Θυμβρων, Lacedæmoniorū dux, qui adversus Persas in Asiam missus, subito Timbazi adventu est oppressus unà cum Therandro citharœdo, cum quo cœnabat. Vide Xenophontem Rerum Græcarum lib. 4.

Thinge, Θίγγη, Vrbs Libyæ, Steph. Vide TINGI.

Thimida, Θίμιδα. Vulgò Tenes, Oppidū Africæ propriè dictæ, nō procul ab Apollinis promontorio, nō tamen idē cū Tunete, ut quidam male interpretati sunt. Vide Ptolemæum lib. 4. cap. 3.

Thiodāmās, antis, Θειοδάμας, Pater Hylæ, quē Hercules Colchos navigans secum duxit. Propertius: Thiodamanteo proximus ardor Hylæ. ¶ Thiodamas alius, filius fuit Melampodis. Statius 4 Theb. Infignem Iaonia, tantōq; Melampode cretum Thiodamanta volant, &c.

Thirionachius, Θειρωνάχιος, unus ex filiis Herculis, ex Megara Creontis regis Thebanū filia.

This, Θὶς, Vrbs Aegyptia, prope Abydum. Civis Thinites, Steph.

Thisbē, es, Θίσβη, Puella fuit Babylonia, mutuo Pyrami vicini adolescentis amore capta: cujus miserabilem exitum vide suprà in dictione PYRAMVS.

Thisoa, Θίσοα, Vrbs Arcadiæ. Gentile Thisoates. Steph.

Thōē, ēs, sive Thoe, es, Θόη, Nympha marina, Tethyos & Oceani filia, à natandi celeritate dicta. Hesiodus in Theogonia: Θόην τε Γλαυκήν τε, &c. Ἡσιόδου Θεογονία.

Thōās, antis, Θόας, Fuit Rex in Taurica regione, ad quem delata est Iphigenia Agamemnonis filia, & ab eodē Dianæ Tauricæ sacris praefecta. Hunc postea occidit Orestes, à sorore adjutus, quum illum quoque Thoas Dianæ aræ destinasset. De quo Ovid. lib. 3. de Ponto: Regna Thoas habuit Myonide clarus in orā: Nec fuit Euxinis notior ulter aquis. ¶ Alter Rex Lemni fuit, Liberi patris filius, ex Ariadne Minois filia & patre Hypsipyle solus filiæ pietate servatus, quū cæteræ omnes Lemniæ mulieres viros suos & parentes trucidarent: ut est apud Ovid. lib. 7. Metam. Tum primùm tese trepidus sub nocte Thoaneus Detexit, ante pontes extrema Thoantī Subsidia, &c. Idem in Epistol. Ex ego Minoo nata Thoante feror. ¶ A Thoas sunt patronymica Thoantias, idos, & Thoantias: quę à Poëtis usurpantur pro Hypsipyle Thoantis filia.

Thŏrni, Θόρνις, Vrbs Arcadiæ, à Thorno quodam, Steph.

Thōē, ēs, Θόη, Filia Oceani & Tethios: Una ex Nymphis, quas ad concubitum Thetidem ob mortem filii sui Achillis convenisse scribit Homer.

Tholithobogi, Vide THECTOSAGES & TOLISTOBII. Strabonī Tolithobogi.

Thōn, thonos, Θών, Fuit primus qui apud Aegyptios medicinā in artem redegit, cujus meminit Hom. lib. 4. Odyssex. ¶ Alter, teste Hellanico, fuit rex Canopi, ad quem quum Menelaus captam Trojam patria remavigans, rempestate delatus esset, fuit primùm ab illo antequam is Helenam conspiceret, benignè susceptus: sed ut illam conspexit, vim Menelao inferre conatus, ab illo interfectus est.

Thūnīa, Θούνια, Vrbs est, & caput Gabaonitarum, distatq; à Gaza nostri littoris ladæa oppido, mille quingentis, triginta septem millia passuum.

Thūnis, nis, Θοῦνις, Præfectus fuit Canopi sub Proteo rege Aegypti, quo tempore Alexander cū Helena vi tempestatis in Aegyptū appulsus est. Vide Herod. lib. 2. Hunc Hellanicus Thonin appellat, regemq; Canopi fuisse tradit, & Menelaū vi tempestatis eō delatum humanissimè excepisse hospitio, donec compecta Helena, amore ejus captus, quū Menelao insidias struere cœpisset, ab eodem est interfectus. Fuit præterea Thunis urbis nomen in Aegypto, post Taphosiridem, non procul à Zephyrio promontorio: cujus meminit Strab. lib. 2.

Thŏon, o geminato, Θόων, Fuit vir Trojanus ab Antilocho interfectus. Homer. lib. 13 Iliad.

Thŏosā, Θόοσα, Phorcidis filia, ex qua Polyphemum Neptunus genuit. Homer. lib. 1. Odyss.

Thoores, Vnus fuit ex præconibus Græcorum, teste Homero lib. Iliad. 22.

Thorai, Θόραι, Vicus in tribu Antiochide, Steph.

Thorax, acis, [Θώραξ. Ger. Ein Berg bey der Statt Magnesia in Asia.] Mons est Libyæ vicinus Hesperis vicinus. Lethæo fluvio immanens, teste Strabone lib. 14. in quo dicunt crucifixum fuisse Daphitam grammaticum: propterea quòd reges verùm incessere inde tractum est proverbiale ænigma: Cave a thoracesiorsi, ne Θώρηκος quo ut mur quoties linguæ petulantiam coercendam volumus significare, nevoces petulanter emissæ aliquando perjurium sedeant. Vide Erasmi proverbia.

Thoricus, Θορικὸς, vicus prope Canopum juxta Alexandriam, Steph. ¶ Apud eundem Thoricus vicus est in tribu Achamantide. Hecataeus urbem esse tradit. Vide THYRICVS.

Thornax, Θόρναξ, Mons Laconiæ, Steph.

Thous, Θοῦς, Homero teste, Vnus ex Trojanorum principibus.

Thracē, ces, & Thracia, [Θρᾴκη. Vulgò Romania. German. Die Landtschafft Europa zwischen der Donaw / dem Meer vnnd Macedonien gelegen / sonst ein theil der Türckey.] Europæ regio, Macedoniæ ad Occasum proxima: à Septentrione Istrum habens: ab Oriente Ponticū & Mendicum Aegæum mare. Olim Scythia, postea Thracia, à Thrace Martis filio, seu ab asperitate dicta: Græcè enim τραχὺς asperum dicitur. Est enim regio (ut Pomponius scribit) nec cœlo, nec solo tractabilis: & nō quāmam propior est, infœcunda, frigidaque. Habet feros homines, asperō cultu in ea sunt urbes celebriores Apollonia, Aenos, Nicopolis, Byzantium, Perinthos, Lysimachia, Callipolis. Anates sunt Hebrus & Nestos. Montes Aemus, Rhodope, & Orbelos. ¶ Dicitur & Thrace Thracæ, Virg. lib. 12. Aen. - gemit ultima pulsa Thracia pedum.

Thrax, Θρᾷξ, gentile. Virg. 3. Aen. Terra procul vastis colitur Mavortia campis: Thraces arant.

Thrāsĭa,

Thrēĭcĭus, femininum, Θρήϊος, sive Threïssa, Θρηϊσσα. Virg. 1. Aen. - qualis equos Threïssa fatigat Harpalice.

Thracĭus, a, um, gentilitium, Θρᾴκιος. Virg. 5. Aen. - quem Thracias albis Portat equus bicolor maculis.

Torĕvĭus, a, um, Θρεικιος. Virg. 5. Aen. Threïcia fretus cithara, fidibusq; canoris.

Thrasĭas. [Θρασίας Aristoteli. Ital. *Maestre trauersano.* Ger. Der Winder einer so zwischen Minerua vnd ano Gemmere Bitter gang herrüret. Hland Nach Westmont.] Ventus media regione flans inter Septentrionem & Occasum solstitialem. Plin. lib. 2. cap. 47.

Thrasĕas, Θρασέας, Auguris nomen, qui in summa siccitate Rutirim Aegypti tyrannum adiens, obsecundā superis posse exorari pluviam, si hospites immolaret. Quærente deinde tyranno, quinam & cujas esset, quum se peregrinum profiteretur. Tu igitur primus, inquit Tyrannus, Aegypto aquā dabis. Ovid. 3. de Arte:

Dicitur Aegyptus caruisse rigantibus arva
Imbribus, atq; annos sicca fuisse novem,
Quum Thrasius Busiridis adit, monstraq; piari
Hospitis effuso sanguine posse Iovem:
Ille Busiris: Ait Iovis hostia primus,
Inquit, & Aegypto tu dabis hospes aquam.

Nunc tamen nonnulli Thrasium potiùs quàm Thrasēam malunt appellare. ¶ Thrasēas item, Θρασέας Suidæ, Philosophus fuit Stoicus sub Nerone: à quo quum jussus esset mori, fictum suorum magna constantia compescuit: porrectisque ulceribus ad incisionem brachiis humoque sanguine aspersis: Hoc, inquit, sanguinem libemus Iovi liberatori. Reliqua vide apud Tacit. lib. 16.

Thrāsĭus, Θρασίος, Nomen proprium gentilitium militis apud Terentium in Eunucho. Θρασίων hoc est, ab intolerantia, & ferocitate compositum. ¶ Fuit & nobilis statuarius ejusdem nominis, cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8. & Strab. lib. 14.

Thrasymēnus, pen. prod. [Θρασυμένης Vulgò *Lago di Perugia.* Germ. Der Gerumbeha, Frisiis *Lago di Perugia.*] Lacus in agro Perusino, Annibalis victoria, & Flaminii Consulis clade nobilitatus. De hoc Ovid. lib. 6. Fast. Stat tibi Flaminius, Trasimenaq; victrix testes. Dictus a Trasimeno puero, quem Aegyla nympha rapuisse dicitur.

Thrasybūlus, penult. prod. Θρασύβουλος, Nobilis Atheniensis fuit, ingenii solertia magnitudine, & amore in patriam singulari: qui ubi à tyrannis tyrannis in exilium actus esset, comparato exercitu non admodum magno, adjunctis quæ exulibus, sibi, tuisque reditum in patriam manu comparavit: lato priùs plebiscito de injuriis ultrò, citroq; obtestandis: quā ἀμνηστίαν Græci appellant. Verebatur enim ne exules reduci, injuriam suam ulciscentes, civitatem civibus exhaurirent. Cæsus est ab Alpendiis, nocte ad tabernaculum ejus facto concursu, ob pecuniam acerbius imperatam. Vide Xenophontem Rerum Græcarum lib. 4. ¶ Fuit & alius Thrasibulus dux Milesiorum, qui ut portum Sicyoniorum occuparet, ex adversa parte urbem aggressus eliud quo tempore tueadam quum cives undiq; concurrerent, interim exinopinato classe portum occupavit. Vide Front. Strat. lib. 2.

Thrasyllus, Θρασύλλος, Atheniensis fuit, rei militaris peritissimus, qui æquali cum Thrasybulo imperio classi præfectus, Mydarum Lacedæmoniorum, Peloponnesiorum duce apud Sestum Hellespontiaci urbe navali prælio superavit. Autor Thucydides lib. 8.

Thrasymachus, Θρασύμαχος, Sophista fuit ex Chalcedone Bithyniæ, qui primus in oratione numeros, & artificiosam verborum compositionem traditur invenisse. Scripta ejus enumerat Suidas.

Thrasymenus, Vide THRASYMENVS.

Thrasymēdes, Θρασυμήδης, Fuit filius Nestoris: ut autor est Homerus lib. 9. Iliad.

Thria, æ, sive Thrio, ūs, Θρία, ἡ Θρίος Stephano, Vicus est Atticæ, in tribu Oeneïde: à quo Thriasii populi, & campus Thriasius: cujus meminit & Plinius libro 4. cap. 7. & multis in locis Thucydides.

Thrius, unius, Θρίος, Oppidū Eliæ. Olim Achaïæ, Patris proximum: dictum à Thrieute quodam Atheniensi, quē Theseus Herculi supposuisse fertur.

Thrōnĭum, Θρόνιον, Oppidum est Locrorum Epicnemidiorum, ad Boagrium amnem, non procul à sinu Maliaco. Plin. lib. 4. cap. 7.

Thrȳon, Θρύον, Messeniæ oppidum, non procul ab Alpheo fluvio: cujus meminit Homerus in Catalogo navium, & Strabo lib. 8. & Plin. lib. 4. cap. 5.

Thucydĭdes, dis. & dæ. Θουκυδίδης. Ger. Der Geschichtschreiber Thucydides. Hollandis, Historien Schrijuer.] Historicus Atheniensis, Olori filius, nobili in primis gente, ut qui à Miltiade & Cimone duobus ortus traheret, qui & ipsi genus suum ad Aeacum Jovis filium referebant, uxorem duxit è Thracia oriundam, alioqui divitem: cujus opes adiecutus, non in voluptates, sed bonam earum partem in omnem literarium erogavit. Nam bellum Peloponnesiacum scribere aggressus, eodem quo illud gerebatur tempore, Atheniensibus pariter ac Lacedæmoniis aliquot militibus qui bello interessent, mercedem præbebat, ut res quotidie veras sibi renunciarent, quas fidelissime accepturus sperabat, si non solum ab amicis, sed etiā ab hostibus dicta edoceretur, ne partes cuiusq; suas falsò tueretur. Præceptores habuit in Philosophia Anaxagoram: & in Rhetorica Antiphontem. Simplicissime putatur historiam in Aegina insula, quò in exilium se contulerat, scripsisse. Sepultus est in agro Attico juxta sepulchra Miltiadum, in loco qui Cœle appellatur. Quidam Athenis obiisse dicunt, expleto jam legitimo relegationis tempore. Alii in Thracia decessisse volunt, ossaque ejus Athenas in majorum suorum sepulchra fuisse relata: ubi & cippus erectus fuit cum hac inscriptione: Thucydides Olori jacet hoc Almunidis intro. Hæc ferè ex Marcellino. Quint. lib. 10. cap. 1. de Thucydide sic scribit: Thucydides (cognomi) & Herodotus longè cæteris in historia præferendi, quorum diversa virtus laudem penè est parem cōsecuta. Densus & brevis, & semper intendens sibi Thucydides: dulcis & candidus, & effusus Herodotus: ille vi, hic voluptate. Dionysius Halicarnassæus scribit Demosthenem adeò Thucydidis stylum probasse, ut ejus librum octies sua manu descripserit, totumq; ferè ediderit. Cic. in Brut: Thucydidem (quem) imitamur. Optimè, si historiam scribere, nō ut causas dicere cogitaris. Thucydides enim rerum gestarum fit cernus pronuntiator & grandis etiam sibi hoc forsan concertationum nō tradavit genus. Oratores autem quas interpolunt (multæ enim sunt) eas ego laudare soleo, imitari neq; possim, si velim: nec veam fortasse, si possim. Hactenus Cicero. ¶ Fuerunt & alii ejusdem nominis, qui cōmemorantur à Marcellino. Unus Milesius Athenis inter principes viros ac duces habitus, æmulus Pericli. Alius Pharsalicus Memnonis filius, cujus meminit Polemon in lib. quæ de Acropoli scripsit. Tertius natione Achedynus, cujus meminit Androtion in Atthide, dicens eum suum fuisse Aristonis, qui fuit tempore Platonis Comici, & Agathonis Tragici, ac Nicerati verificatoris. Ex Marcellino.

Thūle, es. [Θούλη. Ger. Der Insel weit vber Schottland: Hoorn gegen Mitternacht gelegt.] Insula est in ditione Scotorum, in Septentrionem vergens, ultra Orcadas, latitudinem habens graduū LXIII. Quò fit ut circa æstivā solstitium quàm brevissime ibi sint tenebræ: Sole ab illorum horizonte quàm minimū recedente: quemadmodum contrà circa solstitium hybernum nihil fere aut quàm minimū habent dieī, Sole Tropicum Capricorni ab illis disjunctissimum perambulante. Hæc extrema sunt earum, quæ in Septentrionali Oceano Romanis fuerunt cognitæ: unde etiam à Virgilio ultima Thule appellatur in Georg. (ultima quæ) servat ultima Thule.

Thuria, æ, Θουρία, Oppidum Messeniaci agri non procul à Pheris, excelso in loco situm: unde & Θουριάδες vertices appellarunt. Ab hoc oppido propinquus sinus Thuriates dicitur. Autor Strabo.

Thurium, Θούριον, Urbs magnæ Græciæ, olim nobilissima ad fluvium Tarentinum sita, inter Crathin & Sybarin amnem: à Thuria vicino fonte nomen habens. ¶ Hujus incolæ Thurii dicti sunt & Thurini, Θούριοι & Θουρῖνοι, Qui quum aliquandiu florentissent, à Lucanis in servitutem tracti, & à Tarentinis infestari, tandem in Romanorum tutelam se dedere sunt coacti: quibus deducta colonia, urbem earum pro Thurio Copias appellarunt. Hæc Strab. lib. 6.

Thuscĭa, Italiæ regio, à Latio Tiberi, à Ligurib. Macra fluvio divisa, quæ alio nomine Hetruria dicitur. Τυρσηνία. Ger. Ein Landschaft an Italia, jetzt Toscana.] Dicta Thuscia (ut quidā existimant) ἀπὸ τοῦ θύειν, quod est sacrificare propterea quòd Tyrrheni semper habiti fuerint religiosi, deorumq; cultui & sacrificiis ad superstitionem usq; cōditi. Vulgò Toscana.

Thusci dicti sunt regionis hujus incolæ, qui & Tyrrheni dicuntur, Τυρσηνοί. Quidam citra alpium tractionem scribere malunt.

Thyllagetæ, sive Thyssagetæ, Vide THYSSAGETAE.

Thyamis, Θυάμις, Fluvius cui Thesprotidē, Cestrinēq; discriminat: testē Thucyd. lib. 1. Meminit hujus duvii Plin. li. 4. ca. 1.

Thyăsĕrā, pen. prod. Θύασερα. Insula est maris Ionii, una Echinadum Acarnaniæ adjacentium, teste Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Est item Ioniæ civitas in Asia ad Lycum fluvium, teste eodē Plin. lib. 5. cap. 9. Strab. lib. 13: Mysiæ attribuit Stephanus Lydiæ.

Thȳbris, Θύβρις, Nomen unius ex comitibus Aeneæ Virgil. Aeneid. lib. 10: Assaracique duo, & Iemor cum Castore Thybris, Prima acies, &c.

Thyellā, æ, Θυέλλα, Oenotriæ urbs, in qua pars Phocensium cōsedit, ut ex Herodoti sententia refert Stephanus. ¶ Homerus Thyellam quarta Harpyiarum videtur appellasse: respicientes nimirum

mirum ad vocis proprietatem, quæ apud Græcos repentinam & sonoram significat procellam.

Thyẽstes, Θυέστης, Filius Pelopis ex Hippodamia, & Atrei frater, ac Tantali nepos, qui quũ fratri, cui pessimè cupiebat, aliter nocere non posset, uxorem ejus per adulterium polluit. Atreus verò ei filium epulandũ apposuit. Ob quę flagitia Sol, ne polluerctur, retrò fugisse fertur. Thyestis fabula sic describitur à Servio: Atreum & Thyestem germanos, quũ dissensione ĩter se nocere nõ possent, in simulatam gratiam ferunt rediisse: qua occasione Thyestes cũ fratris uxore concubuit: Atreus verò ei Filium epulandum apposuit: quę Sol abominatus, nè polluerctur, aufugit. Sed veritas hæc est: Atreum apud Mycenas primùm Solis eclipsim inveniss: cui invidens frater, ex urbe distulit eo tẽpore, quo ejus prodita sunt dicta. Hactenus Servius, enarrans illud Virgilii lib. Aen. 1: Nec tam aversus equos Tyria Sol jungit ab Urbe. Et rursus illud 11. Aen. Atrides Pirates Menelaus ad sup columnas Exulat, &c.

Thyẽsteus, a, um, Θυέστειος, Ovid. lib. 15. Metam. Nève Thyesteis cumulemus viscera mensis.

Thyĩa, Θυία, Nomen filiæ Cephisi, quę primùm Liberi patris initiata fuit Orgiis, à qua Thyiades & Tyię Herod. lib. 7. Ad hæc urbs eidem nomine ea quæ colitur.

Thyiădes pen. cor. Θυιάδες, Bacchi sacrificulę, quæ & Bacchę & Mænades, & Baccharides dicuntur. Ratione ejus nominis quidã referunt ad Thyiam quandã Cephisi filiam, quæ primo omnium Dionysio initiata, Orgia ejus celebravit, Bacchicoq; furore correptis nomen reliquit, ut ab ea Thyiades dicerẽtur. Alii hanc nõ Cephisi, sed Castalii ejusdam indigenæ filiam fuisse volunt. Vide Cælium Rhodiginum, lib. 16. cap. 19.

Thymatadæ, Θυμοτάδαι, Vicus in Hippothoontide tribu, Stephan.

Thymbĕr, Θύμβερ, Latini cujusdam nomen à Pallante occisi, apud Virgil. 10. Aeneid. Nam tibi Tymbre caput Evandrius abstulit ensis.

Thymbrĭum, bre, Θύμβριον, Campus est Troadis per quem Thymbrius fluvius in Scamandrum fluit. Thymbræ autem nomen huic campo fecũ puta Servius à copia thymbræ herbæ, quã Græci etiam vocant, cujus maximus hoc in campo est proventus. ¶ Fuit item Thymbra vetus Troiæ in loco oppidi, Dardanicopus, cujus urbis meminerunt Strab. lib. 13 & Plin. lib. 5. cap. 30. ¶ Item delubrum Apollinis, quã loco cogeomina tus est Tymbræus, teste eodem Strabone loco jam citato.

Thymbræus, Θυμβραῖος, Apollinis cognomẽtum, sive à Thymbra Troadis campo, sive à ejusdem nominis urbe in qua colebatur, impositum: Virgil. 3. Aeneid. Da propriam Thymbræe domum. Vbi Servius: Thymbræus Apollo dictus est à loco Troiæ vicino pleno thymbra, in quo & nemus habuit & templum, in quo à Paride occisus est Achilles. Ergo Thymbræus, ut Delius: Nam numina à locis frequenter nomen accipiunt. Verùm quia Θύμβρη dicitur, in derivatione, vim diphthongum mutatur ut, Aitor, Aetnæus Αἰθναῖος, Diræus: Κρὴς, Cretæus. Apollinis Thymbræi templum Strabo ex in parte fuisse tradit, qua Thymbrius fluvius in Scamandrum influit: quo in tempo ferunt Achillem à Paride fuisse interemptum. Vnde factus est locus fabulæ, ut Achilles Apollinis dã gitis dicerẽtur esse interfectus.

Thymbrăra, Θυμβραρα, Oppidum Asiæ, ad Pactolum fluvium sitæ Xenophonte in Pædia.

Thymbrĭus, Θύμβριος, Fluvius est Troadis, per campum, cui nomen est Thymbra, in Scamandrum influens. Autores Stephanus & Strabo lib. 13.

Thymbrĭs, Θυμβρίς, Cariæ vicus, juxta antrum Charonium, quo in loco propter pestiferas exhalationes, inferorum fauces esse credebantur. Autor Strabo lib. 14.

Thymele, nomen mulieris. Vide in APPELL.

Thymœtes, Θυμοίτης, Priami filius fuit ex Arisbe (ut quidam volunt) cujus uxor quum filium peperisset eodem die quo Hecuba Paridẽ, aliis ominibus hariolis eo die natum esse puerũ, cujus causa Ilium everteretur, jussit Priamus utrumque interfici. Et Paris quidem mattis alu clãm traditus est educandus. Thymœtes autem puer est interfectus. Cujus injuriæ ultionem sero multos annos dilata, Thymœtes, quum equi ligneo donatum fatum sentiret, commodum sibi vindictæ tempus oblatum ratus est, primus auctor fuit, ut in urbem reciperetur. Hæc ferè Servius, primus auctor fuit, ut in urbem reciperetur. Hæc ferè Servius, enarrans locum illum Virgilii: primusque Thymœtes Ducitur in muros hostes, & arce locari, Sive dolo, seu jam Troiæ sic fata ferebant.

Thyni, Θυνοί, Thraciæ populi fuerunt ad Hebrum fluvium, quorum pars in Asiam transgressa, juxta Apolloniam & Salmydessum consedit: quem tractum ab ipsis Thyniacum litus appellat Strab. lib. 12.

Thynias, adis, Θυνιάς, Pomponio Faxini insula, Bithyniæ adjacens, trium millium passuũ ambitu, a eo nomine Apollonia dicta. Autor Plin. lib. 6 cap. 22.

Thymos, Θύμος, Ciliciæ oppidum, non procul à Pyramo fluvio, teste Plin. lib. 5. cap. 27.

Thyŏneus, Θυωνεύς, Cognomen Bacchi, quod à Θυωνὶ id est, lætitiæ quidam deditum putant, quod illi adhuc inter humanos versanti sacrificaretur. Quanquam non desunt, qui id cognominis eum à matre sua Semele accepisse velint, quæ alio nomine dicta est Thyone, Θυώνη. Ovid. 4. Metam. Additus his Nyseus in derisus; Thyoneus.

Thyrea, sive Thyre, per contractionem, Θυρέα, Θυρέη. Oppidũ est in confinio Lacedæmoniorum & Argivorum, cujus causa aliquando gravia bella inter illos exorta sunt. ¶ Hujus incolæ dicuntur Thyreates Θυρεᾶται Stephano. ¶ Est item Thyrea insula ante Peloponnesum è regione Hermiones, non procul à Troezene: cujus meminit Herodot. lib. 8.

Thyrĭcus, Θυρικὸς, Populus in Attica regione, ex Acamantide tribu. Autor Strabo.

Thyrsagetæ, pen. corr. [Germ. Bidern in Scythia, binder Sarmatien wohnhafftige stets jagende Scythen.] Populi sunt Scythiæ circa Sauromatas, ex venatione vitam trahentes. Mela lib. 1. Thyssagetæ, Turcæq; vastas sylvas occupant, alumenq; vocando. Hos à Plinio Thussagetæ appellantur: à Strabone, Ptolemæo, & Stephano Θυσσαγέται. Quæ fit, ut suspicer apud Melam literam Ibranorum culpa irrepsisse.

Thyrsis, Θύρσις, Nomen pastoris proprium, apud Virgilium, 7 Eclog.

Thyssagetæ, Vide THYRSAGETAE.

Thyllus, Θύλλος, Oppidum est in finibus Macedoniæ, ad radicem montis Athois: cujus meminit Plinius libro 4. capite 10. & Herod. lib. 7.

T ante I

Tiare, es, τιάρη, Oppidum Teuthraniæ, quæ est regio Asiæ supra Aeolidem, & partem Troadis. Autor Plinius libro quinto, capite 30.

Tiara, Vide TIYATIRA.

Tibareni, Τιβαρηνοί, Populi Chalybibus contigui, teste Pomponio Mela, in rita & lasciva communes hominum necessitudines inierint, ut quum à uxore denuntiato die, hostem non adeamtur. De his memorat prodidit Nymphodorus, Matiene partu soluta, virum in lectulo decumbere, & tanquam parturientem uxorem puerpera curari. Quod & ipsum confirmat Valerius Flaccus Argonaut. lib. 5 his verbis: Inde Genetæ templum Jovis, hinc Tibarenum Dant vites, post tergum lacus, ubi desidet mitra, Tortaligat, parumque vinum foveri ipsi soluto. Vide TARABENI.

Tiberias, dis, [Τιβεριὰς. Germ. Ein Stedtlin Galilææ, vom Künig Herode zu ehren Tiberii des Keysers gebauwen.] Vbs Judææ, ad lacum Genezareth dem, ab Herode condita, & in gratiam Tiberii Cæsaris ita appellata. Autor Stephan.

Tiberius, Τιβέριος, Liviæ Augustæ filius, & privignus Augusti, ejusdemque in imperio successor, omni avaritiæ, libidinis, & crudelitatis genere contaminatissimus. Vitam ejus vide apud Suetonium, eadem prorsus libertate describam, qua ille vixit. ¶ Fuit & Sophista ejusdem nominis, cujus scripta enumerantur à Suida.

Tiberis, ris, qui & Thybris, [Τίβερις Dionysio, Τίβερις & Θύβερις Steph. Vulgò Tevere. Germ. Ein berümpter fast in Italia durch Rom laufft.] Celeberrimus Italiæ fluvius, cui dia fere longitudine Apennini, Aterninorũ finibus defluens, qui multis deinde fluminibus auctus, ab Hetruria Latium, Interamnam ipsum ab urbe Roma dirimit, tandemque decimo quarto ab Vrbe lapide duobus ostiis, medio interjacente insula, in mare evolvitur, ea in parte, qua Ancus Martius Ostiam extruxit. Derivatione nominis diversi diversa prodiderunt, adeò ut non facile fuerit certi aliquid constituere. Livius à Tiberino Albanorum rege dictum existimat, interfecto ejus submersio, quum antea Albula diceretur. In qua sententia Ovidius quoque fuisse videtur, dicit scribens libro 2. Fastor. Albula quem Tiberim mersus Tiberinus in undis Reddidit, hybernis fortè tumebat aquis. Servius Tiberis nomen ipsa etiam Alba vetustius esse contendit: ideoque nominis ejus originem ad Thybrin potiùs Hetruscorum regem referendum existimat, qui Latium crebris latrociniis infestans, tandem circa hunc fluvium est occisus. Cui sententiæ Virgilius quoque non obscurè subscribit: apud quem sic loquitur Evander lib. 8. Aeneid. Tum reges, asperque immani corpore Thybris, A quo post Itali fluvium cognomine Thybrim Diximus. Ait nontam à regis hujus nomine quàm ab imbribus, & contumelis, quibus in obvium quemque circa hunc fluvium grassabatur appellationem hanc tractam existimant: unde Thybrim scribendum contendunt, quasi θύβρις, ut dicbonem confectam intelligamus ex articulo feminino, & nomine ὕβρις, quam scripturam ruam apud Dionysium Afium observavimus. Nos Thybridis nomen an quibus esse putamus, Tiberis recentius, literis aliquot (ut fole) temporis lapsu immutatis. Quò si nil

Jed Paulus,

lud Poëris, hoc Oratoribus siculitates. Stephanus quoq; in urbium Onomastico utrunq; nomen agnoscit, nisi quòd apud illum Τίβερις legatur, in littera communi Græcorum consuetudine adjecta: Τίβερις, ἀμφοτέρως, ὁ καὶ Τίβερις. Hisce exemplis in eam potissimùm sententiam adducor, ut Thybris disyllabum, th aspirato, & y Græco scribendum putem: tris syllabum autem Tiberis i, tenui, & i mobili. Quam scripturæ rationem etiam à Græcis videmus observari, apud quos Τίβερις, Τίβεριος, Τίβερι, & cætera omnia hinc derivata per iota scribi videmus.

Tiberīnus, a, um, pen. prod. possessivum est. Τιβερῖνος. Stephano ut, Ostia Tiberina apud Virg. 1. Aeneid. Tiberina flumina apud eundem lib. 10.

Tiberīnus, ini, pen. prod. Τιβερῖνος, Capeti filius & Albanorum rex, qui in vicino flumine submersus, efficit ut pro Albula Tiberis diceretur. Liv. lib. 1. ab Vrbe Latino Alba Atys, Atys Capys, Capy Capetus, Capeto Tiberinus, qui in trajecto Albula submersus, celebre ad posteros nomen flumini dedit. Tiberinus item à superstitiosa antiquitate creditus est Deus esse, Tiberis fuvii pater, cujus monitu Aeneas Evandri Phi auxilia adivit: de quo describit Virgilius 8 Aeneid. Huic Deus ipse loci fluvio Tiberinus amœno. Populeas interciens se attollere frondes Vides, cum tenuis glauco velabat amictu Carbasus, & crines umbrosa regebat arundo. ¶ Quin & fluvius ipse in sacris dictus est Tiberinus, teste Servio, quemadmodum in Τιβερίδι Liberis, & in Poëti Thybris.

Tibesis, νάσσος, Fluvius est ex Hæmo monte nascens, & Septentrionem versus in Istrum influens. Autor Herod. lib. 4.

Tibiscus, [νάσσος. Vulgò Tyß. Ger. Der fluß Tyß in Vngarn/ auch in die Donaw.] Fluvius Daciæ, in Carpatho monte nascens, & Dacos ab Iazygibus Metanitis dirimens, tandemq; juxta Tibiscum urbem in Danubium influens. Autor Ptolem. lib. 3 cap. 4.

Tibullus, Primo nomine Albius. Poëta Elegiographus fuit, Romæ natus Hirro & Pantia Coss. qui annus erat quum Ovidii Poëtæ natalitios sui indigens, Ex amoris Messalam Corvinum ejusmodi coluit, quem dum in Asiam proficiscentem sequitur, ingravescentium incommodorum adeò ne de vita desperans, non sibi (inquit Epitaphium: Hic jacet immitis consumptus morte Tibullus, Messalam terra dum sequiturq; suam. Ex Poëtis familiares habuit Horatio, qui eum judicem sacrorum appellat scriptorum: & Ovidio, qui mortem ejus elegantibus flevit Elegis. In amoribus & crinibus & incomptas fuisse videtur, ut aui prata Marathum, & Cerinthum pueros. Delium quoque amasse Sulpitiam, & Neæram: omnium autem maximè Nemesim, cujus formatu, & venustate hanc operis sui partem posteritati commendavit. Obiit Romæ virenti adhuc ætate, non sine gratia eruditorum omnium memoriæ.

Tibur, pen. prod. nit. corr. τίβερις, τίβερος, & τίβερος Stephano, Civitas in Sabinis, decimo octavo ab Vrbe lapide, crebris fontibus irrigua, & singulari aëris temperie commendata. Ovid. 4. Fastor. Etiam Telegoni, tam mœnia Tiburis sub stabant. Mart. lib. 6. quum totis Veneat, in medio Tibure Sardinia est. Est autem hæc oppidi hujus origine Græcum à Tiburto, Catyllo, & Corace, Amphiarai filiis, post prodigiosum patris ad Thebas interitu communiter condidum, & à Tiburti nomine, qui ex tribus natu maximus erat, Tibur appellatum. Autores Cato in Orig. Solinus, & Sextus Scriptor Græcus.

Tiburs-urtis, τίβερτις. Gentile. Virgil. 1. Aen. Haud aliter Tarchon Tiburtum ex agmine primus Portat ovans. Cicero pro Cornel. Balbo. L. Cotilius Tiburs, pater hujus equitis Romani.

Tiburtīnus, a, um, τιβερτῖνος. Quod ex Tibure est, ut, Sibylla Tiburtina.

Tichiocis, τιχιοκις, castellum prope Trachinam. Gentile Tichiocus, Stephan.

Tichos, τεῖχος, castellum Achaiæ incola Tichites, Steph.

Ticinum, pen. prod. [τίκινον Ptolemæo, τίκινος Stephano. Vulgò Pavia. Ger. Pavia oder Pauia.] Insubriæ civitas, quæ hodie Papiam vocant, à Ticino fluvio præterlabente nomen habens.

Ticinus, pen. prod. [τίκινος. Ital. Tesino. Ger. Ein Wasser in Italien/ fleußt für Pavia her.] Fluvius est Insubriæ in Eridanum fluens, à quo Ticinum oppidum Taricum est appellatum. Silius lib. 9: Dū Romanus equo Ticino cadavera capit: Nō capiaor.

Tiernum, τίερνον. Vulgò Città di Castello. Umbriæ oppidum est, teste Ptolem. lib. 3. cap. 1. à quo Tiernates, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14.

Tiernus, τίερνος. Fluvius est in ferunda Italiæ regione, Apulos dividens à Frentanis. Autor Plin. lib. 3. cap. 11. Vulgò Fiorenzo Fiume.

Tigellinus Ophonius. Vir fuit Romanus vitæ corruptissimæ, qui Neroni intimarum libidinum conscientia quum esset familiaris, plurimis summis viris perniciosa exitii machinatus est. Postea rerum potito Othone, ad Aquas Sueſſanas fu-

premæ necessitatis nuntio accepto, inter concubinarū ausus lasciuias sibi præsidit, teste Tacito lib. 15. Memini hujus & Iuvenal. Sat. 1. Pone Tigellinum, tedæ lateribus in illa, Quæ stantes ardent, qui Fero pectore fumant.

Tigrānē, τίγρανις, Vrbs mediæ mediterranea, teste Ptolem. lib. 6 cap. 2.

Tigrānes, nis, pen. prod. τίγρανης, Proprium nomē Regis majoris Armeniæ, qui auxilium terens Mithridati regi, victus est primùm à Lucullo: deinde à Pompejo Magno, cujus fæmineum facit Cicero Orat. pro lege Man. Lucullo. 2. Tigranēq; tiaram, ne Pharnaces acuta reliquas.

Tigrānocertē, τίγρανοκέρτη, Vulgò Sasoüana, Oppidum in montanis majoris Armeniæ, teste Plin. lib. 6 cap. 11 à Tigrane conditum, unde & nomē accepit, quasi Tigranis civitas. Nam Certa Parthis lingua urbem sonat. Vide Stephanum in urbium Onomastico.

Tigris, Τίγρις, Ger. Ein grosser fluß in Mesopotamien/ fleußt durch Assyrien/ vnd Persien. Weerstroom.] Insignis Asiæ fluvius, Mesopotamiam ab Ortu alluens, quam Sacræ literæ ex Paradiso natei confirmant. Solinus in Armenia caput attollere dicit, in lacu edito, exclusēq; fonte, nec ab exordio statim totum esse, sed primò pigrè fluere, non cum suo nomine. At quam in tiber Medorum invehitur, Tigrim statim vocari. Arethusam lacus colluere, gravia ponderum incolumem, cum pisces unquam (ut dicto Tigridis immisceant, sicut nec amnici flagris attingunt Arethusæ. Mox Arabas præterfluit. Mesopotamiam amplectitur, & Hydaspen accipiens, Euphrati mixtus, defertur in sinum Persicum. ¶ A Tigri fluvio dicti sunt Transtigritani, qui trans Tigrim habitant, sicut Transpadani, qui trans Padum.

Tigullii, τίγυλλοι, Ligurię populi, quorum urbs Tigullia, & Segesta colonia memoratur à Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò Segestre.

Tigurini, [τίγυρινοι. Ger. Die Zurichgötter.] Populi inter Helvetios Limagi fluminis accolæ, quorum meminerunt Cæsar libro 1. de Bell. Gall. Strab. lib. 7. Horus Libro 3. cap. 1. Paulus Orosius lib. 5. cap. 16. & Plutarchus in Vit. C. Mar. Forum metropolis est Tigurū urbs, Vulgo Zurich. Situ perquā mœnosa, inter duos montes, dupere lacus incumbit lympidissimus, longus circiter duodecim millia passuum, supra quem amœnus Alpinus prospectus est: ut voluptate levet in media æstate, nives & quandam quasi hyemem inducat. Is lacus urbē dissecans, in medio Limagū fluvium, quem recipit, penè apud Giareanos rursus effundit. Iterumq; pontibus duobus, quibus urbem dissecta denuò conjungit. Ipse verò Senatus, populusq; Tigurinus, quum olim suam urbem socium Romani Imperii ab Imperatore desert, neglectq; cernere tam magnæ; de cautis cum Lucernanibus & Vranis, & Suitensibus, & Subsilvanis (quibus tunc quanq; bellum erat) pactum primipilum Aurelio in perpetuum fœdus, societatemq; venit. Ex eo fit, ut Tigurinus pagus inter omnes primum locum obtineret. Quod factum est anno ab orbe redempto, MCCCLI. Hic pagus & totus regio Helvetiorum hodie inter Germanos continetur. Pagi Tigurini meminit Cæsar libro 1. bell. Gall. Tigurinus (inquit) is pagus est: nam omnis civitas Helvetia in quatuor pagos divisa est.

Tilium, τίλιον, Vrbs littoralis in latere Occidentali Sardiniæ autore Ptolem. lib. 3. cap. 3.

Tilos, Vide THYLE.

Tilphussē, τίλφουσα, Fons est Bœotiæ subter Tilphusiū montem habens, ubi Tiresiæ vatis sepulchrum est: qui quum senex esset, & frigidam fontis hujus aqua potasset, subitò exanimatus est. Autor Strabo lib. 9.

Tilphussius, τιλφούσιος, Mons est Bœotiæ, nō procul ab Haliarto, templū habens Apollinis Tilphusii. Autor Strabo lib. 9.

Tilus, (quod hic pro ficus Perisci insula malè relatum est) vide THYLE. Siquidem tam apud Ptolemæum quàm apud Plinium scribitur y Græco.

Timæus, τίμαιος, Nomē proprium Philosophi Locrensis, cui divinum illud apud Platonis scriptis, in quo de rerum creatione disserit, quod Cicero posteà Latinum fecit, atque de Universitate inscripsit: quanquam non desint qui negent Ciceronis esse. ¶ Fuit præterea Timæus quidam Siculus arrogantissimus, qui se historiam scripturum jactabat, qua facie Thucydidem superaret: hoc videlicet commodo gloriam & eruditionis opinionem apud imperitā plebeculam captans. De hoc Plutarchus in Nima.

Timachus mach. pen. corr. τίμαχος, Moesiæ fluvius, ex Rhodopemonte fluens, teste Plin. lib. 4. cap. 10.

Timagenes, pen. corr. τιμαγένης, Rhetor fuit Alexandrinus, qui à Gabinio, quum in Ægypto res gereret, captus, Romamq; perductus, à Fausto Syllæ filio redemptus est. A quo manumissus, primum in aliis Pompeii ædibus, eoq; mortuo, in patrono ludum aperuit. Postea verò quum ob linguæ libertatem sibi invidiosus esset, in suis Tusculano gratam peregit. ¶ Fuit & Ti-

alter Timagenes, historicus, qui maris totius sui libris quinq; est complexus. Vtriusq; autor Suidas.

Timagoras, πραγόρας, Civis Athenensis fuit, à suis capitali supplicio affectus, quòd Darium, ad quē legatus erat, amore Persarum per adulationem adorasset. Suidas & Valerius.

Timandrā, τιμάνδρα, Filia Ledæ, & Tyndarei, & soror Clytemnestræ, quæ Echemono nupsit: ut refert Lycophronis Scholiastes.

Timanthes, [τιμάνθης Suidæ. Ger. Ein fürtreffenticher Maler.] Nomen pictoris celeberrimi, Parrhasii æmuli. Inter ejus vero ingenii monumenta, Iphigenia oratorum laudibus celebratur, quam pinxit ad aram stantē, jamq; Dianæ immolandam: & quū omnes mœstos pinxisset, omnemq; tristitiæ imaginem consumpsisset, patris vultum, quem dignè effingere non potuit velo obduxit. Pinxit & Cyclopem parva in tabula, cujus magnitudinem exprimere cupiens, pinxit juxta Satyros thyrso pollicem ejus mensurantes: itaque ex omnibus ejus operibus intelligitur plus quàm pingitur. Hæc fere Plin. libro 35. capite 9.

Timarchides, π, vel, dis, τιμαρχίδης, Eximius marmoris sculptor, apud Plinium lib. 36. cap. 5. ¶ Fuit & alter statuarius, qui multa nobilia exære opera confecit: cujus meminit idē Plin. lib. 34. cap. 8.

Timarchus, τίμαρχος, Atheniēsis quidam fuit, Demosthenis familiaris, qui quum in adolescentia pudicitiam suam in Piræo prostituisset, eo nomine jam senex ab Æschine in judicium vocatus est, & condemnatus. ¶ Fuit item Timarchus statuarius nobilis, qui centesima vicesima Olympiade floruit teste Plin. lib. 34. cap. 8.

Timāvus, pen. prod. τίμαυος: Vulgò Zaverla, Nomen fluminis juxta Aquileiam, novem nascens capitibus, teste Pomponio, unoq; ostio se in mare evolvens. Virg. 1. Æn. Regna Liburnorum & fontem superare Timavi.

Timoclea, τιμόκλεια, Mulier Thebana fuit, quæ stuprum à Barbaro per vim passa, dissimulato dolore, fecit se illi velle ostē dere magnum auri pondus, perductumq; ea spe ad altissimū puteum, qui erat in interiore parte domus, quum pronus puteum inspiceret, præcipitem dejecit, & saxis obruit.

Timocles, τιμοκλῆς. Duorum Comicorum Atheniensium nomen, quorum fabulas aliquot enumerat Suidas.

Timocreon, onis, τιμοκρέων, Poëta Rhodius fuit, veteris Comœdiæ scriptor, qui graves cum Simonide Melico, & Themistocle inimicitias exercuit: quos etiam cōtumeliosis poëmatis est insectatus. Autor Suidas.

Timolaus, τιμόλαος, Rhetor & versificator, è Larissa Macedoniæ, discipulus Anaximenis Lampsaceni. Scripsit poëma de bello Trojano, Homeri singulis versibus singulos addens. Suidas.

Timōlēon, τιμολέων, Corinthius dux inclytus, viribus fortissimus, vitaq; abstinentissimus, qui missus cum paucis triremibus ad liberandas à Dionysii tyranide Syracusas, quem Dion Syracusanus implorato Corinthiorum auxilio, expellere conabatur, quinquagesimo postquam Syracusas appulisset die, urbe potitus est: deinde arcem obsidens, Dionysium ad deditionem compulit, & cum paucis in exilium Corinthum misit. Arcem verò solo æquavit, & Syracusanis libertatem restituit. Deinde contra Leontinos pergens, eorum tyrannum in bello captū interfecit. In summa æqualis fuit Timotheo, Agesilao, Pelopidæ, Epaminondæ. Hæc ex Plutarcho, qui cum è nostris comparat Paulo Æmilio.

Timolus, Lydiæ mons, postea Tmolus, τμῶλος, appellatus, teste Plinio, lib. 5. cap. 29.

Timon, τίμων, Phliasius Pailosophus, qui apud Chalcedonem philosophiam, & oratoriam exercuit, charus Ptolemæo Philadelpho. Scripsit Tragœdias, & Comœdias, & Satyras. Dictus amarulentus, & mordax. fulorum id est, dicacitatum scriptor: de quo Gellius: Timon amarulentus librum maledicentissimum conscripsit, quem Sillos inscripsit. ¶ Fuit & alius Timon Athenensis temporibus Peloponnesiaci belli: qui ex Aristophanis & Platonis poëmatibus perspectre licet) prorsus inhumanus, ac vitans hominum congressus, præter unius Alcibiadis adolescētis. [Ger. Ein hässiger vñ leutscheuhetiger Mensch gewässen.] Interrogatus quæ cum illo causa esset amicitiæ. Quòd scilicet (inquit) illum quando qi multorū malorum Atheniensibus causam futurum. Semel in vita in concionem dicitur ascendisse, factiq; novitatem cūctis admirantibus: Est mihi (inquit) ô viri Athenienses, pōst ædes hortulus, in quo ficus coaluit quædam, in qua permulti nostri cives se suspendērūt. In eodem nunc ego loco ædificare volo. Quamobrem visum est mihi, vos publicè admonere, si quis fortè sit, qui se prius velit suspendere, antequā arbor excidatur. His igitur de causis ab Atheniensibus μισάνθρωπος est appellatus: hoc est humani generis osor. In sepulcro quod sibi ipse construxerat, inclusum erat epitaphium in hanc sententiam: Hic jam post vitam, misera mq;, inopemq; sepultus. Nomen non quæras: dii, lector te malè perdant.

Timomachus, pen. corr. τιμόμαχος, Fuit pictor Byzantius, Cæsaris Dictatoris ætate. Fecit Medeam & Ajacē, quos ipse Cæsar. I. XXX. talentis emit, & in templo Veneris dicavit. Autor Plin. lib. 35. cap. 11.

Timonium, τιμώνιον, castellum Paphlagoniæ. Gentile Timonites, Steph.

Timorchus, τιμόρχος, fuit pictor Byzantius, Cæsaris Dictatoris ætate, qui Ajacem Cæsari pinxit.

Timōthēus, pen. corr. τιμόθεος, Nomen proprium Cononis Atheniensis filii, qui acceptam à patre gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim diligens, impiger, laboriosus, rei militaris peritus: & (quod super omnia est) εὐτυχὴς id est, fortunatus Imperator habebatur. Huic statua publicitùs in foro Athenis posita est, ob victoriam, qua victis Lacedæmonis, imperium Atheniensium auxit, & muros Athenarum extruxit. Post hujus obitum non fuit quisquam ferè Athenis dignus memoria. Hujus gesta æmuli, ut laudem ejus immutarent, Fortunæ adscribebant, circumferentes passim tabulas, in quibus ille pictus erat dormiens, adstante interim fortuna, quæ civitates in retia ejus ageret. Quam rem ille ægrè ferens, sua illa esse dicebat, non fortunæ opera. Ex quo tempore, quasi perosa hominis ingratitudinem fortuna, omni prorsus felicitate excidit. Autor Suidas ut doctissimus meminit Cicer. libro 1. Offic. Quod idem fecit (inquit) Timotheus Cononis filius, qui quum belli laude nō inferior fuisset quàm pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenii gloriam adjecit. Hactenus Cicero. ¶ Timotheus item Atheniensis Comicus, mediæ Comœdiæ cujus fabulas nonnullas commemorat Athenæus. ¶ Timotheus Milesius, Thersandri filius, musicus, qui decimam & undecimam chordam lyræ addidit, & antiquā mulicam in molliorem modum mutavit. Hunc ferunt duplo majorem ab his, quos alius instituisset, mercedem exigere solitum fuisse, quam ludes traderentur. Gemmatum enim laborem dicebat deducendi prius, mox docendi. Hinc uic tempore Philippi Macedonis, cujus filius Alexander modulis ejus exercitabatur, & ad res bellicas alacrius instructbatur. Decessit anno ætatis suæ 111. Scripsit de Musica libros 17. Item encomia, & dithyrambos. Hæc Suidas. ¶ Timotheus, sculptor nobilissimus, unus exus, qui Mausoleū cælavēre: cujus in templo Apollinis Romæ multa fuerunt monumenta: ut scribit Plinius lib. 34. cap. 8. ¶ Timotheus Gazæus Grammaticus, tempore Anastasii principis, in quem etiam Tragœdiam cōscripsit. Edidit & heroico versu de Indicis, & Arabicis, & Aegyptiis, & Lybicis quadrupedibus, & de avibus peregrinis libros 4. ¶ Fuit & Timotheus, Pauli Apostoli discipulus, patria Lycaonius, mulieris viduæ filius: postea præsul Ephesius Apostolicis epistolis, & martyrio clarissimus.

Timyra, τίμυρα, Vrbs juxta Mauriam, & fluvius Indiæ. Gentile Timyreus. Steph.

Tina item Ptolem. li. 2. cap. 3. fluvius est in tractu orientali Britanniæ insulæ.

Tindā, τίνδα, Thraciæ urbs, in qua Diomedes equos suos humana carne pascebat. Autor Plin. lib. 4. cap. 11.

Tindjum, τίνδιον, Vrbs Libyæ, civis Tindaras, quasi à Tinda vel Tindetis. Steph.

Tingi, τίγγις, Oppidi est Africæ, non procul ab Ampelusio promontorio, ab Antæo (ut ferunt) conditum. Tingi, in quit Pomponius Mela lib. 1. & Plin. li. 5 cap. 1. Mauritaniæ perveius oppidum, ab Antæo (ut ferunt) conditum, postea à Claudio Cæsare, quum coloniam faceret, appellatū Traducta Julia. [Ger. Ein Statt in Mauritania gelegen. Vulgò Tanger.]

Tingitana, πλησιοχώρα, Ultima Mauritaniæ pars, à Tingi urbe nomen habens: cujus descriptionē vide apud Plin. lib. 5 cap. 21.

Tion, τίον, Vrbs maritima Ponti, non procul à Partheni flumine ostio. Autor Peal lib. 5. cap. 1.

Tipasa, τίπασα, Vrbs Mauritaniæ Cæsaris, apud Plin. li. 5. cap. 2.

Tiphernum, Vide TIFERNVM.

Tiphys, τίφυς, Argonautarum in Colchica expeditione gubernator fuit. Virgilius in Bucol. Eclog. 4: Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo Delectos heroas, &c. Ovidius: Tiphys in Aemonia puppe magister erat. Seneca in Medea: Tiphys in primis dominor profundi.

Tirta, τίρτα, Vrbs Leucosyrorum. Gentile Tirteus. Steph.

Tirēsias, [τειρεσίας. Ger. Ein Wahrsager von Theba.] Vates Thebanus fuit, Evero patre genitus, qui quum aliquando in Cithærone vidisset duos dracones coëuntes, observata fœmina ex iis occidit illam: quo facto in fœminam & ipse mutatus est. Deinde quum rursus post septem annos eodem pacto & marem draconem interfecisset, in priſinam formam redit. Contigit igitur aliquando certantibus inter se Jove & Junone, virone an fœminæ majorem ex Venere voluptatem caperent, ut ille judex ut adhibitus, ut qui utrunque fuisset expertus. Tire-

tus. Tiresias autem pro Jove sententiam tulit, afferens multò plus ex coitu voluptatis percipere fœminas. Ob quòd à Junone excæcatus est. Alii verò propterea excæcatum dicunt, quòd Palladem nudam in fonte conspexerit. Jupiter autem ei solatium visus amissi divinationem illi dedit. Stat. libro 10. Theb. Tibi callidus alta Tiresia natæq; canat, &c. Hunc animam evocat Ulysses apud Homer. lib. 10. Odyss. Multaq; ab eo futura edoctum. Autor est Strabo lib. 9. Tiresiæ monumentum fuisse sub Tilphossio monte Bœotiæ, juxta fontem Tilphossam, ubi profugus dum sitim obit, quum jam senex gelidissimam Tilphossiæ aquam hausisset. Ibi Thebani cives lepulto divinos honores tribuêre. ¶ Fuit Tiresiæ filia Fatidica, nomine Manto, quæ ex Tiberino fluvio filium peperit nomine Ocnum, qui in Cisalpina Gallia oppidum condidit, & à nomine matris Mantuam appellavit. Juven. Satyr. 12. Tiresiam appellativè potuit pro homine cæco, quum ait: Nec surdum, nec Tiresiam quenquam esse deorum.

Tiridates, πρεσβυτ., Rex Armeniæ, qui variis gestis cum Corbulone bellis, tandem ex fœdere Romam venit, & diadema regni à Nerone accepit. Vide Tacitum lib. 15.

Tiriscum, πόλισμα, Daciæ urbs, non procul à Danubio, teste Ptol. lib. 3. cap. 1.

Tirizæi, πόλις, Urbs Paphlagoniæ. Gentil. Tirezi, & apud Cretam Tirizhani. Ab Odrusis (ἔθνος) ad Tirizibanos habitantes in pagis, Stephan.

Tirissæ, ἄστυ, urbs Mygdoniæ in Macedonia à Thyrsæ una ex uxoribus filia Mygdonis. Gentile Tirsæus. Steph.

Tiryns, matc. gen. πόλεως, Agri Argivi fluvius, ejusdem nominis urbem præterlabens.

Tiryns, yuchos, πόλις, fem. gen. Agri Argivi oppidum, Herculis patria, à qua alicubi dictus est Tirynthius, πολυώνυμ.

Tillas, πόνος, Stesichorus poeta antè dictus est: sed à chorea id nomen sortitus est.

Tisyphone, πομφόν, Una ex furiis, à cujus plectendis dictæ sunt ultrices pœnæ φόνου, vel φόνε cædes, aut mors. Horatius Serm. fervilibus utq; jam pertinax mucris, Hecaten vocat alterà, fevam. Altera Tisiphonem.

Tisobis, ποταμός, Fluvius Britanniæ, teste Ptol. lib. 2. cap. 3.

Tissi, πόλις, Ptol. lib. 3. cap. 4. Sicil. urbs.

Titan, & **Titanus**, gen. prod. τιτάν, Saturni frater, Cœli & Vestæ filius, qui etiam pro Sole ponitur, qui & ipse à Titanibus duxit originem. Tradunt enim Titanas sex fratres fuisse, & quinque sorores, à Tithe matre dictos, ut autor est Diodorus. Ex quibus unus fuit Hyperus, pater Promethei. Hyperion quoque ex Titanum numero est, qui Solis ac Lunæ, stellarumq; motus observasse, atque demonstrasse primus fertur. Ideò Solis parens, & astrorum fertur. Hinc Sol, Titan: Luna, Titania, τιτανίς, & Diana Titania à poëtis dicuntur. Lucan. libro 1. Flammiger an Titan, ut valentes hauriat undas. Ovidius Metamorph. Dumq; interluitur salita Titania lympha. Servius sic habet: Ferunt fabulæ Titanas ab irata contra deos Terra, in cujus ultionem creatos. Unde & Titanes dicti sunt ἀπὸ τοῦ τίνειν id est, ab ultione: Primumq; contra Saturnum quidam Titanes: deinde Gigantes contra Jovem genuit. Ipse verò Titan cum filiis, quos Titanes à patre appellabant, bellum gessit adversus Saturnum & Opim, quod convenire non sinebant: eosq; captos muro inclusit: qui postea à Jove filio victis Titanib. liberati sunt, ut supra latiùs de Saturno dictum est.

Titanius, a, um, τιτάνιος, adjectivum, ut Titania astra. Virg. 6. Æn. Lucentemq; globum Lunæ Titaniq; astra Spiritus intùs alit.

Titaniacus, a, um, Ovid. 7. Metam. Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat Palladias arces.

Titanus, ut refert Plin. lib. 5. cap. 30, Fluvius est Æolidis, & civitas ab eo cognominata.

Titaresius, πόταμος, Homero, Fluvius est Thessaliæ, cui in Titaro monte, qui Olympo vicinus est, ortum habens, labensque versus plagam Tempe contingentem, in Peneum influit: ob aquarum tamen crassitudinem illi non admiscetur, sed in modum olei supernatat. Plin. libro 4. capite 8. Europen vocat. Lucanus Titaresum vocat, per quatuor syllabas, libro 6. Solos in alterius nomen quum venerit undæ, Defendit Titaresus aquas.

Tithonius, pen. prod. τιθωνός, Laomedontis filius, quisut fabulæ ferunt) quòd juvenis esset, & decorus, ab Aurora dilectus, & raptus fuit, ex qua Memnona genuit. Sed tandem post longissimâ vitam, audita Memnonis filii morte, in cicadâ versus dicitur, dicente Horatio: Longa Tithono minuit Senectus.

Titiâ curia, & **Titiensis** tribus, dicta est à Tito Tatio Sabinorũ duce, à Romulo in partem regni recepto. Festus.

Titianus, Titiani filius, Orator Græcus, præceptor Maximini principis. Scripsit libros Provinciarum pulcherrimos. Appellabatur Simia sui temporis, quòd omnia propè imitaretur, Capitolinus.

Titi Livii duo memorantur: Alter tragœdiarum scriptor, Romanorum poetarũ antiquissimus, qui ob ingenii solertiam à Livio Salinatore, cujus liberos erudiebat, libertate donatus est. Alter Patavinus cum Crispo Sallustio de Historiæ principatu certans. Vide supra in dictione LIVIUS.

Tirsi. [Ger. Die Priester Apollinis.] Sacerdotes fuerũ Apollinis, à tutis avibus, quas in auguriis certis observare solebant: sic appellati, ut ait Varro lib. 4. de Ling. Latin. Lucan. lib. 1. Et doctus volucres augur servare lautumas, Septevirq; epulis sollis, Tutiq; sodalis.

Tironeus, πυρώδης, Nomẽ montis apud Dionys. lib. 1. Gigantalis incola similiter Tironeus. Steph.

Tirotrus, γίγας, Bubulcus fortitudinis monstrosæ fuit, qui cum Milone Crotoniata de robore certavit, victusq;, quum pedem tauri una manu tolleret: verò à tertio tauri pedẽ, ipsis pervinacibus nanibus retinere, trahereq; Autor Ælianus.

Titus, πρᾶξις, Prænomen fuit Romanis familiare: sede dictum (ut Festo placet) quòd antiqui Titos, & titulos nuncupationes appellabant, eò quòd patriam tuerentur, ut jam dictum est. Quanquam Coronato est placet à membri viribus magnitudine Tito prænomen indutum esse. Hoc prænomine dictus fuit Vespasianus Flavii filius & frater Domitiani, princeps clarissimus, populoq; Romano adeò charus, ut vulgò Orbis amor diceretur, & Deliciæ humani generis.

Tityrus, Pastoris nomen apud Virgilium in Bucol. à Theocrito mutuatum.

Tityus, πυθὼν, Filius fuit Jovis ex Elara Orchomeni filia, quam prægnantem Jupiter, timens Junonis iram, occultavit in terras ex quo factum est, ut nisi ex puer, ex terra natus videretur. Hic postea quam ad integram ætatem pervenisset, captus amore Latonæ, Apollinis matris, eam de stupro interpellavit. Quamobrem Apollo Pythius, sagittis ipsum confodit, & apud inferos religavit, ejusq; jecur vulturibus lancinandum apposuit, hac lege, ut consumptum renasceretur illicò, & sic nunquam vultures à dilacerando cessarent, nec ipse à patiendo. Tantæ magnitudinis gigas fuisse perhibetur, ut jugera novem tegeta occupaverit. Ovid. 4. Metam. Viscera præbuit Tityus lanianda, novemq; jugeribus distractus erat, &c. Vide Servium apud Virg. lib. 6. ad hunc locum: Nec non & Tityon terræ omnipotentis alumnum Cernere erat. ¶ Tityus item Sextus, autore Cicerone in Bruto, orator fuit loquax satis & satis acutus: sed tamen solutus & mollis in gestu, ut saltatio quædam nascereturur, ni saltationi Tityus nomen esset.

T ante T.

Tlepolemus, πολεμιστής, Herculis & Astyoches filius, quẽ ex Ephira urbe Peloponnesi rapuerat (ut meminit Hom. Iliad. 2.) clarus rebus bellicis, corporisq; proceritate insignis. Hic quũ adolevisset, Lycimnium avunculum suum Matte progenitum & patri suo charissimum jam senem interfecit. Propter quod fabricatis navibus patria profugus, collecta juventute multitudine, Rhodum petit, & ea insula occupata, Rhodiensibus imperavit. Postea ad bellum Trojanum cum novem navibus profectus, à Sarpedone occisus est.

Tletes, πόλις, Populi Liburniæ juxta Tarsum, Steph.

Tlos, πόλις, Urbs Lyciæ à Tlo Miconi & Praxidices nymphe filio, Gentile Tlẽvel Tlotes vel Tlotus. ¶ Et & alia Tlos Urbs Siciliæ posita. Thucyd. Strabo meminit & Steph. Priorem memorat Strabo lib. 14.

T ante M.

Tmarus, τμῶρος, Mons est Thesprotiorũ, Dodonæo oraculo nominatus, qui & Tomarus, τόμαρος, dicitur, teste Strab. lib. 7.

Tmolus, τμῶλος. Ger. Ein Berg in Lydia, in welchem der Fluß Pactolus entspringt.] Lydiæ mons, Sardibus incumbens, ex quo Pactolus amnis profluit, auriferas trahens arenas. Ovid. 6. Metamorph. Rigent arduus alto Tmolus in excelsa, clivoq; extentus utroq;. Sardibus hinc, parvis illinc finitur Hypæpis. Antiqui Tmolus dicebant pectines sylvas. Plin. lib. 5. cap. 29. Celebratur Lydia maxime Sardium ara sacra Tmoli montis, cui antè Timolus dicebatur. Ovid. 6. Metam. Dicitur hic cui nymphæ vivacia Timol... ¶ Tmolus, τμῶλος, Lydiæ amnis, ex eisdem montis monte profluens, in quo coticula invenitur, auro explorando aptis. Plin. lib. 33. cap. 8. Auri, argenti q; metiendam comitatur lapis, quæ coticula appellatur, quondã non solitus inveniri, nisi in flumine Tmolo, ut tradit autor Theophrastus verò passim.

Tmonus, τμῶνος, Filius Tremuli & Praxidices, in Lycia natus, Stephan.

T ante N.

Tnyllus, τνῦλλος, Urbs Cariæ. Gentile Tnyllus, Steph.

T ante O.

Tobius, Ptolem. li. 2. cap. 3. Britanniæ insulæ fluvius, ad cujus ostia est oppidum quod Tobæ volgò dicitur.

Tolentum, Tolenti, Oppidum est Italiæ in Picentis: à quo Tolentinates populi, apud Plin. lib. 3. cap. 13.

Tolerium, πόλιον, Urbs Italiæ, Gent. Tolerinus. Steph.

Tolerum, [τόλαρος. Vulgò Toledo. Ger. Ein fürnemes Stadt in Hispanien.]

Hispaniæ.] Vrbs Cõpetanorum, in tractu Tarraconensis Hispaniæ, apud Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Tolistobii, τολιστόβιοι Stephano, Galatarum Hesperiorum populi, quos Galatæ in Bithyniam transmigrarunt. Extat Herodes lib. 1. Rerum Galaticarum, Tolistoboiogios, τολιστοβοίους, nominat.

Tŏlĕphon τώλεφον Lucretii civitas, apud Thucydidem Rebus Peloponnesiacarum lib. 3.

Tŏlōsa pen. prod. Τόλωσα. Gall. Tolose. Ger. Eine Stat in Langwedocken, hat ein Ertzbischoff.] Vrbs Tectosagũ in ea parte Narbonensis Galliæ, quæ in Pyrenæos montes vergit, unde incolæ dicuntur Tolosani. ¶ Aurum Tolosanum habere, proverbio dicãtur qui magnis & fatalibus afficiuntur malis, eorumq; acerbo perimuntur exitio. Sumpta à Q. Cepionis Consulis exercitu (ut indicat Gellius) qui quæ Tolosam direpsisset, multõq; auri ex templis abstulisset, subitò magna mala exercitũ invasit, quæ eos omnes, qui aliquid ex facto auro attigerant, miserandis lethi generibus abstumpsit. Vide Erasmi Adagia.

Tŏmerĭus mons, τωμέριος ὄρος, In Peloponneso est, juxta Corythallum promontorium. Steph.

Tŏmĭtæ, pen. corr. τωμῖται Strabonis & Stephano, mons est Thessaliæ montium. Dodonæo oraculo immunes, centum fontibus geminis, qui & Tmarus dicitur per cõficiantur. Vide Ephorum apud Proclum lib. 4. & Strab. lib. 7.

Tomilla, regiuncula distinguens Cappadociã à Tauro. Gent. Tomilenus & Tomilensis. Steph.

Tŏmis, τῶμις Strabonis, Civitas in Ponto, Ovidii exilio notata ab eo dicto, quòd ibi Medea Absyrti fratris membra trucidata in unum contulerit, ut patrem in tot quæsitam remoraretur. Ovid. 3. Trist. Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra soror fratris consecuisse suis. Condita apparet à Milesiis: quod & ipsum testatur idem Ovid. lib. 1. Tristium. A quibus advectus Miletida solpes ad urbẽ, Officiũ quondam nomine contulit ista deci.

Tŏmyris, pen. cor. Τόμυρις. Ger. Ein Königin in Scythia, welche Cyrum den König in Persia erschlagen hat.] Fuit regina nobilis Massagetarum in Scythia, quæ potentissimo Persarũ Regi Cyro bello cõgressa est, copiasq; & vita & cæsis spoliavit, sed ulciscendã hìc mortem, quem ille prius à matre obviã nullum cum suis periculis intulerat. Necramen hoc eventu vicerat. Scriptorum contenta sunt, aut cerebrũ animi rabies: mortui enim caput in utrem humano cruore plenum demisit, his verbis insultans. Sitisti sanguine hanc sitim, & meum sitisti Cyrum: ego explebo te. Vide Herod. lib. 1.

Tongri, five potius Tungri, τόγγροι, Populi inter Belgas, quos Ptolem. lib. 2. cap. 9. post Tabellam ad Isaum collocat, caputq; eorum fuit Atuatucum.

Tŏpazŏs, est Topazus, pen. prod. τόπαζος, Insula est in mari rubro, cui à petendo adventante distans an qua topazius gemma inveniri nuncupatur. Vide TOPAZVS.

Toranius. Magonis nomen est apud Plin. lib. 7. cap. 12. qui M. Antonio jam Triumviro duos insigni forma pueros pro gemmis vendidit, quorum tamen alterum Asia genitus erat, alterum trans Alpes. Detecta deinde fraude pueritũ sermone, quum ab Antonio increparetur venditor, respondit se ob id ipsum tanti vendidisse, quòd gemini non essent: quoniam in his qui eodem utero fuit editi, mira non deberi videretur similitudo. Sed in tam diversis regionibus utqueadeò cõcordi figura reperti, supra omnem esse taxationem. Quo tam opportuno responso veritatis magno tantum Antonio admirationem injecit, ut aliud in cena suo nihil haberet charius.

Toretæ, τωρῆται, Populi Ponti. Steph.

Tornacum. [τόρνακον. Ger. Tornay in Niderlandt.] Civitas est Galliæ Belgicæ.

Torrhin, nis, τόρρης, Lacus est Chalcidis, circa quem fabæ sponte proveniunt. Autor Plin. lib. 18. cap. 12.

Torone, nes, τορώνη, Oppidum in ora Macedoniæ, in ortu versus Geræstum à quo propinquus sinus Toronicus, sive Toroneus appellatur. Meminerunt hujus oppidi Plin. lib. 4. cap. 10. & Ptol. lib. 3. cap. 13. Vulgò Agiomauro.

Torquatus, τορκουᾶτος, Cognomen Titi Manlii, à torque impositum, quem occiso ad Anienem Gallo detraxit. Hic est ille Torquatus Manlius, cujus ejussu quum filius adversus hostem, à qua provocatus fuerat, pugnasset, eoq; occiso, equestria spolia victor ad patrem tulisset, subitò cum, quòd adversus edictum suum, & militarem disciplinam fecisset, virgis cæsum fecit, ejus jussu perisse. ¶ Torquatus alius fuit Mediolanensis, qui prætore Tiberio principe, tres vini congios uno impetu hausit unde & Trecongii cognomen accepit. Vide Plin. lib. 14. cap. 22.

Torrhebus, τόρρηβος, Vrbs Lydiæ à Torrhebo, Atyis filio. Gentile Torrhebius, Poëm. Torrhebius. In Torrhebide regione mõs est Gallus cum templo Casi, qui Jovis & Torrhebiæ filius perhibetur, qui circa lacum quendam obambulans, Torrhebiã ab eo dictam, voce Nymphārum audita, quas Lydi Mutas vocant. Musicam edoctus est, & Lydis tradidit canendi modum vel carmina mutis, ideò Torrhebia vocabatur. Steph.

Torrontion, τορρόντιον, Vrbs in Syria Armeniæ. Gentile Torrontinus, Stephan.

Torrula hodie dicitur quæ olim Antandros.

Torŏs, & Toxani, τῶρος & τόξανοι, Populi Taurici. Stephan. ex Herod. lib. 7.

T ante R

Trabala, τράβαλα. Vrbs Lyciæ, Gentil. Trabalcus, Steph.

Trăbĕa, τράβεα, Nomẽ Poëtæ, cui inter Comicos octavus locus assignatur. Hujus meminit Cicero lib. 4. Tuscul. & de Finib. ¶ Est & Trabea, genus vestis. [τραβέα. Gal. Vestrobe anciennement dessus vestue par les Roys et augures. Ital. Habito antico usato da Re. Ger. Ein Kleidung vor zeyten den Königen oder sonst hochgeachten Leuten / auff den Vögelschawungen gebreuchig. Hisp. Vestidura antigua propria de Reyes. Ung. Kiralyruha. Ang. A robe which the auncient, kings and soothsayers did weare.] cujus tria sunt genera, ut Suetonius libro de vestiũ generibus inquit. Virum, quod diis sacratur tantùm de purpura: aliud quod est regũ, purpuræ aliquid albi habens admixti: tertiũ augurale, ex purpura & cocco mixtũ. Erat sãe vestis togata purpura circũducta sub regni ne punico, quã auream fibulæ apponebãt. Trabeæ regalis meminit Virgil. 7. Aen. Ipse Quirinali lituo, parvaq; sedebat Succinctus trabea, lævaq; ancile gerebat, Picus equum domitor. In funebri pompa trabeãtur & Equites trabea, ut Tacito credimus, qui lib. 3. de funere Germanici sic ait: Ingressus Tribunorũ centurionumq; lumeris cineres portabantur, præcedebant incompta signa, erasi fasces: atq; ubi colonias transgrederentur, strato plebis, mutati Equites, pro ejusdem loci, vestem, odores, aliaq; funerum solennia cremabant.

Trachalus, Orator fuit Domitiani temporibus, magnæ vocis, pronunciationisq; felicitatis: de quo Quintil. lib. 10. cap. 1. & lib. 12. cap. 5.

Trăchĕa, pen. prod. τραχέα Regio Asiæ inter Ciliciam & Pamphyliam, quæ nomine nunc dicitur Isauria. Autor Stephanus. Eodem item nomine dicitur Ciliciæ pars montana & aspera, cujus etiam incolæ dicuntur Trachēotæ, Τραχεῶται. Vide Strab. lib. 12.

Trachīna, τραχῖνα, τραχῖς, Oppidum Campaniæ. ¶ Est & Trachina civitas Thessaliæ, quæ Heraclea ab Hercule cognominata est. Hinc ab Ovidio Trachinius lib. 11. Metam.

Trachis, five Trachin, chis, pen. genit. prod. τραχῖς, Civitas Phthiotidis sub Octamonte, alio nomine ab Hercule conditore Heraclea dicta, teste Plin. lib. 4. cap. 7. In hac regnavit Ceyx, Alcyones maritus, qui inde Trachinius cognominatur ab Ovid. lib. 11 Metam.

Trachonitis. [τραχωνῖτις. Von regione di Gaudi. Ger. Ein theil des Landts zwischen dem Berg Libano und dem Meer Tiberiadis gelegen.] Tetrarchia fuit in Decapoli Syriæ, teste Plin. lib. 5. cap. 18. inter Libanum & lacum Tyberiadis sita. Hujus tetrarches fuit Philippus, juxta Evangelium Lucæ. ¶ Est & regio (ut Hieronymus inquit) trans Bostram Arabiæ civitatem in deserto, contra septentrionalem plagam, quasi ad Damascũ respiciens. Hanc gentem instituit Cisthenes Aram, ut scribit Josephus lib. 1. Antiquit. Vide Plin. lib. 5. cap. 18.

Tragæa, æ, τραγαία Steph. insula est, una Sporadũ, patria Theognidis Peripatetici, Aristot. familiaris. Apud Plin. lib. 4. cap. 12. legitur Tragia. ¶ Est item ejusdẽ nominis oppidũ in Naxo insula, in quo Apollo Tragius colebatur. Autor Stephanus.

Tragasæ, τραγασαί, Epiri regio, teste Stephano, in qua sal provenit, nigræ nec crepitans, nec exiliens, ut refert Plinius libro 31. capite 7.

Tragilia, τραγίλια, Vrbs Thraciæ juxtà Cherronesum Macedonicam, civis Tragilius. Steph.

Tragurium, τραγούριον, Insula in mari Adriatico, adjacẽs Dalmatiæ, in qua est civitas ejusdem nominis. Autor Ptolemæus lib. 2. & Plin. lib. 3. cap. 21.

Traiana. Picentinorũ urbs mediterranea, autore Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Hodie Paterno.

Trajanus, Natione Hispanus, omnium Romanorũ principũ circa controversiam optimus pacis, belliq; temporibus clarissimus, & in quo nihil omninò fuerit quod jure reprehendas. Vixit annos LXIII, imperavit XX. Quæ autem fuerit in eo bonitas, acclamationes principibus exhiberi solitæ declarãt, quum Augusti fœlicitatem, Trajaniq; bonitatem illis precarentur. ¶ Fuit & Trajanus Patricius, qui sub Julianato principe floruit. Scripsit temporum Epitomen nobilem. Autor Suidas. ¶ Est item Trajanus, portus Tuscorum Ptolem. lib. 3. cap. 1. Hodie Valdeterramorra portus.

Tralliã, τράλλεια, pars Illyrici. Dicuntur & Tralli & Tralles: nomine autem tantùm Tralleidia & Tralia. Steph.

Trallĭcon, τραλλικὸν in Bithynia pertingit usq; ad Eusladenum flumen gentile Trallius. Steph.

Trālleis, ium, ibus, pauralis numeri tãtùm, τράλλεις, Asiæ urbs inter

inter Mæandrũ & Cayſtrum Buries Græ à Plinio & Ptolemæo Cariæ, à Strabone Ioniæ à Stephano Lydiæ annumerata: aliis nominibus Eranthia, Seleucia, & Antiochia appellata. ¶ Sũt & alteræ Trallæis, ad ipſum Mæandri tranſitum ſitæ, mediterraneæ, inter ſuperiores, & Magneſiam: de quibus vide Strabonem lib. 14.

Trallĭānus, a, um, adiect. τραλλιανός: ſicut à Sardibus, Sardianus.

Trānſalpīnus, a. um, Quod eſt trans Alpes ſitum. [τρανσαλπικός. Gall. Qui eſt delà les Alpes, delà les monts. Ital. Dels dalle Alpi. Ger. Jenſeit den Alpen gelegen. Hiſp. Allende las Alpes.] Vide Gellium Genuæ. Romani Tranſalpinam vocarunt quæ deducitur in Belgicam, Celticam, Lugdunenſem & Brachatã, ſive Narbonenſem. Contrà Cisalpinam Galliam eam vocabant, quæ ab Alpium radicibus extenditur uſq; ad Rubiconem, antiquum Italiæ limitem. [Ger. Das Gallien iſt jenſeit den Gebirgen gelegen.] Cic. Papyrio Pœto: Nec verò etiam Brachatus, & Tranſalpinis nationibus, &c. Idem: Off. Portarin triumpho Mallibã vidimus, & ex ea urbe triumphari, ſine qua nunquam noſtri Imperatores ex Tranſalpinis bellis triumpharunt.

Trapeza, τράπεζα, Vicus Arcadiæ prope Tricolon, civis Trapezius. Stephan.

Traphe, Vrbs juxta Pontum, inde Traphenſis. Stephan.

Trăpēzūs, τραπεζοῦς, Vulgò Trapezunda, Civitas libera ad Pontum Euxinum, in Cappadociæ finibus, valo monte clauſa, ut eſt autor Plin. lib. 6. cap. 4. Ex hac urbe ortũ habuit Georgius Trapezuntius, Latinarũ, Græcarumq; literarum peritiſſimus: ſed ingraveſcente ætatis in omni memoria deſtitutus, ut utriuſq; linguæ prorſus oblivi ſeſe retur.

Trafymenus, Vide LITERNYMENVS.

Trauchiotæ, τραυχιῶται, populi juxta Pontum, Sundis finitimi, Stephan.

Trausi, τραυσοί, Populi quos Græci Agathyrſos nominant, τὸ ἔθνος, Steph.

Trebatius, Iuriconſultus, Ciceronis familiaris, epiſtolis ejus notiſſimus.

Trĕbĭa. [τρεβία. Ger. Ein Fluß in Italien laufft auß dem Berg Apennino nahe bey Placentz, in die Po.] Fluvius eſt prope Placentiam in Gallia Cisalpina, ex Apennino monte in Padũ fluens. Juxta hunc Annibal Romanos, L. Sempronio duce maxima clade affecit. Lucan. lib. 2: -quòd non in Punica nati Tempora Cannarum ſtimus, Trebiæq; juventus.

Trĕbĭātēs, Vmbriæ populi in quarta Italiæ regione: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14. Idem & Trebiani dicũtur. Suet. in Tib. Iterum eo cenſente, ut Trebianis legatam in opus novi theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, obtinere non potuit.

Trĕbōnĭus, Vnus ex percuſſoribus Cæſaris: qui quum ſe in Aſiam recepiſſet, Smyrnæ à Dolabella oppreſſus eſt, & crudeliſſimè excarnificatus.

Trĕbŭlă, τρεβόλα, Oppidum fuit in Sabinis, cujus incolæ dicti ſunt Trebulani: quos Plinius collocat in quarta Italiæ regione. Apud hos præſtantiſſimi fiebant caſei, qui Trebulani dicti ſunt. De quibus Mart. Trebula nos genuit, commendat gratia cupiex, Sive levi flamma, ſive domamur aqua.

Trecæ, carum, Vrbs nobilis & potens in Campania Gallicanâ.

Trechus Homil. iad 5. Vir Aetolus, bellator egregius, à Matrimbelo interemptus.

Tremile, τρεμίλη, Lycia vocabatur, incola Tremileis, à Tremilo, qui ex Praxidice Nympha filios ſuſcepit, Tmolum, Xanthũ, Pinaxum & Cragum.

Trēmĭthus, τρεμιθοῦς, Vicus in Cypro: incolæ Tremithuſii & Tremithiæ.

Trērus, τρῆρος, Regiuncula Thraciæ & Treres Thraciæ Populi. Callim. τρηρὸς dixit. Tucopompus Thares, Steph.

Trevīri, τρεβῆροι Ptolemæo, Populi Galliæ inter Belgas ad Moſellam fluvium, & Leucis & Mediomatricibus finitimi: veruſti ſanè, nomenq; retinentes, nec priſtinæ cedentes famæ: apud quos inſignis olim cognoſcendarum cauſarum, popul. Romani curia, Trevirorum cognominata. Cujus in Floriano meminit Vopiſcus. Lucan. lib. 1: Tu quoq; lætatus converſi prælia Trevir. [Ger. Die Trierer.]

Trĭbăllī, τριβαλλοί, Populi ſunt inferioris Moeſiæ, inter Hæmũ montem, & Danubium fluvium ſitum eſt autor Ptolem. libro 3. capite 9.

Tribuci. [Ger. Die Elſaſſer.] Galliæ Belgicæ populi inter Rhenum & Vogeſum montem incolentes, nõ procul à Rauracis, quem tractum hodie incolunt Alſatii.

Trĭcā, aut potiùs Trica per cuplex c, τρίκκη Stephano, Vrbs Theſſaliæ, nõ procul à ſinu Pegaſico, id nominis ſortita à Tricca Peneï filia. ¶ Fuit & Tricca alia in Apulia Daunionum, quã cum Apina vicino oppido tanta Diomedes ignominia vexit, ut in proverbii laudem abierint. Quoties enim rem futilem & nugatoriam oſtendere volumus, Tricas & Apinas nominamus. Vide in dictione APINA.

Tricalon, τρίκαλον vel τρίγκαλα, τά, Vrbs Siccyonis, τοπικὸν. Gentile Tricalinus, Steph.

Tricara, τρίκαρα, Caſtellum Phliaſiæ: Gentile Tricaneus & Tricarenſis, omnes de eadem regione.

Tricoloni, τρικολωνοί, Vrbs Arcadiæ, à Tricolono filio Lycaonis. Gentile Tricolonius, Steph.

Trichĭă, τριχία, Epheſeus olim dicta, Vide ex Stephano.

Trichōnĭon, τριχώνιον, Vrbs Aetoliæ. Vnde Trichonichus, Trichonius. Steph.

Tricongĭus, τρικόγγιος, Cognomen Novelli Torquati Mediolanenſis, qui gradibus honorum à Pretura ad Proconſulatum uſq; pervenerat. Hic tribus congiis epoto, ſpectantem raculi gratia Tiberio principe, præclarum cognomen ſibi vindicavit. Vide Plin. lib. 14. cap. 22.

Tricorynchum, τρικόρυνχον, τό, vel τρικόρυνχος, ὁ, ἡ, Vicus in Acanthide Tribu. Inde Tricorynthus, Steph. Apud eundem in Tetrapoli, Tricorython legitur, ſine n. poſtr.

Trĭdentum, ti, [Vulgò Trento. Ger. Die Stat Trient.] Rhætiæ oppidum, ad Atheſim fluvium in Alpium anguſtiis ſitum: à quo Tridentini, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 19.

Trieres, τρίηρες, Vrbs Syriæ. Significat etiam Triremem. Civis Trierites. Steph. Item τρίηρες apud eundem gens quædam dicta eſt à Trierο Umbriarũ & Thracis filio.

Trieteřica, Festa Bacchi ſacra: quæ quia tertio quoq; anno ſumptuoſiora quàm cotidianis Orgiis agitabantur, Trieterica dicta ſunt. Ovid. lib. 9. Metam.

Trifīnum, ait Siculus Flaccus, dicharãe locus, in quem tres poſſeſſores arripiebãt, quo in loco omnes tres ſacrum faciebant, ſi termini ponebantur.

Trifŏlīnum, Campaniæ oppidum fuit, à quo aget Trifolinus dictus eſt, vini non prorſus ignobilis ferax. Juvenal. Sat. 5: Te Trifolinus aget fœcundis vinibus implet. Et Trifolina vitta. Martial. lib. 13: Non ſum de primo, fateor, Trifolina Lyæo: Inter vina tamen ſeptima vitis ero.

Trigarium, rii, Locus juxta campum Martium, ubi trigarum cursule certamẽ fiebat. Plin. lib. 18. cap. 13: Ne equos equidem in trigariis præferri nullos vernaculis animadverto.

Trigĕmĭnă, Porta Romæ dicebatur, per quam trigemini fratres Horatii exierunt. Livius: Manlius extra portam trigeminam hove aurato donatus eſt.

Trinacrĭă. [τρινακρία. Ger. Die Inſel Sicilia hat deren nahm von ihren dreyen Norgebirgen.] Inſula eſt maris Tyrrheni, anguſtiſſimo freto ab Italia dirempta, cũ qua olim vel dicitur cohæſiſſe, unde Sicilia dicta eſt. Eam voluerã ſicilendo hoc eſt, abſcindendo. Eadem quoq; à Triangulari figura dicta eſt Trigueta. Trinacria aũt à tribus promontoriis, Pachyno ſcilicet, Lilybæo, & Peloro. Græci enim ἄκρας ſummitates vocant, vel promontoria. Virgil. 3 Aeneid. -ſic demũ victor Trinacria fines Italos mittere relicta. Et paulò pòſt: -interea magnum Murmure Trinacriam.

Trinacrĭus, a, um, poſſeſſivum, τρινακρίδης, Siculus. Virg. 5. Aeneid. Præſtat Trinacrii metas lustrare Pachyni. Juvenes Trinacrii. Idem 5. Aeneid.

Trinella, τρίνεμα, Locus Phrygiæ: Gentile Trinellæus. Steph.

Trinobantes, Populi in Orientali tractu Britanniæ ad Tameſim fluvium, ſive æſtuarium. Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Triocala, ſive Triocla, τριόκαλα Ptolemæo, Oppidum Siciliæ mediterraneum: poſt Meſſanam, teſte Pro. lib. 3. cap. 4.

Triopĭădes populi à Plinio commemorantur lib. 3. cap. 4.

Trĭŏpās, τριόπας, Theſſalorum rex fuit, pater Meropis à cujus nomine Cos inſula olim Meropis, ipſiq; inſulani Meropes ſunt appellati. Autor Steph.

Triopĭă, τριοπία, Regio Stephano, Caſtra oppidũ ad fines Pontidis ſium: ita dictum à Triopa Erichthonis patre. Vide Steph. & Plin. lib. 5. cap. 28.

Trĭŏzēnus, Thrax fuit, Vnus ex his qui venerant in auxilium Trojanorum, ut oſtendit Homil. iad 2.

Triphylĭa, τριφυλία, Eadem quæ Elis. Dicuntur autẽ Triphylii, quod ex tribus numero manibus collecti ſint: vel à tribus portis: vel à Triphyle comite Clidii. Incola Triphylius, fœminino, Triphyis. Steph.

Tripodiſcus, vel Tripodiſci, vel Tripodiſce. Vicus aut civitas Megaridis. Hinc Tripodiſcus, Steph.

Trĭpŏlis, pen. corr. τρίπολις, Tribus eſt Phœnices, tres urbes continens, Tyrum, Sidonem & Aradum: à quarum numero & nomen accepit. Autor Plin. lib. 5. cap. 20.

Triptŏlĕmus, τριπτόλεμος, Celei Eleuſinis regis filius, qui primus in Græcia agriculturæ rationem creditur invenisse. Eleuſin, inquit Servius, civitas eſt Atticæ provinciæ, non longè ab Athenis, in qua quum regnaret Celeus, & Ceres à filiam quæ-

rentem,

rentem, liberalissimè hospitio susceperit, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturæ. Filium etiam ejus Triptolemum recens natum, per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrivit, & cum alatis serpentibus superpositū, per totā orbem fusi usum frumentorū hominibus indicandū.

Triquetra, pen. natura correpta, quamvis propter metrum & liquidam subsequentem aliquando producatur, insula maris & Tyrrheni, olim Italiæ annexa, quæ nunc nomine Siciliæ dicitur. [Ger. Die dreyeckicht Insel Sicilia.] Triquetra dicta à triangulari figura τριγωνία, sive τρίγωνα. Plin. lib. 3. cap. 8. Antrit omnes claritate Sicilia, Saxonia à Thucydide dicta, Trinacria à pluribus, & Triquetria à Trianguli specie.

Trismegistus. [τρισμέγιστος. Ger. Dreymahl Mercurius so vor seinen Zeiten ein berühmter Philosophus / Priester und auch König gewesen ist.] Latinis ter maximum sonat. Quo cognomine dictus est Mercurius, superioris Mercurii nepos, quem fabulantur fuisse filium Nili. Hunc tamen secundum asserunt occidisse Argum, Ægyptiisq; præfuisse, & leges, literasq; tradidisse, sed literarū characteres, animaliū, arborumq; figuras habuisse. Hic condidit urbem quam à se Hermopolin nominavit. Dictus est autem Trismegistus, quòd & Philosophus maximus, & sacerdos maximus, & maximus deniq; rex fuerit. Consuevere enim Ægyptii ex omni philosophorū numero sacerdotes ac turbis ex sacerdotibus reges eligere. Hic autem ut philosophus sapientia rita religione sacerdotes excelluit, ac maxia imperiū administrādo superiores omnes reges superavit. Primus à physicis ad divinorum speculationē se erexit. Primus de objectate Dei, de dæmonum ordine, animarumq; mutationibus sapientissimè disputavit. Scripsit multa volumina, quibus arcana mysteria & oracula panduntur. Nonnemo ut philosophus tantum, sed ut prophetæ futura sæpè prædixit. Hæc ex Diodoro Siculo.

Trispar, ἐπίσπαρτος. Populi Thraciæ, Steph.

Tritæa, τρίτη, Vrbs Achaiæ, civis Tritæus.

Trite, τρίτη, Vrbs citra Herculis columnas, Steph.

Tritea, τρίτη, Vrbs Troica ab Arisbaea condita. Civis Tritæus. ¶ Sūt & alia inter Phocidem & Locros Ozolas. ¶ Tritea vocā per duplex t, in Achaia est, Stepha.

Tritannus, pen. prod. [Ger. Ein starcker und mannhaffter Fechtmeister.] Nomen est tertiarii gladiatoris, qui in castris Cn. Pompeii militans cum hoste se provocante inermi dextera congressus, pugnū eum humi prostravit, captumq; uno digito in cadra Imperatoris tui reportavit.

Tritees, Populi fuerunt Archivorum, autore Herod. lib. 1.

Tritium metallum, Hispaniæ Vrbs, Ptolem. lib. 2. cap. 6. hodie Tejada.

Triton, onis, pen. prod. [Ger. Ein Gott des Meers / und ein Sohn Neptuni.] Deus marinus, Neptuni & Salaciæ marinæ nymphæ filius, quem Poetæ fingunt Neptuni tubicinem esse. Ovid. 2. Metam. Cæruleos habitandā deos, Tritona canorum, Proteaq; ambiguum. ¶ Est præterea Triton, Africæ fluvius ex Tritonide palude erumpens: à cujus nomine Pallas Tritonis, & Tritonia est appellata, quòd circa hunc fluvium, vel lacum primùm apparuerit. Hujus fluvii meminit Plinius libro 5. capite 4. τρίτων.

Tritonia. [τριτωνία. Ger. Ein genam Minerva.] Dicta est Minerva, quòd temporibus Ogygis regis ad lacum Tritonidem, ex quo Triton fluvius erupit, virginali primùm habitu apparuerit. Vbi ait Herodotus virgines annis singulis inter se pugnare lapidibus & fustibus in venerationem Palladis. Diodorus scribit dictam Tritoniam à Tritone Cretæ fluvio.

Tritonice, Pont. Vrbs, eadem Tamos appellata, de qua antè diximus.

Tritonus, τρίτωνος, Oppidum Macedoniæ. Gentil. Tritonius, Stephan.

Trivia, Dicta est Diana, quòd in trivis ponebatur in oppidis Græciæ cum corona aurea & draconum voluminibus, propter quod tres facies habere fingebatur. τριπρόσωπος. Virg. 4. Aen. -tria virginis ora Dianæ. Ovid. 1. Fast. Ora vides Hecates, in tres vergentia partes: Servet ut in ternas compita secta vias. Idem 3. de Pont. eleg. 2. Protinus immitem Triviæ ducuntur ad aram, Evincti gemino ad sua terga manus. Virg. 6. Aen. atq; una Phœbe Triviaq; sacerdos.

Triumphalis porta, Romæ dicta est, quòd per eam triumphi agerentur: hoc est, triumphantes victores in urbē deducerentur. θριαμβευτικὴ πύλη. Hæc alio nomine Capena porta appellatur, & Appia, quòd ad viam Appiam sita sit. Hodie D. Sebastiani porta dicitur.

Trixi, τριξοί, Populi juxta Istrum Meridiem versus, Steph.

Troas, hujus Troadis, pen. corr. τρωάς, Regio est Asiæ minoris, quam Ptolemæus minorem Phrygiam appellat, Hellespontoq; adjacens. Hanc Homerus ab Aesepo fluvio usq; ad Caici flumina ora produxit. Plinius tamen, cæteriq; recentiores Lecto promontorio eam ab Aeolide dividunt. In ea fuit Ilion, ἴλιον, mille quingentis passibus à portu distās, Homeri & Virgilii carminibus nobilissimum. ¶ Est præterea Troas, parœnymiū fœmininū formatū à masculino Tros Trois. Virgil. 3. Aen. At procul in solo secretæ Troades acta Anchisen flebāt. Troades, τρωάδες, hoc est, mulieres Trojanæ.

Trocmi, τρόκμοι, Galliæ populi, qui Mæoniæ, Paphlagoniæq; parte occupata, Tavium Galatiæ oppidum condiderunt. Autor Plin. lib. 6. cap. 42.

Trocles, τρῶκτες, Phœnicis cujusdam nomen, hominis subdoli, in quem Ulysses apud Eumæum subulcum fingit se in Aegypto incidisse, ejusq; suasu inductum, se in Phœnicem cōtulisse, ibiq; annum cum eo integrum egisse: eoq; exacto navim turbis conscendisse eodem Trocle suasore, qui aliam quidem causam prætexebat: revera aūt hoc agebat, ut in Africa ipsum venundaret. Verūm subitò exorta tempestate, navi q; fracta, Trocles cum suis omnibus interiisse: se verò arrepto navis malo, novem perpetuos dies undarum arbitrio jactatum, decimo tandem die in Thesprotorum littora fuisse ejectum. Vide Homer. Odyss. lib. 14.

Troezen, enis, cum æ diphthongo in prima syllaba, τροιζήν, Oppidum Peloponnesi in tractu Argolico, à Troezene condituū filio Pelopis. In hoc regnavit Pittheus Aethræ pater, & avus maternus Thesei: unde & Pittheus Troezen ab Ovidio cognominatur. ¶ Est & Troezen altera Cariæ, in conventu Alabandarum: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Troezenius, a, um, τροιζήνιος: ut, Troezenii carbunculi, apud eundem Plin. lib. 37. cap. 7.

Troezenii, populi, fœderis societatis Atticæ illustres, ut inquit Pomponius Mela, ipso Chersonesi tractu, ad quos recto cursu ex Pirœo commodissima navigatio est. De his lege Plutarch. in Themistoclis vita.

Trogilos, τρωγίλος, Vrbs in Sicilia & Regio Macedoniæ. Gentile Trogilius. Est & Trogilia Mycales, quæ Trogilos quoq; vocatur, Steph.

Trogłodytæ. [סחיים Gen. 37. Ger. Bücker in Mesopotamien / so von grosser hitz wegen nur in Hölinen wohnen.] Populi Aethiopiæ sub Aegypto, in finum Arabicum & mare rubrū vergentes. βαθυκοίλων τρωγλῶν: hoc est, à specubus, in quibus habitant nomen sortiti. Plin. lib. 5. cap. 8. Troglodytæ specus excavant: hæ illis domus, victus serpentium carnes: ibidemq; non voces edēre fœminis commercio carent.

Trogodytice, es, τρωγλοδυτική, Regio Aethiopiæ sub Aegypto, in qua troglodytæ, ū Plinio credimus, conspici nō possunt. ¶ Hinc proximus finis Troglodyticus appellatur à Plin. li. 6. cap. 29. quem Barbaricum appellat Ptolemæus.

Troia. [Τροία. Ger. Ein Landtschafft oder der mindere Asia, in welcher vor zeiten die Königliche Stadt Ilion gelegen ist / welche die Griechen zehen jar lang belegeret haben.] Regio minoris Asiæ, teste Servio, in qua fuit Ilion urbs, regia Priami, quæ etiam à scriptoribus nonnunquam Troja vocatur. Ovid. Epist. 1: Troja jacet certè Danais invisa puellis. Ibidē: Iam seges est ubi Troja fuit. Virg. 3. Aen. Et campos ubi Troja fuit. Cic. de Amic. Nec enim (ut ad fabulas redeam) Trojam Neoptolemus capere potuisset, si Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cum lacrymis iter suum impedientem audire voluisset. Virgil. 3. Georg. -& Trojæ Cynthius auctor. Troja autem dicta est à Troe rege: antè Teucria a Teucro: & Dardania à Dardano. ¶ Troja item dicitur ludus puerilis, & lusus militaris equestris, ab Aenea in Sicilia ad Anchisæ patris tumulum primùm inventa: deinde post Albam conditam ab Ascanio instaurata, eandemq; veluti per manus ad Romanos transmissa. Virg. 5. Aeneid. Hunc morem cursūs, atque hæc certamina primus Ascanius, longam muris quum cingeret Albam, Rettulit, & priscos docuit celebrare Latinos, Quo puer ipse modo, secum quo Troja pubes, Albanidoluēre suos: hinc maxima porrò Accepit Roma, & patrium servavit honorem: Trojaq; nunc pueri Trojanum dicitur agmen. Sueton. in Cæsare: Trojam lusit turma duplex, majorum, minorumq; puerorum. ¶ Troja item fuit oppidum, ad initium maris Adriatici sinum, ab Antenore Trojano, & Henetis conditum. ¶ Item alterum ejusdem nominis, in agro Laurenti, ab Aenea extructum, antequam Lavinium conderet. Utriusq; meminit T. Liv. lib. 1. ab Vrbe.

Tros, gentile, τρώς. Cujus fœmininum est Trojas, adis, sive Trotas, per tres syllabas. τρωιάς. Virgil. 1. Aeneid. Tros, Tyriusq; mihi nullo discrimine agetur. Idem 5. Aen. At procul in sola secretæ Trojades acta, Anchisen flebant. Persius Sat. 1: Ne mihi Polydamas aut Trojadas Labeonem Prætulerint.

Trojanus, a, um. Virg. 2. Aen. Trojanas ut opes & lamentabile regnum Eruerint Danai. Bellum Trojanum. Horat. de Arte. Nec gemino bellum Trojanū orditur ab ovo. ¶ Portus Trojanus, per jocū dicebatur aper, qui integer torrebatur, minutioribus animalculis veluti gravidus: de quo vide Macrob. in Satur. ¶ Equus Trojanus, proverbialis metaphora, pro clandestinis insidiis accipitur, & latenti periculo: Cic. pro Muræn. Iatūs,

Intus, intûs, ἔνδοθεν, est equus Troianus, à quo nunquam me Consule dormientes oppressimus.

Trôfcûs, ca, cum, τροχαῖος, cujus conſignificationis. Cic. de claris Orat. Neq; enim iam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Vlyſſi tribuiſſet Homerus, & Neſtori, niſi iam tum eſſet bonos eloquentiæ habitus.

Troïus, a, um, dicitur troïlaba, τροϊάς, Troïa gaza Virg. 4 Aen. Apparent rari nantes in gurgite vaſto, Arma virum, tabulæq; & Troïa gaza per undas.

Troïugenâ, næ, τρωϊγενής. Id eſt, Troianus, quaſi in Troja genitus, ea forma qua Græcos vocamus Θεαγενεῖς quaſi genitos in Græcia. Virg. 8 Aeneid. Troïugenas, & tela vides inimica Latinis.

Troïlus, τρωΐλος, Filius fuit Priami & Hecubæ, cujus vita inter Troianorum fata numerabatur, nam eo vivo Troja capi non potuit. Hic adhuc adoleſcentulus auſus eum Achille ſtrenuorum omnium fortiſſimo congredi, ab eodem occiſus eſt. Virg. li. 1. Aen. Parte alia fugiês amissis Troïlus armis, Infelix puer, atq; impar congreſſus Achilli Fertur equis.

Troizenius, τροιζήνιος, Fuit Thrax, unus ex his qui venerunt in auxilium Troianorum.

Trŏphonĭus, τροφώνιος, Inſignis architectus fuit, qui ſubterraneum ſuum in Lebadia Boetiæ regione conſtruxit, quod ab ipſo Trophonii antrum cognominatum eſt. Vbi quum ab aliquando oracula reddidiſſet, atq; tandem fame interiiſſet, ferunt Genium quendam antrum hoc ſubiiſſe, atq; ex eo oracula reddidiſſe. Qui verò hinc oracula ſuſcipere haurire, multis ad id ſpretis ſedere ſolti ſunt, atque inde ſtatu quocunq; ſub terram abripiebantur. Geſtabant autem ſecum placentas, quas lemuribus, ſerpentibusq; occurrentibus objicerent. Deinde accepto oraculo, rurſus per alium hiatum in terram reſtituebantur. Creditum eſt autem quotquot in hoc antrum deſcendiſſent, nunquam poſtea viſos. Hinc factus eſt locus proverbio, ut homines triſtes, & terrici in Trophonii antro vaticinati dicerentur. Hæc ferè ad verbum deſcripſimus ex Erasmi Adagiis.

Tropis, τρωπίς, Inſula quædam, Steph.

Tros, ois, ſive us, ωος, Erichthonii filius, & nepos Dardani, Troianorũ autem rex, pater Ili, Aſſaraci, & Ganymedis, ut refert Aeneas apud Hom. lib. 20. ¶ Eſt item Tros, gentile nomẽ à Troia deductum. Vide ſuprà in dictione TROIA.

Troſſŭlum, Oppidum fuit Tuſciæ, novem paſſuum milibus diſtans à Volſiniis, quod quum equites Romani cepiſſent ſine peditum adjumento, inde Troſſuli dicti ſunt. Plin. li. 13. cap. 2. Quæſtiam ipſum equitum nomen ſæpè variatum eſt, in his quoq; qui ad equitarum trahebantur. Celeres ſub Romulo, regibusq; appellati ſunt, deinde Flexumines, poſtea Troſſuli, quam oppidum eius vocabuli in Tuſcia circa Volſinios paſſuum IX M. ſine ullo peditum adjumento cepiſſent. Hæc ille. Nonius Troſſulos dictos putat, quaſi torofulos: hoc eſt, tumẽ habentes, & malculorum robis prævalidos: cui & teſtimoniũ Varronis ex Seſquiulyſſe: Nunc enim Troſſuli, nardo nimbi, vulgò Attico talento equum.

Truentus, Fluvius Piceni orum, qui vulgò nunc Peede vocatur, cum oppido eiuſdem nominis, Dom. Mar. Nig. lib. 7. & Ptol. lib. 3. cap. 1.

Trychæ, τρίχαι, Vrbs Zuboræ, Gentil. Trychæus.

Tryphiodorus, pen. prod. τρυφιόδωρος, Grammaticus & Poëta Aegyptius, ex cujus operibus à Suida commemorantur Marathoniaca, Excidium Ilii, Pugna Lapitharum, & Centaurorũ, in Hippodamiæ nuptiis, Odyſſeæ Paralipomena, in quibus fabulas proſequitur Homero & aliis intactas: item Paraphraſis Homericarum comparationum.

Tryphon, onis, τρύφων, Grammaticus Alexandrinus, Ammonii filius, qui circa Auguſti tempora fuit natus. Scripſit tractatus aliquot de variarum linguarum dialectis, & alia nonnulla ad Grammaticæ cognitionem pertinẽtia. ¶ Fuit & Tryphon alius, Origenis auditor, cujus extant nonnullæ ad ipſum epiſtolæ. ¶ Tryphon item Bibliopolæ nomẽ fuit, Martialis carminibus nocturno in loco celebrati.

T ante V.

Tuæſis, Acſuativum maris Britannici, apud Ptol. lib. 2. cap. 3. Tuede, Vulgò, juxta quod Bervitia munitiſſimũ oppidum regni Angliæ, in finibus Scotiæ, Vulgò Berwick.

Tubero, Prænomine Quintus, civis Romanus fuit, Ciceronis æqualis, qui quum in Pompeianis partibus fuiſſet, poſtea venia conſecutus à Cæſare, eodem crimine accuſavit Q. Ligarium, defendente Ciceronem, cujus adverſus illum extat Oratio pro Q. Ligario inſcripta.

Tuberum, ri, Flumen Germaniæ navigabile, quod Pariæ populi accolunt. Auter Plin. lib. 6. cap. 22. ¶ Eſt etiam fluvius in Othofrancia, aliquot milliaribus à Rotenburgio ad Tuberũ inde nomen deſumpſo ortum habens.

Tuberobis, Fluv. Britanniæ, Ptolem. lib. 2. cap. 2. [Vulgò Aberlevy.]

Tuburbis, Vrbs Africæ propriè dictæ inter Bagradam, & Triſpiritanos. Autor Plin. lib. 5. cap. 4.

Tucca, Auguſti temporibus vir primis eruditus fuit. Virgilio quo familiarem habuimus, & ex parte teſtamenti hæres, cui Auguſtus una cum Vario, & Plotio Acceſſit, quam cremari Poëta teſtamento juſſerat, ea lege addit eum emendandam, ut nihil adderent. Autor Servius.

Turcia, Virgo vetuſta fuit, quæ cum eſſet accuſata, aquam per cribrum extulit. Plin. lib. 28. cap. 2.

Turia, ræ, Oppidum Hiſpaniæ Tarraconẽſis, in tractu Gallecorum, inter Minium & Durium fluvios. Ptolem. Libro 2. capite 6.

Tuder, Idem Stephano: Vulgò Todi. Oppidum eſt Verbriæ mediterraneæ, teſte Plin. li. 3. cap. 14. Hujus oppidi incola Tudertes appellantur. Sidius lib. 4. Et gradivicolam celſo de colle Tudertem.

Tudĕrum, ri, Civitas in inferiore Germaniæ clima, apud Ptol. lib. 2. cap. 11.

Tuditanus, Nobilis apud Romanos familiæ cognomen fuit, inde tractũ, quòd qui primus id cognominis ſortitus eſt, caput habuerit oblongum & malleo non diſſimile. Fuit hoc cognomine quidam ex Ovidii Pœcæ amicis tunc, ad quem ille temel atq; iterum ſcribens in libris de Ponto, obquerit eius nomen in carmine elegiaco locum non habere, eo quòd brevem habeat ſyllabam inter duas longas ſitam.

Tugi, Vetuſtiſſimi Helvetiorum populi, juxta lacum Lucernatem incolentes: quorum oppidum Tugium eſt, quod vulgò Zug vocant, ineptiis amœno ſitum à Septentrione planitie pratorum ampla: ab Occidente pifcoſo lacu: à Meridie ſuperlacus longitudinem Alpium proſpectum: ab Oriente verò partim pratum, partim ſylveſtà colle conſpicuum. Hiſce Tigurinis, Lucernatibus, Vrienſibus, Suiccenſibus, & Subſilvanis perpetuo fœdere junxerunt anno ab orbe redempto 1352. & in civitate Helvetiorum ſeptimum locum tenent. Tugiorum meminit Strabo lib. 7. unà cum Cimbris & Tigurinis eos in Italiam irrupiſſe aſſerens, & à Romanis fuiſſe deletos.

Tulgis, Modicus amnis Hiſpaniæ ad Tarraconem, ut ſcribit Pompon. lib. 2.

Tuliphordum, τουλίφορδον, Oppidum in interiore Germaniæ climate, apud Ptol. lib. 2. cap. 11. Vulgò Göttingen.

Tulisurgium, τουλισύργιον. Oppidum in inferiore Germaniæ climate apud Ptol. lib. 2. cap. 11. Vulgò Graurideweg.

Tullĭa, Filia fuit Servii Tulli, ſexti Romanorum Regis, quæ quũ Tarquinio nupſiſſet, qui poſtea à moribus ſuperbis eſt cognominatus, vivo autore fuit patrem ſuum occidendi, regnumq; ejus invadendi. Nuntiata deinde patris nece, protinus concito curru ad virum accurrit, ut ei regni adeptionem gratularetur: quumq; in patris cadaver in via protectum incidiſſet, duriùs tamen ausa, & Regis reverentia in tanta equos flectentẽ, compulit in pectus patris corpus agere. Cujus impietatis à quo tam immani genere impetratis vicus illic celebratus nomen retinuit, teſte Liv. lib. 1. ab Vrbe, Ovid. in Ibin: Infamemq; locum ſceleris quæ nomine ſervat. Profitẽ & inducta memoriæ parentia rotis. ¶ Fuit item Tullia, M. Tullii Ciceronis filia, quæ ille blandâ deminutione Tulliolam appellat.

Tullianum, ni, Locus erat Romæ in carcere, noxiorum ſupplicio deſtinatus: à Tullo Hoſtilio extructus: unde & nomen accepit. Saluſtius Catil. Et locus in carcere, quod Tullianum appellatur.

Tullius, Nomen proprium M. Ciceronis, eloquentiæ totius parentis: de quo latiùs ſuprà egimus in dictione CICERO.

Tullum, [Vulgò Toule Gen. Tell in Burgund.] Leucorum oppidum inter Belgas, etiam hodie nomen retinens: cujus meminit Ptol. lib. 2. cap. 9.

Tullus Hoſtilius, Tertius Romanorum Rex, qui Numæ Pompilio ſucceſſit moribus illi diſſimillimus, atq; ipſo etiam Romulo ferocior: cujus vita explicatur à Liv. lib. 1. ab Vrbe. Virgil. 6 Aenid. Hinc deinde ſubibit Otia qui rumpi patriæ, reſſidet q; movebit Tullus in arma viros, & jam ſecuta triumphis Agmina cer.

Tunis, unetis, τοῦνις, Vulgò Tuneſ, Vrbs eſt Africæ totius propè Carthaginẽ, regnum, Libyæ regia. Hæc eo tempore, quo Scipio in Africa bellum geſſerat, tumulus erat, tùm operibus, tùm naturæ loci munitus, duodecim non amplius milliaribus Carthagine diſtans, qui & ab urbe conditâ, & propè ſecutum ad urbem, tùm ad circumfuſum mare præbere poſſet. Rerum tores aliquot antiquarius imperat. Tunetum vocant alii Tunatium, ſed præter cujuſquam veterum, ut arbitror, exemplum. Livius certè ſic 30. bel. Pun. accolæ tum modò Tunetem Lamorum, modò Tuneta Græcorũ more eſſe. Sic cum habet certè in 10. Iam in Carthaginẽ intentis oculis quæ ipſi reſtum eſt adeunt fuga Tuneta. Et extra finem eiuſdem libri Tum ad Tunetem eadem quo priùs loco cætra poſita.

Tungri,

Tungri, τὸ ἔθνος. Populi inter Belgas, qui à Ptolemæo post Tabellarū flumen collocantur. Horum urbs fuit Atuatuca, teste eodem Ptolemæo lib. 2. cap. 9.

Turārius. Vicus Romæ fuit, in quo thus, cæteraq; thymiamata vendebantur. Asconius: Signum Veneris in ultimo vico Turario est, sub Basilica sedentibus.

Turbo, bonis, ὁ στρόβος, Proprium nomen gladiatoris. Hor. lib. 2. Serm. Sat. 3: Corpore maiorem nudes Turbonis in armis.

Turcæ, [תּוּרְקִים] ἡ Τουρκία, ὁ Τοῦρκος. Gen. 10. Gomelim. Turchi. Ger. Die Türcken. Tecte Meotis, Scythiæ populi fuerūt, maris Caspii, Caucasiq; montis accolæ, qui supra septingentesimum abhinc annum, relicta patria, portasq; Caspias egressi, latrocinantium more in Persidem primùm, deinde in Pontum, & Cappadociam impetum fecerunt: occupataq; minore Asia, victricia arma in Europam traiecerunt, Græciamq; omnē, duce Mahometis in potestatem redegerunt, ipsa etiam imperatrice Constantinopoli post longam obsidionem expugnata. De origine Turcarū, reburq; gestis vide latiùs Baptistam Egnatium in opusculo de Romanis principibus.

Turdetani, οἱ Τουρδητανοί. Hispaniæ Bæticæ populi sunt, apud Ptolem. lib. 2. cap. 5. ¶ Turdicania, ἡ Τουρδητανία, Regio Iberiæ, circa Bætin fluvium, quæ etiam Bætica dicitur.

Turdūli, οἱ Τουρδοῦλοι. Populi Hispaniæ Bæticæ, Bastulis & Turdetanis finitimi, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 5. Varro de Re rust. li. 2. cap. 10: Nō omnis apta natio ad pecuariam, quòd neq; Bastulus, neq; Turdulus idonei.

Turia, ὁ Τοῦρις. Fluvius est Edetanorum, in tractu Tarraconensis Hispaniæ, Valentiā præterfluens, & in sinum Sucronensem se exonerans. Claudianus: Floribus & roseis formosus Turia ripis. Salust. lib. 4. Hist. Interlæva moenium dextrum flumen Turia, quod Valentiam parvo intervallo præterfluit. Phocas hoc nomen neutro genere efferendum contendit, quemadmodum & Mulucha: cui tamen refragatur testimonium paulò antè ex Claudiano citatū. Plinius Duriam vocat lib. 3. cap. 3. Ptolemæus Duriam.

Turiaſſo, Ptolem. libro 2. capite 6, Hispaniæ Vrbs, Vulgò Τυριάσσων.

Turmeda, civitas Syriæ, quæ aliàs Amphipolis, Steph.

Turnus, τὸ Τοῦρνος. Nomen regis Rutulorum, acerrimiq; Trojanorum in Italiam adventantiū hostis: quem Aeneas singulari certamine victum occidit, Lavinamq; illi desponsatam uxorem duxit.

Turones. [Vulgò Tours. Ger. Die Turoner oder Tours in Franckreich.] Lugdunensis Galliæ populi sunt, ad Ligerim fluvium. Autor Plin. lib. 4. cap. 18.

Turpīo Ambivius, Actor Comœdiarū, Terentii temporibus.

Turris Bisonis, civitas Sardiniæ, Ptol. lib. 3. Sardos hodie Turres Libyssonis, Plin.

Turulis. Huv. Hispaniæ Tarraconensis, Ptol. lib. 2. cap. 6. Turia vulgò Claudiano & Hermolao apud Plin. Pomponius Duriā corruptè nominat. Vide TVRRIS & DVRIAS.

Turuptiana, Vrbs Callæcorum Lucensium, in Tarraconensi Hispania. Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

Turarius, & Turanus vicus. Vide suprà.

Tusca, Africæ fluvius est, Zeugitanam provinciam: hoc est, Africam propriè dictam dimmens à Numidia. Autor Plin. lib. 5. cap. 4.

Tuscānia, τὸ Τουσκανία, Oppidū Tusciæ prope Tarquinios: à quo Tuscanienses populi quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Tuscanicum, Locus in aedibus cavatus, quem à Tuscis morē Romani acceperunt, eamq; ob causam, Tuscanicum dictum: Varr. lib. 4. de Ling. Latina.

Tuscia, Vulgò Tuscana. Celeberrima Italiæ regio, Macra & Tyberi fluminibus interfepta, alio nomine Hetruria dicta, à Græcis etiam Tyrrhenia, à Tyrrheno quodam, Atys filio, qui relicta Maeonia in Italiā se contulit, & in ora maris inferi consedit, populosq; Tyrrhenos, & mare ipsum Tyrrhenū de nomine suo appellavit. τὸ Τυσκία. Tusciam autem Festus dictam existimat à Tusco quodam Herculis filio, cui regionis hujus imperium dicitur remisisse: quanquam nō desint qui à Graco θύειν, quod est fanum facere, vocis ejus originem reperant. ¶ Fuerunt enim Hetrusci præ cæteris Italiæ populis eorum quæ ad religionem & sacrificia pertinent, ad superstitionem usq; studiosi. Hinc fit ut nonnulli primum nominis hujus elementum existiment esse aspirandum. Tusciæ oppida celeberrima sunt Florentia, Pisa, Luca & Sena. Populi ipsi Tusci appellantur, & Hetrusci, à Græcis τυφώσοι, harum picturæ olim peritissimi. Quapropter interpretandorum prodigiorum, & procurandorum fulminum causa vates olim ex Hetruria Romam sæpissimè accersebantur.

Tuscus, tusca, tuscum, possessivum deductū. τυσκικός: ut, Tuscus vicus, à Tuscis incolis, teste Festo, ita dictus, quibus post Porsenæ discessum in urbe manentibus sedes sunt assignatæ Horat. 2. Serm. Satyr. 3: Ac Tusci turba impia vici.

Tusculum, τὸ Τοῦσκλον Straboni, Oppidum Latii, à V. M. passuum ab urbe distans, olim inter insignes Latii civitates numerū, Federici Aenobarbi temporibus, à Romanis Pontificibus delerum: eò quòd Imperatori Pontificio bellum inferenti auxilio fuissent Tusculani. Hodie obscurus est vicus, quem Romani Frascatum vocant. Dictum autem putatur Tusculum, quasi τοῦ σκόλου, propterea quòd in monte satis edito situm, molestiā exhiberet ascendentibus. Est enim σκόλος vexatio, seu molestia afficere. Conditum autem existimatur à Telegono Vlyssis & Circes filio, qui quum patrem imprudens occidisset, in ea sede loca recepit.

Tusculānus, a, um, diminutivum, τὸ Τουσκλανός Stephano: ut, Ager Tusculanus. Ciceronis villa nobilitatus: & Tusculanum municipium, Catone Censorio municipe illustratum.

Tutānus, penult. prod. Deus quidam apud Romanos, idem (ut putatur) cum Hercule, quem periclitantes invocabant, ut ipsos tutaretur. τὸ Τουτανός. Varro in Hercule, ut citat Nonius: Noctu Annibalis quum fugavi exercitum Tutanus, ob hoc Tutanus Roma nuncupor: hac propter omnes qui laborant, invocant.

Tutilina, Dea apud Romanos (inquit Nonius) à tuēdo dicta. Varro in Hercule, ut citatur ab eodem Nonio: Tuam fidem Tutana invoco, quæ adesse mortalibus soles. Hanc August. lib. 4. de Civitate Dei, præstiterunt fruges collectas, atq; reconditas servāt, ut tutò servarentur.

T ante Y.

Tyāna, pen. corr. τὰ Τύανα, Cappadociæ civitas ad radices Tauri montis patria Apollonii, sive ille magus, sive philosophus fuerit: cujus vitam tam fabulosi Tyanei voluimine exquirit Philostratus. ¶ Hinc sunt gentilia Tyaneus, & Tyanites, Τυανεύς, & Τυανίτης Stephano. Poetæ aliquando efferunt Tyaneus per quinque syllabas. Ovid. 1. Metam.

Tollenda adhuc Tyaneius ille
Incola de gemina vicinos corpore truncos.

Tybris, Vide TIBERIS.

Tybūr, tyburtis, Tybura, tyburtis, & Tyburninus, na, num, rectius à nostro scripteris, præsertim quum apud Suidam, Stephanum, Strabonem, cæterosque Graecos τίβερις, τίβερι, & τίβερη per ypsilon legamus. De his itaq; vide supra suis locis. Vulgò Tivoli.

Tyche, tyches, ἡ Τύχη. Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, Hesiodus in Theogonia: Εὐρώπην, Τύχην τε, & Ἀμφιρῶ, Ὠκεανόν τε. ¶ Fuit item Tyche, una ex quatuor Syracusanæ urbis partibus, à nobili Fortunæ templo denominata: cujus meminit Cic. 6. Verrina.

Tychīus, ὁ Τύχιος, Celebertimi fabri nomen apud Homerum 7. Iliad. qui Ajacis clypeum fabricavit. Ovid. 3. Fast. Nec quisquā invitæ faciet benè vincula plantæ Pallade, sit Tychio doctior ille licet.

Tydēus, dictio dissyllaba, ὁ Τυδεύς, Nomen filii Oenei regis Calydoniæ, & Eurythææ, vel ut alii placet, Althææ: quum fratrē suum Menalippum inscius occidisset, ad Adrasti regem perfugit, cujus filiam Deiphilen conjugem duxit. Postea à Polynice, qui alteram Adrasti filiam Argiam uxorem habebat, legatus ad Eteoclem regem Thebarum missus, ut pacti memor fratri regnum redderet. Ad quem quum venisset, regiamq; esset ingressus, Eteocles negavit se regno cessurum esse. Quo responso Tydeus vehementer commotus est, ita ut non sit vectius & haltis & solus, Thebanos omnes quotquot tum fortè cum Eteocle essent in convivio, ad quodlibet certaminis genus provocare. Atq; ut animosè provocavit, ita omnes (sic illi Pallas propitia erat) strenuè vicit. Quamobrem Thebani dolore accensi, insidiatione accepta, reversuro insidias retenderunt, collocatis ad opportunum locum, quā Tydeus transiturus erat, quinquaginta juvenibus, cum duobus ducibus, Maone Aemonis & Lycophontē Authophoni filio: quos Tydeus in se impetum facientes trucidavit, uni tantùm parcens Maoni, quem accepta cladis nuntium ad Eteoclem remisit. Profectus deinde una cum Polynice & Adrasto, reliquisq; Graeciæ principibus ad bellum Thebanum, post multas res præclarissimè gestas, à Menalippo quodam Thebano lethaliter vulneratus, occubuit. Vide hæc latiùs in Statii Thebaide.

Tydīdes, tydidæ, pen. prod. ὁ Τυδείδης, Nomen patronymicum, quo Poetæ utuntur pro Diomede Tydei filio. Virg. 1. Aen. ô Danaūm fortissime gentis Tydide. Hor. 1. Carm. Ode 6: Quis Martem tunica tectum adamantina Digne scripserit, aut pulvere Troico Nigrum Merionem, aut ope Palladis Tydiden superis parem.

Tyēnis, pen. prod. τὰ Τύεννα, Oppidum Colchorum: ita dictum à præterfluente fluvio ejusdem nominis. Gentile est Tyenites, τυεννίτης Stephano.

Tyfellius, τυφέλλιος, Mons Italiæ. Lycophron. ἔνθα Τυφέλλιος ἔστι Κάπετος τυφλώσσων, Steph.

Tylis, τὰ Τύλις, Vrbs Thraciæ prope Hemum. Gentile Tylites

Tylos,

Tylus, τύλος, Insularum duarum nomen est in sinu Persico, margaritis abundantium, & gossampinis arboribus, quæ cucurbitas ferunt mali cotonei amplitudine, quæ maturitate ruptæ, ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso luteo conficiuntur. Vide Plin. lib. 12. cap. 10, & 11.

Tymenæon, τυμηναῖον, Vrbs juxta Phrygiam, qui inhabitant Tymenæi, Steph.

Tymena, [τύμαινα. Ger. Ein art mit einem Brunnen in Lycia, welche ein Gott soll gestanden haben.] Vrbs seu vicus Lyciæ, sic dictus ab hirto, qui grege relicto, barba madente rediit, quem postea secuti, fontem in quo dum fuisset reperierunt, ac inde nomen fonti & loco indiderunt. Gentile Tymenæus. Steph.

Tymœtes, sive potius Thymœtes, Θυμοίτης Homero, Vnus fuit ex Trojanis principibus, confessus (ut quidã putant) proditionis patriæ. Nam quũ vates quidã Priama futurum prædixisset, ut certo quodã die puer nasceretur, cujus cui pa Troja everteretur: ferunt eo die Hecubam peperisse Paridem, & Tymœtæ uxorem alterum filium, quem Priamus jussit occidi. Ob quã causam Tymœtes deinde non bene affectus fuisse erga Priamum putatur, & de Trojæ proditione cum Græcis contlia iniisse. Huc alludit Virg. 2. Aen. primusq; Tymœtes Ducit intra muros hostem, & arce locat: Sive dolo, seu jam Troiæ sic fata ferebant. Vide THYMOETES.

Tymolus, pen. prod. qui & Tmolus, τμῶλος Stephano, Lydiæ mons, ex quo Pactolus amnis, & Tmolæ fons profluunt. Apud Plin. li. 5. cap. 29. Tmolus legitur per nostrum: Lydia (τμωλῖτις) maximè celebratur Sardibus in latere Tmoli montis, qui antè Tmolus dicebatur.

Tymphe, τύμφη, Mons Thesprotiæ, & Tymphæa urbs. Gentil. Tymphæus, femininum Tymphæis, Poss. Tymphaicus.

Tymphæi, τυμφαῖοι, Populi sunt Aetoliæ, Pindi montis accolæ, Thesprotis & Perrhæbis proximi, apud quos in summa terra gypsum invenitur, quod alabastrum appellatur, fulcimbus in Græcia Cymoliæ cretæ usum supplens. Vide Plin. lib. 4. cap. 2, & lib. 35. cap. 17.

Tyndărĕus, tyndari, penult. corr. τυνδάρεος, Rex fuit Oebaliæ & maritus Ledæ, quæ eodem tempore duos peperit ova, è quorum altero quod ex Jove conceperat, exclusi fuerunt Pollux & Helena: ex altero, quod conceperat ex Tyndaro, Castor & Clytæmnestra. Ex his priores duo immortales fuerunt, posteriores mortales. Mortuo tamen Castore, Pollux à Jove impetravit, ut ubi cum fratre immortalitatẽ communicare liceret, alternisq; cum illo vitam morte cõmutare. Cui fabulæ occasionem submiserunt fidei rum illorum natura, quæ talis est, ut uno oriente, alterum occidat. Ambo autem à Poëtis dicuntur Tyndaridæ, non quòd uterque è Tyndaro fuerit natus, sed matris

nauſtantes, nauigationem redderent periculoſam. Vnde Tyria maria exerare, proverbialiter dicitur pro eo quòd eſt, ingentes tumultus commouere. Vide Adagia Eraſmi.

Tyrrhenos, [τυῤῥηνούς. Germ. Bolcker in ſeiner Funfi Coſmiſet genennet.] Romani Hetruſcos appellant, atque Tuſcos: hoc eſt, qui quidquid eſt populorum in Italia, inter Macram & Tiberim fluvios. Graeci verò non eos nomine nominarunt a Tyrrheno Atyos filio, qui è Lydia colonos in hanc regionē deduxit. Atys enim ex progenitis Herculis & Omphales unus, quū ſterilitate ac fame populum ſuum eiuſdem egerere cogeretur, è duobus Elis, ſorte iactis, Lydam qui dē regni ſucceſſionē tenuit: Tyrrhenum autem cū bona populi parte ad quarendas novas ſedes emiſit, qui quum poſt longos errores in inferi maris ora ſedes exiſſet, totum eum tractum de ſe Tyrrhenum, & mare ipſum Tyrrhenū appellavit. Virg. lib. 7. Aen. Principe in tot bella Tyrrhenis alper ab arce Coeunt imperiū divūm Mezentius, &c. ¶ Tyrrhenum mare, πόντος τυῤῥηνικός Stephano, Mare inferum, ſiveà dictū quòd Tyrrheni illud hoc eſt Tuſciam alluat unde & Tuſcum dicitur. Vel à Tyrrhenis nautis, qui ſe in hoc mare præcipitaverunt. Nam, hoc habet fabula: Dormientem in littore Liberum patrē ab hucpuerū nautas abſtuliſſe Tyrrhenos: qui quū eſſet expergefactus in navi, quò duceretur interrogavit: reſpondentibus illi, Quò vellet. Liber ait: Ad Naxum ſeſe illum ibi facturi. Sed quū aliò vela dedeſſent, iratum numē tigres ſibi ſacratas vitibus eorū objecit: quo terrore ſeſe illi in fluctus dedēre præcipites. Hæc Servius in illud Virgilii 1. Aeneid.

Cui non dicta mihi Tyrrhenum navigat æquor.

Tyrrhēus, tyrrhi, τυῤῥηνός, Latini regis armentarius, cujus servus in ſuſpectus ab Aſcanii comitibus occiſus, primam belli cauſam præbuit inter Trojanos & Latinos.

Tyrrhīdes, pen. prod. patronymicum, τυῤῥείδης. Virg. 7. Aen. Cervus erat forma præſtanti & cornibus ingens, Tyrrhidae pueri, quem matris ab ubere raptum Numitans, Tyrrheusq; pater, cui regia patent Armenta, & latè cuſtodia credita campi.

Tyrſeta, τύρσοντα, Vides τυρσεῖδες, (videtur legendum τυρσίδες) id eſt, Eminentia. Gene Tyrſicione.

Tyrtæus, τυρτάιος, Archembroti filius, Poëta Athenienſis fuit, aut (ut alii malunt) Miletius, elegiarū ſcriptor, & ducem egregiaque Lacedæmonii oraculo monitu peregrinum ducē ſibi adſciſcerent, adverſus Meſſenios pugnaturi, ſibi præfecerunt. Quo in prælio Tyrtæus carminibus ſuis, tibiaq; modulis ita animos eorū inflammavit ut Athenienſes inſignem illam victoriam, quā eo die adepti ſunt, Tyrtæo acceptam referrent. De hoc Plato in libris de Legibus: O divine Poëta Tyrtæe (inquit) ſapiens certè ac bonus nobis eſſe videris: quia excellentibus eos extulisti laudibus, qui in bello excelluerunt.

Tyrus, [ut inquit Euſtathius lib. 18.] Fuit nomen proprium patris Didonis, qui ab aliis Belus vocatus eſt.

Tyſſaphernes, ſive potiùs Triſſaphernes, τισσαφέρνης Suidæ, Perſarum Satrapa fuit, qui Cyrum minorē apud Artaxerxem fratrem criminando, cauſa extitit ejus belli, quod poſtea inter fratres emerſit. Occitus tandem fuit ejuſdem Artaxerxis juſſu, quòd in Aſia rem gereus adverſus Ageſilaum, omnia proditione agere videretur. Vide Xenophontem rerum Graecarum lib. 4. & de Cyri minoris expeditione lib. 1.

Tyſias, ſive potiùs Triſias, τρισίας, Rhetor fuit Siculus, qui primus poſt Coracem dicendi præcepta condidit. Autor Cic. 1. de Invent.

Tyrtygias, τυρτυγίας, Latro fuit & plagiarius in Arcadia, qui res alienas, quas furto abſtuliſſet, venditabat eoq; quæſtu ditescere factus eſt. Zenodotus apud Eſtaimum in Chiliadibus.

V

VAcamana, Oppidum Hiſpaniæ Bēticæ, in conventu Hiſpalenſi, apud Plin. lib. 3. cap. 1.

Vaca, Numidiæ oppidum mediterranеum, emporium totius regionis maximè celebratum: quod Metellus Iugurthæ ademptum præſidio firmavit. Autor Salluſt. in Iugurth. ¶ Eſt item Vaca apud Plin. libro 4. cap. 21. Lutitaniæ fluvius, inter Mundam & Durium, in Occidentalem influens Oceanum. Ptolemæus Vacum appellat, Strabo Vacuam.

Vāccæi, Populi mediterranei citerioris Hiſpaniæ, Duria amneab Aſturibus ſecreti, Βάκκαιοι Ptolemæo. Autor Plin. lib. 4. cap. 20.

Vaccis, Fundanorum dux fuit, qui in Privernati bello à L. Papyrio captus, rebellionis ſuæ pœnas dedit. Cicer. pro Domo ſua: In Vacci prata domus fuit M. Vacci, quæ publicata eſt & everſa, ut illius facinus memoria & nomine loci notaretur.

Vacorium, [βακόριον. German. Bihach.] Vrbs Norici apud Ptolem. lib. 2. cap. 14.

Vācuna, pen. prod. à vacando dicta eſt dea quæ præeſſe vacantibus, & otioſis putabatur. [Germ. Ein Göttin der Müſſig-

gängeren.] cui, quum agricolæ à laboribus rurſus vacarent, ut poſt perceptos fructus requieſcerent, per hyemem vota ſolvebant, & ſacrificabant. Ovid. 6. Faſt. Nam quoq; quum ſunt antiqua ſacra Vacunæ, Ante Vacunalem ſtantque ſedentque focus. Hic in agro Reatino inſignia habebat nemora, quorū meminit Plin. lib. 3. cap. 12.

Vādimōnis, Lacus in Vmbria eſt, non procul ab Amerina, opacam habens ſylvam ſibi innatantem, quæ nunquā die ac noctu eadem viſetur loco. Autor Plin. lib. 2. cap. 93. ¶ Hujus item lacus meminit Plin. junior in Epiſt. Regerat (inquit) facerem meus, ut Amerina ſua prædia impiererem: hæc perambulanti mihi oſtenditur ſubjacens lacus nomine Vadimonis.

Vāgēni, Populi inter Alpinas gentes ex Catorigibus orundi. Plin. lib. 3. cap. 20. Inter Alpinas gentes fuerunt Centrones, & Catuſbogi civitates, Caturiges, & Caturigibus orti Vageni, Ligures. Silius: Tum pernix Liger, & ſparſi per ſaxa Vageni.

Vallāſia, teſte Volaterrano, Regina Bohemorum fuit, cujus ductu ejus regni mulieres occiſis viris ſeſe in libertatem aſſeruerunt, & hinc viri adminiculo regnum multos annos adminiſtraverunt.

Vălēntĭa, [Vulgò Valence. Germ. Valentz, oder Glatz in Franckreich am Rhodan.] Valentiæ, Vrbs eſt inſignis ulterioris Hiſpaniæ, tribus millibus paſſuum à mari remota, ut autor eſt Plin. lib. 3. cap. 3. & Ptolem. lib. 2. cap. 6. & Pompon. Mela lib. 2. Βαλεντία. Vulgò Valentia. ¶ Eſt etiam ejus nominis oppidum inter Allobroges ſubter Viennam ad Rhodanum, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 4.

Vălĕrĭa, βαλερία, Nomen proprium Meſſalarum ſororis, quæ amiſſo Servio viro, quum rogaretur cur alteri non nuberet? ait: Sibi ſemper mariti Servium vivere.

Vălĕrĭa. [Ger. Steirmarck.] Regio in ultima Germania verſus Occidentem, quę hodie Styria vocatur, ut placet Aeneæ Sylvio.

Valeria, βαλερία, Oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in tractu Celtiberorum, cujus meminit Ptolem. lib. 2. cap. 6. Hinc Valerienſes populi, Plin. lib. 3. cap. 3.

Vălĕrĭus, βαλέριος, Cognomento Publicola, Iunii Bruti in primo Conſulatu collega, in Tarquinii Collatini locū ſuffectus. Hic primùm de Veientibus, deinde de Sabinis: terno de utriſq; triumphavit. Deinde quū communi Veliarum conſilio loco haberet, in ſuſpicionem regni venit. Quo cognito, apud populum conqueſtus eſt, quòd tale aliquid de ſe timuiſſent, & mittit qui communi ſuam dirueret. Secures item faſcibus demſit, eosq; in populi concione ſubmiſit: legem de provocatione ad populum tulit, quapropter Publicolæ nomen accepit. His quū diem obiiſſet, publicè ſepultus, & annuo matronarum luctu honoratus eſt. Hæc Plinius. Cæcilius de viris illuſtribus. Autor eſt Plutarchus in vita ejus, hunc quadrigā primum in triumpho vectum fuiſſe, ſine ulla invidia: præterea collegæ Pauro honores funusq; curaſſe funebremq; orationem de ipſius laudibus habuiſſe, quæ adeò jucunda fuit Romanis, ut ex eo conſuetudo manârit, ut qui ſtrenuè pugnādo occubuiſſent, ab optimatibus laudarentur. ¶ Valerius M. Publicolæ frater Conſul unà cum Poſthumio Tuberto factus, ac contra Sabinos profectus, rem fœliciter ſtatis auſpiciis & adminiſtratione geſſit. Ex quo publicè ei domus ædificata, cujus fores extrorſum honoris gratia aperiebantur, quum cæteræ introrſum aperirentur. ¶ Valerius Corvinus Tribunus militum, qui quum ſub duce Camillo reliquias Senonum perſequeretur, adverſus Gallum provocatorem ſolus proceſſiſſet, corvus ab ortu Solis galeæ ejus inſedit, & inter pugnandum ora, oculosq; Galli verberavit: unde hoſte victo, Valerius Corvinus dictus fuit. Hic quum ingens multitudo ære alieno oppreſſa, Capuam occupare tentaſſet, & ducem ſibi Quintium neceſſitate magna compulſum præfeciſſet, ſublato ære alieno ſeditionem compreſſit. Hęc Cæcilius. Livius verò libro 7. Decad. 1. hæc addit, de Samnitibus eū triumphaſſe: ſexies Conſulem fuiſſe, hoſtes T. Manlii morte exultantes compreſſiſſe. Vixit, teſte Valerio, corporis & animi viribus integris annos centum. ¶ Valerius Potitus, poſt Decemviralem invidiam, plebem in Patres incitatam, legibus & concionibus ſuis mitigavit. Vnde Potiti cognomen acceptus. Primus quoq; Conſul poſt Decemvitos, quū Volſcos, Aequosq; ad Algidū magna laude debellaſſet, triumphus ei à patribus negatus fuit. Sed ſuadente Icilio Trib. pleb. primus ſine auctoritate Senatus triumphavit cū collega ſuo M. Horatio. Quamobrem Maximi cognomen adeptus eſt, quod nemini à Senatu præterquā Fabio Maximo conceſſum eſt, ut ſcribit Plutarchus. ¶ Valerius Levinus Conſul, cum Pyrrho prælio congreſſus in Lucania infœliciter pugnavit. Iterum poſtea Conſul Agrigentum adverſus Pœnos miſſus, ſuperato Hannone duce Carthaginenſium oppidum in poteſtatem recepit: Senatum ſecuti percuſſit. ¶ Alter Valerius Levinus contra Philippum Macedoniæ regem fœliciter bellum geſſit, teſte Livio lib. 29. bell. Pun. 2. ¶ Valerius Flaccus, M. Catonis familiariſſimus, eundem ex

agro

agro Tusculano ad Reipub. addiuxit, pariter & instruxit, ut ait Plutarchus. Consul eum eodem Catone circa Mediolanū, ut Livius testatur, cū Gallis & Insubribus & Baiis collaris tignis pugnavit, ubi decem millia hostium sunt cæsa. Causam multorum de abroganda lege Oppia contra collegam suum Catonem obtinuit: qua de re vide apud Livium elegantes utriusq; orationes libro 34. belli Maced. ¶ Valerius Soranus poëta, quem Cicero in libris de Orator. doctissimum togatorum appellat. Plutarchus Philosophum fuisse asserit. Pompeii jussu interfectum. ¶ Valerius Antias, antiquissimus historiæ scriptor, qui non raro à Livio, aliisq; citatur. ¶ Valerius Procilius militavit sub Cæsare in Gallia à quo etiam missus est legatus ad Ariovistum, ut est in Commentariis Cæsaris. ¶ Vagarus ad Ariovistum, ut est in Commentariis Cæsaris. ¶ Vagerius Maximus historicus, scripsit dicta ac facta memorabilia ad Tiberiū Cæsarē. Militavit sub Sexto Pompeio, ut ipse de se testatur, ubi de institutis antiquis loquitur. ¶ Valerius Flaccus, Poëta, scripsit Argonautica. Quintilianus eum suæ ætate fuisse testatur, his verbis: Multum, inquit, in Valerio Flacco nuper amisimus. ¶ Valerius Martialis, epigrammaton scriptor.

Valgius, Illustris fuit Romanus Augusti temporibus, qui de re herbaria volumen inchoavit: quod tamē morte præventus, reliquit imperfectum. Meminit ejus Plin. lib. 25. cap. 2.

Vallonia, Pars Arabiæ dea, quæ Vallibus præerat. S. Epiphanius.

Vandilicii, [Sonsten Ger. Wendenlande.] Regio Europæ Septentrionalis, à Vandalo fluvio qui regionem interfluit. A qua populi Vandali immanes, ferocissimi, qui paucis antè annis, quàm Gothi Romam caperent, Gallias invaserē: inde in Hispaniam, trajecto Pyrenæo, penetrantes, loca circa Bætim, quæ Vandalitia ab eis dicta est, occupārūt. [Ger Die Schweben oder die Lāder so vnd Anspurg.]

Vangiones, pen. corr. [hodie Wormacia, &c. Ger. Die Wōrder im Bistum Wormb oder Wormsergēw.] Populi sunt Galliæ Belgicæ Coloniæ Agrippinensi finitimi. Lucan. lib. 1. Et qui lavis irruitur Sarmata bracchis Vangiones. Meminit horum Cornelius Tacitus lib. 12. & Plin. lib. 4. cap. 17.

Vandalii, [Sive Vasi Ptolemæo, Hispaniæ citerioris populi, in conventu Cluniensi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 3.

Varius, Nomen poëtæ Tragici, Virgilii & Horatii amicissimi, unius ex iis, quibus Virgilii Æneis commissa est emendanda. Meminit ejus aliquoties Horatius in Sermonibus.

Varus Quintilius, Nobilis Romanus, qui ab Augusto Germanicæ exercitui præfectus, ab Arminio dolo circumventus est, & cum tribus legionibus interfectus. Hujus morte debet Horatius ad Virgilium scribens, lib. 1. Carm. Aliquoties ejus meminit & Maro, præsertim 8. & 9 Aeglogis.

Varus. [Ger. Ein fluß Galliæ bardē die Preving in das Ligurisch Meer.] Fluvius est Galliam Narbonensem a Liguria dividens, à torrentis alvei mæandris ita appellatus. Vide Strabon. lib. 4. ¶ Varus Persius potius pro varius: geminos horoscopo varo Produxit genitor. Est enim Persius & ex Etruscis.

Varro Gallus, Senator Romanus fuit, Ciceronis æqualis, non immerito à Quintiliano Romanorum omnium eruditissimus appellatus: ut qui plurimos, doctissimosq; scripserit libros, peritissimus linguæ Latinæ, & omnis antiquitatis, & rerū Græcarum, rationisque plus tamen scientiæ collaturus quàm eloquentiæ. Commus in Persium, Satyr. 5: Varrones dicti patres, eosq; ob causam etiam servos militum Varrones dicebant, quod atq; ibi strenuissimi. Aviarior autem vocem Varronem est, quod Baro, de qua suprà in dictione BARO.

Vascones, pen. corr. [Sonsten Vulgò Gascoin, populi citerioris Hispaniæ quæ in Gallicum & Britannicū Oceanum vergit, ad Pyrenæum positi. Hi à Metello Romanorum duce obsidi, in tantam famem compulsi sunt, ut humana carne vescerentur. Juven. Sat. 15. Vascones (ut fama est) alimentis talibus usi Produxēre animas.

Valia, onis, [Sonsten Ptolemæo, Oppidum Vocontiorū, in Gallia Narbonensi: eius meminerunt Plin. lib. 3. cap. 4. Pompon. lib. 2. & Ptolem. lib. 2. cap. 10.

Vaticanus, pen. prod. [Sonsten Ger. S. Peters Berg zu Rom.] Collis est non procul à Tiberi, supra molem Adriani, cōterminus Janiculo, in quo Petri sepulta est. Sic dictus, quod populus Romanus eo portenti vatū responso, expulsis Hetruscis, utriusque fertus. Veiis secundum Gellium lib. 16. cap. 17. à vaticiniis, quæ ibi dari solebant, vi atq; inflatu dei Vaticani. Varro scribit Vaticanō deum in eo monte fuisse, qui infantibus primam vocem daret, quæ est va: quæ prima in Vaticano syllaba est. Augustinus tamen vocat Vagitanum, tanquam infantiū vagitibus præsidentem. Prima hujus nominis syllaba semper producitur, secunda variatur, tertia semper producitur. Juven. Sat. 6: Et Vaticano fragiles de monte patellas. Horat. lib. 2. Carm. ut paterni fluminis ripæ, simul & jocosa Redderet laudes tibi Vaticani Montis imago. De Vaticano agro, colle, & deo ita ferunt Gell. lib. 16. cap. 17: Et agrum Vaticanum (inquit) & ejusdem agri deum præsidem appellatum

accepimus à vaticiniis, quæ vi atq; instinctu ejus dei, in eō agro fieri soliti essent. Sed præter hanc causam Marcus Varro in libris rerum divinarum, aliam esse tradit istius nominis rationem. Nam Sors Alius Jupiter, deus appellatus, atq; ei statua est, quæ est in infima nova via, quòd eo loco divinitus vox edita erat. Ita Varronem deus nominatus, penes quem essent vocis humanæ initia: quoniam pueri, simulatq; parti sunt, eam primam vocem edunt, quæ prima in Vaticano fyllaba est. Idcirco vagire dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis. Hactenus Gell.

Varinius, Nomen civis Romani contaminati. Fuit vitæ, & profligatissimi pudoris: qui quum adversus Sextium reum productus esset, reumq; testimonio suo lassisset, in eū Cicero, qui Sextii defensionem susceperat, tam acerbe invectus est, ut patefactis ejus flagitiis in lucem Romani populi odium pervenerit. ¶ Hinc factum est locus vulgi proverbio, ut Varinianum odium, pro capitali, & implacabili odio accipiatur. Catul. mutuere istho Odissime odio Varinio. ¶ Fuit & alter Varinius Neronis tempore, tutrinæ primum alumnus, paltea Neroniana aulæ ottentui, corpore decoro, facetiis suavibus, primò in contumelias assumptus, deinde optimi cujusq; commendatione eō usq; provectus, ut gratia, pecunia, vi nocendi, etiam malis præsaleret. Autor Tacitus lib. 15.

Vatrenius, Flavius est in agro Forocornelienti in Padum decidens, à quo & amplissimam quoddam Padi ostium Vatrenum portus appellatur. Autor Plin. lib. 3. cap. 16.

Vaunii Italiæ civitas, Venetiæ propinqua, Ptolemæo autore, lib. 3. cap. 1. Vulgò Lavino.

V ante B.

Vbii. [Ger. Die Vbier in Cōlner ergow.] Populi origine Germanicis Rhenum fluvium, in ea parte Galliæ Belgicæ, ubi est Colonia Agrippinensis. Plin. lib. 4. cap. 17. & Tacitus lib. 1. & 20.

Vbisci, Aquitaniæ populi, apud Plin. lib. 4. cap. 19.

V ante C.

Vcalegon, [Sonsten, Vnus ex Trojanis proceribus, qui belli tempore, quòd annis confectus esset, prælio abstinuit: ut refert Homerus, lib. 13. Iliad. Virgilius 2. Aeneid. Jam proximus ardet Ucalegon. Quo in loco damni nomen figurate pro ipsis ædibus posuit.

Vcenni, Gentes Alpinæ, Augusti auspiciis in Romanorum dominem redactæ: ut refert Plin. lib. 3. cap. 20.

Veia, [Sonsten, Oppidum Turdetanorum, in Hispania Bætica. Ptol. lib. 2. cap. 4.

V ante D.

Vdini, Scythiæ populi, ad Mæotidis lacus fauces incolentes. Plin. lib. 6. cap. 14.

V ante E.

Vectis, [Sonsten Ptolemæo, Insula est Britannica ad Meridiē adjacens Siculo; ab ea admodū exiguo discreta, Hantonia portuosa, quam Ptolemæus Magnum vocat: obiecta suo adversus tempestates montibus. Hodie duo habet oppida, Novum portū, & Caleshelgum. Plin. lib. 4. cap. 16. minus recte hanc insulam inter Britanniam & Hyberniam collocat.

Vectones, pen. prod. [Sonsten, Populi Hispaniæ citerioris, ab Asturibus Durio amne discreti, recte Plin. lib. 4. cap. 20.

Vedra, Fluvius in latere Meridionali Britanniæ insulæ. Ptolem. lib. 2. cap. 3. Vulgò Were.

Vegeti, apud Pomponium libri. Alii populi, Marrubiis, Cappadocibus, Comagenis, & Armenis vicini, & nullo præterea Geographorum quod sciam, commemorati.

Vegetius, Flavius Renatus, Comes Constantinopolitanus, floruit Valentiniani principis tempore. Scripsit Epitomen institutionum rei militaris, de commentariis Catonis, Augusti, Traiani, & Hadriani principū, ac Frontini. In primo libro de electione dectyronum, ex quibus locis vel quales milites probandi sunt. In quibus armorum generibus exercitus imbuendi. Secundus, veteris militiæ continet morem, ad quem peditatus instrui possit exercitus. Tertius omnia artium genera, quæ terrestri prælio sunt necessaria, exponit. Quartus universas machinas, quibus vel oppugnantur civitates, vel defendantur, enarrat: navalisq; belli præcepta subnectit. Et Raphaelis Volaterrani lib. 22.

Veii. [Sive Plutarcho. Ger. Verjetzt ist sie verstöret Stat in Hetrurien nicht fern von Rom gelegen.] Urbs fuit Hetruriæ, non procul ab urbe Roma, quam Camillus post decennalem obsidionē per cuniculos cepit. Tāta autem fuit urbis hujus claritas, tantus opportunitas, ut Romani exuta, deformataq; à Gallis urbe, Veios potissimùm delegerint, quo Romani imperii sedem transferrent: à quo incepto gravissimis Camilli contionibus egrè sunt revocati. Hujus incolæ dicti sunt Veientes, Fabiorum cæde notissimi.

Vejentanus, a, um, possessivum: Vinum Vejentanum. Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 3: Qui Vejentanū feltis portare dolens Campana solirus trulla, vappamq; profectis. ¶ Vejentana gemma.

Plin. lib. 37. cap. 10. Veientana Italica, gemma est, Veiis reperta, nigram materiam diſtinguente limite albo. Meminit hujus gemmæ & Solinus ad finem octavi capitis.

Veiŏvis, Apud Romanos inter ſiniſtra, ſeu noxia numina habebatur, quem nō auxilii alicujus ſpe venerabantur: ſed ideò tantùm, ne quid ipſis noxæ inferret. Hujus ſimulacrum effingebatur ſpicula manu tenens, eaq; minaciter intentans. Vnde quidam eundem cum Apolline eſſe putarūt, qui ſpicalis: hoc eſt, radiis ſuis multa mortalium genera immittit. Cic. 3. de Natura deorum: Quid Veiovi facies? quid Vulcano?

Vel, diſſyllabū, Libyæ oppidū in tractu Garamantū, à Cornelio Balbo in triumpho geſtarum ut refert Plin. lib. 5. cap. 5.

Velabrum. Vide in APPELL. VELVM.

Velauni, inter Alpinas gentes, Plin. commemorantur, libro 3. cap. 20.

Vēlĭa, Ἐλία Stephano, Lucaniæ oppidū, in ſinu Paſtano, conditum à Phocēſibus, anteà Ἐλέα dicta: & incolæ ipſi, Eleates. ¶ Eſt præterea Velia Romæ collis editior, in quo quum Valerius, qui poſtea Publicolà dictus eſt, domum ædificare vellet, apud plebem in ſuſpitionem venit affectatæ dominationis: quòd in editiore loco velati arcem quandā ad opprimendam libertatem conſtitueret. Quare intellecta Valerius, poſtquam plebi in cōcione ſe purgaſſet, juſſit materiam omnem ad radicem Velię transferri, domumq; illam, quam in ſummo colle inſtituerat, infimo Veliæ pede ædificavit. Vide Livium lib. 2. ab Vrbe. Hunc autem collem dictum volāt Veliam, quaſi velliam, quòd ibi paſtores lanam vellere ſoliti fuerint. ¶ Vnde Velinus adjectivum: ut Velina regio, quæ circa palatium erat.

Vēlīnus, item adjectivum, pen. prod. à Velia Lucaniæ oppido, ut Parius Velinus. Virgil. 6. Aen. - Portuq; require Velinos. Velinus lacus, Plin. lib. 3. cap. 12. & Colum. lib. 8. cap. 16.

Velĭtes, Populi Ligurię juxta Alpes, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 5.

Velĭtræ pen. corr. Βέλιτρα Stephano. Civitas inſignis Volſcorum, Octavię gentis origine nobilitata, ut in Auguſto teſtatur Suetonius. Hujus incolæ dicuntur Veliterni, qui à Romanis olim ſubacti, bona agrique parte ſunt mulctati. Scribit Dionyſius lib. 7. Veliternos adeò ſævi ſſe peſtilentiam, ut vix decima pars civium ſuperfuerit: quod damnum poſtea Romani miſſa eò colonia ſarcierunt.

Velocaſſes, Populi ſunt Galliæ Lugdunenſis ad Ligerim fluvium, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 18.

Vēlāni, Populi Alpini, D. Auguſti auſpiciis in populi Romani poteſtatem redacti, referente Plin. lib. 3. cap. 20.

Vĕnāfrum, pen. prod. Βένεφρον, Civitas Campaniæ abundans oleæ. Mart. lib. 13: Hoc tibi Campani ſudabit bacca Venafri. Horat. 2. Carm. Ode 6: viridiq; certat bacca Venafro.

Vĕnāfrānŭs, adjectivum: ut Ager Venafranus, oleum Venafranum, quod & Venafranum dicitur abſolutè. Juven. Sat. 5: Ipſe Venafrano piſcem perfundi.

Venarĭa, Inſula eſt in mari Tuſcorum: ſcribit Plin. lib. 3. cap. 6.

Venedi, Populi ſunt in Germaniæ & Sarmatiæ confinio. Tacitus de Moribus Germ.

Vĕnĕris portus, Locus eſt in Galliæ & Hiſpaniæ confinio, ubi Pyrenæi montes juxta mare deſinūt. Autor Mela lib. 2. Ptolemæus ab inſigni Veneris phano, ἀφροδίσιον, hoc eſt, Veneris templum appellat.

Vĕnĕti, pen. corr. [Ouerni. Vinitieni. Ger Die Venedyger.] Populi ſunt Italiæ, ab Henetis Paphlagoniæ populis, & Trojanis orundi, qui Troja everſa, cum magna manu Henetum duce Antenore in intimū maris Adriatici ſinū pervenerunt, pulſiſq; Euganeis, qui inter alpes & mare incolebant, eas occuparunt terras: & ubi primùm egreſſi ſunt, oppidum condiderunt, quod de nomine ſuæ ipſius partiæ appellaverunt: Trojam, Οὐένετοι. Gens autem tota aſpiratione in u conſonantem commutata, uno nomine Veneti appellati ſunt. Horum regio Venetia dicitur. Adriatico mari proxima, & à Padi fluminis oſtiis poſt Iſtriam uſq; protenſa inſignes urbes habet, Veronam, Vicentiam, Patavium & Venetias regionis totius caput. ¶ Sunt & Veneti alii ex Britonum genere, in Gallia Lugdunenſi, ad Oceanum: quorum frequens mentio eſt apud Cæſarem. Vulgò Venesi.

Vēnĕtĭæ, [Ouenia. Vineria. Vinegia. Ger Venedig.] Civitas inſignis in mari Adriatico, quam Veneti incolunt, quæ anno à natali Chriſti quingentesimoquarto ſupra quadringentesimum cōdita fuit, quo anno Attila rex Hunnorum Aquileiam evertit. Cuspin.

Vĕnĕtus, a, um, pen. cor. Quod è Venetiis eſt, Οὐένετος, ut Venetus color, qui (ut ait Vegetius) cæruleus eſt. & marinis fluctibus ſimilis. [Gall. Blew, de couleur bleue. Ital. Color marino. Ger Saumeblauw. Sarb Hiſp. Color de la mar, verde è pardo. Pol. Modrawy ſiwy. Vng Vilmoczin. Ang. Sea colour.] A quo colore aurigarum factio una in curulibus certaminibus Veneta nominabatur. Et qui eo colore incubebat, Venetianus dicebatur. Veget. lib. 4. de Remilit. ſcribit exploratores in mari veſte Veneta eſſe induendos: & vela navium exploratoriarum colore Veneto eſſe tingenda, ut ſimilitudine coloris marini facilius lateant, hoſtiles q; oculos fallant. Hic color etiam Thaleſi quid eſt, marinus dicitur, Græci enim θάλατταν mare appellant. Vide ea quæ ſupra annotavimus in dictione VENEVS.

Vĕnĭlĭa Nympha, uxor fuit Fauni, & ſoror Amatæ Latini regis conjugis, mater Turni. Virg. 10. Aen. Cui Pilumnus avus, cui diva Venilia mater, &c. ¶ Veniliam item antiqui Neptuni conjugem appellarūt, à veniendo, inquit Varro lib. 4. de Ling. Lat. quam eandem & Salaciam appellaverūt, ad naturam minarum maris reſpicientes, cujus fluctus modò ad terram veniunt, modò in ſalum abeunt. Meminit hujus & Auguſtinus lib. 7. de Civit. Dei.

Venonĭus, Hiſtoricus Romanus, cujus meminit Cic. in Epiſt. ad Atticum, conqueriens ſe ejus hiſtoriam non habere. Et iterum lib. 1. de Legib. ubi cum inter nudos & exules ſumptores receſſet. Nam (inquit) poſt Annales Pontificum maximorum, quibus nihil poteſt eſſe nudius, ſi aut ad Fabium, aut ad eum, qui tot ſemper in ore eſt, Catonem, ſi aut ad Piſonem, aut ad Fannium, aut ad Venonii venias quanquam ex his alius alio plus habet virium, tamen quid tam exile, quàm iſti omnes?

Vĕnŭlus, apud Virgil. lib. 8. & 11. Aeneid. Nomen eſt unius ex Latinorum proceribus, qui in magnam Græciam legatus miſſus, ut Diomedem in bella ſociorum aſciſceret, re infecta redit.

Vĕnus, Veneris, [Ger. Die Göttin der Hurtſchafft: Schöne vnd alter Weiber.] Ab antiquis, amorum, gratiarum, pulchritudinis, deliciarū, voluptatumq; omnium habita eſt dea: ita dicta à veniendo, quòd ad omnes res veniat, ut autor eſt Cic. 2. de Nat. deor. ἀφρογένεια καὶ φιλομμηδὴς. Hanc Poëtæ ex ſpuma maris, & Cœli teſticulis natam fabulantur, à Saturno exciſis, & in mare projectis: unde & ἀφροδίτη ἀπὸ τῶν ἀφρῶν: hoc eſt, à maris ſpuma, Aphroditem appellarunt. ¶ Eſt item Venus, una errantium ſtellarum, inter Solis & Mercurii ſphæras ſita, quæ φωσφόρος & Græce, Lucifer Latinè dicitur, quum antegreditur Solem: quæ autem conſequitur, ἕσπερος, Veſper, & Veſpugo. ¶ Ponitur etiā Venus pro libidine, & re ipſa veneria, quā & Græci ἀφροδισιασμὸν dicunt. Terent. in Eunuch. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Senec. Quòd in venerem proniores eſſent. Virgil. 2. Georg. Frigidus in venerem ſenior fruſtraq; laborat longarum trahit. Plin. lib. 24. cap. 9: Ad venerem impetus inhibent. Ovid. 1. de Arte: Nos veneri tutam, conceſſaq; furta canemus. ¶ Interdum pro pulchritudine, venuſtate, ornatu, elegantia. Ἀφροδισιασμὸς γαμικὸς καὶ γαμοποιός. Quint. lib. 6. cap. 4: Quod cum gratia quādam & venere dicitur. Idem libro 10. capite 1: Horatius omnes dicendi veneres ſecutus eſt. ¶ Eſt præterea Venus talorum jactus venerius, & quatuor conſurgens talis, diverſam faciem oſtendentibus. Sueton. in Auguſt. cap. 71: Talis eum jactaſſet, ut quiſq; eandem auſcionem miſerat, in ſingulos talos ſingulos denarios in medium conferebat quos tollebat univerſos, qui Venerem jecerat. Venerum quatuor meminit Cicer. lib. 3. de Nat. deor. cujus verba ſunt: Venus prima Cœlo, & Die nata, cujus Elide delubrum videmus. Altera ſpuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem ſecundum natum accipimus. Tertia Jove nata, & Junone, quæ nupſit Vulcano, ſed ex ea & Marte natus Anteros dicitur. Quarta Syria, Cyroque concepta, quę Aſſarte vocatur, quā Adonidi nuptiſſe proditum eſt. Hæc ille.

Vĕnĕrĕus, a, um, ſive Venerius, Quod ad Venerem pertinet, ἀφροδίσιος: ut Veneræ voluptates, Venerea res. Plinius lib. 24. cap. 9: At veneræ rei impetus inhibent. Venereus homo, Veneri conſeratus. Cicero pro Cluent. Quumq; item, ut in Sicilia permulti Venerei ſunt, ſic illi Latini in Martis familia numerarentur.

Vĕnĕrĭus, profalac. & Veneri dedito, ἀφροδισιακὸς, libidinoſus. Gell. lib. 9. cap. 4: Delphinos Venerios eſſe & amaſios nō modò hiſtoriæ veteres, ſed recentes quoq; memoriæ declarāt.

Vĕnŭſĭa, ſiæ, Οὐενουσία Ptolemæo, Oppidum Appuloram Dauniorum, non procul à finibus Lucaniæ, patriæ Horatii Poëtæ, qui ab eo dictus eſt Venuſinus. Meminit hujus oppidi Plin. lib. 3. cap. 11.

Vĕrbānŭs, hujus verbani, [Vulgò Lago maggior. Ger Der lang See on den Schweitzer ligt.] Lacus Cisalpinæ Galliæ, Ticinum ex Alpibus defluentem accipiēs, & eundem in Padum tranſmittens. Nunc lacum majorem appellant. Plinius lib. 9. cap. 18. Duo lacus Italiæ in radicibus alpiū, Larius & Verbanus appellantur, in quibus piſces omnibus annis Vergiliarū ortu exiliunt, ſquamis conſpicui crebris, atq; præcuris, clavorum caliganum effigie, nec amplius quàm circa eum menſem vi ſuntur.

Vercĕllæ, [Bipont. Ger. Vercell.] Vrbs Tranſpadanæ Italiæ, quam Plin. lib. 3. cap. 17. in undecima regione Italiæ collocat, non procul à Taurinis. Vulgò Verseil.

Vergiliæ.

Vergiliæ, [כימה *chimâ*. *στοιβάς*. Ger. Ein gefitn in Gleich/ mitt die Glucken/ oder Glucchennen genañt.] Septem sunt stellæ in genu Tauri ità dictæ quòd circa æquinoctium vernum matutino tempore oriantur. Virgil. 1 Georg. Navita tum stellis numeros, & nomina fecit Pleiades, Hyades claramq; Lycaonis arctos. Vide de his plura in dictione PLEIADES.

Vergilius Maro, [*Μαρὼν*. Ger. Der fürnembste Lateinisch Poet von Mantua bürtig.] Eustathio in Catal. apud Homerũ, Latinorum poëtarum præstantissimus, ex æquo propemodum certans cum Homero: cujus vita latissimè describitur ab Aelio Donato, & Petro Crinito. Sunt qui Virgilius scribere malunt per tertiam vocalem in prima sylaba: de cujus orthographiæ ratione nonnihil disseremus infrà in dictione VIRGILIVS.

Vero, *Βήρων*, Fluvius Celtiberiæ, à quo populi Verones, *Βήρωνες*, dicti sunt, circa eum habitantes. Meminit hujus fluvii Martialis Epigram. 88, ad Licinium.

Veromandui. [Ger. Vermandois / oder Böhme in Picardey.] Populi inter Belgas, quos recenset Plin. lib. 4. cap. 17.

Verona, *Βήρωνα*. Ger. Dietrichs Bern in Lamparten.] Civitas Venetiæ, à Gallis condita, Duce Brenno: à quo Brenona primò: deinde mutatis literis, Verona dicta est, ut Iustinus lib. 20. refert. Hi enim qui novas sedes quærere ob intestinas discordias, & assiduas dissensiones cogerentur, in Italiam venêrei expulsi, inde cultoribus, Mediolanum, Comum, Brixiam, Bergomum, Tridentum, Vicentiam condidêrunt. Veronam alluit Athesis fluvius amœnissimus, qui ex Tridentinis Alpibus ortus, non longè à folla Clodia Padum miscetur. Ex hac urbe præstantes viri orti fuerant, Catullus, Aemylius, & Macer Poëta: & (ut nonnulli putant) Plinius & Cuarinus orator, & Pontifex sanctitate clarus.

Vernã, ara fuit Romæ, ad quam orabant, ne Agrippæ nascerentur.

Verres, Nomen civis Romani fuit, qui quòd Siciliam in Prætura avarè, libidinosq; administrasset, à Siculis repetundarũ postulatus est. Ciceroneq; accusante damnatus. Extant etiam hodie Actiones Ciceronis in Verrem, quæ solæ exposcis illis accusationibus ad nos pervenerunt.

Vertumnis, Etruriæ deus, ut inquit Varro lib. 4. de Ling. Latina, à Tuscis, qui duce Cocle Romam migrabant, Romam deductus, eamq; ob causam in vico Tusco stetit. Dictus autẽ Vertumnus quòd in omnes formas sese transfiguraret. Hic Pomonã Nymphan ferunt adamasse: & ut ejus saltem cõspectu frui liceret, in mullas non formas sese transmutasse. Quæ de re vide Ovid. lib. 14 Metam. Acron in illud Hor. li. 2. Serm. Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis. Vertumnũ ait esse Deum humanarum cogitationũ præsidem: ideoq; multiformem fingi & inconstantem, quemadmodũ & illæ variæ sunt & mutabiles. Iniquo autem Vertumno natos esse interpretatur qui cogitationes suas regere nõ possunt. Tiberius Donatus Vertumnum dicendum existimat, quemadmodũ & Portunum: quem ideirco coli arbitratur, ut res institutæ, ad quem destinatæ sunt finẽ perducantur. Sæpè enim malè cedit, quod vel optimè est institutum, quemadmodũ gladius ille, qui regiæ donо datus fuit ab Acrota, necis ipsi conficiendæ fuit instrumentum. Nec desunt, qui inde Vertumnum dictum putant, quòd lacum Curtium in Tiberim averterit. Quam opinionem tangit & Ovid. lib 6. Fastorum.

Vertumnalia, sive Vertumnalia, Vertumni festa, quæ fiebãt mense Octobri.

Vertobriga, Celtiberorum oppidũ est in Hispania Bætica, conventus Cordobensis. Auctor Plin. lib 3. cap. 1.

Vertumnus, Vide VERTIO in APPELL.

Verulani, Populi sunt Italiæ, Tiburtinis & Velliternis vicini, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 5.

Veses Plinio, *Βέσσης* Ptolemæo, Oppidum mediterraneũ Turdulorũ, in Hispania Bætica, alio nomine Faventia. Vide Plin. lib. 3. cap. 1 & Ptolem. lib. 2. cap. 4.

Vesevius, pen. prod. qui & Vesovius. [Vulgò Mont di Somme. Ger. Ein Berg nicht fern von Neapolis / so flücht von Feuwriger materi bewegt.] Mons est Campaniæ, Nolæ vicinus, agros habẽs ratione fertilitatis, præterquam in solo sacumine, ubi planitiem habet magnam, fructum omnino nullum ferentem, terræ cinerulentæ facie, rupibusq; exesis, non indubitate veteris incendii indicia ostendentem. Conflat enim sæpiùs arsisse, nunquam tamen vehementiùs, quàm imperante Tito, quo tempore erumpens ex eo ignis, & vicinas regiones latissimè populatus est: & Plinium Naturalis historiæ scriptorem qui cognoscendi cupiditate eò se contulerat, fumo, flammisq; enecavit: qua de re vide Epistolam Plinii Iunioris ad Cornelium Tacitum, quæ Naturalis Historiæ hodie est præfixa. Montis hujus meminit Virg. 7. Aen. & vicina Vesevo Orotrago. Fallitur autem Servius, qui Vesevum diversum esse putat à Vesuvio, atq; illum quidem in Liguria, hunc in Campania situm esse. Constat enim celebertimorum scriptorum testimoniis, Ligusticum illum montem, Velulum, non Vesevum esse appellatum: de quo profectò non sensit Virgilius, qui non Ligures, sed Campaniæ populos, qui Turno adversus Aeneam suppetias tulerant, susceperat enumerandos. Quid enim impertius à Poëta deciperetur, quàm si Clanio fluvio, Acerris, Capuæ, reliquisq; Campaniæ locis repente Ligurię montem miscuisset?

Vespasianus, Prænomine Flavius, decimus Romanorum Imperator, multis insignis virtutibus, sed quas omnes uno avaritiæ crimine fœdatit. ¶ Titus Vespasianus, Flavii filius, & in imperio successor fuit, omnibus omnium ordinũ hominibus adeò charus, ut Amor mundi, & Deliciæ humani generis cognominaretur: utriusque vitam videtarius, apud Tranquillum.

Vesper, vide VESPER in APPELL.

Velperies Hispaniæ citerioris oppidum, in tractu Vardalorũ, ut scribit Plin. lib. 4 cap. 20.

Vestia, oppida mulier Atellana, Capuæ habitans, quæ quondam quæstum corpore faciebat, ut cit apud Livium lib. 6, secundi belli Punici.

Vestã, Saturni filia ex Ope, quæ & pro terra quandoq; sumitur, eò quòd rebus omnibus terra vestiatur, seu quia vi sua sterilia. Ovid. lib. 6 Fast. Stat xi terra sua: vi stando Vesta vocatur. Nec desunt qui *ἀπὸ τοῦ ἑστάναι* nomen hoc deductũ velint, aspiratione jam consonantẽ mutata: ut, Venetus, pro Henetus: Velia pro Helia. Cui sententiæ subscribit & Cicero lib. 1. de Natura deorum. Vestæ (*ἑστίας*) nomen sumptum est à Græcis. Ea est enim, quæ ab illis *ἑστία* dicitur, vis, quæ ad aras & focos pertinet. ¶ Interdum ponitur pro igne. [*ΩΝομάζ.*] Ovidius 6 Fastorum: Nec tu aliud Vestam, quàm vivam intellige flammam, Nataq; de flamma corpora nulla vides. Iure igitur virgo est, quæ semina nulla remittit. Veteres autẽ duas esse Vestas affirmabant. Unam, Saturni matrem: alteram, ejus filiam, de qua Ovidius sexto Fastorum: Ex Ope Junonem memorant, Cereremq, creatas Semine Saturni tertia, Vesta fuit. Confundunt tamen has Poëtæ, alteram pro altera ponentes. Id tamen observandum est, quum Vestam pro Terra accipiũt, de matre Saturni id esse intelligendum: quando verò virginem nominant, de filia ejus esse intelligendum, quam ignem esse voluêre. Hanc unam ex diis penatibus esse volunt, quos Aeneas in Italiam advexit, Virgil. lib. 2. Aeneidos: Sacraq; & manibus victas, Vestamq; potentem, Aeternũq; adytis effert penetralibus ignem. Cui sententiæ non obscurè adstipulatur & Livius, quum Vestæ sacra vetustissima esse asserit, & ab Albanis accepta: a Numa autem Pompilio primùm Romæ institutа, multisq; cæremoniis venerabiliora effecta. ¶ Primos enim illi sacerdotes ei sacravit, & pendroq; publico donavit, perpetuaq; virginitate, aliisq; cæremoniis venerabiliores effecit. Harum potissima cura erat, ut ignem perpetuum conservarent: quia si fortè per negligentiam fuisset extinctus, nequaquam alio ex igni reparare fas erat, sed accensa per fomites ex sole flamma purus & cœlestis ignis elicitabatur. Porrò virgo Vestalis legebatur intra annum sextum suæ ætatis, & decimũ & trigintа annos oportebat eam manere virginem, postea nubere licebat. Quòd si interim fortè sanctũ committeret, viva defodiebatur.

Vestales virgines, Quæ vestæ sacris, perpetuiq; ignis custodiæ erant dictæ, à Numa Pompilio primùm institutæ, ut est autor Liv. lib. 1 ab Urbe, *condita*, Cic. 3. de Leg. Virgines Vestales in urbe custodiunto ignem foci publici sempiternum.

Veterni, *Οὐέτερνοι*, Populi Italiæ inter Picenos, Samnitesq; quorũ meminit Plin. lib. 3. cap. 5 & 12. Apud hos olim laudatissimi fiebant calci. Mart. lib 13. Si sine carne voles jentacula sumere frugi, Hæc tibi Vestino de grege malla venit.

Vetulus, pen. corr. [*Βιούλων*. Ger. Ein Berg in Ligurien, an welchem jr Wasser sich in 2 Flüß zertheilet.] Mons Liguriæ juxta Alpes, inter cæteros clarissimus, ex cujus radicibus Padus erũpit, esse Plin. lib. 3 cap. 16. Virg. 10. Aen. Ac veluti ille canum morsu de montibus altis Actus aper, multos Vetulus quos pinifer annos Defendit.

Vesuvius, Vide VESEVUS.

Vetonicã, pen. prod. Hispaniæ citerioris populi, inter Tagum & Durium amnes fitj, Carpetanis ad Occasum proximi: quibus herba nobilissima, quam Graeci *βήτονικην* vocant, Vetonicæ sive Betonicæ nomen accepit. Vide Plin. l. 2. cap. 3, & l. 25. cap. 20, & 22, & lib. 25. cap. 8. Nonnulli etiam Vettones vocant geminato t, quidam etiam Vettones: ut apud Lucan. lib 4. Vettonesq; leves, &c.

Veruluni um, *Οὐερουλάνιον* Ptolemæo, sive Verulonia, Verulanæ, Urbium Hetruriæ, quam Maroni eam obtinuerunt, caput: cujus meminit Silius lib 8: Maroniæq; decus quondam Veruloniа gentis. Plin. libro 2. cap. 103. Verulanios appellat Patavinorum (*ἀφωνῶν*) aquis calidis herbæ innatantium vicen-

res. Pisanorum ranæ, ad Vetulonios in Hetruriã, non procul à mari pisces.

Vetuloniẽses populi, Vetuloniam incolentes, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

V ante F.

Vfens, Vulgò Fanis, Fluvius citra juxta Terracinam, teste Plin. lib. 3. cap. 5. qui lub terræ Pontinas paludes, qua etiam Vfentum à quibusdam dicitur. Virg. lib. 7. Aen. gelidusq; per imas Quæsit iter valles, atq; in mare volvitur Vfens. ¶ Vfens præterea Aequicolarum dux fuit, qui quum Turno adversus Aeneam tot opes ferret, à Gya Troiano est interfectus, de quo Virg. lib. 7. & 10. Aen.

Vfentinus, adjectivum, Vfentina tribus. Liv. 9. ab Vrbe: Duæ Romæ additæ tribus, Vfentina, ac Falerina.

V ante I.

Via, Fluvius Gallæcorum Lucensium, in citeriori Hispania, nõ procul ab Orubio promontorio in Oceanum Occidentalem sese exonerans. Autores Ptolemæus lib. 2. cap. 6. & Pomponius lib. 3.

Vienã, Norici urbs, apud Plin. lib. 3. cap. 24. Hermolaus eandem putat cum Vienna Austriæ, omnibus quas Danubius fluit, urbibus, & ædificiorum splendore, & agri ubertate præferenda.

Vibius Virius, Civis Capuæ fuit potentissimus, primusq; defectionis ad Annibalem autor, qui jam attenuatis Pœnorum viribus, quòd Capuam à Fulvio obsessi deditionem pararent, acceptus gratis Senatoribus domum deductus est: quibus convivia adhibens, qui quinam maximi virium inaugurationem mentis omnem ad imminentis mali tenuis alienassent, post mutuos complexus omnes veneno peremerunt. Vide Livium lib. 6. Decad. 3.

Vibo, vibonis, Oppidum Locrorum in Brutiis, jam nunc paternum à Romanis, quum antea Hippon appellaretur, ἀπὸ τοῦ ἵππου Strabone. Vide Strabonem lib. 6. & Plin. lib. 3. cap. 5.

Vincentia, Vicentiæ, Venetiæ oppidũ, non procul à Patavio: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 19.

Victor, Viri nomen.

Victoria, Vrbs Hispaniæ, Ptolem. Carpetanica.

Vienna, Viennæ, [Ger. Wienn in Oesterreich.] Austriæ Metropolis est omnium urbium, quæ ad Danubium sitæ sunt, & ædificiorum splendore, & facultatum copia clarissima, munitissimoq; Germaniæ, atq; adeò totius orbis Christiani adversus Tartarorum irruptiones propugnaculum. Hanc Plinius libro 3. capite 24. Vindam appellat, ut annotavit Hermolaus. ¶ Est præterea Vienna Allobrogum civitas ad Rhodanũ fluvium, olim clarissima, ubi etiam ad hodiernũ paria antiquæ nobilitatis extant monumenta. [Gall. Vienne. Ger. Wienn an der Rodan vnder Lyon.] Meminit hujus idem Plin. libro 3. cap. 4.

Viminalis collis, unus ex septem urbis Romanæ collibus, in tertia urbis regione situs dictus à vimineum sylva in eo enata: unde & Iovi Viminio, cujus ibidem ara erat, nomen indutum ut est autor Varro lib. 4. de Ling. Lat. ¶ Viminalis porta, Romæ fuit inter Salutarem & Exquilinam: ita dicta quòd per eam in agrum Nomentanum esse fertur.

Vindelicia, [Vindelicien. Ger. Die Landschafft zwischen dem Lech/ Isar/ Donau vnd den Hochgebirg/ die Augspurger.] Regio Germaniæ continua, Rhætiam habens ab Occasu, & Noricũ ab oriente. Eam Lycus amnis discriminat à Rhetia: Aenus à Norico: à Septentrione Danubio terminatur, à Meridie Alpibus supra Italiam extensis. Ejus civitas insignis est Augusta Vindelicorum. Vulgò Augspurg: cujus meminit Ptolemæus libro 2. capite 13.

Vindelici, [Vindelicier. Ptolemæo. Ger. Vindelicier.] Vindeliciæ incolæ, hodie Germanis annumerati. Horatius:

Videre Rheti bella sub Alpibus
Drusum gerentem, & Vindelici.

Vindemiator, Vide in APELL.

Vindius, Hispaniæ Tarraconensis insignis mons, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6.

Vinetum, ἐνετὸν, Oppidum est in Alpibus litoreis, apud Ptolemæum lib. 3. cap. 1.

Vion Valentia, Apulorum urbs, autore Ptol. lib. 3. cap. 1. hodie Bivona, Hippo. Plin. lege VIBO.

Virbius, Idem qui Hippolytus, Thesei & Hippolytæ Amazonis filius, qui quum à Phædra noverca per calumniam apud patrem delatus esset, quòd ipsi stuprum inferre voluisset, patris iram ventus, conscenso curru fugã arripuisset, quumq; juxta maris litus pervenisset, incussu à Neptuno pavore, equi consternati, implicatum habenis Hippolytum dilacerarũt. Cujus vicem miserata Diana, ad vitam eum revocavit, & in Antemo nemore collocavit, pro Hippolyto Virbium appellavit, quasi bis virum. Ovid. 15. Metam.

Tum ubi ne præfecta augeret munera lujus
Invidiam, densas objecit Cynthia nubes:
Vtq; foret tutus, posseq; impune videri,
Addidit ærarem, nec cognoscenda reliquit
Quamdiu Coreneq; diu dubitavit habendum
Traderet, an Delon Delo, Cretæq; relictis,
Hic posset comites, simul, quod posset equorum
Admonuisse, jubet deponere. Quæq; fusis
Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius esto.

Virdubesca, ἡ Βίρδουβα, Hispaniæ citerioris civitas, in tractu Antrigonem, qui suos populi Cantabris ad Ortum proximi. Autor Ptolemæus libro 2. cap. 6. Plin. lib. 3. cap. 3. Virovesca nominat.

Virgao, Hispaniæ Bæticæ civitas, inter Bætim & Oceanũ, alio nomine Alba dicta. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

Virgi. Pomponio teste, Oppidũ in finibus Hispaniæ Bæticæ, à quo proximus sinus Virgitanus dicitur, quem Plinius Baticæ & Tarraconensis terminum facit. lib. 3. cap. 1.

Virgilius, [Ἀμφίλοχος, ἐργάλιος. Ger. Der fürnemste Lateinische Poet von Mantua bürtig.] Mantuanus Poeta celeberrimus. Matre, Majaq; natus, qui primum apud Latinos inter Poetas obtinet locum. Homerumq; Græcorũ Poetarum principem, si non exequat, non longo certe sequitur intervallo. De nominis hujus scriptura diversi diversa tenent: alii priorem ejus syllabam secunda vocali, alii tertia scribentibus. Quorum utique fuis quibusdam nitatur rationibus. Minutianus Apuleius, vetustus Grammaticus, à virgis, inter quas natus sit, Virgilium dictum putat ideoq; peri, non per e scribendum præcipit. Cui scripturæ Donatus quoq; non obscure assipulatur, quum in vita ejus tradit, à virga nomen accepisse, quam mater ejus ea nocte, quæ partum antecessit, in somnis libi vita est parere tanta altitudine assurgentem, ut cœlum contingeret. Discessu fulfragatur & Calvisius: si vates cui virga cecidit memorabile nomen Laurea. In eadem sententia fuit & Priscianus. In Græcis quoq; codicibus (si id quippiam ad rem faciat) scriptum legimus Βέργιλος. Alii, & in primis Pulmonius, à Vergiliasum fydere nomen hoc deducunt: ideoq; per i secundam vocalem scribere malunt. Quam sententiam vetustorum aliquot marmorum testimonio confirmant. Quibus illud accedit, quòd apud Eustathium quoq; in navium Catalogum, & apud Suidam Βεργίλιος legatur. Vide hæc de re prolixiorem disputationem in Annotationibus Pierii in Virgilium.

Virgilianus, adjectivum ut, Virgiliana virtus, apud Plinium in Præfat. lib. 9. Quintil. lib. 1. cap. 3: Habendumq; in animo semper illud Virgilianum.

Viriatus βιριάθος, Lusitanorũ ducis nomen fuit, callidi ratis acerrimæ viri, quippe qui ex venatore latro, ex latrone subito dux atq; Imperator factus, universam Lusitaniam occupavit. M. Vetutium prætorẽ fuso ejus exercitu, cepit. Post Cn. Plancius Prætor nihilo fœliciùs rem cum eo gessit. tantumq; terrorem hostibus hic Romanis intulit, ut adversus eum Consulari opus esset duce & exercitu. Decimq; à proditoribus consilio Cepionis interemptus est, & multum ploratus, tumulatusq; nobilissimè. Autor Livii abbreviator Florus.

Viræ quercus tenuissimæ. Festus inquit, putantur esse Nymphæ præsidentes quercetо crescenti: quod fuit in Elpathna regione urbis, ut autor est Varr. lib. 4. de Ling. Lat. Scaliger, Virgæ quercus tenuissimas nihil aliud esse putat, quàm quæ Græcè ῥάμνοι, ῥάμνοι δρύϊδες dicuntur.

Viritium, autore Ptolem. lib. 2. cap. 11. Germaniæ Vrbs: Vulgò Greifswalden.

Virveica, Ptol. lib. 2. cap. 6. in antiquo codice Virdubesca, Hispaniæ Vrbs: Vulgò Berviesca.

Virutium ἠϊρούτιον, Oppidũ Germaniæ in climate Septentrionali, apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 11.

Visontium, ἐισόντιον, Pelendonum oppidum in Hispania Tarraconensi. Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Vistula, qui & Visula, & Istula. [Vulgò Weisel. Ger. Die Weisel.] Nobilis Europæ fluvius, in Carpatho monte natus, Germaniamq; dirimens à Sarmatia, & tandem ostio uno prægrandi juxta Dantiscum urbem in sinum Condanũ illabens. Vide Ptolemæum Tab. 3. Europæ. A Plin. lib. 4. cap. 13. Vistula appellatur. Vide Vadianum in librum 3. Pomponii Melæ.

Visula, Vide VISTVLA.

Visurgis, Fluvius est Germaniæ, non procul à Cheruscis nascens, Brunsvicensem agrum irrigat, tandemq; Bremam urbẽ præterlapsus, paucis citra Albis ostium pass. millibus, in Germanicum Oceanum sese evolvit. Accola hodie Vueserum appellant. [Ger. Die Weser.] Vide Annotationes Vadiani in librum tertium Pomponii Melæ.

Vitalius βιτάλιος, substant. proprium nomen est.

Vitella, βιτέλλα, Oppidum Italiæ. Vide Vitellinus gentile. Stephan.

Vitellius, βιτέλλιος. Nonus Romanorum imperator fuit, ventri, gulæq; addictissimus, qui superato apud Bedriacũ Othone, impe-

ne, imperium arripuit: quod non multò pòst deficientibus ad Vespasianum militibus, anùm cum vita exuit. Reliquam ejus vitam pete ex Suetonio.

Vitularor. Vide in APPELL.

Vitruvius. Architectus Veronensis, cujus opera etiam hodie omnium manibus teruntur, vastas in linguas transfata.

Vitumnus. Antiquis deus erat, qui credebatur viram largiri ut Servius scribit. Cael. Rhod. lib. 25. cap. 30.

Vitus, ὁ ἀνὴρ, Apollinis cognomen apud Milesios: quòd is sanitatis autor putaretur. Nam ἰᾶσθαι, sanare, usurpatur pro ὑγιάζειν, hoc est, redè valere: ut annotavit Ioannes Grammaticus. Vide & ἰὰς, dea parat cicatrices, quòd sint notæ persanatorum vulnerum. Vide Macrob. lib. 1. Satur.

Vlpianus. Iurisconsultus, patria Tyrius, Adriani temporibus floruit, cujus scriptis præfert. Hic quum Gallias administraret, seditione oborta interfectus est.

Vlubræ, arum. Ignobilis Italiæ vicus juxta Velitras, nulla alia re quàm quòd in eo locatus fuerit Augustus, memoratu abhinc annotavit Porphyrio in illud Horat. lib. 1. Epist. quod petis, hic est, Est Vlubris, animus si te non deficit æquus.

Vlysses, ἰ, Laërtæ filius, à quo Laërtius cognominatus etiam rex Ithacæ & Dulichii insularum, à quibus modò Ithacus, modò Dulichius appellatur. Fingitur ab Homero virtutibus præditus facundia, nec minore experientia, vafer consilio, egregius bello, laborum patientissimus. Vxorem habuit Penelopen Icarii filiam, ex qua Telemachum filium suscepit: eamq; tantopere adamavit, ut reliquis Græcorum principibus ad bellum Trojanum proficiscentibus, ipse insaniam simulaverit: furorem sperans ut tanquam bello inutilis domi relinqueretur. Iunctis itaq; duobus diversi generis animalibus, bovem & equum, sulcabat, & frugum loco salem serebat. Palamedem tamen virum prudentissimum latère non potuit: qui ut tectorum ejus detegeret, arantis Telemachum filium in sulco objecit: quod Vlysses conspicatus, ne filium lederet, aratrum sublevavit. Quo argumento facilè deprehensum est, non veram illam, sed simulatam esse insaniam. Pertractus itaque ad Trojam, strenuam, utilissimamq; eo in bello Græcis operam navavit. Nam & Achillem inter Lycomedis regis filias virginali habitu latitantem, ad bellum produxit: & sagittas Herculis à Philoctete impetratas, ad Trojam pertulit: Cinerem quoque Laomedontis, qui super Scæa porta Ilii servabatur, clàm subtulit. Palladium quoq; unà cum Diomede ex Troja ejus custodibus, raptum. Missus deinde explorator tum eodem Diomede, Rhœso Thraciæ rege occiso, equos ejus abduxit, priusquam Xanthi aquam degustassent. Erant autem hæc omnia in Trojanorum fatis: sine quibus Troja expugnari non poterat. Cum Palamede frumentationis causa gravissimas inimicitias exercuit: eumque tandem per calumniam circumventum, lapidibus obruendum curavit. Occiso Achille in armorum ejus judicio Ajaci prælatus est. Capta autem Troja, Oresi chium Idomenei Cretensis regis filium, obstantem ne legitima pars prædæ sibi decideretur, exorta rixa interemit. Denique Polyxena ad Achillis tumulum jugulata, atque Astyanacte Hectoris filio è turri præcipitato, quum navem conscendisset, tanquam in patriam rediturus, gravi exorta tempestate, primùm in Cicomi urbis appulsus est. Atq; inde rursus solvens, simili tempestate ejectus in Africam, ad Lotophagorum gentem pervenit. Ubi quum socii lotum gustassent, egrè inde potuerunt revelli. Inde rursus vela faciens, in Siciliam delatus est: ubi Polyphemi antrum cum duodecim sociis intravit, ex quibus quum Cyclops sex devorasset, cruento illiculo præsto lapide, pellibus arietum involutus, cum superstitibus antrum evasit. Hinc in Aeoliam navigans, ab Aeolo ventos in utrem coactos obtinuit. Et quum jam Ithacæ proximus esset, soluto utre à sociis thesaurum credentibus, reflante vento denuò in Aeoliam expulsus est: sed ab Aeolo abactus, devenit ad Læstrygonas, quos ob immanitatem fugiens, ad Circen pervenit: quę quum exploratores ejus in beluas mutasset, ipse sumpto à Mercurio pharmaco accessit impavidus, & stricto gladio eam coëgit, ut socios in pristinæ formæ restitueret: quod quum fecisset, ejus postea consuetudine usus per totum annum, suscepit ex ea Telegonum filium: Hesiodus verò Agrium & Latinum ex Circe genuisse dicit. Aegrè deinde ab ea dimissus, ad Oceanum pervenit, ubi peractis sacris, ad inferos descendit, inq; ex Anticlea matre, Elpenore, & Tiresia vate de multis certior factus, revertitur ad Circen: & Elpenore socium, qui nuper inebriatus de scalis decidérat, honorifica prosequitur sepultura. Postliinc ad insulam Siremum delatus est, quarum cantus ne audiret, socios auribus cera obturavit: se autem ad malum alligari fecit, eaq; ratione illarum insidias tutus evasit. Inde Scyllam transiens & Charybdin, non sine maximo periculo in Siciliam venit, ad ea loca ubi Phaëthusa Solis filia cum duabus sororibus greges patris pascebat, jussitq; nequis eos violaret: sed ipso dormiente socii fame coacti, fraudente etiam Eurylocho plura ex gregibus animalia mactaverunt: quod lecti postea naufragio luerunt, adeò ut unus quidem sit servatus, præter unũ Vlyssem, qui arrepto navis malo novẽ diebus à vento & undis hinc illinc agitatus, tandem ad Ogygiam insulam appulsus à Calypsone nympha susceptus est: septemq; annis ejus consuetudine usus. Naufithoum & Nausinoum filios, ut Hesiodo placet, ex ea genuit. Posthæc misertus ejus Iupiter, Mercurio in Ogygiam misso, imperat deæ ut Vlyssem missum faciat. Confectata pratte, Vlysses rursus mari se committit. Verùm quum jam Phæacis in conspectu esset, subitò immissa à Neptuno tempestate, navim fregit: achumq; de eo omnino fuisset, nisi ejus misertæ Leucothoë, tabulam ei suppeditasset, cui ille innatans, incolumis in Phæacensium portum adnavigavit: ibidemq; quòd nudus esset, inter frondes ficti occultavit. Verùm non multò post à Nausicaa filia Alcinoi reperitus, vestes accepit. Deinde Palladis opera ad Arteen Alcinoi conjugem deductus, dona, naves & socios accepit, quibus eum in Ithacam redusère, in qua dormientem cum donis deposuère. Excitatus autem à Pallade, ipsius monitu habitum mendici accepit, & hoc modo ad suos subulcos pervenit: apud quos Telemachum quoq; vidit. Demum ab Eumæo porcario incognitus domum ductus, ubi post multas injurias sibi à procis illatas, tandem ab Euricleæ nutrice agnitus, unà ex compacto cum filio & duobus subulcis, quibus se indicavit, adversus procos fumens, eos ad unum omnes trucidavit: atq; sic Penelopen recepit. Porrò quum ex oraculo edidicisset, de à filio interemptum iri: in locis abditis vivere decrevit. Telegonus autem filius ex Circe susceptus, patrem suum videre cupiens, Ithacam profectus est, ubi quum incognitus à domo patris prohiberetur, orta contentione patrem incognitum spina venenosi trigonis pisces mactantis. Declinatur & Vlyssēus, Vlyssei, vel Vlyssi, per secundam declinationem. Virgil. 3. Aeneid. Et terram alticomi Lasti exercamur Vlyssi.

Vlyssippo, onis, Vel (ut alii scribunt) Olyssipo, & Vlysbona, Lusitaniæ metropolis est, quę à Strabone Ἰουλία appellatur: Vulgò Lisbona.

V ante M.

Vmbĕr. Vide VMBRIA.

Vmbrĭa. [Ἰταλία. Ital. Ducato di Spoleto. Ger. Ein Landtschafft Italie, so gelegen Hetrusciam Etruriã begreifft.] Regio Italiæ, inter Apenninum & mare Adriaticum, ita dicta ἀπὸ τοῦ ὄμβρου: hoc est, ab imbre: quod Vmbri omnium Italiæ populorũ antiquissimi, inundationi terrarum, imòr. busq. superhabile credantur: refert Plinius libro 3. capite 14. Vel dicta est Vmbria ab umbra, quòd ea regio propter altitudinem montium, & vicinitatem Apennini umbrosa sit. Lucanus libro 2. Iussque sui pulso jam perdidit Vmbria Thermo. Olim trecenta oppida habuisse fertur, quæ postea Hetrusci deleverunt. Hodie sunt reliqui Sonninum, Fanum Fortunæ, Spoletum, à quo nunc ea regio ducatus Spoletinus dicitur, Nursia, Reate, Amerina, Tiphernum, Fulginetum, Nuceria, Asisium, Tudertum & Narnia.

Vmbĕr, a, um. pallidivum, ὠχρός, Catullus: Aut parcus umber aut obscurus Hermafcus.

Vmbros, ὁ, Fluvius Vmbrię navigiorũ capax, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

V ante N.

Vnni Vide II VNNI.

V ante O.

Voberca. Villa est juxta Bilbilim Hispaniæ urbem, & Salonẽ amnem, umbris arborum, & frigiditate scaturientium fontiũ amœnissima, quam Martialis graphicè depingit Liciano lib. 1. Epigram. 17.

Vocetius. [Ger. Der Göyberg.] Mons apud Rauracos, ob salebras, & latrones viatori admodum incommodus: in quem Helvetii à Caesina victi confugerunt: ut refert Tacit. libro 17.

Voconii fontes, Arecomicorum civitas in Gallia Narbonensi, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 4.

Voconti, [Ger. Städte im Delphinat bey dem fluß Durentz.] Narbonensis Galliæ populi sunt, quorum civitas Tricorium commemoratur à Plin. lib. 3. cap. 4.

Vŏgēsus, penultima correpta, Mons est Galliæ Belgicæ, Sequanos & Lingones dividens à Mediomatricibus, ex quo Mosa & Arar in Rhodanum fluunt. Luc. libro 1. Caltraq; Vogesi curvum super ardua tumpam. Pugnasse pictis cohortebant Lingones armis.

Volaterræ, Strabo lib. 5. Hetruriæ oppidum est, non procul à mari, in edita placitæ collis situm, ad quam x v. stadiorum est ascensus. Hinc Volaterranus, pro urbis hujus incolis, & Vada Volaterrana apud Plin. lib. 3. cap. 5.

Volcæ. [Ger. Langenbeder.] Populi Galliæ Narbonẽsis, trans Rhodanum, Occidentem versus: ex quibus qui flumini proximi sunt,

mi sunt. Arecomici cognominati sunt qui verò longiùs à Rhodano recedentes, ad Pyrenæos montes vergunt, dicti sunt Tectosages, quorum regionem hodie Longuedoc Occitanam appellant. Autor Ptolem. lib. 3. cap. 1.

Volcatius, Consul fuit Romæ, tempore primi conjurationis Catilinæ, illumq; Repetundarum reum, quòd intra legitimum tempus profiteri nequivisset, Consulatum petere prohibuit: quam tentam rem egrè tulit Catilina, ut de evertenda patria cum Antonio, & Pisone nefaria consilia ceperit. Autor Pedianus. ¶ Volcatius Gallicanus quintum Consul scripsit vitas imperatorum ad Diocletianum: ex quibus tantum extat nunc Avidii Cassii vita. Volcatius Terentianus historiam sui temporis edidit. Gordianorum scripsit in qua memoriæ prodidit, referente Capitolino, Gordianum seniorem vultum Cæsaris Augusti valdè retulisse. ¶ Volcatius Lydius Grammaticus, scripsit res gestas Pompeii Magni, & ejus partis primus libertinorum qui historiam scripserit, quum ab optimo quoq; scribi solita sit, ut est autor Cornelius Nepos. Ludum aperuit, docuitq; inter cæteros M. Antonium, & Augustum. Ex Tranquillo. ¶ Volcatius item alius fuit, teste Plinio, libro 22. capite 45. Poëta non ignobilis, qui quòd senos in manu haberet digitos, Sedigitus est cognominatus. Hujus etiam hodie aliquot excusantur iambi, quibus suum de Latinis Comicis judicium protulit. ¶ Præter hos fuit & Volcatius Iurisconsultus, Cæcilii præceptor, quem tradit idem Plinius libro 8. capite 11, Attalicone sub velperum à cane suburbano sedentem, quum in grassatorem incidisset, à cane fuisse defensum.

Vologelus, Parthorum rex fuit Neronis temporibus, & frater Tiridatis, quem quum Armeniæ regem fecisset in vitis Romanis, vario eventu cum iis bella gessit: donec tandem ex pacto placuit Tiridatem regni diadema ponere, nec aliter recumeré, quàm id Romæ Neronis manibus accepisset. Vide Tacitum libro 5.

Vologesocerta, Babylonia urbs, à Vologeso Parthorũ rege condita: ut est autor Plin. lib. 6. cap. 26. Ptolemæus Vologesiã appellat.

Volsci, Populi in Latio, ultra Circeios, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Virg. 2. Georg. Asperumq; malo Ligurem, Volscoq; verutos.

Volsinium, Volsinii, Ptolemæo: sive Volsinii, Volsiniorum, Oppidum mediterraneum Hetruriæ, in quo primùm molæ versatiles sunt inventæ. Plin. libro 36. capite 18: Molas versatiles Volsinii invenêre, quasdam & Ipponienses notas legimus.

Volumnius, Prænomine Lucius, Vir Romanus, Senatorii ordinis, quo cum Servio Sulpitio Consulatum gerente carnes pluisse, autor est Plin. lib. 2. cap. 56.

Võlupiã. [Ger. Die Göttin des Wollusts.] Voluptatis dea, quę sacellum habebat Romæ circa navalia nõ procul à porta Romanula, teste Varrone lib. 4. de Lingua Latina.

Võlusius, Poëta quidam ineptus fuit, patria Patavinus, qui Eumenidum secutus, rerum gestarum populi Romani Annales carmine scripsit. Catullus de Suffena Cinnæ: At Volusi Annales Paduam morientur ad ipsam, Et laxas scombris sæpè dabunt tunicas. Et alibi: Annales Volusi cacata charta.

Vomanum, Fluminis nomen in quinta Italiæ regione, non procul ab Adria colonia Plin. lib. 3. cap. 13.

Voranus, Q. Luctatii furacissimus libertus, quẽ nõnulties nummos de mensa subtrahentem, & in calceos infarcientem deprehendit. Cælius lib. 10. cap. 49.

V ante P.

Vpis, Diana tertiæ nomen, autore Macrobio. Sic enim à Græcis paterno nomine (parer enim ejus traditur Vpis) appellatur. Meminit & Cicero de Natura deorum. In nõnullis autem exemplaribus legitur Opis.

V ante R.

Vrã, ęos. Locus est in finibus Syriæ Palmyrenæ, ad Euphratẽ fluvium, qui inde relictis Palmyrenorum desertis, in ortũ restituitur. Autor Plin. lib. 5. cap. 24.

Vrãgus ὁ Οὐρᾶγος, ἄνακτος, Plutonis cognomen est, ab urgendo (ut quæ hujusce vidctur) impositum, quòd omnium divum maximè nos urgeat. Nos Græcam vocem esse malumus. Apud illos enim ὁ Οὐρᾶγος dicitur, qui in acie extremam agminis partẽ ducit. Vnde non invenustè ad Ditem transfertur, qui postremum humanæ fabulæ actum excipit.

Vrãnĭa, æ, sive Vranie, es. [Οὐρανία ἐρωὶς. Ger. Eine auf den Berg Musis.] Vna musarũ Iovis & Mnemosynes filia, cui Astrologiæ inventio tribuitur. Vnde & Vranĭa dictam putant, quasi οὐρανίη ἱρὴ ἐσσα hoc est, sublimia speculantem. Ovid. lib. 5. Fastorum: Excipit Vranie: cessêre silentia cunctæ.

Vrĭnŏpŏlis ἐρωὶ πόλις. Vrbs in finibus Macedoniæ, ad radicem montis Athô, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

Vrĭnus, ἐρανὸς, Fatus Sabinus: quem Latini Cælum, vel Cælũ appellant: ex cujus vitilibus à Saturno filio exectis, & in mare objectis, nata est Venus, quæ ideò Græco nomine appellata est Aphrodite.

Vrbĭcus, ἐρβίκοι, Populi sunt Capissenæ (quæ est Asiæ regio, Carmaniæ finitima) non procul à Pandorum finibus, & Pontano flumine navigabili. Autor Plin. lib. 6. cap. 23. Sed corrupta est Plinii lectio: hic enim habet: Flumen Borso, Gerrharbi, flumen navigabile ponamus Pandorum finibus. Vbi Gerrharbi fluvii nomen est non populi.

Vrbinum, Italiæ oppidum: à quo Vrbinates. Plin. li. 3. ca. 14.

Vrci, ἐρκοι Ptolemæo. Oppidum maritimũ in finibus Hispaniæ Tarraconensis, ubi à Bætica disjungitur. Autores Ptolem. lib. 2. cap. 5. & Plin. lib. 3. cap. 1.

Vrgi, ἐργοι. Populi Sarmatiæ Europęæ, Iazygibus finitimi, ad utranq; Istri ripam, magna ex parte expassionibus victitãtes, pauci agriculturæ dediti. Autor Strabo lib. 7.

Vrgo, Insula est in mari Tyrrheno, nõ procul à Capraria. Plinius lib. 3. cap. 6.

Vrĭi, ἐρῖοι, Indiæ populi, Indi flaminis accolæ, Silenis proximi. Autor Plin. lib. 6. cap. 20.

Vria Pinto, ἐρία Ptolemæo, Oppidum Hispaniæ Bæticæ, in conventu Gaditano: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 1. ¶ Est & Vria locus Acarnaniæ, fossa ditissimi amnis. Autor Strabo lib. 10. ¶ Est præterea ejusdem nominis oppidum in ora Apuliæ & post flexum Garganimõtis, teste Plin. lib. 3. cap. 11. Strabo Vrium, Ptolemæus ἔρεον appellat. ¶ Vriam aliam collocat Strabo lib. 7. medio fere itinere inter Tarentum & Brundusium.

Vrium, ὄρεον, Oppidũ est Hispaniæ Bæticæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 4. Plinius in Gaditano conventu collocat, & Vriam per primam effert declinationem.

Vrolanium, ἐρολάνιον, Civitas in Orientali parte Britanniæ insulæ, apud Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Vrpanus ὄρπανος, Fluvius Daciæ (quæ hodie Valachia) supra Saum influens in Istrum. Autor Plin. lib. 4. cap. 24.

Vrsentani, Lucaniæ populi, apud Plin. lib. 3. cap. 11.

Vrso, Hispaniæ Bæticæ oppidum, in conventu Astigitano. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

V ante S.

Vsar, Fluvius est Mauritaniæ Cæsariensis, Nebadum regionem irrigans. Autor Plin. lib. 5. cap. 2.

Vsticã pen. prod. Mons est in Sabinis, cujus meminit Horat. lib. 1. Car. Ode 17: Vrcũq; dulci Tyndari fistula Valles, & Vsticæ cubantis Lævia personuêre saxa. ¶ Est & insula ejusdem nominis, Siciliæ adjacens: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

V ante T.

Vthina, æ, οὔτινα, Vbs Africæ propriè dictæ, Romanorum colonia inter Bagradam fluvium & Tritonem sita, Vide Plin. lib. 5. cap. 4. & Ptol. lib. 4. cap. 3.

Vtica, utĭcæ, pen. corr. οὐτίκη Ptolemæo: inde Stephano, Vrbs insignis Africæ propriè dictæ, ad Bagradam fluvium xxx passuum millibus distans a Carthagine: quæ exstitit principem in Africa locum tenuit. In hac Cato Vticensis, vitæ Scipione, mortem sibi consciverit.

Vtinum Italiæ oppidum juxta Aquileiam, principũ Austriæ operis figni admodum, & arce in mediæ urbis edito colliculo conspicuũ: ut scribit Vadianus in lib. 2. Pomponii Melæ.

V ante V.

Vvitemberga, [Ger. Wittemberg.] Vbs Germaniæ, Vulgò dicta Pro. Calegia.

Vulcãnus. [Ἡφαιστος. Ger. Der Gott des Feuers.] Deus antiquus pyratus cilicius præses. Vnde & Vulcanus dictus est, quasi cæcanus per nĕrẽ volitans. Volat enim flamma & candida est. Varro de Lingua Latina lib. 4. ab ignis violentia & fulgore dictum putat tanquã fulganus. Hic & Mulciber appellatur, quòd ferrũ mulceat. Filius fuit Iovis & Iunonis, qui à parentibus ob deformitatem (licet alii aliàs causas affirmant) cœlo dejectus est in Lemnum insulam, ubi ab Eurynome Oceani filia, & Thetide nutritus est: ut vult alia volunt, à similis. Ita autem ruina, qua decidit de cœlo, claudus factus est. Officinam habere fertur in Lemno unà cum Cyclopibus ministris: fingitur faber deorum: quia Iovi fulmina & illis arma adversus gigantes fabricavit: nec tamẽ admissus est ad mensam deorum: quinetiam quum Minervæ nuptias expetisset, repulsam passus est. Vndè Virgilius Ecloga quarta: Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est. Aliam deinde sibi uxorem quæsivit, Venerem duxit: quam quòd postea unà cum Marte in adulterio deprehendisset, ambos invisibilibus catenis ita colligavit, ut cuterabire posset, donec ab omnibus diis & deabus visi & derisi essent. Quæ supra de Marte annotatum est. Ab eo quicquid artificiosè fabricatum est, factum voluit. ut monile Harmonicæ, & Ariadnæ coronam, cunum Solis, Achillis & Aeneæ arma, & hujusmodi. ¶ Vulcani (inquit Cicero libro 3. de Natura deorum) fuêre complures. Primus Cœlo natus, ex quo &

Mi

Herman Vulteius clarissimus et doctissimus interrogatus

Minerva Apollinem esse, cujus in tutela Athenas antiqui historici esse volaerunt. Secundus in Nilo natus Opas, ut Aegyptii appellant, quem custodem esse Aegypti volunt. Tertius è tertia Jove & Iunone, qui Lemni fabricæ traditur præfuisse. Quartus Manalio natus, qui tenuit insulas prope Siciliam, quæ Vulcaniæ nomen habent. ¶ Ponitur non raro pro ipso igne, quemadmodum Circe pro ipsis fugitivis. Hinc illud apud Plautum in Amphit. Vulcanus in cornu portas: hoc est, ignem gestas in lucerna cornea. Virg. lib. 5. Aen. furit immanis Vulcanus habenis, &c.

Vulcānālĭa, ium, plural. numeri, neutri generis. Festa Vulcano dedicata, ἡφαίστια. Colum. lib. 11. cap. 4. Cæsar Augusto circa Vulcanalia, terna lacte cit.

Vulcaniæ, insulæ septem Siciliæ adjacentes, quæ & Aeoliæ dictæ sunt, quòd Iliacis temporibus Aeolus in eis puerit regnasse, ἐφαιστιάδες. ¶ Vulcaniæ autem idcirco dictæ, quod rerum omnium natura sulphurosa sit, ignem pariter & illa, tanquam è formacibus quibusdam eyamens. Vide Plin. lib. 3. cap. 8. & 9. & Strab. lib. 6. Cicer. tamen lib. 3. de Natur. deor. a Vulcano rege, Manalii filio nomen accepisse tradit, qui eis insulis post Aeolum creditur imperasse. Nomina earum sunt Lipara, Strongyle, Didyme, Ericusa, Phenicusa, & Hyerymos.

Vulsinii, sive Volsinii Plinio, Volsinium Ptolemæo. [Volsinii Germ. Bey Bolsena in Toscana Landschafft: ist vom Fluß gar seltsam verrunnen seyn.] Hetruriæ oppidum mediterraneum, olim locupletissimum, sed postea fulmine totum concrematum, ut refert Plin. lib. 2. cap. 52. Hodie Bolsenam vocant. Huic oppido adjacet lacus, qui ab eo Vulsiniensis dicitur: cujus meminit Columel. lib. 8. cap. 16.

Vulturnum, Βόλτερνον, Oppidum Campanorum est, à Vulturno flavio, qui ipsam præterfluit, dictum. Est autem Vulturnus, flavius ille qui per Capuam fluit & circa Cumas in mare labitur. Pomponius Mela lib. 2. Vulturnus amnis, Vulturnum oppidum. ¶ Est & Vulturnum Hetruscorum oppidum, teste Livio lib. 4. ab Vibe.

Vulturnius, Ventus qui ab Oriente hyberno spirat, ut ait Plinius lib. 2. cap. 47. &c. Dictus a Vulturio volante, ut quidam aiunt; quem aurè resonat. [Gall. Oest. Ital. Ostro. Germ. Einer aus den Ostländen, wehet später von der Wärme her. Fland. Zuid. Polon. Wiatr południowy. Hungar. Napkeletdel. Ang. The south east wind.] ¶ Hoc nomine etiam dictus est flavius, ut in dictione præcedente diximus: cujus etiam meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

V ante X

Vxăma, Oppidum Hispaniæ citerioris in tractu Arevacorum, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 3. Ptolemæo Vaxama, Βάξαμα, appellatur lib. 2. cap. 6.

Vxella, Insulæ Britanniæ urbs, in tractu Demonicarum: ut scribit Ptol. lib. 2. cap. 3.

V ante Z.

Vzita, ἄζιτα. Urbs Africæ propè dictæ sub Admumento flu. juxta quam Cæsar vicit Scipionem. Vide Strabonem lib. 13. & Ptolemæum lib. 4. cap. 3.

X



Xanthe, hujus Xanthes, Ξάνθη, Nympha maris, Oceani & Tethyos filia, aurea, sive flavo colore dicta. Hesiodus in Theogonia: Ἠϊόνη τ' Ἰάνειρά τ', Ἀγλαΐη τε Ξάνθη τε. ¶ Xanthe ita appellata fuit Attæ regio, quæ postea dicta fuit Troas, ut autor est Steph. in dictione ΤΡΩΑΣ.

Xanthi, Ξάνθοι, Thraciæ populi, apud Stephanum, & Strabonem libro 13.

Xanthicles, Ξανθικλῆς, Vnus exiliibus, qui reliquias exercitus Cyrimicorum, una cum Xenophonte domum reducendas tulerant. Hic postea, quod minas viginti ex publica pecunia supposuisse, damnatus est, repermaccatum. Autor Xenophon ἀναβάσεως lib. 5.

Xanthicus, Ξανθικὸς, Apellæus mensis Hebræorum lingua appellatus est.

Xanthii, Ξάνθιοι, Liciæ populi, quorum urbem, Xanthum nomine, quum Harpagus Cyri præfectus obsideret, illi uxores, liberosque, cæteraque, quæ charissima habebant, in arcem coëgerunt, igneque subjecto cremaverunt: deinde adversus hostes eruptione facta, strenuè pugnantes, ad unum omnes interiere. Autor Herodotus libro 1. ¶ Xanthii præterea populi fuerunt Scythiæ, ex genere Daarum, ultra Maeotim incolentes, qui iidem & Parni dicuntur. Autor Strabo lib. 11.

Xanthippus, Ξάνθιππος, Imperator qui dam fuit, singulari corporis robore, qui exorta inter Athenienses & Barbaros de Celeæ anum agro controversia, Thymoetem Athenensium regem ad singulare prælium evocavit: cujus vicem excipiens Melanthus quidam Messenius, a Dionysio (ut volunt) adjutus, illum superavit. Ferunt enim Melanthio visum fuisse, quòd Xanthium quidam a tergo sequeretur, cista pelle caprina indutus. Quo comperto quum illum aggrederetur, quòd alterò conversus in præsidium deferri posset, admiratus Xanthius, quidnam accidisset, quòd vestis esset, qui a tergo sequeretur, quum respicere conaretur, corripuit hostis avertum, nudumq; prostravit: qua occasione ejus Melanthus, nexatum gladio trajecit. Autor Suidas.

Xanthippe, [Ξανθίππη. German. Das gifftig Weib Socratis.] Nomen uxoris Socratis philosophi, supra modum morosæ, & jurgiosæ: cujus tamen moroditatem Socrates mira patientia toleravit: rogatusque ab Alcibiade, cur mulierem tam molestam domo non exigeret? Quoniam (inquit) dum domi talem perferor, insuesco & exerceor ut cæteroram quoque foris perulantiam, injuriasque facilius feram. Hæc Gellius libro 1. capite 17. Vide plura in dictione SOCRATES.

Xanthippus, Ξάνθιππος, Lacedæmonius quidam fuit res militaris peritissimus: qui a Carthaginiensibus excitus, exercitumque præpositus, Attilium Regulum Consulem in Africa bellum gerentem, insidiis circumventum virum cepit.

Xantho, Ξάνθη, Vna ex Nymphis, Oceani & Tethyos filia. Virgilius libro 3. Georgic. Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllocoeque. Hesiodus in Theogonia Xanthen appellat.

Xanthus, Ξάνθος. Fluvius Troadis, idem cum Scamandro: ita dictus, teste Aristotele, de Historia animalium libro tertio, quòd ovium vellera rufo inficiat colore: ξανθὸν enim Graeci dicunt, quod nos ξανθὸν aut ξανθὸν. Virgilius libro primo Aeneidos: Ardentesque avertit equos in castra, prius quam Pabula gustassent Troiae, Xanthumque bibissent. Idem libro quarto Aeneidos: Qualem ubi hybernam Lycum Xanthique fluenta Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo. ¶ Xanthus, antiquus rerum Lydarum scriptor: Lydusne, an Sardianus fuerit, Strabo te dicit incertum habere: Suidas Lydium enim dicit a Sardibus civitate fuisse, scripsisseq; historiam Lydiorum libris quatuor. ¶ Xanthus alter Poeta Melicus commemoratur ab Aelian. ¶ Xanthus Lydiae fluvius duobus fontibus è Cadmo monte natis, & non procul à nominis hujus urbe in Lydium mare se exonerans. Hoc præterea nomine fuit unus ex equis Hectoris, cujus meminit Homerus lib. 23. Iliad.

Xanthus, Ξάνθος, Iacus Macedoniæ, à Xantho quodam: Incolæ Xanthi, Steph.

X ante E.

Xenarchus, Ξενάρχος, Comicus Poeta, cujus fabulas commemorat Athenaeus libro 2. Deipnosophistarum. ¶ Xenarchus alter è Seleucia Ciliciæ, Peripateticus, docuit Alexandriæ primùm, deinde Romæ: Antiphilosophi, deinde Caesaris Augusti ætate antiquissimi, atque in senectutem in honore habitus. Denique primùm ante mortem visu orbatus diem obiit. Strabo libro 14.

Xenophyris, Ξενόφυρις, Vicus Libyæ prope Alexandriam. Gent. Xenophyritis, Steph.

Xenos, Balneæ Romæ fuerunt, ab hospitalitate (ut videtur) ita dictæ: nam ξένος Graecis idem est quod hospitalis. Harum meminit Cicero pro M. Caelio: Sed ut venerum (inquit) quum à Licinia traderetur, manifesto comprehendi posset, constitui locum jussit balneas Xenias, ut eò mitteret amicos, qui deferrent: dein repente, quum venisset Licinius, venenum traderet, prolilirent, hominemque comprehenderent.

Xenius, Ξένιος. Jovis cognomentum apud Graecos refert Dionysius, quem Latini, verbo exverso expresso, hospitalem vocant. De hoc intelligendum est illud Virgilii 1. Aeneid. Iuppiter hospitibus nos te dare jura loquuntur.

Xenocles, is, Ξενοκλῆς, Orator clarissimus, patria Adramyttenus, qui Mithridatico bello tempore arcessitus, quòd in regem propensior fuisset, eadem non modò fama, sed & totius Asiæ magna cum laude in Senatu egit. Autor Strabo libro 13.

Xenocrates, pene filios complexa. [German. Ein gottseliges Weib von Chalcedonien, die einiger Kinder mehr ermeldt gemahlen und eine ziemliche Zeitlang gelebet.] Nomen philosophi Chalcedonii, auditoris Platonis, cujus in Academia Speusippo successit, & vigintiquinque annis docuit. Fuit tardus ingenio, adeò ut quum Dion Platonis Aristotelis compararet, alterum fronte, alterum calcaribus indigere diceret. Hic philosophorum severissimus fertur exstitisse, & adversus omnium voluptatum titillationem pertinacissimus. Cujus rei tabulæ hoc magnum aliud præbuere argumentum, quòd Phryne formosissimam ejus ætatis meretricem, à discipulo in lectulum suum submissam, &

sese ad concubitum modis omnibus solicitantem, intactam tamen dimiserit. Vnde & Phryne ipsam postridie irrantibus his qui illam subornarant, dixisse fertur: Cum statua sese, non cum homine cubuisse. Gravitati verò ejus & fidei tantum tribuerunt Athenienses, ut quum injurati nullius testimonium admitterent, huic soli injurato crederent. Missus ad Philippum legatus, quum collegas humaniter accipi videret, muneribus ornari, convivijs adhiberi: sese autem qui legationis ejus princeps erat, vix in conspectum admitti, quòd Macedonum rebus semper esset adversatus: conversus ad socios Xenocrates, beneficium accepere dixit, quòd sese unum Philippus suæ in Athenienses ingratitudinis & perfidiæ testem veretur. Alexandri quoque munera fortissimo animo contemplit: regibus, injuriosa, non philosophis opus esse pecunia. Obiit secundo & octogesimo ætatis suæ anno, quum nocta fortè in farraginem offendisset. Autores Laërtius & Suidas. ¶ Xenocrates alter philosophus, modestia nihil superiore inferior, scripsit περὶ μνήμης: id est, de memoriam auspicium, quam fuerit, aut multela, aut serpens, aut his similia in domo apparent, quid portendere soleant: Suidas.

Xenodochus. Claudianus quidam, ad quem Alexander cōversus verba fecit apud Plut. in Alexandro.

Xenodorus, Rhetor Atius, scientia fingendi, orbe undique nulli veterum postponendus, cujus meminit Plinius libro trigesimo quarto capite 7.

Xenodorus Ξενόδωρος, fuit historicus, patria Trœzenius.

Xenon, Ξένων, Pictor Sicyonius, Neoclis discipulus: cujus meminit Plin. lib. 35. cap. 11.

Xenophanes, penultima correpta, Ξενοφάνης, Philosophus Colophonius, Dexi, sive ut Apollodorus malunt, Orthomenis filius, Archelai auditor, qui contra Homerum & Hesiodū elegias scripsit & Iambos, irridens ea quæ de diis fuit commenti. Dei subitaneam rotundam esse tradit, nihilq; cum hominibus habere commune, totum cernere, totum que audire, unum esse omnia, mentem, providentiam, æternitatem. Autor unum esse omnia, mentem, providentiam, æternitatem. Autor Laërtius. Ejusdem meminit & Cicero quarto Academicarum: Xenophanes (unum) parùm etiam antiquior, unum esse omnia tradit, neque id esse mutabile, & id esse Deum. ¶ Fuit & alter Xenophanes ex Lesbo insula, Patria Iambicus, ut refert idem Laërtius.

Xenophilus, penult. corr. Ξενόφιλος, Nomen Musici Chalcidensis, philosophi Pythagorici: de quo Valerius Maximus, fidelis, philosophi Pythagorici: de quo Valerius Maximus, Stilpon minor quàm Gorgias, qui centum & quinque vixit annos. Xenophilus Chalcidensis Pythagoricus fuit, sed fœlicitate non inferior: siquidem (ut ait Aristoxenus Musicus) omnis incommodi humani expers, in summo perfectissimæ doctrinæ splendore extinctus est. Eundem & Plinius inter rara fœlicitatis exempla commemorat, lib. 7. cap. 50. Pro miraculo (inquit) id solitarium reperitur exemplum. Xenophilum Musicum centum & quinque annis vixisse sine ullo corporis incommodo.

Xenophon. Ξενοφῶν, Nomen philosophi, & ducis insignis Athenientis, qui Socratis discipulus, & Platonis æmulus fuit, speciosus, moratus, & omnibus gratus: tanta verò eloquentia, ut musa Attica à nonnullis facta appellatus. Insinuavit in Cyri minoris amicitiam, cum eo militavit: cæsa ibi acie cæso, exercitus reliquias ex ultimis Babyloniæ finibus per asperæ, & difficillimæ itinera, incolumem in patriam reduxit. Scripsit Cyri majoris Persian, non tàm historicæ fidei veritati (ut inquit Cic. libro 2. de Orat.) quàm ut absolutum institueret ducem. Præterea Cyri minoris expeditionem adversus Artaxerxem fratrem: De rebus Græcorum libros sex: Symposium Œconomicum, à Cicerone, teste Columella, latinitate donatum. Adhæc de re equestri, de venatione, Socratis Apologiam: aliaque nonnulla quæ etiam hodie omnium manibus teruntur. ¶ Tres alii præter hunc Xenophontes commemorantur à Suida: quorum primus Antiochenus fuit, qui Amatoria quædam scripsit, quæ Babyloniaca appellavit. Alter Ephesius, qui & ipse Amatoriarum narrationum libros decem scripsit, quæ Ephesiaca nominavit. Tertius Cyprius, qui & ipse Amatoria quædam edidit de Cyssira, Myrrha, & Adonide quæ Cypriaca nominavit. Laërtius septem commemorat Xenophontes: quorum nomina & scripta vide apud ipsum.

Xerē, Ξερή, Vrbs prope Herculis columnas: ut ex Theopompi sententia refert Steph.

Xerolibya, Ξηρολιβύη, Libya sicca hoc est, pars Libyæ interior, propter aquarum inopiam deserta: quam Virgil. lib. 4. Aen. vocat regionem siti deserta.

Xerolophus, Ξηρολόφος, Tumulus fuit Constantinopoli, cochleæ sedem, & Dianæ columnam strutilem, & tripodes habens, in quibus Epigrammata solebant inscribi. Qua voce utitur Justinianus C. de publicis judic. etiamsi Alciatus vocē adulterinam esse putaverit. Meminit hujus tumuli Suidas & Perotianus, qui lib. 1. de accidentibus literæ, Epigrammata quædam se legisse testatur Byzantii in Xerolipho, in vetustissimo tumulo inscripta.

Xerxenā, Ξερξήνη, Minoris Armeniæ regio ita dicta à Xerxe, quemadmodum à Cambyse Cambysene. Autores Stephanus & Strab. lib. 11.

Xerxes, Ξέρξης. German. Ein Sohn Darii, vnd ein gewaltiger König in Persien, so mit vberauß viel hundert tausent Mannen in eine Heer wider die Griechen zu Feld gezogen ist.] Persarū rex fuit, filius Darii, & Cyri ex Atossa filia nepos, qui centum septuaginta hominum myriadibus: hoc est, decies septies centenis millibus per totum quinquennium contractis, Græciæ bellum intulit. Quam tantam hominum turbam quum ex editiore specula aspexisset, teneriter fertur lachrymasse, quòd post centum annos ex tanto hominum numero nemo esset superstiturus. Tantum autem habuit navium apparatum, ut totum Hellespontum operiret, & Asiam Europæ ponte conjungeret Athon præterea montem, teste Plinio, libro 4. capite 10. à continente abscidit. Victus demum apud Thermopylas à quatuor hominum millibus, navale quoque certamen cum Themistocle tentavit: à quo similiter apud Salaminem superatus, quum anteà tota maria classe sterneret, vix parvula cymba effugit, relicto Mardonio Præfecto, qui & ipse relicta Bœotia infeliciter gesta cum paucissimis in Persidem secessit. Demum quum se otio, socordiæque, relicta militia tradidisset, præmium genus luxuriæ novum invenientibus proposuit, ut scribit Valerius. Quamobrem à suis spretus paucis post annis ab Artabano Præfecto suo in regia interficitur, quum regnasset annis octo. Vide hæc latius apud Justinum, quum regnasset annis octo. Vide hæc latius apud Justinum, Diodorum Siculum Trogi abbreviatorem. ¶ Xerxes alter, pictor Heraclota Venerem adeò pulchram pinxit, ut ex ea quæstum magnum faceret, pretio accepto ab his, qui eam videre cupiebant. Itaque Græci lepido cavillo Venerem amicam Xerxes vocitabant, quòd ex ejus lenocinio quæstum faceret. Autor Aelianus de varia historia.

X ante I.

Xilia, Ξιλία, Libyæ urbs, ut ex Alexandro annotavit Stephanus: cujus incolæ dicuntur Xiliatæ.

Ximenē, pen. prod. Ξιμήνη, Pontiregio, salis fossilis habens fodinas: unde & Halys fluvius, qui ex eo ortus, nomen accepisse existimatur. Autor Strabo lib. 12.

Xiphonia, Ξιφωνία, Siciliæ oppidum, non procul à Tauromenio in promontorio situm: ut ex Theopompi sententia docet Stephanus, & Strabo lib. 6.

X ante O.

Xois, Ξόις, Stephano, Insula est in mediterraneis Aegypti, supra Sebennyticum & Pharniticum ostium, oppidum habens ejusdem nominis. Autores Stephanus & Strabo lib. 17. ¶ Hinc Xoites nomos: hoc est, ex Xoitica præfectura, apud Plinium lib. 5. cap. 9.

X ante V.

Xuthes, Ξοῦθος, Libyæ oppidū, ut ex Artemidori Epitome annotavit Stephanus: cujus incolæ appellantur Xuthinæ.

Xurbia, Ξυρβία, Siciliæ oppidum, ut ex Philisti sententia tradit Stephanus: Gentile Xurbiates.

Xuthus, Ξοῦθος, Hellenis filius, & gener Erechthei, qui in Tetrapolim Attic: hoc est, Oenoam, Marathonem, Probalinthum, & Trocoritum colonos deduxit: Autor Strabo lib. 8.

X ante Y.

Xylenepolis, Ξυλοπόλις, Vrbs in Confinio Cariæ, & Indiæ, ab Alexandro condita: ut post Onesicritum refert Plin. lib. 6. cap. 23.

Xylina, Ξύλινα, Cappadociæ oppidum, inter Arcadiæ, & Ciliciæ fluviorum ostia situm. Autor Ptol. lib. 5. cap. 6.

Xylos, Ξύλος, Vrbs Cariæ, Vide Xyllus vel Xyleus, Steph.

Xynia, Ξυνία, Thessaliæ oppidum, apud Polybium lib. 9. à quo vicina palus Xynias appellatur, quā alio nomine Beberidem vocant, Stephan.

Xypethe, Ξυπέτη ἡ ξυπαιεύς, vicus in tribu Cecropide. Tribulis Xypeteon, Stephan.

Xystis Ξυστίς, urbs Cariæ à qua Xystiani dicti sunt populi liberi Apamia, ut scribit Plin. lib. 29. cap. 5.

Z

Abida, Ζάβιδα, Vicus in Arabiæ mediterraneis, ut ex Uranio annotavit Stephan.

Zabii, Ζάβιοι, Populi Indici, qui cum Deriade contra Dionysium pugnarēre, Steph.

Zachalias Ζαχαλίας, Magus Babylonius, qui de gemmarum viribus scripsit ad Mithridatem Ponti regem. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Zacanthaei, Ζακανθαῖοι, Zacynthiorum coloni, teste Polybio, Pyrenæi

Pyrenæi montis incolæ. Horum oppidum Zacanthum expugnavit Annibal, quam in Italiam properaret, ut ex Apollodoro Chronicis annotavit Stephan.

Zăcynthus, [Griechisch] German. Ein Insel im Jonischen Meer/ligt Peloponneso nahent gegen Mitternacht.] Insula Ionii maris parva Occidentali Peloponneso latere adiacens, urbemque habens eiusdem nominis, à Zacyntho Dardani filio, quem ex imperavit, dicta. Plin. lib. 4. cap. 12. Inter Cephalleniam & Acarnaniam cùm oppido magnifica, tum fertilitate præcipua Zacynthus, aliquando appellata Hyrie. De hac Virgil. lib. 1. Aen. Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.

Zadratæ, Ζάδρατα, reg. à Cinædocolpitarum, qui felicis Arabiæ populi sunt, Steph.

Zea, Ζέα, Urbs Bœotiæ antiquissima, Steph.

Zagrus, Ζάγρος, Tauri montis pars, Mediam dirimens à Babylonia. Autor Strabo lib. 11. cap. 14.

Zăleucus, Ζάλευκος, Nomen fuit legislatoris Locrensium, qui quum in adulteros hanc pœnam statuisset, ut in adulterio deprehensi utroque orbarentur oculo: oblato filio, multisque testibus adulterii convicto, quum neque paternum animum posset exuere, neque solus pœnæ, quam in alios statuerat, immunis esse vellet: sibi primum unum oculum, quarvis plurimùm reclamante plebe, & filii crimen patris virtute condonante, deinde & filio alterum jussit erui. Autor Valerius libro 6. capite 5.

Zama, Ζάμη, Africæ urbs fuit, apud quam Africanus major Annibalem insigni clade affecit. Vide apud Liv. lib. 30. de bello Punico secundo.

Zămolxis, Ζάμολξις, Vates Getarum deus, ad quem proficisci existimabant eos, qui è vita decederent. Nonnunquam etiam sorte ex vivis aliquot delegebant, quos deorum suis Zamolxidi nuntios mitterent: quos post mandata, quæ illi nuntiata cupiebant, in sublime jactatos, gladiis excipiebant: atq; ita interfectos, recta ad Zamolxin proficisci credebant. Zamolxin autem quidam Pythagoræ servum fuisse existimant, qui quòd Getas ad cultiorem vitam reduxisset, ab iis habitus est pro numine. Vide Herod. Histor. lib. 4.

Zancle, Ζάγκλη, Siciliæ urbs in penitissimo Pelori sinu: postea à Messeniis instauratoribus Μεσσήνη hoc est, Messana appellata. Zancle autem prius à situs obliquitate dicebatur, quòd falcis in modum curvata esset. Vide Strabonem lib. 6. q Ipsa etiam Sicilia Zancle dicta inventur, à Saturni falce, quâ postea fabulantur in Siciliam decidisse. Quam fabulam inde ortam putat Macrobius, quòd in primis frugum fertilis fit. Saturnus autem primus putatur in Italiam frugum usum invenisse. Ovid. 15. Metam. - Zancle quoq; juncta fuisse Italiæ legitur donec continuã pontus Abstulit, & media telluri repulit unda.

Zanclæus, a, um, Ζαγκλαῖος-ία-ον, Zanclæa urna, Ovid. 13. Metam. Charybdis Zanclæa. Idem 4. Fast.

Zāmes, Ζάμης, Senex quidam Samothracensis, cui post annum vitæ quartum & centesimum deorum honores tributos fuisse tradit Plin. lib. 11. cap. 37.

Zapavortene, Ζαπαυορτηνή, Asiæ regio, à Caspiis versus Orientem citra Comedos deterioribus. Vide apud Plin. lib. 6. cap. 16.

Zareta, Ζαρήτα, fons supra Chalcedonium mare parvos emittens crocodilos, qui Zaretæ vocantur, Strepa.

Zarex, Ζάρηξ, Laconiæ maritima & heros Athenensis, & Hippothoontis. Ζαρήκιον unde etiam Tubum denominant. Stephanus.

Zariaspa, orum, Ζαρίασπα, τά, Indiæ urbs, quam alio nomine Bactra appellant. Autores Plinius libro sexto, capite decimoquinto, & Strabo libro 15.

Z anre E.

Zelā, Ζέλα, Oppidum fuit Thraciæ in Cœnica regione, eo in loco sita, ubi postea extructa fuit Hadrianopolis. Autor Plinius libro 4. cap. 11. q Zela altera fuit in Cappadocia, non procul à Megalopoli, à qua vicinus ager Zeletius appellatur. Plin. lib. 6. cap. 3, & Strabo lib. 12.

Zĕlīa, sive Zelea, penultima producta, Ζήλεια. Troadis oppidum, ad radicem Idæ montis, spectans ad Hellespontum. Autores Plin. lib. 8. cap. 32. & Strabo lib. 12.

Zenicetus, Ζηνίκητος, Insignis piratæ nomen, qui occupato Olympo Asiæ monte, Lyciam, Pamphyliam & Pisidiam, assiduis excursionibus quum infestaret, multaq; loca munitam potestatem suam redegisset, tandè P. Servilii, qui postea Isauricus dictus est, arma in se concitavit: à quo quòd moremi præter omnem expectationem captum videret, seipsum cum tota domo concremavit. Autor Strabo lib. 14.

Zēno, [Griech.] German. Ein Philosophus aus Cypro, ein anhänger Stoischen Rey/ welcher zu Athen in höchster ehren gehalten worden.] Philosophus, ex Citro Cypri civitate, Stoicorum doctor conditor, tanto in honore apud Athenienses habitus, ut apud eum claves urbis deponerent, ornarentque ipsum aurea co-

rona, & statua aurea. Hic adolescentiæ suæ dam ineptam ut ita loquar, dedit, duas habemus aures, os autem unum, ut scilicet multa audiamus, pauca verò loquamur. Decessit nonagesimo ætatis suæ anno, sine orbo. Nam (ut fertur) quum iret ex schola, lapidem offendens, digitum pertrege: manu verò terram fecens, illa dam ex Niobe: Venio, quid me vocas? Et continuò se strangulans interiit. Cicero in Oratore: Zeno quidem ille, à quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset. Nam quum compresserat digitos pugnumq; fecerat, Dialecticam ajebat ejusmodi esse: quum autem diduxerat, & manum dilataverat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. q Fuit & alius Zeno Eleates, quem Dialecticæ inventorem fuisse scribit Aristoteles. Hujus celebratissima fuit in perferendis cruciatibus patientia. Nam quum adolescentes nobilissimos cupiditate liberandæ patriæ inflammasset contra Nearchum tyrannum, facto indicio comprehensus, traditusque est tortoribus torquendus. Quum q; lacerarentur, ut conscios conjurationis nominaret, nemineni illorum indicavit: sed amicos, ut reapsque tyranni participes conjurationis esse dixit. Deinde qui quæpiam se in aurem tyranno loqui velle significasset, eam momordicus direpta m non ante dimisit, quàm rapta aure populatum caput reliquisset. Verum quum jam verentur ne tortus repertis tormentis resistere non posset, conversus ad cives, qui quæstioni intererant: Admiror (inquit) vestram ignaviam, ô cives, qui eorum metu, quæ ego nunc patior, tyrannis regum sustinetis: adeo quum dixisset, concisam dentibus linguam in os tyranni expuit. Quo facto tanto civium animos libertatis desiderio incendit, ut conjuratione undique facta, Nearchum lapidavertint. q Fuit & alius Zeno philosophus Epicureus Ciceronis synchronus: id est, contemporaneus: quem idem Cic. lib. 1. de Finib. se cum cum Attico frequenter audivisse refert, Epicuri sententias explicantem.

Zenobĭa, Ζηνοβία. Odenati uxor, quæ à Ptolemæis originem ducens, Græcis ac Latinis literis ornatissima, nec non & rebus bellicis celeberrima, in Palmyra Syriæ urbe regnavit. Hæc quū Saporem Persarum regem superasset, tandem ab Aureliano Augusto victa, Romam in triumphum ducta fuit: unà summo cum honore conversata. Vide Volaterranum.

Zenōbius, Ζηνόβιος, Sophista qui Adriani temporibus Romæ floruit. Suscepit epitomen Didymi & Tarrhæi libris tribus: & Salustii historiam in Græcum sermonem convertit. Autor Suidas.

Zenōdŏrus, penultima prod. Ζηνόδωρος, Statuarius insignis fuit sub Nerone, qui Mercurium colossum fecit apud Arvernos CCCC. pedum altitudine: deinde & Neronis colossum, qui postea dedicatus fuit Soli. Autor Plinius libro 34. cap. 8.

Zenōdōrus, penult. corr. Ζηνόδωρος, Ephesius verificator, & Grammaticus, qui temporibus Ptolemæi primi floruit, quo etiam Alexandrinæ bibliothecæ fuit præfectus primus quoq; Homeri libros correxit, actu ordinem redegit Suidas. q Fuit & alter Zenodorus Grammaticus Alexandrinus, qui in quosdam Platonis, Homeri, & Hesiodi opera commentarios conscripsit. Vide Suidam.

Zenŏdŏtium, Ζηνόδοτιον, Vicus Osroënæ prope Nicephorium, ut ex secundo Parthicorum Arriani annotavit Steph.

Zephyre, Ζεφύρη, Insula est maris Mediterranei, juxta Cretam. Autor Plin. lib. 4. cap. 12. & Pompon. lib. 2. q Zephyre item, sive Zephyra, olim dicta fuit Cariæ urbs, Mausoli sepulcro nobilitata, quæ deinde dicta est Halicarnassus. Autor Strabo libro 14.

Zephyrium, Ζεφύριον, Promontorium est Locrorum, à quo Locri dicti sunt Epizephyrii, quòd supra Zephyrium siti essent. Strabo libro 6. Locri agri promontorium asserunt quod Zephyrium appellatur: portum habens ab Occasu æquinoctiali adversus subtolanum: eum Lacus Favantium appellant. D. Eius Zephyrius quasi Ζεφύριος, vitam fœcundat, vel quia fert quæ sunt ad vitam. Eo sane planæ omnes germinant, & pullulant. Vide Gell. lib. 2. cap. 22.

Zephyrĭus, adjectivum est, Zephyria ova, Ζεφύρια ὠά: hoc est, fœcunda, quòd vento putentur generari. Plinius lib. 10. cap. 63. Quidam & vento putant ea generari: qua de causa etiam Zephyria appellantur.

Zerbis, Ζέρβις, Mesopotamiæ fluvius in Tigrim cadens, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 26.

Zerethra, Arcades vocant vadi foraminea quædam, per quæ arsanias fluvius è lacu Stymphalo erumpit in Argivam terram. Autor Strabo lib. 8.

Zerynthum,

Zerÿnthus, Ζερυνθος, Antrum est in Thracia, non procul à Zona urbe & Hebro fluvio, Hecates numini factum, ut est autor Lycophron: unde & canes in eo immolabantur. Suidas Veneri sacrum fuisse existimat, eamq; inde Zerynthiam dictã. Vide Caelium Rhodig. lib. 8. cap. 23.

Zetes, Ζητης, Fuit filius Boreæ ex Orithyia, & frater Calais. Hi duo fratres ex Argonautarum numero fuerunt: & quoniam alati fuisse feruntur, ad pellendas Harpyias missi sunt, teste Servio.

Zethus, Ζηθος, Iovis ex Antiopa filius, & frater Amphionis: cui adjutor fuit in condendis Thebis. De quo Cic. lib. 2 de Orat. Miror cur philosophiæ sit vel Zethus ille Pacuvianus, propè bellum inducis. Horat. 1. Epist. 17. Grauia sit fratrum geminorum Amphionis atq; Zethi dissidia.

Zeugitana, sc. o, Ζευγιτανη, Eadem quæ & Africa propriè dicta. Autor Plin. lib. 3. cap. 4.

Zeugmã. Vrbs insignis ad Euphratem fluvium, LXXXII. M. passuum à Samosata Comagenę civitate distans. Autor Plin. lib. 5. cap. 24. ¶ Eũ & Vrbs Daciæ, Ptolem. lib. 3. cap. 8. [Vulgò Zieſs ung.]

Zeuxis, [Ζευξις. German. Ein außbündiger Maler zu seiner zeit.] Clarissimos pictor Heracleotes fuit, qui in certamen picturæ cum Parrhasio descendit, uvasq; tanto successu pictas in scenam detulit, ut ad eas aves advolarent. Parrhasius autem linteum attulit pictum, ita veritate repræsentata, ut Zeuxis alium judicio sumens, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam: intellectoque errore, concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipse aves fefellisset: Parrhasius autem & artificem. Ferunt hunc pinxisse puerum uvas ferentem, ad quas quum advolassent aves, iratus est mira ingenuitate operis sui, & dixit: Vvas melius pinxi quàm puerum. Nam si hunc consummassem, aves timere debuerant. Pinxit & Helenæ simulachrum, quod deinde Romam translatum fuit, & in Philippi porticibus collocatum. Hæc ex Plinio, Libro 35. capite 10.

Zeuxo, Ζευξω, Nympha marica, Oceani & Terhyos filia. Hesiodus in Theog. Ζευξω, Κλυτομηδη τε, Ιδυια τε, Πασιθοη τε.

Z ante L

Ziela, Ζιελα. Cappadociæ oppidum, teste Stephano, à Ziela Nicomedis filio conditum.

Zigere, Ζιγηρη, Oppidum Scythiæ. Arolerum in ea parte Thraciæ, quæ Istri ostiis immumbit. Autor Plinius libro 4. capite 11.

Zigarum, ea terra fertur, ex qua populi exierint, qui nostra ætate cum libertis & uxoribus Europam pervagantur. [Germ. Das Zigeunerlandt.]

Zitis, Ζιτις, Oppidum Mauritaniæ Tingitanæ, regum olim dicioni exemptum, & è Romanis jura petere jussum. Autor Plinius lib. 5. cap. 1.

Zimiris, Ζιμιρις, Regio Aethiopiæ arenosa, in qua magnetes optimi inveniuntur. Plin. lib. 36. cap. 16.

Zingi, Ζιγγοι, Mæotidis paludis accolę supra Cimmerium Bosphorum. Plin. lib. 6. cap. 7.

Zipœtium, Ζιπαιτιον, Bithyniæ oppidum, à Zipœte rege ita appellatum. ¶ Gentile Zypœtius, Ζιπαιτιος. Steph.

Zirtniza, Ζιρτνιζα, Thraciæ oppidum, ut ex lib. 3. Philip. Theopompi annotavit Stephanus. ¶ Gentile Zirtniates, Ζιρτνιατης.

Zizama, Ζιζαμα. Oppidum Garamantum, unum ex iis, quæ à Cornelio Balbo in Romanorum ditionem sunt redacta. Autor Plin. lib. 5. cap. 5.

Z ante M.

Zmilis, Ζμιλις, Nobilis architecti nomen, qui unà cum Euolo, & Theodoro Labyrinthum Leonium extruxit, centum quadraginta columnis insignem. Autor Plinius libro 36. cap. 13.

Z ante O.

Zoara, Ζοαρα, Vrbs Persidis, cujus in colle dicuntur Zoaratæ, Ζοαρατικοι. ¶ Item Zoara, Palæstinæ locus, quò Lot tempore Sodomitæ calamitatis confugit. ¶ A quo fit gentile Zoarenus. Ζοαρηνος.

Zobidæ, Ζοβιδηνοι, Populi Carmaniæ finitimi, ut annotavit Stephanus ex Quadrati Rerum Parthicarum lib. 2.

Zoetum, Ζοητον, vel Ζοητος, Vrbs Arcadiæ, à Zoeto quodam, Stephanus.

Zoëlæ, per tres syllabas, penult. prod. Ζοηλαι. Asturiæ populi in Hispania citeriore. Persicis, & Gyris finitimi. Autor Plin. lib. 3. cap. 3. Apud hos præstantissimum lini genus nascebatur, & splendidissimum, idq; natura torrentis, in quo potiebatur: et tellatur idem Plin. lib. 19. cap. 1.

Zoïlus [Ζωιλος. German. Ein hefftiger unnd frohliger Poetisse etliche Bücher wider Homerum geschriben hat.] Sophista fuit Amphipolites, Ptolemæi temporibus, hoc uno facinore nobilitatus, quòd Homerum poetarum omnium principem libris adversus eum scriptis ausus sit reprehendere rude & ἀμαθεστατος cognomen accepit. Quæ scripta Ptolemæo oblata, ingens videlicet præmium ab eo sperans. Verùm quum nihil daretur, penuria coactus, subinde qui peterent. Ibi Ptolemæus mirati scait, quum Homerus tot annos defunctus, tot hominum millia pasceret, Zoilum egere Homero multo doctiorem. De mortis ejus genere diversi diversa sentiunt. Alii parricidii convictum jussu regis cruci suffixum volunt: alii quum in Græciam rediisset, de Scironis saxis fuisse præcipitatum. ¶ Ab hujus autem moribus sumptum est, ut homines lividi, & ex alieni ingenii obtrectatione laudem aucupãtes, Zoili dicerentur. Ovid. lib. 1. de Remed. amoris: Ingenium magni livor detrectat Homeri, Quisquis es exilio Zoile nomen habes. Vide Adagia Erasmi.

Zombis, Ζομβις, Vrbs Mediæ. Steph.

Zona, Ζωνα, Vrbs Ciconum, Stephan. Nicand. scribit Zonam esse locũ quendam montanũ & civitatem ejusdem nominis.

Zopÿrus, penultima correpta, Ζωπυρος. Phytognomon quidam fuit: hoc est, ex eorum genere, qui se hominum mores, naturasque ex faciei lineamentis perspicere profitentur. Hic quum aliquando oblatus esset Socrati, utq; eum hominem stupidum, barbarumq; esse respondisset, cæteris eum vocem risu excipientibus: Nõ fallebas (inquit Socrates) ô Zopyre: talis enim eram, nisi vitiosam naturam Philosophiæ præceptis superassem. ¶ Zopyrus præterea alios fuit, filius Megabyxi, unus ex iis, qui occiso Pseudosmerdi, Persarum regnum e Magorum manibus vindicarunt. Hic quum Darius Babylonem vigesimum jam mensem frustrà obsideret, nasum sibi, aures, & labia amputavit, & ita ad Babylonios transfugit, multa de Darii injuria conquerens, quem sic immerentem facinus mutilasse timulabat. Receptus itaq; à Babyloniis, levibusque aliquot prælijs rebus satis feliciter gestis, universæ urbis dux constitutus, urbem Dario tradidit. Quam tamẽ victoriam sibi minis magno constare sæpè conquestus est, unam sese Zopyrũ integrum malle asserens, quàm viginti capere Babylonem. Autor Herod. lib. 3.

Zordandã, Ζορδανδα. Locus est circa Taurũ montẽ, ubi Tigris cuniculis absorptus, rursus erumpit. Vide Plin. lib. 6. cap. 27.

Zoroastres, Ζωροαστρης, Bactrianorum rex. Astrologiæ & Magiæ peritissimus, qui eadem, qua Ninus Assyriorum rex, ætate fuit, à quo post multa præclara vario eventu commissa, tandẽ debellatus esse traditur, & occisus. Hic omnium mortalium unus, teste Plin. lib. 7. cap. 16. eodẽ quo natus est die fisse fertur: cerebrumq; ejus adeò dicitur palpitasse, ut impositum repelleret. Primus enim artes magicas reperisse, ut autor est idem Plin. lib. 30. cap. 1.

Zoster Atticæ promontorium est, non procul ab Anaphysto, quàm longissimè in mare excurrens, teste Strabone lib. 9.

Z ante V.

Zuchis, Ζυχις, Oppidum est Africæ, non procul à Syrtibus: à quo sit gentile Zuchites, Ζυχιτης, Stephan.

Z ante Y.

Zygantes, Ζυγαντες, Populi sunt Aphricę mediterraneę, similiter vivitantes, quorum magna copia apud ipsos gignitur. Plura de iis scribit Herodot. lib. 4. Horum civitas Ζυγαντις, commemoratur à Stephano.

Zygi, Vide ZINGI.

Zygina, Ζυγινα, Insula in mari rubro. Gentile, Zygenites. Post. Zygenicus, Steph.

Zygopolis, Ζυγοπολις, Ponti urbs in confinio Cappadociæ, non procul à Trapezunte. Autor Strab. lib. 12.

FINIS.

BASILEÆ,
PER SEBASTIANVM
HENRICPETRI:
Anno
SALVTIS HVMANAE,
CIↃ IↃ XC.
Mense Septembri.


SEBASTIAN · HENRIC


SEBASTIAN
HENRIC
PETRI


Inches
Centimetres
TIFFEN Color Control Patches
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

L83 XVII 290828